UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

CLAUS

SPICILEGIUM

BX1757
C5
v.1
1768

008419



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

1080016013

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SPICILEGIUM
## UNIVERSALE
## SACRO-PROFANUM
IN TRES PARTES
DIVISUM.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. D.

JOSEPHI IGNATII CLAUS

*SS. Th. Licent. Canonici Auguſt. &c.*

# SPICILEGIUM UNIVERSALE SACRO-PROFANUM

*IN X. LIBROS DISPARTITUM.*

PARS PRIMA

CONTINENS

*QUINQUE PRIORES LIBROS*

DE DEO, DE CHRISTO DOMINO, DE B. DEI MATRE, DE SS. CÆLITIBUS, ET DE STATIBUS HOMINUM.

VENETIIS,

Apud NICOLAUM PEZZANA.

MDCCLXVIII.

*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

45063

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BX1757
C5
V.1
1768

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

CAPILLA ALFONSINA

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

45064

# PRÆFATIO AD LECTOREM
## DE
## USU HUJUS LIBRI.

HActenus aſpirante Divina gratia in SPICILEGIO CONCIONATORIO ſpicas & manipulos, id eſt, Conceptus prædicabiles pro Dominicis & Feſtis per annum, ad extirpanda populi vitia, & implantandas virtutes, plus minus millenos, quadripartito volumine, tibi, Amice Lector, ſubminiſtravi: jam, cum placuiſſe laborem, atque ad Dei gloriam & animarum ſalutem profuiſſe, haud inaniter ſperem; parum aut nihil me feciſſe arbitrarer, niſi & agrum (ut allegoriam Spicilegii proſequar) fundumque ipſum, ex quo ampliſſima ſeges, uberrima meſſe collecta eſt, uſibus tuis conſignarem. Et ecce! fundus hic præſens eſt SPICILEGIUM UNIVERSALE SACRO-PROFANUM, ex quo Sermones id genus ſacri non tot extracti ſunt, quin extrahendi incomparabiliter plures ſuperſint.

Loquor apertius! Notata hæc ſunt, ſeu adverſaria domeſtica, quotidiana induſtria ex præſtantiſſimis Auctoribus, per quadraginta & amplius annos excerpta, quorum adminiculo, ſi notitiam operis tibi comparare, atque inventis, quibus facile eſt addere, & tuam operam conjungere decreveris, ſermones, diſcurſuſque eruditiſſimos, ac utiliſſimos ſine numero, levi, ut ita dicam, brachio extrahere, formareque poteris.

Dixi: Si Notitiam operis tibi comparare decreveris! hanc autem notitiam paucis cape. Libuit illud ad grande memoriæ adjumentum in Decem Libros diſcriminare, quorum primus *De Deo*, Diviniſque perfectionibus ac Beneficiis Homini collatis, ſecundus *De Chriſto Domino*, ejuſque vita, Paſſione & morte, tertius *De Beatiſſima Dei Matre*, & ejus prærogativis ac excellentiis, quartus *De Sanctis* in cælo, & in Terra, quintus *De Homine*, & ſtatibus hominum tam ſacris, quam profanis, ſextus *De Virtutibus* tam Theologicis quam Cardinalibus, earumque filiabus, ſeptimus *De Peccatis* in genere, & in ſpecie, eorumque malignis effectibus, octavus *De Sacramentis*, nonus *De rebus ſacris* quæ hominem ad vitæ probitatem excitant, uti ſunt quatuor extrema, denique decimus *De Profanis*, id eſt, de mundo elementari, ipſiſque elementis, eorumque phœnomenis fuſiſſime agit. Quæ omnia tribus his verſiculis, quos memori mente ſervare utique perfacile poteris, compendioſe conſtringuntur. Attende, ſic ſonant:

Primo *Deus*, dein *Chriſtus* erit, cum *Virgine Matre*
*Cælicolas*, *Homo*, *Virtutem*, *Peccata* ſequuntur,
Tunc *Sacramenta* dabis, *Res Sacras* necte *Profanis*.

En, compendium, clavemque totius operis! quamdiu tres hos verſiculos memoria retinebis, Iliadem in nuce circumferes! Ponamus ergo, quod de Deo, rebuſque cæleſtibus diſcurrere conſtitueris, & ecce! ad primum: cum de virtutibus & vitiis ſermocinandum, ad ſecundum: cum de Sacramentis, & Rebus ſacris perorandum, ad tertium verſum tibi recurrendum erit; invenies ibi materiam ſcopo tuo convenientem, omni ſpe uberiorem.

Mira-

008110

Miraris forſan audaciam calami, dicisque, quid hoc ſcriptionis genere novi nobis obtruditur? nonne hoc ſæculo docto paſſim extant præclara opera ab Eruditiſſimis Scriptoribus exarata, quæ ſub titulo Bibliothecæ, Repertorii, aut Theſauri univerſalis, locos id genus communes pro uſu, & utilitate Concionatorum uberrime complectuntur? Veneror inſignia opera, palamque profiteor, nil novi affero quoad *Subſtantiam*, ſed quoad *Modum*, quia ut certo mihi perſuadeo, hic Scriptionis ordo, in hanc paulo ante deſcriptam decadem diviſus, ita ſubſervire videtur memoriæ, ut eruditiones, quæ quæruntur, promptiori facilitate in hoc opere, non jam quoad unicum verbulum, ſed quoad integras propoſitiones ſcopo quærentis accommodatas inveniantur. Loquamur practice, & pro exemplo ſumamus titulum, *Amor*, & clarius res patebit.

Hoc Vocabulum, quod in alphabetico ad primam Litteram repoſitum reperis, non uniformem habet ſignificationem; alius eſt enim Amor Dei erga hominem: alius Amor hominis erga Deum: alius Amor impudicus: alius Amor honeſtus: non erit abſque prolixa foliorum volutatione, conſequenter non abſque difficultate, ut in hac vocula, ad finem a te intentum, inter nigrum & album, inter malum & bonum diſcernas: hæc autem, quam præ oculis habes, ſcribendi methodus, jam diſtinctam in varias ſignificationes tibi ſuggerit materiam; Amor enim Dei erga hominem pertinet ad Librum I. de Deo: Amor hominis erga Deum ad Librum VI. de Virtute Caritatis; Amor laſcivus ad Librum VII. de Peccato Luxuriæ, & ſic deinceps: ubi non jam nudum vocabulum *Amor*, ſed in amoris laudem, aut vituperium, integras cum ſubjecto & prædicato propoſitiones, intentioni tuæ conformes reperies. Verbi gratia, de primo leges, quanta amor Dei Beneficia homini, Creationis, Conſervationis, Redemptionis, aliaque exhibuerit. De ſecundo, quomodo Amor hominis erga Deum terrena deſpicere, cæleſtia deſiderare, & voluntati Divinæ ſe conformare debeat. De tertio, quam turpiter deformet animam, quam raro ſerio emendetur, quam graviter a Deo puniatur, & quæ ſunt ſimilia, quibus omnibus fuſiſſimæ probationes ex Scriptura, ex Sanctis Patribus, & ex ratione adjunguntur. En! majorem hic, quam laudo, claritatem.

Propterea duplex tibi monitum inculcatum volo: Primum eſt, ut bene diſcernas ſignificationem, quæ ſub uno ſæpe vocabulo duplex aut triplex deliteſcit, & ideo ad duplicem aut triplicem fontem referri poteſt. Paradigma capiamus in verbulo *Mundus*; poteſt enim Mundus conſiderari *moraliter*, in quantum una cum carne & dæmone inimicus eſt virtutis: & *Phyſice*, in quantum eſt ingens, & admirabile artificium Divini Creatoris: Sub prima ratione deſcribitur in Libro IX. de *rebus Sacris*, ubi agitur de vanitate, de falſitate honoris, amicitiæ, voluptatis, proſperitatis, ſapientiæ Mundi, & quidquid facit ad illius contemptum. Sub altera ratione explicatur in Libro X. *de Profanis*, ubi de Mundo terraqueo, de regnis & provinciis, de elementis, eorumque motibus, & operationibus fuſiſſima fit deſcriptio. Alterum monitum, quod tibi commendatum cupio, illud eſt, ut bene agnoſcere ſtudeas, quæ inter ſe, ſive per ſe, ſive per accidens connexa ſunt, juxta Verſiculum: *Effectus cauſis, cauſas effectibus auge*! quamquam enim cauſa & effectus toto ſæpe genere inter ſe differant, tamen propter connexionem, aut relationem, quam inter ſe habent, ad eundem locum communem reducuntur: Sic Juſtitia Dei in

primo

primo Libro inter Perfectiones Divinas refertur, illi tamen Plagæ univerſales, uti fames, ſterilitas, peſtis, terræ motus, excidia urbium, aliaque Juſtitiæ punientis ſupplicia adjunguntur. Sic adverſitates pertinent ad patientiam tanquam Materia, ſic divitiæ ad avaritiam, & quæ ſunt ſimilia. Sic Status Militaris Libro quinto de Statibus hominum Profanis deſcribitur, illi tamen bella, ſtrages, rebelliones, ſtratagemata, aliæque Militaris ſtatus operationes adjiciuntur, id quod maxime attendendum in Libro Decimo de Profanis, ubi de Solis, Lunæ, & ſiderum influxu, de virtute elementorum, de natura & qualitatibus animalium, volatilium, terreſtrium, & aquaticorum prolixa fit deſcriptio.

Quod ſi his inſtructionibus nihil proficientibus, tua tamen indagandi induſtria diu deluditur, tandem recurre ad Indicem rerum & verborum, in calce operis ordine alphabetico annexum, tamdiu tibi profuturum, donec frequentiori recurſu & experientia accuratiorem operis notitiam tibi comparaveris.

Denique, cum Auctores, e quorum Scriptis eruditiſſimis totum hoc Opus induſtrioſe excerptum eſt, in decurſu omnium decem Librorum, una, eaque initiali plerumque littera citantur, ad uſum operis tibi ſubſerviat ſubſequens

# CLAVIS

## AD CITATIONES AUCTORUM.

A. Angeli Pacciuchellii in Jonam Tomi III.
B. Barziæ Miſſionale, ſeu Excitatoris Chriſtiani Tomi II.
C. Cornelii a Lapide Commentaria in Scripturam Sacram Tomi X.
D. Diſcurſus Curioſi P. Stephani Menochii, Partes XII.
E. Exemplorum Speculum Magnum P. Joannis Majoris S. J.
F. Foreſti Hiſtoria Coſmographica Tomi VI.
G. Guilielmi Peraldi Virtutum & Vitiorum Exempla.
H. Homiliæ Marianæ ſeu Sermones Triceſimales Friderici Forneri: Item P. Henrici Scherer S. J. Atlas Marianus.
J. Joannis Nycii Erithræi Exempla Virtutum & Vitiorum.
L. Laurentii Surii Commentarius Rerum in orbe geſtarum ab anno 1500. in annum 1574.
M. Michaelis a Calvo Aſſumpta Evangelica per Quadrageſimam.
N. Nadaſi S. J. Annus Cæleſtis, ſeu vitæ Sanctorum ad ſingulos dies.
O. Oeconomia Mirabilis Mundi P. Joannis Zahn Ord. Præmonſt.
P. P. Pauli Segneri S. J. Homo Chriſtianus Partes II. Item Manna animæ.
R. Roſſignolii S. J. Miracula Sanctorum Part. III.
S. Speranzæ, Scripturæ Selectæ. Item de Paſſione Domini.
T. Tobiæ Lohner S. J. Bibliothecæ Tomi Tertii Appendix Hiſtoriarum.
VV. VVeberi Ars diſcurrendi ad centum fontes reducta.

Hi omnes Auctores, numero plurimi, eruditione præſtantiſſimi, eorumque doctrinæ, lucubrationes, & commentaria aſcetica, nec non plurimorum aliorum, qui in hoc catalogo nominatim non recenſentur, ſcripta in tuum, amice Lector, totiuſque poſteritatis emolumentum, in hæc notandi loculamenta, immenſa cum farragine recondita ſunt, una cum eruditionibus, ex auditu quotidiano, lectione, diſcurſibus, concionibus, ſtudioque privato collectis, ut ad Dei gloriam, ad animarum ſalutem,

tem, ad virtutis incrementum, ad vitiorum exterminium conducant. Quomodo conducere poterunt, inquis, cum citatos Auctorum codices ad manus non habeam? Ne quæſo propterea hunc Librum deſpicias; ipſa enim notandi methodus tam jejuna, ſuccinctaque non eſt, ut non Orator, vel mediocriter doctus, propoſitiones, lemmata, textus, excerptaque omnia, accedente Rhetorica amplificatione, etiam ſine citati Auctoris ſubſidio, in rem ſuam convertere facile poſſit. Cape experimentum tui ipſius, utere, fruere, & Deum pro me ora, qui viciſſim tui ad Aras memor ero.

AUCTOR LIBRI.

# NOI RIFORMATORI

## Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P.F. Filippo Roſa Lanzi Inquiſitor General del Santo Officio di Venezia, nel Libro intitolato: *Spicilegium Univerſale Sacro-profanum &c. Auctore R. D. Joſepho Ignatio Claus &c.* non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a Niccolò Pezzana, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Publiche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. li 2. Marzo 1766.

{ *Angelo Contarini Proc. Rifor.*

{ *Andrea Tron Kav. Rifor.*

{ *Girolamo Grimani Rifor.*

Regiſtrato in Libro a Carte 269. al Num. 1677.

*Davidde Marcheſini Segr.*

L 1.



# LIBER PRIMUS
## DE DEO
*ET*
## ATTRIBUTIS DEI.

CARITAS DEI ERGA HOMINEM.
BENEFICENTIA, SEU BENEFICIA DEI.
*Beneficium Creationis.*
*Beneficium Conſervationis.*
*Beneficium Redemptionis.*
*Beneficium Vocationis ad fidem.*
*Beneficium Præſervationis a peccatis.*
*Beneficium Juſtificationis.*
*Beneficium Præſervationis ab inferno.*
*Beneficium Præſervationis a periculis corporis.*
JUDICIA DEI.
JUSTITIA DEI.
*Pœnæ Juſtitiæ punientis.*
*Plagæ univerſales.*
*Sterilitas terræ.*
*Fames.*
*Terræ motus.*
*Peſtilentia.*
*Bellum. Cædes cruentæ.*
*Grandines.*
*Locuſtæ.*
*Formicæ.*
*Excidia urbium.*
*Perſecutiones Eccleſiæ.*
MISERICORDIA DEI.
*Gratia ſanctificans.*
*Gratiæ actuales.*
*Gratia finalis.*
*Inſpirationes Dei.*
*Viſitationes cœleſtes, & deliciæ mentis.*
PRÆDESTINATIO DEI.
OMNIPOTENTIA DEI.
PRÆSENTIA DEI.
PROVIDENTIA DEI.
VOCATIO DEI.

## DEUS.

1. *Quis, qualis, & quantus ſit.*

ARiſtoteles ait: Quod in navi eſt gubernator, in curru auriga, in choro præcentor, in civitate Rex, in exercitu Imperator: hoc idem in mundo eſt Deus, niſi quod in illis principatus eſt laborioſus, perturbatus & anxius, in Deo vero eſt facilis, ordinatus & tranquillus &c. C. In c. 1. Gen. v. 1. fol. 34. col. 2. & ſeq. S. Auguſt. ait: *Ineſtimabilis, ineffabilis, incomprehenſibilis: ſi quæras magnitudinem, major eſt, ſi pulchritudinem, pulchrior, ſi dulcedinem, dulcior, ſplendidior, juſtior, fortior &c.* Quidquid pulchrum, quidquid magnum, quidquid bonum eſt, ab illa infinita pulchritudine, immenſitate, & bonitate eſt, Deus enim eminentiſſime in ſe continet omnia &c. S. punct. 120. fol. 373.

*S. Aug. Serm. de V. b. Apoſtol.*

Deus in ſe continet oceanum, & plenitudinem entis, puta omne eſſe, omne vive-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tem, ad virtutis incrementum, ad vitiorum exterminium conducant. Quomodo conducere poterunt, inquis, cum citatos Auctorum codices ad manus non habeam? Ne quæſo propterea hunc Librum deſpicias; ipſa enim notandi methodus tam jejuna, ſuccinctaque non eſt, ut non Orator, vel mediocriter doctus, propoſitiones, lemmata, textus, excerptaque omnia, accedente Rhetorica amplificatione, etiam ſine citati Auctoris ſubſidio, in rem ſuam convertere facile poſſit. Cape experimentum tui ipſius, utere, fruere, & Deum pro me ora, qui viciſſim tui ad Aras memor ero.

AUCTOR LIBRI.

# NOI RIFORMATORI

## Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P.F. Filippo Roſa Lanzi Inquiſitor General del Santo Officio di Venezia, nel Libro intitolato: *Spicilegium Univerſale Sacro-profanum &c. Auctore R. D. Joſepho Ignatio Claus &c.* non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a Niccolò Pezzana, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Publiche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. li 2. Marzo 1766.

{ *Angelo Contarini Proc. Rifor.*

{ *Andrea Tron Kav. Rifor.*

{ *Girolamo Grimani Rifor.*

Regiſtrato in Libro a Carte 269. al Num. 1677.

*Davidde Marcheſini Segr.*





# LIBER PRIMUS
# DE DEO
## ET
# ATTRIBUTIS DEI.

CARITAS DEI ERGA HOMINEM.
BENEFICENTIA, SEU BENEFICIA DEI.
*Beneficium Creationis.*
*Beneficium Conſervationis.*
*Beneficium Redemptionis.*
*Beneficium Vocationis ad fidem.*
*Beneficium Præſervationis a peccatis.*
*Beneficium Juſtificationis.*
*Beneficium Præſervationis ab inferno.*
*Beneficium Præſervationis a periculis corporis.*
JUDICIA DEI.
JUSTITIA DEI.
*Pœnæ Juſtitiæ punientis.*
*Plagæ univerſales.*
*Sterilitas terræ.*
*Fames.*
*Terræ motus.*
*Peſtilentia.*
*Bellum. Cædes cruentæ.*
*Grandines.*
*Locuſtæ.*
*Formicæ.*
*Excidia urbium.*
*Perſecutiones Eccleſiæ.*
MISERICORDIA DEI.
*Gratia ſanctificans.*
*Gratiæ actuales.*
*Gratia finalis.*
*Inſpirationes Dei.*
*Viſitationes cœleſtes, & delitiæ mentis.*
PRÆDESTINATIO DEI.
OMNIPOTENTIA DEI.
PRÆSENTIA DEI.
PROVIDENTIA DEI.
VOCATIO DEI.

# DEUS.

I. *Quis, qualis, & quantus ſit.*

ARiſtoteles ait: Quod in navi eſt gubernator, in curru auriga, in choro præcentor, in civitate Rex, in exercitu Imperator: hoc idem in mundo eſt Deus, niſi quod in illis principatus eſt laborioſus, perturbatus & anxius, in Deo vero eſt facilis, ordinatus & tranquillus &c. C. In c. 1. Gen. v. 1. fol. 34. col. 2. & ſeq. S. Auguſt. ait: *Ineſtimabilis, ineffabilis, incomprehenſibilis: ſi quæras magnitudinem, major eſt, ſi pulchritudinem, pulchrior, ſi dulcedinem, dulcior, ſplendidior, juſtior, fortior &c.* Quidquid pulchrum, quidquid magnum, quidquid bonum eſt, ab illa infinita pulchritudine, immenſitate, & bonitate eſt, Deus enim eminentiſſime in ſe continet omnia &c. S. punct. 120. fol. 173.

*S. Aug. Serm. de V. b. Apoſtol.*

Deus in ſe continet oceanum, & plenitudinem entis, puta omne eſſe, omne

*B. Claus Spicil. univerſ. Pars I.* A vive-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vivere, omne ſapere, omnem potentiam, omnem majeſtatem; hinc dicitur eſſe *Omnia*. Imo localiter, quia omnia univerſi loca occupat. 2. Quia omnes rerum ſpecies, numeros & ordines continet. 3. Quia eſt eſſentia eſſentiarum omnium. 4. Quia natura naturans naturarum omnium. 5. Quia omnia ſuſtinet, menſurat, & ordinat. 6. Quia in omnibus omnia opera operatur. C. in Eccli. 43. v. 29.

*S. Bern. ſer. 5. de tempo. c. 31.*

Pulchram deſcriptionem Dei dat S. Bernardus: *Deus eſt voluntas omnipotens, benevolentiſſima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, æterna dulcedo, creans mentem ad ſe participandum, vivificans ad ſentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, juſtificans ad promerendum... viſitans ad conſolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad immortalitatem, implens ad felicitatem &c.* C. in 1. Epiſt. S. Joan. c. 4. v. 16.

Deus eſt, cujus natura eſt bonitas, cujus voluntas potentia, cujus opus miſericordia. Deus eſt, a quo ſunt perpetuitas, locus & tempus. Eſt providentia rerum omnium. Eſt bonum, bonorum eſſentia. Eſt in quo vivimus, movemur & ſumus. Eſt quem nec mens attingit, nec intellectus, nec ſenſus. Eſt cum dicitur, non poteſt dici, cum æſtimatur, non poteſt æſtimari. Eſt qui tribus digitis appendit molem terræ. Eſt, erga quem orbis terrarum eſt quaſi gutta roris antelucani &c. C. Gen. c. 1. v. 1.

Deus Duodecim Epithetis honoratur: vocatur enim Dominator, Dominus, Deus, miſericors, clemens, patiens, multæ miſerationis, verax, qui cuſtodit miſericordiam in millia, qui aufert iniquitatem, qui reddit iniquitatem Patribus in filiis & nepotibus &c. C. Exod. 34. v. 6.

Ad Moyſen dixit Deus, *Ego ſum qui ſum!* id eſt, mihi ſoli ſufficiens: Creatura enim ſeu homo eſt, quod non eſt. C. Exod. 3. v. 14. Iſa. 46. v. 4.

### 2. *Comprehendi non poteſt ab intellectu creato.*

*Iſai. 6.*

Iſaias vidit Seraphinos ſtantes ante thronum Dei, & faciem velantes, quia capere non poterant incomprehenſibilem majeſtatem &c. S. punct. 119. fol. 370.

*Gen. 32.*

Jacobo, dum luctatur agnoſcere Deum, nervus femoris emarcuit. Ib. fol. 371.

*2. Par. 9.*

Majeſtas Dei implevit templum, ita, ut Sacerdotes ingredi, hoc eſt, ſcrutari non auderent. S. ibid. fol. 371.

*S. Leo Ser. de Paſſ. Dom.*

Sanctus Leo ait: Succumbat humana infirmitas gloriæ Dei, & in explicandis operibus ejus imparem ſe ſemper inveniat. S. ibid. fol. 372. *Deus eſt major corde noſtro*, ait S. Joann. id eſt omni cogitatu noſtro: imaginare tibi pulchritudinem, potentiam, magnitudinem, Deus major eſt corde noſtro &c. S. Punct. 147. fol. 457.

*1. Joan. 3.*

Epictetus interrogatus, quid ſit Deus? repoſuit: Si ego poſſem dicere, quid ſit Deus, aut Deus non eſſet Deus, aut ego eſſem Deus. Encomia noſtra, quibus Deum deſcribimus, ait S. Ambroſius, ſunt potius injuriæ, quam laudes &c. P. p. 2. diſ. 3. n. 2.

Quamvis ex artificioſa ſtatua ars ſculptoria factoris deſumi queat, non poteſt tamen illius ex illamet ipſius pietas, prudentia, proſapia cognoſci: ita licet ex creaturis deſumi aliquatenus poſſit perfectio Dei ut creatoris, tamen ex illis cognoſci non poſſunt proprietates perſonales, ad quas creaturæ nullam habent relationem. P. p. 2. Diſ. 4. n. 10.

*Plato in Parmen.*

Nomen Dei dicitur ineffabile, propter majeſtatem & reverentiam. Hinc ait Plato: Deus non poteſt definiri, non ſcientia capi, non in ſenſus noſtros incurrere, neque cogitatione comprehendi, nec ab ullo ente ſentiri &c. C. Exod. 6. v. 3. Et Act. 17. v. 22.

Sicut, quo longius quis in Oceanum progreditur, eo ſemper profundiora invenit; ita qui altius myſteria Dei ſcrutatur, ſemper altiora & difficiliora offendit. Hinc Salomon: .... *Alta profunditas, quis inveniet eam?* Et ille qui interrogatus, quid eſſet Deus, primo unum diem, dein duos, poſtea tres ad deliberandum petiit, & ſemper minus aptum ſe ad hanc reſponſionem invenit. Moyſe Deum primo in luce, dein in nube conſpexit, ubi Nyſſenus, in hoc conſiſtit Dei cognitio, ut videas, quod videri non poſſit, & omnem cognitionem ejus cognitio excedat. S. Punct. 120. fol. 372.

*Exod. 10.*

*S. Gregor. Nyſſ. l. de vita Moyſis.*

*Sicut, qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt Majeſtatis, opprimetur a gloria.* Id eſt, ſicut mel immoderate ſumptum, cruciatum, & mortem affert, quia cito vertitur in rubram bilem: ita quamvis per ſe bonum ſit Majeſtatis Divinæ cognitionem guſtare, tamen eam ſupra modum perſcrutari, ſua claritate hominem opprimit, & gravat. Imo nimia hæc ſpeculatio vertitur in errores & hæreſes &c. C. in Prov. 25. v. 27.



Impoſſibile eſt, etiam res creatas quotidie obvias intellectu capere! Quis enim phœnomena ſyderum, ventorum, maris, & elementorum explicabit? Multo minus ergo intellectus noſter ſe extendit ad Divina myſteria SS. Trinitatis, Incarnationis, Euchariſtiæ & alia. C. Eccli. 3. v. 25. Vide Tit. *Myſteria Fidei*.

Jacob poſt luctam cum Angelo quærit illius Nomen, & Angelus non illi reſpondit, ſed viciſſim interrogavit, *cur quæris nomen meum?* Et cur hoc? quia Angelus ille fuit Dei Legatus, Deus autem nullo nomine comprehendi poteſt. C. Gen. 32. v. 29.

*S. Chryſ. Hom. 23. in Matth.*

Hinc Deus ad Moyſen ex Rubo: *Ego ſum, qui ſum*. Deus enim non indiget nomine proprio, quia unus eſt, & quia ineffabilis eſt. Unde S. Attalus, Martyr, per contemptum rogatus a tyranno, quod nomen haberet Deus, reſpondit: *Qui plures ſunt, nominibus diſcernuntur, qui autem unus eſt, non indiget nomine*. C. Exod. 3. v. 13. ſeq.

Hinc etiam tot Philoſophorum fuerunt de Deo ſententiæ & errores: Anaximander ſtellas & aſtra putavit eſſe Deum: Anaximenes eſſe infinitum aerem: Democritus eſſe mentem igneam & mundi animam: Podicus eſſe quatuor elementa: Parmenides eſſe coronam, quæ cingit cœlum: Straton eſſe naturam: Epicurus eſſe corporeum ex atomis. Plinius eſſe ſolem &c. Sicut, qui mare navigat, errat, ait S. Chryſ. ita Philoſophi nihil cognoverunt de Deo. C. Exod. 6. v. 3.

### 3. *Ejus Bonitas elucet ex creaturis.*

*S. Bern. Serm. de ann. 53.*

S. Bernardus ait: Quid miraris in ſole ſplendorem, in flore pulchritudinem, in pane ſaporem, in terra fœcunditatem, a Deo hæc univerſa ſunt, nec dubium, quin multo amplius reſervaverit ſibi, quam dederit creaturis. Plotinus Philoſophus ex floſculi pulchritudine agnoſcit Deum, Cicero ex cœli motu, & aſtris &c. S. pun. 120. fol. 376.

Omnis Bonitas a prima Bonitate eſt, ait Dionyſ. quidquid igitur vides ſapientiæ, authoritatis, potentiæ, gratiæ &c. a Deo eſt. Et S. Aug. quidquid eſt, a te eſt quia ſine te nihil eſt. S. pun. 156. f. 508.

Aſcende a ſpecie creaturæ ad pulchritudinem Creatoris, tibique dicito: Si ita rubent roſæ, candent lilia, ſi ita rutilat aurum, nitet argentum, radiant gemmæ; quis color, quis odor, quis ſapor, quis decor eſſe debet ejus, qui hæc omnia fecit! Omnia, quæ hic vides, tantum gutta ſunt ad oceanum bonorum omnium, qui eſt in Deo. C. Gen. f. 46. col. 2.

S. Anſelmus ait: Quid per multa vagaris, o homuncio, cum omnia habeas in Deo? quæris pulchritudinem? pulchrior eſt: quæris bonitatem, melior eſt, tantuſque quo melior excogitari non poteſt. S. pun. 146. fol. 457.

Carolus & Gerhardus Nobiles VVormatia Mogontium itinerantes per prata floridiſſima agnoverunt florum caducitatem, & ſimul reſolutionem cœperunt, quærendi florum creatorem, qui eſt pulchritudo immarceſcibilis. T. n. 13.

Si rectum cor tuum eſſet, tunc omnis creatura ſpeculum vitæ, & liber ſanctæ doctrinæ eſſet. Non eſt creatura tam parva & vilis, quæ Dei Bonitatem non repræſentet. Th. Kemp. lib. 2. c. 4. n. 1.

*S. Aug. in Pſal. 93.*

S. Aug. totum mundum vocat librum, ex quo Deus legi poſſit &c. B. Ser. 3. nu. 24. Ad Moyſen dixit Deus: *Poſteriora mea videbis*, ubi S. Hilarius: Poſteriora ſunt ipſi effectus & creaturæ &c. S. pun. 120.

*S. Chryſ. hom. 9. ad pop. Ant.*

S. Chriſoſtomus quærit, cur Deus non ſtatim ab initio tradiderit ſcripturas, ſed diſtulerit uſque ad tempora Moyſis? & reſpondet, quia ex operibus creatorem voluit indicare: *Inviſibilia ipſius a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur &c.* S. pun. 120. f. 347.

*Rom. 1.*

*S. Aug. Soliloq. c. 31.*

Pulchre S. Auguſtinus: Circuibam omnia, quærens te, interrogavi terram ſi eſſet Deus meus, & dixit mihi quod non, & omnia quæ in ea ſunt hoc idem confeſſa ſunt. Interrogavi mare, & abyſſos, & reſponderunt, non ſumus Deus tuus. Interrogavi flabilem aerem, & ait univerſus aer cum omnibus incolis ſuis: Fallitur Anaximenes, non ſum ego Deus tuus &c. S. pun. 120. f. 375.

Aſcende, o anima a ſpecie creaturæ ad pulchritudinem creatoris, tibique dicito: Si ita rubent roſæ, candent lilia, purpurantur Hyacinthi, redolent caryophilli, vernant prata, quis decor eſſe debet ejus, qui hæc omnia creavit? Noli de-

decori creaturæ cor affigere, ut verum & immenſum decorem perdas: noli cum cane Æſopico umbram carnis ſequi, ut ipſam carnem tibi ſinas excidere. C. Gen. 1. v. 12. in fine. Et A. lect. 8. §. 8. & 9.

Homines ſancti in omnibus rebus hujus mundi Deum agnoſcebant, S. Ambroſius in rana, S. Franciſcus in cicada. Hunc in ſenſum ait Sponſa, *Surgam & circuibo civitatem, per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea*. A. lect. 8. §. 9. (Cant. 3.)

S. Antonius quæſitus a Philoſopho, quomodo tempus in ſolitudine agere poſſit abſque libris, reſpondit, mundum univerſum librum eſſe, & creaturas tot caracteres, quibus legere poſſit gloriam conditoris: Verum eheu! multi ſunt, quos Auguſtinus deſcribit, qui has creaturas intuentur ſine ſenſu ſicut librum intuentur, qui legere neſciunt. Vident quidem caracterum apices, ſed non intelligunt &c. D. 11. 84. (Sor. hiſt. Eccl. l. 4. c. 23.)

Si ita rubent roſæ, candent lilia, vernant prata, delectant poma: Si ita virent ſegetes, rutilat aurum, nitet argentum, radiant gemmæ, quis odor, quis ſapor, quis decor debet eſſe ejus, qui creavit hæc omnia! hæc ſpecioſa, quæ vides, quæ tangis, quæ ſapis, tantum ſunt gutta ad oceanum honorum omnium, qui eſt in creatore Deo. Si ergo te rapit ſpecies floris, aut perſonæ, noli ea capi, ſed mentem transfer ad ſpeciem increatam, quæ hæc omnia pulchra, quaſi quoſdam radios ex ſe diffudit. Noli cum cane Æſopico umbram carnis ſequi, ut ipſam carnem tibi ſinas excidere &c. C. Gen. 1. v. 12. in fine.

### 4. *Solus ſatiat animam.*

Sume vitrum triangulare, injice globum, an explebitur vitrum? neutiquam; quia rotunditas triangulum explere non poteſt: Anima hominis quaſi triangularis eſt, habens tres potentias, igitur a ſolo Deo uno, & trino expleri poteſt, *Homo Dei capax eſt*, ait S. Aug. hinc petiit Deus a ſponſa: *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum*: Signaculum ſeu ſigillum in cera expreſſum nihil perfecte explet, niſi annulus ſigillaris ille ipſe, qui ceram ſignavit: ita animam nihil explet niſi creator Deus. B. Serm. 3. n. 13. (S. Aug. ſerm. 125. de temp.) (Cant. 8.)

Deus deſideriorum noſtrorum ſcopus, & finis eſt, extra quem anima noſtra ad Deum creata nullam invenit quietem, nullam ſatietatem. Ibi in cœlis ſancti inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, ibi Deus torrente voluptatis ſuæ potabit eos. Hic in terris non eſt niſi fel & abſynthium, ibi autem Deus erit nobis omnia in omnibus. Ibi omnem gloriam, omnes divitias, omnem ſapientiam, omnes deliciarum theſauros in nos, imo ſeipſum transfundet. Cur ergo per multa vagaris miſer homo? ama unum, in quo ſunt omnia. Exclama: Quid mihi eſt in cœlo, & a te quid volui ſuper terram? C. Eccleſ. c. 2. v. 8.

Deus vocatur *Saddai*, quod idem eſt ac ſufficientia, abundantia, plenitudo omnium bonorum. Nihil ergo ſatiare poteſt hominem, non opes, non honores, non voluptates, ſed ſolus Deus. Sic S. Lodovicus dicere ſolebat: *Omnis copia, quæ Deus non eſt, mihi inopia eſt*. Cap. Gen. 17. v. 1.

S. Catharina Genuenſis dicere ſolebat: horrerem ſi in oriente eſſem, & vel unam animam Deo carentem in occidente gradum efferre præſentirem. S. punct. 163. f. 521.

Salomon poſtulavit a Deo ſapientiam: O quam melius poſtulaſſet, Deo non privari. S. ibid.

Quam male ſe habet avicula, quæ abſciſſis alis volare non poteſt! quam male fera ſilveſtris, quæ truncatis pedibus currere non poteſt! da illis pabulum gratiſſimum, abundantiſſimum, tamen lugebunt; quia ad libertatem natæ ſunt. Ita homo; quia ad Deum creatus eſt. Et hæc erit pœna maxima inferni, carere Deo.

### 5. *Eſt compendium omnis boni deſiderabilis.*

S. Anſelmus monet: Quid per multa vagaris, o homuncio, cum omnia habeas in Deo: Quæris pulchritudinem? pulchrior eſt: Quæris bonitatem? melior eſt, tantuſque, quo melior excogitari non poteſt. S. pun. 146. f. 457.

Deus omnes perfectiones creaturarum in ſe continet eminenter, eminentia longe majori, quam aurum in ſe continet pretium plumbi: Nam hæ ipſæ res, quæ in ſeipſis ſunt inanimes, uti metalla, lapides, margaritæ, in Deo ſunt vivæ. Quæ in ſe ſunt mixtæ, in Deo ſunt puræ, quæ in ſe ſunt caducæ, in Deo ſunt æternæ. Hinc eſt, quod ſe ſolo ſine ipſis poſſit omnia facere, quod facit cum ipſis: ſine ſole poteſt illuminare, ſine aqua refrigerare, ſine aere refocillare, ſine igne calefacere, ſine terra germinare; qui in ſeipſo concludit perfectionem omnium iſtarum creaturarum, & quod utatur earum obſequio, bonitatis eſt, non neceſſitatis. Segn. Manna 25. Martii n. 1.





Carolus IX. Galliarum Rex pretioſum monile dedit illuſtri feminæ cum inſcriptione: Qui me habet, nulla re indiget. Jactantia hæc eſt de homine, ſed veritas de Deo. T. n. 352.

*Deus meus, & omnia!* exclamavit millies S. Franc. Seraphicus! quaſi diceret: Habeant alii divitias immenſas, honores immenſos, voluptates immenſas, felicitates immenſas, quas excogitare intellectus poteſt; mihi hæc omnia, & quidem eminenter Deus eſt, quia fons eſt, & compendium omnium felicitatum.

### 6. *Digniſſimus eſt, cui ab omnibus ſerviatur.*

Motiva ſerviendi Deo ſunt ſequentia: 1. Magnitudo & excellentia incomprehenſibilis Dei. 2. Incarnatio Dei Filiique, eaque omnia, quæ pro nobis, ut Redemptor egit, & paſſus eſt. 3. Perfectio vitæ Chriſtianæ ad quam obligant præcepta Dei, & obligationes cujuslibet ſtatus. 4. Beneficia tam generalia, quam particularia a Deo nobis collata. 5. Præmium beatitudinis cæleſtis. 6. Pulchritudo virtutis, & fœditas vitii. 7. Imitatio Sanctorum Martyrum, Confeſſorum, Virginum &c. 8. Multitudo, & gravitas peccatorum commiſſorum. 9. Innumera pericula, quæ nos circumſtant, in quibus multi perierunt, & hodiedum pereunt. 10. Diſtrictum Dei judicium. 11. Brevitas hujus vitæ, & æternitas futuræ. 12. Mors certa, & tempus mortis incertum. 13. Abyſſus inſcrutabilis judiciorum Dei. 14. Atrocitas tormentorum infernalium. 15. Jucunditas & pax interna virtutis, & perturbatio impiorum.

Servire autem poſſumus Deo, cum ejus perfectiones imitamur, videlicet immutabilitatem, amorem virtutis & odium peccati, patientiam, miſericordiam, liberalitatem, veracitatem, fidelitatem &c. C. in Joel. 2. v. 13.

### 7. *Remuneratur juſtorum ſervitia.*

Tria ſunt præmia, quæ Deus largitur ſervientibus ſibi: 1. Sunt delitiæ ſpirituales, quæ carnales ſeu terrenas immenſum ſuperant. 2. Illud eſt, quod inter proſpera & adverſa, ſemper cæleſtia reſpiciant; ſic S. Tiburtius Martyr, S. Laurentius, S. Vincentius, & alii. S. Columbanus cœnam Theodorici Regis Franciæ averſatus dixit: Indignum eſt ora ſervorum Dei ejus cibis polluī, qui cum ipſis injuſtum bellum gerit. Tales itidem fuerunt Moyſes in Pharaonem, Nathan in Davidem, Elias in Achab, Eliſæus in Joram, Iſaias in Manaſſem, Jeremias in Sedeciam &c. Tertio denique ſunt delitiæ, & divitiæ gratiæ in terris, & gloriæ in cælis; Eccleſia enim militans tendit ad triumphantem. C. Iſai. c. 58. v. 14.

Et quidni remuneretur obedientiam mandatorum, cum Deus in juſtis, & juſti in Deo habitent, juxta illud: *Qui ſervat mandata ejus in illo manet, & Deus in eo*. Deus manet in eo 1. Sicut Doctrina Magiſtri manet in diſcipulo; 2. Per amorem. 3. Per clientelam. 4. Tanquam locatum in loco. 5. Denique ſubſtantialiter, quia ſuam ſubſtantiam juſto communicat. C. 1. Ep. S. Jo. 3. v. 24. (Epiſt. Jo. 3. v. 24.)

Remuneratio Caritatis, qua Deus amatur, eſt ipſe Deus, ſeu regnum celorum, cujus amor eſt pretium. Ama Deum, & regnum Dei obtinebis! Et quis non amet Deum, ſumme amabilem, qui eſt gaudium Angelorum & hominum, in quo ſunt omnes delitiæ, omnis gloria, omnia bona in gradu infinito? qui prius tam impenſe amavit nos, ut nos crearet, redimeret, conſervaret, a gehenna præſervaret, & omnia nobis bona præſtaret? &c. C. in Jac. 2. v. 4.

### 8. *Exaudit orationes Sanctorum.*

Deus orationibus Sanctorum, ſi fieri aliter non poſſit, etiam per miraculum ſatisfacit. Abbas Georgius deſiderans in Monte Sina Paſchalem Synaxin transfertur Hieroſolymam ad communicandum. Adoleſcens Eremita vehementer ſitiens repente impetrat fontem erumpentem e terra. Theodorando Abbate orante vallis coeunte utrinque monte ſeſe concluſit, & ſtagnum fecit, quo piſces in abundantia nutriebantur, pro fratribus in Monaſterio alendis, iiſque ab eſu carnium cohibendis. Florentius Abbas totam regionem per circuitum ſerpentibus repletam oratione purgavit, eoſque omnes internecione deletos evaneſcere

fecit. S. Albericus Hierapolitanus calidos fontes pro balneo fratrum ægrotantium e terra erumpentes impetravit. Cum Andronicus Comnenus Diſypatum templi lectorem vivum aſſari decreviſſet, ille orans a Deo obtinuit in carcere, ut Imperator omnem ſui nominis, id eſt Diſypati memoriam perdiderit. Sic ille e carcere liberatus eſt, Andronico paucos poſt dies emortuo. C. in Jer. 29. v. 14.

Et quid mirum, quod exaudiat; quia Deus in anima juſti tanquam templo ſubſtantialiter inhabitat? C. Aggæi 2. v. 24.

Dicis: Cum Deus ſit infinita Bonitas, & ex ſe pronus ad benefaciendum, cur non ultro dat, quibus ſcit, nos indigere? cur vult orari, & prolixe rogari? Reſp. 1. Quia hoc poſtulat Dei Majeſtas, & reverentia. 2. Quia hoc exigit hominis conditio, ut agnoſcat, ſe, ſuaque omnia pendere a Deo: 3. Quia idipſum poſtulat rei, quæ petitur, dignitas, petimus enim a Deo gratiam & gloriam. 4. Quia hoc requirit orationis utilitas & præſtantia, quæ ingentia oranti commoda confert, uti fidem, ſpem, caritatem, orantemque facit quaſi Angelum Dei familiarem. C. in Jo: 16. v. 27.

Exod. 14. S. Bern. Serm. 16. Pſal. 90. *Dixit Dominus ad Moyſen, quid clamas ad me?* S. Bernardus ait: *Clamor in auribus Dei eſt deſiderium vehemens.* Seu ut ille dixit: Apud Deum valet non magnus clamor, ſed magnus amor. Et S. Auguſtinus: *Cum oras, clama, non voce, ſed mente; nam & tacentes exaudit Deus. Jeremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tripudiant, Job nudus in ſterquilinio triumphat, paradiſum latro in cruce invenit, non eſt locus, ubi non eſt Deus!* C. in Exod. 14. v. 15.

### *9. Non invenitur niſi contemptu creaturarum.*

S. Franciſcus ad Sacerdotes ſui Ordinis ita perorabat: *Magna miſeria, & miſeranda infirmitas, quando ipſum* (Chriſtum in Euchariſtia) *præſentem habetis, & aliquid aliud in toto mundo curatis!* Sileat a facie ejus omnis terra! ſilere hic idem eſt ac timere, revereri, obſtupeſcere. *Factum eſt ſilentium in cœlo*, ſi cælites ſilent & obſtupeſcunt Dei gloriam, quid ni ſileant & obſtupeſcant mortales? Ratio eſt 1. Quia eſſentia Dei eſt auguſtiſſima, & immenſa, adeoque omnem intellectum creaturarum immenſum tranſcendit. 2. Quia in Deo infinita etiam eſt ſanctitas, ſapientia, providentia, ſicut enim oceanus eſt eſſentiæ, ita & oceanus eſt omnium perfectionum. Ideo exclamat Apoſtolus: Rom. 11. *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus!* 3. Quia Deus non tantum infinitus eſt in ſuis perfectionibus, ſed & perfectiones ac dotes creatas, imo etiam impoſſibiles, & imaginabiles, infinitis & infinities infinitis gradibus tranſcendit. Quid ergo erit creatura erga Deum? Purum nihilum!

Ex hac conſideratione immenſæ Maeſtatis & Sanctitatis Dei triplicem fructum referimus: 1. Diſcimus in abyſſo noſtri nihili, miſeriæ & peccatorum humiliari, dicendo cum S. Franciſco: Quis tu Domine, quis ego? 2. Excitamur, ut Deum ſuper omnia, etiam ſupra nos ipſos ſinceriſſimo affectu ob infinitam ſuam excellentiam diligamus, eique gratulemur immenſam gloriam. 3. Docemur ſcalam optimam aſcendendi ad Deum eſſe ſilentium, & contemptum creaturarum: Vir ſanctus rogatus, *ubi inveniſti Deum?* reſpondit: *Ubi creaturas reliqui!* D. Paul. p. 685. Duobus modis, ait S. Dionyſius, aſcendimus ad Deum: 1. Affirmationis & comparationis, profitendo, quod omnes dotes, & excellentiæ creaturarum in Deo ſint infinities perfectiores. 2. Negationis, nimirum negando de Deo omnes imperfectiones reperibiles in creaturis v. g. dicendo: Deus non eſt animal, non homo, non cœlum, non Angelus, ſed aliquid infinities majus. S. Dionyſ. Lib. de Myſt. Theolog. S. Auguſtinus ait: Domine, amo Te, ſed & cœlum & terra mihi dicunt, ut amem te! Non hæc amo, cum amo Deum meum! Et quid eſt hoc? Interrogavi terram, & dixit: Non ſum! Interrogavi mare, & abyſſos, & reptilia animarum viventium: Et reſponderunt, non ſumus Deus tuus! Interrogavi cælum, lunam, ſolem, & exclamarunt voce magna: Ipſe fecit nos! &c. C. in Habac. c. 2. v. 20. S. Aug. l. 10. conf. c. 6.

### *10. Talis eſt erga nos, quales nos erga illum.*

Ezechias, quia pro victoria grates non agit, perdit ſanitatem. Hinc illum Pſalmi locum, *cum ſancto ſanctus eris*, alii legunt, cum liberali liberalis eris, quia Deus Pſal. 17. ſe



ſe talem exhibet erga nos, quales nos erga Deum, cum liberali liberalis eſt, cum parco parcus &c. S. punct. 156. fol. 505.

Deus eodem prorſus modo nobiſcum agit, uti nos cum illo. Paoletti. Dom. Quinquageſ.

Deus malis leo eſt, & agnus bonis, quia cum illis atrociter, cum his benigne procedit. Paoletti Fer. 3. poſt Dom. 1. Quadrag.

Fuere, qui ut amplas ſibi domos ac palatia conſtruerent, Eccleſias & loca Deo ſacra deſtruxerunt, in eos autem Deus adeo animadvertit, ut eorum domus, familiæ ac divitiæ paulo poſt diſſipatæ & ad incitas redacta ſint. I. 99.

S. Franciſcus de Paula dicere ſolebat: Quanto liberalior es erga Deum, tanto liberaliorem experieris Deum. N. 2. April.

Pſalm. 7. Peccator *incidit in foveam, quam fecit.* Amman in furca ſuſpenditur, quam ſtruxit Mardochæo. Apparitores igne conſumuntur, in quem tres pueros conjecerant. Daniel inter leones ſalvatur, a quibus accuſatores dilaniantur. Duo ſenes calumniam Suſannæ morte luunt. Et univerſim Deus ſpeculum eſt, inſpicienti eundem vultum exhibet, quo ille inſpicit. D. 5. 81.

S. Hilar. in Matt. c. 10. S. Hilarius ait: Deum negaturum eum Patri in cœlis, qui ſe hominibus in terra negaſſet: Eum porro, qui confeſſus coram hominibus ſe fuiſſet, a ſe in cœlis confitendum: qualeſque nos nominis ſui teſtes hominibus fuiſſemus, tali nos apud Deum Patrem teſtimonio uſuros. Brev. 26. Jan.

### *11. Eſt abſolutus Dominus gratiæ & donorum.*

Quamdiu cæcus ille clamavit: *Fili David* miſerere mei, ſanitatem non impetravit, quamprimum vero rogavit, *Domine*, ut videam, ſanatus eſt: Cur? S. Chryſ. ait, quia Chriſtus eſt omnis gratiæ Dominus. M. conc. 36. aſſump. 2. n. 2.

Latro dum Chriſtum confitetur *Dominum*, paradiſum obtinet, & Paulus clamans *Domine* convertitur. M. Ibid. nu. 3. & 4.

Nomen Dei fere apud omnes gentes eſt quadrilitterale: Sic Ægyptii Deum vocant, [illegible]. Perſæ, [illegible]. Hetruſci [illegible]. Arabes, [illegible]. Græci Θεὸς. Latini Deus. Germani Gott. Galli Dieu. Hiſpani Dios, quare? ut ſignificetur Deum tenere Dominium in quatuor orbis partes! Dominium in quatuor elementa! Dominium in quatuor extrema hominis &c. C. Exod. 6. v. 3.

Sicut creatio mundi dependit abſolute a voluntate Dei; ita & dependet conſervatio: Si unico momento manum retraheret, mundus in ſuum nihilum recideret. Et quis poſſet reſiſtere poteſtati illius? Tempore diluvii ab interitu ſalvavit Noemum cum uxore & filiis. Turrim Babel ædificare volentium ſuperbiam confuſione linguarum confudit. Per Moyſen omnia elementa miraculis complevit. Iſraelitas mirabiliter, nequicquam Pharaone renitente, ex Ægypto liberavit, aliaque ſtupenda operatus eſt. Et quis potuit, aut hodiedum poteſt Deo reſiſtere in operibus ſuis? G. c. 1.

In Nativitate Chriſti novam ſtellam in cœlis accendit, in morte autem ſolem obſcuravit, ut indicaret, quod ſuos Sectatores v. g. Magos cæleſti lumine illuſtrare, adverſarios autem v. g. Judæos tenebris excæcare poſſit.

### *12. Semper & ſine fine laudandus.*

Deum lingua, mente & moribus inceſſanter laudare debemus, tota vita noſtra debet eſſe continua laus Dei. Imo. Quia eſt immenſa & infinita majeſtas. 2. Quia innumera beneficia nobis contulit. 3. Quia omnes creaturæ ejus gloriam teſtantur. 4. Quia hoc eſt opus nobiliſſimum omnium priorum. 5. Quia eſt proprium Angelorum & Sanctorum. Laudatur autem Deus magis pia vita, quam lingua, ait S. Aug.

S. Aug. in Pſ. 34. 23. In regno Indiæ gentiles venerantur idolum Pagodem, tanta devotione, ut aliqui ejus amore ſe rotis obterendos, & confrangendos offerant. Regius Princeps amore Pagodis ſe ſolitudine & inedia macerabant, cumque a Medicis moneretur, ut parceret valetudini, repoſuit, ſibi unum opus in amorem Pagodis peractum magis placere, quam vitam centum annorum. T. n. 255. Hæc gentiles amore idoli, quid Nos?

Perſa quidam Regi ſuo divitias omnes mercatura acquiſitas donavit. Rex nolens liberalitate ſubditi vinci gemmas pretioſiſſimas illi viciſſim obtulit: Sed Perſa non acceptavit, dicens, ſe nihil aliud quærere, quam ut Regi placeret. T. n. 282. Quid nos Dei amore?

Deus ſuper omnia amandus quatuor ex cauſis: 1. Quia eſt Creator cordis, quod eſt ſedes amoris. 2. Quia cor eſt imago Dei Creatoris. 3. Quia Deus eſt finis hominis. 4. Quia eſt ſummum Bonum. C. Deut. 6. v. 5.

Modus laudandi Deum eſt multiplex: 1. Celebrando illum hymnis & verbis. 2. Abſtinendo a peccatis. 3. Inſiſtendo ſanctis actionibus virtutum. 4. Studendo perfectioni & heroicis operibus. 5. Meditando infinitam Dei excellentiam. 6. Invitando alios ad laudem Dei. 7. Patiendo adverſa, ipſamque mortem pro Deo. C. Iſaiæ 12. v. 14.

*S. Bern. Serm. 11. in Cant.*

Laus Dei officium eſt, & vita Angelorum, ait S. Baſilius. Et Bernardus: *Nihil ita proprie in terris repræſentat cæleſtis habitationis ſtatum, ſicut alacritas laudantium Deum, dicente Scriptura: In ſæcula ſæculorum laudabunt te!* C. in Apoc. c. 7. v. 12.

Laus Dei maxima in hac vita eſt plena reſignatio in Divinam voluntatem; hinc S. Paulus in ſuis loquelis & Epiſtolis, quidquid agere cogitabat, ſemper addidit: *Si Deus voluerit!* v. g. *Veniam ad vos, ſi Deus voluerit!* hunc loquendi modum familiarem ſibi habuere Judæi, gentes, & primi Chriſtiani, imo omnes habere deberent, qui veri ſunt Chriſtiani. C. Jac. 4. v. 15.

*2. Cor. 4.*

### CARITAS DEI.

### Seu Dilectio erga hominem.

#### 13. *Amat hominem ab æterno.*

*Jerem. 31. S. Bonav. Ser. 1. ter. 2. Pent.*

IN *caritate perpetua dilexi te.* Ubi S. Bonaventura: Bene dixit in caritate perpetua, dilexit enim, antequam tu, vel aliquis homo, vel angelus, vel cælum, vel terra eſſet. B. Ser. 20. n. 9. & ſeq.

Deus dicitur conglutinatus eſſe cum populo Iſrael, quod verbum ſignificat vehementiam amoris, ait Corn. a Lap. S. pun. 157. fol. 508.

Caritas, qua Deus dilexit hominem plane ex multiplici capite eſt admiranda: Primo. Quia amavit hominem non quia erat bonus, ſed quia ille cupiebat facere bonum, cum fere in modum quo ſtatuarius ſilvam perambulans truncum eligit non quia deformis eſt, ſed quia vult facere elegantem. Secundo. Quia amor ſuus perpetuus & Deo coævus; ab æterno jam cogitavit de me, de te, de omnibus ſingillatim: Quis autem non commoveatur erga aliquem, qui etiam inicio apud Principem favet &c. Tertio. Quia una cum hac caritate perpetua jam ab æterno decrevit, & præparavit media ſalutis. Quarto. Quia non deſiit trahere etiam nolentem, & refractarium &c. Seg. Manna 19. Feb.

Caritas Dei elucet ſingulariter ex myſterio Incarnationis, quia quaſi impatienter exſpectavit Dominus illud tempus, quo poſſet cum hominibus converſari. Paoletti Feſto Nativitatis Domini.

Ignis Spiritus Sancti & caritatis eſt ſymbolum: 1. Ignis eſt quaſi omnipotens, quia ferrum & metalla emollit. 2. Si hoſtis eſt, terribilis & formidandus & ut patet in incendiis, & fulminibus, ſi vero amicus beneficus eſt; nam cibos coquit & calefacit. 3. Nunquam eſt otioſus, ſed vividus & activus. 4. Ab omni alia re puriſſimus eſt &c. Ita Deus in omnibus. C. Levit. 9. v. 23.

#### 14. *Erga hominem eſt admirabilis.*

Cum Deus omnes creaturarum perfectiones eminenter in ſeipſo contineat, mirum eſt, quod aliquid amet extra ſe: Proinde Apoſtolus dedit quatuor dimenſiones hujus amoris, quæ non quidem in hac, ſed in altera vita intelligemus: *Ut poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, & ſublimitas & profundum.* *Epheſ. 3.* Latitudo amoris Divini complectitur omnes indiſcriminatim homines, etiam peccatores. Longitudo eſt ab æterno uſque in æternum. Sublimitas tanta, ut etiam Filium ſuum dederit. Profunditas tanta, ut dederit illum ad ignominias, dolores, & crucem &c. Seg. Manna 25. Martii.

Quid eſt homo comparatus ad Deum? Minus eſt, quam vermiculus terræ comparatus ad Regem! & tamen Deus adeo curam gerit hominis, ac ſi magna pars ſuæ felicitatis ab eo dependeret! Novem choros Angelorum in cælis relinquit, & in terram deſcendit, ut hominem lapſum redimeret. Imo de hominibus etiam particularibus tanquam de re ſua curam geſſit: Jacobum contra Fratrem in itinere defendit. Moyſen contra æmulos & detractores protexit. Voci Joſue dicentis: Sol contra Gabaon ne movearis, obedivit &c. Hinc etiam ad preces ſervorum ſuorum facile ſe flecti permiſit: Abrahamo pro Sodomitis roganti, & quaſi importuno ſemper benigne reſpondit. Ad Moyſen pro populo orantem dixit: Dimitte me, ut iraſcatur furor meus; quaſi a creatura, tenere amata, ſtringi & teneri poſſet. G. c. 3.



Admirabilitas Beneficentiæ Divinæ erga hominem elucet. 1. Ex Majeſtate amantis & largientis; quid enim majus Deo, qui infinities tranſcendit homines & angelos? 2. Ex vilitate hominis, cui Deus benefacit, quia vermiculus terræ, peccator, ingratus, carnalis eſt. 3. Ex largitate, qua prævenit hominem, & ultro illi offert ſua dona, gratiam, gloriam, Angelicam cuſtodiam. 4. Ex fine, quia homini largitur ſua dona, ut illi bene ſit, non Deo; Deus enim non indiget homine. 5. Ex modo quo ſe communicat homini, ut illum heredem, & coheredem Chriſti faciat. &c. C. in Jac. 1. v. 5.

In hac philanthropia, ſeu ſingulari Dei amore in nos multa ſunt admiranda: 1. Quod ab æterno nos amarit, ille, qui eſt Deus, ſumma Majeſtas & felicitas, qui in ſe omne bonum habet, ita ut nobis, aut alia re non indigeat. 2. Quod non neceſſario nos amet, ſicut amat Filium & Spiritum Sanctum, ſed prorſus libere. 3. Quod nos amet ſine ſuo commodo aut utilitate. 4. Quod hominem amet, in quo nulla præceſſit ratio, nullum meritum, ſed potius multa demerita. 5. Quod dilexerit eos, quos præſcivit fore ingratos, imo hoſtes ſuos. 6. Quod amor hic Dei non ex ignorantia, aut paſſione procedat, ſed cum ſumma ſapientia conjunctus ſit. Hæc autem ſapientia Dei diligentis hominem peccatorem, & miſerum non in eo conſiſtit, quod homo ſit objectum diligibile per ſe, ſed omnis ratio amandi eſt ab ipſo Deo, qui diligit nos propter ſe, quia ſumme bonus eſt, ita, ut bonitatem & liberalitatem ſuam in nos omni dilectione indignos effundere velit. C. in Ep. ad Tit. c. 3. v. 4.

Aquila eſt ſymbolum Dei. In quo? An quia eſt Regina avium? aut quia longæva & fœcunda? aut quia eſt ſimulacrum ſolis, quem immotis oculis aſpicit? Præcipue ideo, quia ſingulari amore pullos tuetur: In excelſis locis nidum collocat, ne coluber fœtus violet: Ametyſtum quoque in nido collocat, quo omnia venena ſuperantur. Ita Deus pari amore creaturas ſuas proſequitur, & tuetur, ne draco diabolus illis noceat, lapidem ponit in fundamentis Sion, quo hoſtium inſidiæ franguntur. C. Deut. 32. v. 11.

*S. Hieron. in Iſa. 65.*

### BENEFICIA DEI ERGA HOMINEM.

#### 15. *Sunt voces, quibus Deus ad ſe vocat.*

ABrahe & Moyſis amorem lucratur Deus per beneficia. S. pun. 150. fol. 470.

S. Gregor. ait: Vocat nos aliquando Dominus per mundi proſpera, aliquando per adverſa. Quærit S. Ambroſ. cur huic ager fructificet, qui nec granum meretur, & reſpondet, quod Deus per ipſam abundantiam vocet. In hunc ſenſum de ſe dicit Auguſtinus: Ego te offendebam, & tu me defendebas, ego te non timebam, & tu me cuſtodiebas &c. S. punct. 98. f. 299.

*S. Ambr. Serm. 82.* *S. Aug. in ſolil. c. 21.*

Exploratores illi ad Rahab: *In feneſtra, per quam concatenaſti nos.* Quaſi dicant, beneficium, quod a te accepimus, concatenavit cor noſtrum. Et in hunc ſenſum ſponſa: *Dilectus meus mihi, & ego illi &c.* S. pun. 91. f. 236.

*Joſ. 2.* *Cant. 2.*

*In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis.* Hæc vincula caritatis ſunt beneficia, quibus cor hominis trahitur ad redamandum. C. Oſeæ 11. v. 4. Funiculus triplex, Creatio, Redemptio, Sanctificatio. Quamquam beneficia Dei communia ſint, reſpicienda tamen, & accipienda ſunt, ac ſi eſſent particularia ſeu privata. Sic S. Paulus ait: *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* An ergo non pro omnibus traditus eſt? omnino reſpondet Chryſoſtomus, ſed peculiare hoc eſt amori, ut ex communibus propria faciat. S. pun. 156. f. 507.

*Oſea 11.* *Gal. 2.* *S. Chryſ. hom. 34. in Gen.*

Quantum beneficium remiſſio peccatorum? hinc Ezechias rex Juda dixit: Dominus Bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum, & non imputabit eis, quod minus ſanctificati ſunt.

*2. Par. 30.*

#### 16. *Obſtringunt animos ad gratitudinem.*

S. Vincent. Ferr. ait, illam diem, quo accipimus beneficium, aureo lapillo notandum eſſe: Hanc memoriam petiit Deus ab Iſraelitis ex Ægypto liberatis, & a ſponſa &c. S. pun. 155. f. 499.

*S. Vinc. Ferr. ſer. de Pur. in concep. lit.*

Rex ille habebat annales, quibus quotidiana beneficia conſcripſit: Scribe & tu, quoties te Deus liberaverit a morte, a pe-

Deus ſuper omnia amandus quatuor ex cauſis: 1. Quia eſt Creator cordis, quod eſt ſedes amoris. 2. Quia cor eſt imago Dei Creatoris. 3. Quia Deus eſt finis hominis. 4. Quia eſt ſummum Bonum. C. Deut. 6. v. 5.

Modus laudandi Deum eſt multiplex: 1. Celebrando illum hymnis & verbis. 2. Abſtinendo a peccatis. 3. Inſiſtendo ſanctis actionibus virtutum. 4. Studendo perfectioni & heroicis operibus. 5. Meditando infinitam Dei excellentiam. 6. Invitando alios ad laudem Dei. 7. Patiendo adverſa, ipſamque mortem pro Deo. C. Iſaiæ 12. v. 14.

S. Bern. Serm. 11. in Cant.

Laus Dei officium eſt, & vita Angelorum, ait S. Baſilius. Et Bernardus: *Nihil ita proprie in terris repræſentat cæleſtis habitationis ſtatum, ſicut alacritas laudantium Deum, dicente Scriptura: In ſæcula ſæculorum laudabunt te!* C. in Apoc. c. 7. v. 12.

Laus Dei maxima in hac vita eſt plena reſignatio in Divinam voluntatem; hinc S. Paulus in ſuis loquelis & Epiſtolis, quidquid agere cogitabat, ſemper addidit: *Si Deus voluerit!* v. g. *Veniam ad vos, ſi Deus voluerit!* hunc loquendi modum familiarem ſibi habuere Judæi, gentes, & primi Chriſtiani, imo omnes habere deberent, qui veri ſunt Chriſtiani. C. Jac. 4. v. 15.

1. Cor. 4.

## Caritas Dei.

### Seu Dilectio erga hominem.

#### 13. *Amat hominem ab æterno.*

Jerem. 31. S. Bonav. Ser. 1. Ser. 21. Pent.

IN *caritate perpetua dilexi te.* Ubi S. Bonaventura: Bene dixit in caritate perpetua, dilexit enim, antequam tu, vel aliquis homo, vel angelus, vel cælum, vel terra eſſet. B. Ser. 20. n. 9. & ſeq.

Deus dicitur conglutinatus eſſe cum populo Iſrael, quod verbum ſignificat vehementiam amoris, ait Corn. a Lap. S. pun. 157. fol. 508.

Caritas, qua Deus dilexit hominem plane ex multiplici capite eſt admiranda: Primo. Quia amavit hominem non quia erat bonus, ſed quia ille cupiebat facere bonum, eum fere in modum quo ſtatuarius ſilvam perambulans truncum eligit non quia deformis eſt, ſed quia vult facere elegantem. Secundo. Quia amor fuit perpetuus & Deo coævus; ab æterno jam cogitavit de me, de te, de omnibus ſingillatim: Quis autem non commoveatur erga aliquem, qui etiam inicio apud Principem favet &c. Tertio. Quia una cum hac caritate perpetua jam ab æterno decrevit, & præparavit media ſalutis. Quarto. Quia non deſiit trahere etiam nolentem, & refractarium &c. Seg. Manna 19. Feb.

Caritas Dei elucet ſingulariter ex myſterio Incarnationis, quia quaſi impatienter exſpectavit Dominus illud tempus, quo poſſet cum hominibus converſari. Paoletti Feſto Nativitatis Domini.

Ignis Spiritus Sancti & caritatis eſt ſymbolum: 1. Ignis eſt quaſi omnipotens, quia ferrum & metalla emollit. 2. Si hoſtis eſt, terribilis & formidandus & ut patet in incendiis, & fulminibus, ſi vero amicus beneficus eſt; nam cibos coquit & calefacit. 3. Nunquam eſt otioſus, ſed vividus & activus. 4. Ab omni alia re puriſſimus eſt &c. Ita Deus in omnibus. C. Levit. 9. v. 23.

#### 14. *Erga hominem eſt admirabilis.*

Cum Deus omnes creaturarum perfectiones eminenter in ſeipſo contineat, mirum eſt, quod aliquid amet extra ſe: Proinde Apoſtolus dedit quatuor dimenſiones hujus amoris, quæ non quidem in hac, ſed in altera vita intelligemus: *Ut poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, & ſublimitas & profundum.* Latitudo amoris Divini complectitur omnes indiſcriminatim homines, etiam peccatores. Longitudo eſt ab æterno uſque in æternum. Sublimitas tanta, ut etiam Filium ſuum dederit. Profunditas tanta, ut dederit illum ad ignominias, dolores, & crucem &c. Seg. Manna 25. Martii.

Epheſ. 3.

Quid eſt homo comparatus ad Deum? Minus eſt, quam vermiculus terræ comparatus ad Regem! & tamen Deus adeo curam gerit hominis, ac ſi magna pars ſuæ felicitatis ab eo dependeret! Novem choros Angelorum in cælis relinquit, & in terram deſcendit, ut hominem lapſum redimeret. Imo de hominibus etiam particularibus tanquam de re ſua curam geſſit: Jacobum contra Fratrem in itinere defendit. Moyſen contra æmulos & detractores protexit. Voci Joſue dicenti: Sol contra Gabaon ne movere, obedivit &c. Hinc etiam ad preces ſervorum ſuorum facile ſe flecti permiſit: Abrahamo



hamo pro Sodomitis roganti, & quaſi importuno ſemper benigne reſpondit. Ad Moyſen pro populo orantem dixit: Dimitte me, ut iraſcatur furor meus; quaſi a creatura, tenere amata, ſtringi & teneri poſſet. G. c. 3.

Admirabilitas Beneficentiæ Divinæ erga hominem elucet. 1. Ex Majeſtate amantis & largientis; quid enim majus Deo, qui infinities tranſcendit homines & angelos? 2. Ex vilitate hominis, cui Deus benefacit, quia vermiculus terræ, peccator, ingratus, carnalis eſt. 3. Ex largitate, qua prævenit hominem, & ultro illi offert ſua dona, gratiam, gloriam, Angelicam cuſtodiam. 4. Ex fine, quia homini largitur ſua dona, ut illi bene ſit, non Deo; Deus enim non indiget homine. 5. Ex modo quo ſe communicat homini, ut illum heredem, & coheredem Chriſti faciat. &c. C. in Jac. 1. v. 5.

In hac philanthropia, ſeu ſingulari Dei amore in nos multa ſunt admiranda: 1. Quod ab æterno nos amarit, ille, qui eſt Deus, ſumma Majeſtas & felicitas, qui in ſe omne bonum habet, ita ut nobis, aut alia re non indigeat. 2. Quod non neceſſario nos amet, ſicut amat Filium & Spiritum Sanctum, ſed prorſus libere. 3. Quod nos amet ſine ſuo commodo aut utilitate. 4. Quod hominem amet, in quo nulla præceſſit ratio, nullum meritum, ſed potius multa demerita. 5. Quod dilexerit eos, quos præſcivit fore ingratos, imo hoſtes ſuos. 6. Quod amor hic Dei non ex ignorantia, aut paſſione procedat, ſed cum ſumma ſapientia conjunctus ſit. Hæc autem ſapientia Dei diligentis hominem peccatorem, & miſerum non in eo conſiſtit, quod homo ſit objectum diligibile per ſe, ſed omnis ratio amandi eſt ab ipſo Deo, qui diligit nos propter ſe, quia ſumme bonus eſt, ita, ut bonitatem & liberalitatem ſuam in nos omni dilectione indignos effundere velit. C. in Ep. ad Tit. c. 3. v. 4.

Aquila eſt ſymbolum Dei. In quo? An quia eſt Regina avium? aut quia longæva & fœcunda? aut quia eſt ſimulacrum ſolis, quem immotis oculis aſpicit? Præcipue ideo, quia ſingulari amore pullos tuetur: In excelſis locis nidum collocat, ne coluber fœtus violet: Ametyſtum quoque in nido collocat, quo omnia venena ſuperantur. Ita Deus pari amore creaturas ſuas proſequitur, & tuetur, ne draco diabolus illis noceat, lapidem ponit in fundamentis Sion, quo hoſtium inſidiæ franguntur. C. Deut. 32. v. 11.

S. Hieron. in Iſa. 65.

## Beneficia Dei erga hominem.

#### 15. *Sunt voces, quibus Deus ad ſe vocat.*

ABrahæ & Moyſis amorem lucratur Deus per beneficia. S. pun. 150. fol. 470.

S. Gregor. ait: Vocat nos aliquando Dominus per mundi proſpera, aliquando per adverſa. Quærit S. Ambroſ. cur huic ager fructificet, qui nec granum meretur, & reſpondet, quod Deus per ipſam abundantiam vocet. In hunc ſenſum de ſe dicit Auguſtinus: Ego te offendebam, & tu me defendebas, ego te non timebam, & tu me cuſtodiebas &c. S. punct. 98. f. 299.

S. Ambr. Serm. 12. — S. Aug. in ſolil. c. 33.

Exploratores illi ad Rahab: *In feneſtra, per quam concatenaſti nos.* Quaſi dicant, beneficium, quod a te accepimus, concatenavit cor noſtrum. Et in hunc ſenſum ſponſa: *Dilectus meus mihi, & ego illi &c.* S. pun. 91. f. 236.

Joſ. 2. — Cant. 2.

*In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis.* Hæc vincula caritatis ſunt beneficia, quibus cor hominis trahitur ad redamandum. C. Oſeæ 11. v. 4. Funiculus triplex, Creatio, Redemptio, Sanctificatio. Quamquam beneficia Dei communia ſint, reſpicienda tamen, & accipienda ſunt, ac ſi eſſent particularia ſeu privata. Sic S. Paulus ait: *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* An ergo non pro omnibus traditus eſt? omnino reſpondet Chryſoſtomus, ſed peculiare hoc eſt amori, ut ex communibus propria faciat. S. pun. 156. f. 507.

Oſea 11. — Gal. 2. — S. Chryſ. hom. 34. in Gen.

Quantum beneficium remiſſio peccatorum? hinc Ezechias rex Juda dixit: Dominus Bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum, & non imputabit eis, quod minus ſanctificati ſunt.

2. Par. 30.

#### 16. *Obſtringunt animos ad gratitudinem.*

S. Vincent. Ferr. ait, illam diem, quo accipimus beneficium, aureo lapillo notandum eſſe: Hanc memoriam petiit Deus ab Iſraelitis ex Ægypto liberatis, & a ſponſa &c. S. pun. 155. f. 499.

S. Vinc. Ferr. ſer. de Petr. in vinculis.

Rex ille habebat annales, quibus quotidiana beneficia conſcripſit: Scribe & tu, quoties te Deus liberaverit a morte, a pe-

a periculis, a peccatis &c. S. punct. 156. fol. 507.

Gen. 24. Laban cum vidit inaures & armillas, quæ ſervus Abraham dedit Rebeccæ ſorori ſuæ, mox illum hoſpitio recepit, inquiens: Ingredere Benedicte Domini!

Gen. 41. Rex Pharao Joſephum pro expoſitione ſomnii magnifice exaltavit.

Joſue 6. Joſue valde ſolicitus fuit pro muliere Raab, ne in expugnatione Jericho illi mali quid fieret: quia abſcondit nuntios.

Joſeph ad nefas ſolicitatus reſpondet, quomodo poſſum hoc malum facere tot beneficiis affectus? hinc beneficia dicuntur, furta cordium. S. punct. 156. fol. 502. Illa ſponſa nunquam oculos avertit a ſponſo, qui eam ſua vita voluit e captivitate liberare. Ibid. f. 503. Abraham propter promiſſionem Divinam extruxit altare, & Noe propter liberationem e diluvio. Ibid. fol. 504. C. Gen. 39. v. 9.

Judic. 8. Cum Gedeon liberaſſet Iſraelem ab inimicis, dixerunt omnes ad eum: Dominare noſtri, tu, & filius tuus.

Nec momento vivimus ſine beneficio Dei conſervantis: qua ergo gratitudine compenſabimus tot beneficia? Audi Chryſoſtomum: Optima beneficiorum cuſtos eſt ipſa memoria beneficiorum, & perpetua confeſſio gratiarum. (S. Chryſ. in Matth. Hom. 25.)

### 17. *Aggravant reatum peccati.*

Chriſtus in Galilæam tranſiens, ibi in urbe Capharnaum prædicationem ſuam de regno Dei, contra vitia civium exorſus eſt: Ibi conducta domo confertam populi multitudinem docuit, paralyticum primum a peccatis, dein a paralyſi verbo curavit: Duobus cæcis viſum reddidit: Dæmoniaco muto loquelam reſtituit: Servum Centurionis ſanavit: Hæmorrhoiſſam a fluxu ſanguinis liberavit: Jairi filiam a mortuis excitavit: Verum cum incolæ divitiis & faſtu tumidi, ad pœnitentiam non commoverentur, hanc in eos ſententiam detonuit: *Et tu Capharnaum, quæ uſque ad cœlum exaltata es, uſque ad infernum demergeris. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent uſque in hanc diem: Verumtamen dico vobis, quod Sodomis remiſſius erit in die Judicii, quam tibi.* C. in Matth. 4. v. 23.

Hinc peccata Chriſtianorum cæteris paribus graviora ſunt, quam infidelium; quia plura a Deo beneficia receperunt: Cum ſatellites ab impio rege miſſi Eliam capere volebant, eumque ſalutarent: *Homo Dei!* Elias ſtatim fulmina de cælo evocavit, eoſque peremit: Quare? quia ſcire illum eſſe *Hominem Dei*, & tamen illi violentas manus injicere, gravius crimen erat, quam ſi id neſciiſſent. Par ratio ſe habet de peccatis Chriſtianorum, qui per donum fidei Deum agnoſcunt, & tamen offendunt. S. punct. 19. f. 70.

## Beneficium Creationis.

### 18. *Quantum obſtringat hominem Deo.*

DEus dedit ſubſtantiam, vitam, animam, voluntatem liberam, corpus, ſenſus &c. Quomodo hæc rependis datori? B. Serm. 20. §. 3.

Sanctus Bernardus ait, tam magnum hoc donum eſt, quam magna res eſt homo &c. Et quidem tanto liberalius, quia nihil ante potuiſti promereri. Siquis oculum, aut pedem factum tibi reparet, quantum illi debes? Et quid rependes Deo pro toto te ipſo? S. punct. 149. fol. 465. (S. Bern. in Pſal. qui habitat.)

Deus dedit homini eſſe paulo minus exaltatum ab Angelis, id quod fuſe expendit S. Aug. apud S. pun. 149. f. 466. & 502. Deus dedit homini in creatione pluximas excellentias, uti quod ſit imago Dei, quod ſit cauſa mundi conditi, quod ſit rector & Princeps animalium. &c. C. in Gen. c. 1. v. 26. f. 55.

Si homines antea in littore maris arenæ fuiſſent, & dein humana ſubſtantia donati, quantum obſtringerentur Deo. Plus ergo nunc obſtringuntur, cum ex nihilo fuerunt educti. P. p. 2. diſ. 2. n. 3. Atque hæc creatio firmat Dominium excelſum Dei ſupra homines. Rex Auguguſtus noluit vocari *Dominus*, & recte, quia Deus ſolus eſt Dominus; Reges enim ad ſummum dominantur ſupra actiones externas ſubditorum &c. P. p. 2. diſ. 2. n. 4.

Animalia ab hominibus periculo mortis erepta immenſam gratitudinem erga ereptores ſuos ſpirarunt: quanto majorem ſpirare debet homo erga Deum ex nihilo ſuo, in quo ab omni æternitate delituit, ereptus: Conſidera teipſum, quantus ſis corpore & anima, hæc omnia habes a Deo creatore. Vide Tit. *Gratitudo*.

Qualis artifex, tale & artefactum: Qualis arbor, talis & fructus: Ita qualis eſt

Deus



Deus creator: Talis & homo creatus, participans Divinas perfectiones, juxta illud: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram &c.

## Beneficium Conſervationis.

### 19. *Elucet ex eo, quod Deus omnia creavit in utilitatem hominis.*

QUi dedit, ut eſſes, adjecit etiam, unde ſubſiſteres, ait S. Bernardus, vis ſcire quanta ſit liberalitas Dei erga te, circumſpice mundum, quanta largitus eſt ad ſuſtentationem, ad eruditionem, ad correptionem, ad delectationem? S. pun. 149. f. 465. (S. Bern. in Pſal. qui habitat.)

Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, ait Pſalmiſta, nimirum, ut nobis ſervirent, & tanquam navis nos perducerent ad felicitatem. B. Serm. 20. §. 4.

Deus non eſt ſicut architectus, qui confecta domo poteſt recedere: Sed continuo opus ſuum debet conſervare &c. P. p. 2. diſ. 2. n. 6.

Petrus de Victoria primus totum mundum circumnavigat: Ex ducentis autem perſonis, quas ſecum ſumpſerat, tantum ſeptendecim reducit. O quam felices ſe reputabant iſti, quod præ omnibus aliis ſint conſervati: Ita tu æſtima beneficium conſervationis.

Cum Chriſtus Lazarum excitavit, lapis debebat revolvi: Cur? an non potuit Chriſtus eum evocare per lapidem? potuit; ſed Lazarus debebat evocari aperto ſepulcro, ut poſſit retroſpicere, & eos videre, qui in ſepulcro relinquuntur. B. Serm. 86. n. 22.

S. Auguſtinus ait: Creatoris Omnipotentis Omnipotentia eſt cauſa ſubſiſtendi omni creaturæ, quæ virtus ſi ceſſaret, ſimul omnium rerum ſpecies & natura concideret. C. Gen. c. 2. fol. 62. P. p. 2. diſc. 2. n. 6. (S. Aug. in Sent. n. 277.)

Nunquam vidiſti armamentarium in urbe munita? En! quantus apparatus armorum tam offenſivus, quam defenſivus! hic machinæ curules, tormenta, fiſtulæ æneæ, globi, pulvis pyrius ad offendendum. Ex altera parte loricæ, ſcuta, gladii, lanceæ ad defendendum. Quis ſatis deſcribat commeatum, frumenta, panes, carnes, aliaque utenſilia in innumerabili multitudine aſſervata? Ad quid hæc omnia? ad conſervationem urbis, ad ſuſtentationem militis. Jam aſpice creaturas omnes in cælo & in terra, ſolem, lunam, ſydera, elementa, animalia, fruges. Ad quid hæc omnia? ad ſervitium, & conſervationem hominis.

## Beneficium Redemptionis.

### 20. *Quantum obſtringat hominem Deo.*

DEi Filius immenſam dolorum Iliadem pro te paſſus eſt: Quid illi viciſſim debes? Tertullianus ait: *Sanguinem fudit, ſanguinem debes.* Et cum quidem hi omnes dolores debebantur tibi, ille in ſe ſuſcepit: Dicit: *Portavi vos ſuper alas aquilarum.* Cur aquilæ ſe comparat? quia hæc volucris pullos ſuos in tergo portat, ut ſagittæ venatorum potius in ſe, quam in pullos penetrent &c. B. Ser. 20. n. 22. 23. (Tertull. l. de an.)

Pellicanus ſuo ſanguine pullos ad vitam revocat, ſed ſi ingrati ſint, e nido ejicit. B. Ser. 61. n. 4.

Salvus factus es de nihilo, non pro nihilo: Gratis hoc præſtitum eſt, ſed gratis, quod ad te pertinet, nam quod ad illam, plane non gratis &c. S. punct. 149. f. 466.

Captivi erant apud Cyrum Regem duo ſponſi, quorum ſponſus ad Regem adductus interrogatus fuit, quid perſolvere vellet, ſi ſponſa libertate donaretur? repoſuit ille: ſe vitam daturum. Tum cum ſponſa dimiſſus, dum Cyri magnificentiam laudat, ſponſam interrogat, quid illa maxime mirata eſſet? reſpondit illa: Nunquam dimovi oculos ab eo, qui dixit pretio animæ ſuæ me redempturum. O quam longe magis nos tenemur oculos figere in eo, qui re ipſa nos redemit. S. punct. 156. f. 503. T. n. 363. (Xenoph. l. 3. de Diſc. Cyr.)

Si mancipium tuum crimen infidelitatis committeret, diceres ipſi: Nebulo qua fronte me offendis? An neſcis, quod meo te pretio emerim? Ita Deus ducere nobis poteſt &c. D. 6. 26. (S. Aug. quad. conc. ex 10.)

*Gratiam fidejuſſoris ne obliviſcaris.* (Eccl. 29.) Chriſtus Dominus cum cerneret, te non eſſe ſolvendis debitis, ultro illa in ſe recepit, & ſatisfecit immenſis doloribus, & morte ſua. Quantum beneficium! ſi omnes Angeli mortui eſſent, iſtud obſequium minus eſſet offenſa. Opus erat perſona digniore, & ideo Dei Filius ſe Patri in ſponſorem obtulit. Quid ſequitur: S. David ait: *Omnes gentes ſervient ei, quia liberabit pauperem a potente &c.* (Pſal. 49.)

Hoc

Hoc beneficium prorſus fuit gratuitum, quia Chriſtus nullo modo erat obſtrictus. In humanis fidejuſſio datur pro amico, qui putatur capax fore ad ſolvendum: At Dei Filius ſcivit hominem non eſse capacem. Inſuper fidejuſſionem hanc præſtitit abundanter: *Ubi abundavit delictum,*
Rom. 5. *ſuperabundavit & gratia*. Quid tu? id agere debes, quod pauper debitor, in cujus favorem amicus fidejuſſit: Debes agnoſcere beneficium, dein operam adhibere, ut e tuo nihilo præſtes cenſum, & cum mori non potes fidejuſsori, ſaltem illi totus vivere &c. Segn. Manna 11. Junii n. 1. & 2. ſeq.

Principi cuidam non poſset major animi dolor obvenire, quam ſi e longinqua regione reverſus cerneret ſponſam ſuam cum amatore extraneo thalamum violare. Quid ſi amator ille eſset hoſtis ſuus capitalis? Quid ſi ſponſa e vili ſtatu aſsumpta? &c. Ita beneficium Redemptionis aggravat peccatum. Segn. Manna 10. Jul. n. 1.

Leo a ſerpente liberatus continuo ſequitor ſuum Redemptorem, & mare trajicientem etiam natando ſectatur, donec defatigatus mergitur. Quid tu facis Chriſtiane ab infernali ſerpente liberatus? R. cent. 3. p. 2. mir. 39.

*Non corruptibilibus auro, & argento redempti ſumus*; aurum non eſt aliquid noſtri, ſed Deus pro homine dedit aliquid ſui, imo ſe totum. Infinito pretio nos redemit. Elegit mortem crudeliſſimam, ignominioſiſſimam, & inſuper ardentiſſimo flagrabat deſiderio plura patiendi. Segn. Hom. Chr. p. 2. diſc. 2. a n. 11. & ſeq.

S. Bern. de Dilig. Deo. S. Bernardus ait: *Si totum me debeo pro me facto, quid addam pro me jam refecto*. Redimere eſt rem perditam recuperare, unde redemptor eam duplici titulo poſſidet. Igitur Chriſtus redemit hominem, ut ille jam non ſequi poſſit propriam libidinem, per redemptionem factus eſt novus chirographus proprietatis. &c. P. p. 2. diſc. 2. n. 9. 10. &c.

Specialiter ſunt obſervanda in Redemptione: Redemptos nos eſse ex ſervitute diriſſima. Redemptos eſse pretio ſuperabundante. Redemptos eſse tam exceſſivi amoris modo. Quanta viciſſim noſtra obligatio! &c. P. 2. diſ. 2. n. 16.

Ex beneficio Redemptionis ſingulariter elucet Caritas Dei erga hominem, quia non potuit quaſi Deus exſpectare tempus, quo cum hominibus poſſet converſari. Paoletti Feſto Nativitatis Domini.

## Beneficium Vocationis ad fidem.

### 21. *Quantum obſtringat hominem Deo.*

SAnctus Auguſt. ait: Video innumerabilibus hominibus negatum, quod mihi gratulor conceſſum. B. Ser. 20. §. 6.

Chriſtus dum excitavit Lazarum, aperiri voluit ſepulcrum, ut is retroſpiciens oſſa eorum intueri poſſit, qui in mortis tenebris relicti ſunt: O Chriſtiani! intuimini tota regna, quæ in ſepulcro infidelitatis jacent. B. Ser. 40. n. 4. &c.

Dum aqua piſcinæ probaticæ movebatur ab Angelo, tantum unus ægrotorum ibi commorantium ſanabatur: O quanta felicitas illius hominis, qui ante alios omnes ſanitatem recuperabat. Ita a pari diſcurrendum eſt de vocatione ad fidem ante millenos alios obtenta. D. 4. 78.

Abdolonimus ruri in vita ſolitaria hortum colit, & repente legatis Alexandri afferentibus regni inſignia in regem Sidoniæ evehitur. Hæc eadem gratia tibi evenit mi Chriſtiane &c. D. 5. 1.

In Perſia quidam populi adorant vaccas: Feliciſſimos ſe reputant, ſi moribundi caudam vaccæ in manibus habere poſſint: Illius excrementis quaſi balſamo ſe in facie illinunt. VV. art. diſc. font. 40. ex. 8. O quantum Deo obſtricti ſumus, quod nos ab his nugis præſervarit.

In Inſula Teneriſa & Grancanaria, quæ ex fortunatis ſunt maximæ, cum Chriſtophorus Columbus advenit, homines velut bruta incedebant nudi. In Inſula Canibalorum homines feri veſcebantur carnibus humanis: incedunt æque nudi, & e vicinis locis hominum prædas agunt, impuberes velut capones ſaginant, adultorum carnes ſale conſperſas conſervant. Mulieres non comedunt, ſed ad prolem, velut nos gallinas aſſervant. Quanta infelicitas. Surii comment. fol. 6. & 7.

Americus Veſputius verſus polum Antarcticum navigans ad Inſulam venit, ubi homines immaniores brutis cum paſſim ex montibus viri & feminæ ad littus maris advenerunt, Luſitani juvenem miſerunt, qui eos blanditiis ad pacem & amicitiam invitaret. Verum una mulierum juvenem retro percuſſit & occidit, mox aliæ involantes cæſum





in fruſta ſecarunt, aſſarunt, & devorarunt. Dein Viri arcubus & ſagittis navim perſecuti, exploſione quatuor tormentorum in fugam acti ſunt. Surius comment. f. 18.

Deus longe majus beneficium nobis exhibuit per vocationem ad fidem, quam Judæis per vocationem ad Legem Moſaicam; quia Evangelium plurimis ex rationibus præſtantius eſt Lege. C. in Prooemio in Evangelia. Vide titulum Chriſtus: *Eſt Magiſter noſter*.

## Beneficium Juſtificationis.

### 22. *Quantum obſtringat hominem Deo.*

DE tribus Magis ad præſepe Domini vocatis dicitur illud, quod & de quovis peccatore converſo dici poteſt: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux*. Ab initio creationis *terra erat inanis & vacua*, donec facta eſt lux, ita, inquit, Auguſtinus, nihil inanius eſt anima peccatrice, *incompoſita, & inordinata*, eſt, donec gratiæ lumen oriatur. S. pun. 155. fol. 498.

Petrus erat vinctus obſcuro carcere, & ecce! Angelus Domini excitator & adjutor adſtitit: Status peccatoris hic eſt, qui catenis Paſſionum ſtringitur, venit Angelus, gratiæ lumine carcerem mentis illuſtrat, inſpirationibus latus percutit, ait
S. Vinc. Ferr. Ser. de Vinc. Petri. S. Vincent. Ferr. O beneficium! merito dies illa, qua quis novam vitæ rationem inſtituit, aureo lapillo notanda eſt: Tali die dante Deo pœnitentiam agere cœpi: tali die peccati jugum excuſſi: Diaboli ſervitutem reliqui, in amicitiam Dei redii &c. S. punct. 155. f. 499.

Deus petiit ab Iſraelitis, ut recordarentur duræ captivitatis ſub Pharaone. Hora ſeptima reliquit eum febris, luxuriæ, ſuperbiæ, iræ &c. Tali tempore, tali occaſione, concione &c. S. pun. 155. fol. 499.

Tu non prior eras, qui Deo manum porrexiſti, ille prior porrexit tibi: Quomodo? procurando, ut illum legeres librum ſpiritualem, ut illi intereſſes concioni, illud cerneres probitatis exemplum. Quam parum igitur abfuit, ut illum librum non legeres, illi concioni non intereſſes, illud exemplum non videres, tam vere potes dicere: *Niſi quia*
Pſal. 93. *Dominus adjuvit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea*. Segn. Manna 14. April. n. 3.

Deus per beneficium juſtificationis multiplex beneficium homini confert, uti enumerat S. Bernardus, nam 1. ſervat a peccatis, 2. diſſimulat peccata. 3. Sam. Serm. Ser. 1. in Evang.
Movet cor ad pœnitentiam. 4. Pœnitentem miſericorditer ſuſcipit. 5. Dat virtutem abſtinendi. 6. Indulget munus bonæ converſationis. 7. Concedit ſpem exſpectandi cæleſtia. S. pun. 155. f. 500.

Beneficium juſtificationis ſumme æſtimandum eſt ex triplici capite: 1. Si conſideremus ſtatum, e quo a Deo evocamur. 2. Statum ad quem evocamur. 3. Finem propter quem vocamur. Petr. Sanchez 4. p. c. 2.

Ad emundationem leproſi adhibebatur hyſſopus, id eſt fides: Cedrus, id eſt ſpes: Coccinum, id eſt caritas: Paſſer, id eſt humilitas: Aquæ vivæ, id eſt lacrymæ. C. Lev. 14. v. 7.

Naaman burdonum duorum terram ſuſtulit, in qua ſanatus eſt.

Samaritana, ſemper illum fontem recolit, ubi converſa eſt. S. pun. 155. f. 500.

Sicut Deus per ſex Dies creavit mundum, ita per juſtificationem 1. In peccatore creat ſolem, id eſt, illum illuminat: 2. Firmamentum, id eſt, dat illi timorem Domini. 3. Terram, id eſt, fortitudinem, ut concupiſcentia non obruatur, & ferat germina virtutum. 4. Inditur homini caritas & fides &c. C. Gen. 1. v. 24.

Majus eſt, quam creatio hominis, & difficilius eſt remittere peccata, quam creare hominem; quia peccatum & peccator, utpote inimicus Dei longe magis diſtat a Deo, quam ipſum nihil, quod duntaxat negative, non adverſative opponitur Deo: Item quia remiſſio peccatorum eſt altioris ordinis, quam ſit natura, omneſque res naturales. Cap. in Matth. 9. v. 5.

Conſidera rebelles Angelos, qui propter unicum peccatum jam ultra quinquaginta ſeptem ſæcula in inferno ardent, & in æternum ardebunt: Conſidera miſerrimos peccatores, quos Deus poſt primum peccatum deſeruit, eoſque in profundum ſcelerum, & in ipſum inferni barathrum ruere permiſit. Unde tibi hæc gratia, quod ſpatium pœnitendi tibi conceſſerit, & needum damnarit; Non alia ratione, quam miſericordiſſima Dei beneficentia, & caritate &c.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Valverde y Téllez

## Beneficium præſervationis ab inferno.

### 23. *Quantum obſtringat hominem Deo.*

S. Aug. ſolil. c. 7.

SAnctus Auguſtinus ait: Quoties me jam abſorbuerat ille draco, & tu ab ore ejus extraxiſti me? Quoties ego peccavi, & ipſe paratus fuit deglutire me; ſed tu Deus meus defendiſti me. Stabat ille paratus, ut raperet me, ſed tu prohibebas. &c. S. punct. 149. f. 467.

Et iterum: Eripuiſti me de inferno ſemel, & ſecundo, & tertio, & centies, & millies, & ego ſemper ad infernum tendebam, & tu me ſemper reducebas, & juſte millies damnaſſes me, ſi voluiſſes. Ib. f. 467.

Conſidera quis animus eſſet peregrino, qui cum totam noctem ambulaverit, mane agnoſceret ſe continuo inceſſiſſe ad oram horrendi præcipitii. O quam ad ejuſmodi aſpectum omnis ei ſanguis congelaſceret! quam Deo grates referret, quod a lapſu fuerit præſervatus. Idem tibi accideret, ſi Deus oculis tuis præſentaret ſummum periculum, in quo verſabaris, æternum pereundi. Cur ergo non periiſti? *Miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti*. Segn. Manna. 22. Mart. 1.

Thren. 3.

An putas Deo multum negotii fore, ut te permittat ire in ruinam? Imo potius laborandum illi eſt, ut te conſervet, tot ſunt dæmones, qui continuo volunt in te vim facere, ut te præcipitent. *Laboravi ſuſtinens*. Ib. n. 2.

Iſa. 1.

Quæris quam gratitudinem Deo debeas ob hoc beneficium? Cogita quid ageret damnatus, ſi revera ex inferno evaderet? Nunquid in abditiſſima nemora recederet, diu noctuque carnem maceraret? &c. Seg. Manna 14. April. n. 4.

S. Bern. Serm. 2. de Miſerie.

Non eſt peccatum, quod fecit homo, quod non facere poſſit alter homo, ait S. Bern. B. Serm. 21. n. 53. & ſeq.

S. Aug. l. de tuiig. Deo.

Multa in peccata cecidiſſem, ſi data eſſet occaſio, ſed Dei miſeratione non me talis opportunitas deprehendit, ait S. Aug. B. Serm. 82. n. 15. & ſeq.

Ponamus, in vicinia grande incendium oriri, quod poſt incineratas circum circa plurimas ædes, etiam domui tuæ appropinquat: Ponamus, quod derepente ventus mutetur, pluviæ exſurgant, & vicinorum labor flammas compeſcat, ſicque domus tua ſalvetur; quanta hæc tua felicitas! Jam cogita, quot animæ, te longe innocentiores, in inferno ardent: quam omnino haud procul poſt illud aut illud peccatum ab inferno abfuiſti! Et tamen ventus, id eſt, Spiritus Sanctus, pluviæ id eſt inſpirationes Divinæ, & labor vicinorum, id eſt, monita & exempla piorum conſpirarunt, ut te ab interitu eripuerint per pœnitentiam. Quanta hæc benignitas Dei! &c.

## Beneficium præſervationis a periculis corporis.

### 24. *Quantum obſtringat hominem Deo.*

S. Aug. ſolil. c. 7.

SAnctus Auguſt. ait: De morte etiam corporis ſæpius eruiſti me, cum graves morbi tenerent me, cum fui in periculis multis per mare, per terras, ab igne, & gladio, & ab omni periculo liberans. S. punct. 149. f. 467.

Ante templi portam Hieroſolymis ſedebat mendicus, cum ingrediebantur Petrus & Joannes: Et hodiedum moris eſt, claudos, cæcos, & miſeros homines ante portas templorum inveniri. Qua de cauſa? ut ingredientes, & egredientes eorum aſpectu agnoſcerent Bonitatem Dei, qua a miſeriis, & calamitatibus corporis fuerunt præſervati.

Cum Angelus Tobiam in itinere duxit, & reduxit, voluit canem via comitem ſecum habere. Quare? quia canis eſt ſymbolum gratitudinis, a quo diſcere debebat Tobias, quantam gratitudinem Angelo deberet, præſervanti a piſce, a dæmonio, aliiſque periculis.

Vere Mundus hic Noſocomium eſt tribulationum & ærumnarum! percurre regiones univerſas, videbis innumerabiles corpore, anima, & fortunis miſeros. Videbis cæcos, ſurdos, claudos, ægrotos lectis affixos: Videbis leproſos, inſanos, amentes, furioſos catenis alligatos: Videbis pauperes, bello, furtis, naufragiis, incendiis ad extremam calamitatem redactos. Cur ſimilibus infortuniis hactenus obrutus non es? Cur corporis valetudine, animi ſerenitate, fortunis ſat pinguibus gaudes? Non alia cauſa eſt, quam quod paterna Dei Providentia contra hæc, aliaque mala fueris protectus ac præſervatus! Deus ſcutum tuum fuit, etiam contra illa mala, quæ peccatis tuis dudum incurrere meruiſſes &c.

JU-



## Judicia Dei.

### 25. *Sunt abyſſus inſcrutabilis.*

Job. 38.

S. Gregor. 58. Mor. c. 6.

QUis poſuit menſuras terræ, vel quis poſuit ſuper eam lineam? Ubi S. Gregorius: *Menſuras terræ lineis menſus eſt, quia fines Eccleſiæ occulta ſubtilitate diſtinxit*. Quare impii vivunt felices, probi miſeri? Cur unus cum uno peccato damnatur, alter cum millenis ſalvatur? Hæc omnia inſcrutabilia ſunt. B. Serm. 12. n. 6. 7. 8. & ſeq.

S. Aug. l. 22. contra Fauſt. c. 7.

Ideo temeritas eſt examinare Judicia Dei: Siquis ſurdus vellet carpere loquentes, quod labia moveant: aut cæcus feneſtrarum aperturas in ædificio: nonne temerarii forent, ait S. Aug. B. Serm. 32. n. 7. 10.

Monacho admiranti, quod mali in mundo floreant, & juſti tribulentur, miſſus eſt Angelus ſpecie Senis, qui per eremum cum illo ambulans a quodam benigne & hoſpitaliter exceptus ei catinum abſtulit. Dein pergentes ab avaro Abbate ne quidem recepti, & demum in ſtabulo jejune collocati ſunt, huic Angelus catinum donavit. Admiranti autem Monacho dixit ſe Angelum eſſe, & primo hoſpitali ſe catinum abſtuliſſe in augmentum meritorum, & alteri donaſſe in augmentum pœnarum, nihilque caſu fieri in mundo, ſed omnia a Deo ex finibus altiſſimis ordinari. E. *Judicium* n. 1. & 11.

In Apocalypſi nemo fuit dignus aperire librum; quia nulla creatura capere poteſt judicia Dei. Liber habebat ſeptem ſignacula: Si per hæc intelliguntur ſeptem Sacramenta, quot intricatæ quæſtiones poſſunt deſuper fieri? Cur iſte ad Baptiſmum fuerit vocatus, alius in utero matris mortuus? Cur hic perſeverarit in fide, alter defecerit? cur hic cum, alter ſine Viatico mortuus? &c. hæc omnia ſunt abyſſus inſcrutabilis &c.

### 26. *Sunt longe alia quam hominis.*

Quis non putaſſet laudabilem eſſe zelum, dum Joannes & Jacobus ignem de cælo implorabant ſupra Samariam, ſicut olim fecit Elias, & tamen Chriſtus increpavit eos. S. Petrus ex humilitate noluit admittere lotionem pedum, & ſtatim audiit: *Non habebis partem mecum*. Gladio percuſſit Malchum, ut defenderet Chriſtum, ſed perperam. Saul pepercit Regi Agag, & ideo regnum perdidit. Oza arcam ſervare volebat, & ideo periit &c. *Timeamus*, ait S. Greg. *quia in judicio culpa eſſe deprehenditur, quod virtus putatur*. B. Serm. 25. nn. 5. item Ser. 26. §. 1.

S. Greg. 3. Mor. 3.

Petrus nolens lavari a Chriſto putabatur laudabiliter egiſſe, & Chriſtus illi minatur æternum interitum. S. punct. 133. f. 421.

Judicia Dei vocantur *Pondus & menſura*. Ratio hujus deſumi poteſt a ſimili: Si Mercator rejicit monetam, & emptor conqueritur de injuſtitia ſtateræ, ſolet illi mercator in manus tradere ſtateram, ut examinet illius æquitatem. Sic Deus in judicio juſtitiam ſuam examinari permittet. Tradet homini ſtateram, & demonſtrabit, juſtiſſimum fuiſſe, quod ille putabat iniquum. B. Serm. 33. n. 5.

Oculi aquilæ & talpæ ſunt diverſiſſimi: Illa irretorto aſpectu ſolem intuetur, iſta fugit lucem, & in obſcuras ſcrobes infra terram ſe recipit: illa amat ſolare lumen, hæc odit. Ita homines ſancti, qui inſtar aquilæ ad cæleſtia in ſublime feruntur, judicia Dei adorant: Homines autem mundani, qui talparum inſtar in terrena demerſi cæcutiunt, illa carpunt, & ſugillant. &c.

## Justitia Dei.

### 27. *Deterret a peccato.*

SAnctus Vincent. Ferr. parabolam affert, veniſſe duos fures ad urbem, ut ibi furtis diteſcerent: cum autem in patibulo pendentem cernerent filium Judicis, quem ſuus ipſe Pater ob furtum in furcam egit, a mala intentione abſterriti ſunt: En homo! vides in patibulo crucis Dei Filium? Cur? *Ad oſtenſionem Juſtitiæ*. O ſi Deus hunc tam graviter punivit ob ſimilitudinem aſſumptam peccatoris, quid tibi fiet? B. Serm. 5. n. 29. & ſeq.

Ad Rom. 3.

Propheta Habacuc ad Daniel deportatus eſt per Angelum, Jonas vero ad Ninivitas per cetum: Quare? cur non æque Jonas per Angelum translatus eſt Niniven? reſpondet S. Irenæus: Habacuc ibat ad juſtum, Jonas vero ad peccatores; propterea expediit, ut prius ipſe Jonas in oculis Ninivitarum puniretur: *Ut convertrentur ad Dominum conterriti ab eo ſigno*,

S. Irenæus l. 1. adv. hæreſ. c. 22.

*ſigno quod factum erat circa Jonam*. B. Serm. 13. n. 5. 9. & ſeq.

*Exod. 14.* Iſraelitæ, cum Ægyptios mortuos in littore conſpexerunt, timuerunt valde: Cur timent? potius lætari deberent propter occiſos hoſtes: reſpondet Oleaſter: *Olea ſter. ibi.* *Qui gaudere debuiſſent, timere dicuntur; nam qui propter nos deſtruxit inimicos, nos etiam ſuffocabit, ſi ex amicis inimici ſiamus*. B. Serm. 21. n. 47.

Uxor Lot verſa eſt in ſtatuam ſalis, ut nos ſuo exemplo perterrefaciat, ait S. Aug. B. Serm. 23. n. 30. Item Serm. 52. n. 4. 5.

Patibula, & feralia pegmata juxta vias publicas eriguntur, ut itinerantes, & facinoroſi homines eorum aſpectu a ſceleribus deterreantur, tam ſalutari conſilio, ut Carolus V. Imp. aſpiciens in itinere furcas, ſemper detecto capite dixiſſe feratur: Salve ſancta juſtitia! ſic Deus punit peccatores, ut innocentes ſerventur, & ſcelerati deterreantur.

28. *Sola non eſt reſpicienda, ſed unacum miſericordia.*

*Deut. 11.* Cum populus Iſrael terram promiſſam ingrediebatur, pars ſtetit ſupra montem Garizim, clamans benedictionem, pars ſupra montem Hebal, clamans maledictionem, idque ſimul ac ſemel: Quare? reſpondet Iſchius: *Iſchius in hunc loc.* *Ne miſericordiam Dei audirent ſine juſtitia, nec juſtitiam ſine miſericordia*. Sola juſtitia diſponit ad puſillanimitatem, ſola miſericordia ad præſumptionem. B. Ser. 10. n. 14. & ſeq.

*S. Greg. l. 2. mor. c. 36.* S. Greg. ait: *Incaſſum miſericordiam ſperat, ſi non etiam juſtitiam timeat: incaſſum juſtitiam metuit, ſi non etiam de miſericordia confidat*. B. Serm. 51. §. 8. num. 28.

*Juſtitia ante eum ambulabit! Miſericordia autem tua ſubſequetur me!* Ex quo patet, ante commiſſum peccatum reſpiciendam eſſe juſtitiam Dei, ut ea viſa peccator territus manus ad iniquitatem non extendat. Poſt commiſſum peccatum autem conſiderandam Miſericordiam, ut pœniteat. Veſtigia Iſraelitarum per mare rubrum penitus extincta ſunt, econtra veſtigia Ægyptiorum hodiedum durant teſte Oroſio: Quare? quia opera miſericordiæ, qualis Iſraeli obtigit, non debent trahi in conſequentiam, econtra opera juſtitiæ merito debent timeri. *Oroſ. l. 1. hiſt. c. 10.* *Ut quiſquis non docetur timorem Dei, iræ ejus tranſactæ ultionis terreatur exemplo*. B. Serm. 13. n. 20. & ſeq.

Qui mare pernavigant, & malaciam, & tempeſtates timere debent: Malaciam: quia mare quietum prædonibus, ſirenis, & grandibus cetis ad ſtruendas inſidias peropportunum eſt. Tempeſtates; quia tumultuante mari navigia facile fluctibus obruuntur, aut in ſyrtes & ſcopulos alliduntur &c.

29. *Præmonet antequam puniat.*

Alexander magnus obſeſſurus urbem in conſpectu incolarum conſuevit accendere facem, iiſque denuntiare, quamdiu fax arſura eſſet, fore tempus gratiæ, hac autem conſumpta non fore veniæ locum. Ita Deus puniturus præmonet peccatorem. B. Serm. 6. n. 10.

Noemus ante diluvium centenis annis fabricavit arcam, cujus ſingulis ictibus præmoniti ſunt homines ad pœnitentiam. B. Ser. 12. n. 44. B. Ser. 75. n. 2.

Dum alios punit eorundem criminum reos, quid aliud eſt, quam præmonere, quid timere debeat peccator. B. Ser. 13. n. 21. & ſeq. Item Serm. 22. n. 1. &c. Serm. 40. n. 32.

Ninivitis Jonam, Sodomitis Lotum, Jeroſolymitanis Jeremiam, hominibus diluvio perituris Noemum miſit venturæ punitionis nuntios. S. pun. 26. f. 115.

Veſuvius in Italia ordinarie vehementius ardet, antequam grandis peccator eſt moriturus. Quidam Dei famulus vidit dæmones fœnum, ac materies combuſtibiles congerere, quærit quid agerent? Aiunt ſe infernum inflammare, quia paulo poſt Princeps Capuæ, & Joannes bellidux Neapoli eſſent damnandi: Monitus Joannes cum non reſipiſcit, una cum altero perit, & Veſuvius inſolitas flammas vomuit. D. 6. 43.

Deus interdum etiam præmonet per monita amicorum. Cum Galliæ Marechallus, dictus de Biron, in Anglia Legatum ageret, inter alia colloquia Regina duxit illum ad feneſtram, & ei oſtendit detruncatum caput Comitis de Eſſex palo ſuffixum, addiditque: Eſſe in Gallia multa turbulenta capita, quæ idem mererentur. Subriſit quidem Biron, ſed hoc monitum illi vaticinium fuit: Cum enim poſtliminio contra Regem ſuum Henricum rebellionem fovit, proditus, captivatus, ac decapitatus fuit. Theat. trag. hiſt. 4. An-



Anno 1502. graviſſima peſtis multa hominum millia abripuit. Verum ea peſte mortuus eſt nemo, niſi anteriore anno ſanguineam crucem in ſua veſte aut corpore notavit. Surii comment. f. 36.

Solet Deus ſignis præviis calamitates Reipub. aut Eccleſiæ impendentes præmonſtrare, ut ad pœnitentiam excitet. Diluvium mundi per Noemi monita prædixit. Cladem Hieroſolymæ, Moabitarum, Ammonitarum, Ægyptiorum per Prophetas. Excidium Hieroſolymæ per cometam, qui inſtar gladii integro anno ſupra urbem luxit. Hunnerici regis VVandalorum perſecutionem per inſolitum lumen, quo Eccleſia S. Fauſti noctu fuit illuminata, & ſubito extincto lumine obſcurata. Anno 1017. Galliam præmonuit de cruentis cladibus per ſanguineam pluviam, aliaque ſigna. &c. C. Ezech. 5. v. 17. Et c. 7. v. 23.

30. *Caſtigat juſtos ex optimo fine.*

*Prov. 3.* *Quem diligit Dominus, corripit*. Sed quare corripit? 1. Ut homines juſti puerilem levitatem deponant, & maturi fiant. 2. Ut vitia naturæ innata, aut pravos habitus vincant: Sic Medicus amaram medicinam dans, non iraſcitur ægro, ſed ægritudini: *Intellige*, ait S. Auguſtinus, *S. Aug. in Pſal. 21.* *Medicum eſſe Deum, tribulationem eſſe medicamentum ad ſalutem, non pœnam ad damnationem*. 3. Ut evadant duri & fortes, quaſi athletæ ad ſubeundos quoſvis agones: *Quaſi lapidis virtus erit probatio in illis*. *Eccl. c. 6.* 4. Ut illis occaſionem det merendi gloriam æternam, ad quam eos deſtinat: Sicut filius, qui cæditur, & caſtigatur, hereditati deſtinatur, alter autem petulans dimittitur, quia exheredatur. C. in Prov. c. 3. v. 12.

Ruſticorum filii nigro ac mucido pane nutriuntur, frigori & calori exponuntur, ut ad arduos labores, ad quos nati ſunt, a teneris indureſcant: Ita Deus homines juſtos nonnunquam paſcit pane tribulationis, ut ad majora certamina cum tempore pro Deo ſubeunda firmentur. Qui ad militiam deſtinantur, non flabello & popiſmis emolliuntur, ſed armis & gladiis, ut a juventute duris aſſueſcant &c.

Matres, quæ infantulos a lacte ſugendo deſueſacere volunt, uberibus fel aut abſynthium illinunt: Ita Deus deliciis & voluptatibus mundanis amaritudines immiſcet, ut homines juſti illas nauſeare, & averſari diſcant.

31. *Punit alios, ut alios corrigat.*

Veſtigia Ægyptiorum in mari ſubmerſorum relinquit Deus in littore viſibilia: Cur? ut eorum aſpectu alii corrigantur. B. Serm. 13. n. 20.

Sicut archiater anatomizat mortuum, ut viventibus proſit, ita ait S. Cyprianus *S. Cypri. de lapſis.* *Plectuntur quidam, ut cæteri corrigantur*.

Reliquit aliquos ex Iſraelitis, & Judæis, ut narrare poſſint aliis ſupplicia Dei. Sicut nautæ ſæpe in loco periculoſo erigunt malum, ut alios de diſcrimine moneant. B. Serm. 13. n. 21.

Cur voluit Deus Cainum ſuperſtitem, & profugum ſuper terram? Non alia ex cauſa, niſi ut alios deterreat a tali pœna. B. Serm. 13. n. 22.

*Memores eſtote uxoris Lot*: ait Chriſtus: Cur? quid factum eſt? verſa eſt in Statuam ſalis. Sal non mordet manum ſanam, ſed vulneratam: Ita hæc Statua ſalis fricat conſcientiam læſam peccatoris, ut ſui vulneris recordetur. B. Ser. 33. nu. 50. Item Serm. 51. n. 3. 4.

Pluviæ diluvii quadraginta diebus durant, ut ſemper, qui ſuperſunt, corrigantur viſo interitu aliorum. B. Ser. 68. n. 7. 8. 12. &c.

Diſcipuli S. Elphegi clam diſſolutam, laſcivam, & voracem vitam agebant: Unus repente mortuus, & poſt mortem apparens, inſpectante S. Elphego a dæmonibus, in loco ubi peccaverat, igneis ſerpentibus flagellatus eſt. Id ubi cæteri a Sancto narrari audierunt, pœnitentiam egerunt. E. *Gula* n. 10.

Cur juſtiſſimus Deus nonnunquam impium in medio ſcelerum curſu inopinata morte abripi ſinit? Ad tuam, o peccator correctionem! ut timere Dei juſtitiam diſcas, quod alteri mortali contigit, tibi etiam mortali contingere poſſe agnoſcas!

32. *Punit poſt completam peccatorum menſuram.*

Nabuchodonoſor reſipuit, & ſalvatus eſt, & nepos illius Balthaſar ob eadem peccata damnatus. *Theodor. in Dan. orat. 5.* Quare? Theodoretus ait: *Quia ſummum Patris ſupplicium ſuſpicatus, nihil inde percepit utilitatis*. B. Serm. 12. n. 14.

Deus non ſemper parata pecunia ſolvit, ſed multa in libros creditorum refert, & quidem inæquali modo: Aliquando

quando ſtatim in principio, aliquando in medio curſu punit. Id quod maxime ſolet in plagis publicis: Aliquando flagellum ſupra civitatem, aut provinciam ſtatim, aliquando ſero ſeu tarde arripit. Non ſtatim dum perforata eſt navis, mergitur, ſed tunc primum cum aqua irruente repletur. P. p. 2. diſc. 12. n. 6.

Balthaſari impio regi ignota manus ſcripſit mortis ſententiam in pariete: *Appenſus es in ſtatera &c.* B. Ser. 12. n. 18. & ſeq. Item Ser. 69. n. 20. Item Serm. 74. n. 13. Quare illi, qui diluvio perierunt, item Sodomitæ, & Amorrhæi puniti ſunt? Quia completa erat in eis menſura peccatorum. S. pun. 27. fol. 123. D. 5. 46.

*Num. 14. v. 22.* Deus decernens internecionem Iſraelitarum allegat cauſam, inquiens: *Tentaverunt me jam per decem vices.* Ecce! Novem peccata diſſimulavit, ſed per decimum menſura erat completa. C. n. 14. v. 22.

### 33. *Punit graviſſime peccatum.*

*S. Chryſ. Serm. 15. in Epiſt. ad Rom.* Sanctus Chryſoſtomus fuſe inducit exempla peccatorum a Deo punitorum, dum ſolvit objectionem audaculorum illorum, qui dicunt: Deus quidem minatur, vix autem unquam ad flagellum venit. Ergo, inquit, hæc omnia verba ſunt, nec punitur Dives Lazari contemptor, neque fatuæ Virgines a ſponſo rejiciuntur: Ergo qui ſordidis veſtibus eſt non peribit, manus ac pedes vinctus? qui centum denarios a conſervo ſuo exegit non tradetur tortoribus &c. &c. S. punct. 27. f. 122.

Homines omnes quantum poſſunt Deum iratum deſcribant, nec tamen, qui id poſſit, reperietur: Diluvio merſit mundum, Ægyptios aquis ſuffocavit, ſerpentes ignitos produxit, Samariæ famelicos leones immiſit, terræ motibus civitates evertit, urbes ſolo æquavit, terram reſeravit, ac Dathan & Abiron deglutire fecit, homines peſtifera ſagitta occidit, regna diſſolvit, locuſtis agros vaſtavit &c. &c. M. conc. 16. aſſumpt. 2. n. 2.

Graviſſimæ erant decem plagę Ægypti: 1. erat converſio aquæ in ſanguinem. 2. Plaga ranarum. 3. Ciniphum. 4. Muſcarum. 5. Peſtis & interitus animalium. 6. Veſicæ turgentes & ulcera tam in hominibus, quam animalibus. 7. Tonitrua, grando, & fulmina. 8. Locuſtæ. 9. Triduanæ tenebræ. 10. Cædes primogenitorum. Et hæ omnes plagæ immiſſæ ſunt propter obſtinaciam Pharaonis. Cap. in Exod. c. 7. v. 25. f. 395.

### 34. *Peccata etiam arcana non ſinit impunita.*

Multa fiunt in mundo perperam, quæ titulo æquitatis palliantur, aut jam dudum oblivioni data putantur: Verum Deus longanimis eſt, & tardus in puniendo, ac tandem vindicat. Carolus Stuardus Rex Angliæ innocenter a propriis ſubditis ad mortem fuit condemnatus. Et tamen in ferali pegmate recordatus eſt iniquæ ſententiæ capitis, cui contra Vice-Regem Hiberniæ olim ſubſcripſerat. D. 12. 59.

Bertholdus juſtitiæ tenaciſſimus judex Divinitus admonetur cælica voce ut primo ſibi occurrentem laqueo ſuſpendat; Occurrit illi famulus. Cui cum pœnam ſuſpendii denunciaret, miratus ille occulta crimina latrocinii, furti & alia confeſſus eſt. T. n. 147.

Lanio ex mactata pecude ſanguinolentum tenens cultrum in ſuſpicionem patratæ recenter cædis adductus, incarceratus, & ad mortem damnatus eſt. Fuit innocens, admiratus tamen Dei judicia, coram populo publice faſſus eſt, ſe in eo loco, ubi plectebatur, patrem crudeliter percuſſiſſe. T. n. 183.

Deus fratres Joſeph punit carcere, & captivitate, quibus ipſi antea fratrem afflixerant. S. Ephrem petulans juvenis, vaccam gravidam lapidibus agitans, cauſa fuit, ut ipſa a fera laniaretur. Deinde in Meſopotamiam itinerans, in raptores incidit, inter quos & ipſe captus, & in carcerem conjectus fuit. Condolens ſibi propter ſuam innocentiam, ſpectabilem habuit juvenem, qui ei exprobrabat cædem vaccæ, addens, hanc cauſam eſſe, ob quam juſto Dei judicio nunc incarceratione plecteretur. C. Gen. 42. v. 21.

### 35. *Propter unicum peccatorem punit alios, etiam innocentes.*

*In anno, quo mortuus eſt Rex Ozias*, miſit Dominus Deus Iſaiam ad prædicandum verbum Dei: Cur ad hanc miſſionem exſpectari debebat mors Oziæ? Quia hic impius Rex ſolus impediebat favores Divinos, ait S. Chryſ. B. Serm. 37. n. 16. *S. Chryſ. hom. 4. Verb. Iſa. 1.*

Dum Core cum ſociis propter rebellionem contra Moyſen periit, etiam uxores, liberi, famuli, ancillæ perierunt. C. Num. 16. v. 32.





Joſeph Ægyptius Prorex fratres ſuos dure tractavit, exploratores vocavit, tribus diebus incarceravit. Quid hoc? Nonne Ruben innocens erat? Reſpondet Cor. a Lapid. Etiamſi fuerit innocens a venditione Joſeph, quia tamen commixtus erat cum fratribus nocentibus, hinc & affligitur cum eis. B. Ser. 38. n. 12. *Gen. 42. Cor. a Lap. hic.*

Navicula Petri periclitatur propter peccata Judæ. Lot innocens punitur propter conſortium Sodomitarum. Abraham nullam benedictionem accipit, quamdiu verſatur inter Chaldæos. M. conc. 5. §. 1. fol. 59.

Videant ex hoc Magiſtratus, Principes, & qui juſtitiæ præſunt, quantum obligentur ad punienda peccata, præſertim publica; quia dum ſua conniventia nutriunt ſcelera, & ſe ſimul, & innocentes eidem ruinæ involvunt.

Non eſt dubium tempore diluvii, & tempore incendii Sodomæi, nonnullos fuiſſe innocentes & tamen aqua, & igne perierunt, non ſua, ſed aliorum culpa. Dum urbes tormentis expugnantur, non tantum lutea mœnium ſaxa, ſed etiam lævigata marmora, non tantum caſæ opificum, ſed etiam palatia nobilium in ruinam dantur.

### 36. *Punit illibenter, & non niſi coacte.*

*Altiſſimus patiens eſt redditor.* Ubi Areſius: Talis debitor Deus eſt, licet enim plurimis peccatis cogatur ad puniendum, difficulter tamen accedit. B. Serm. 64. n. 8. 9.

Dominus Deus puniturus protoparentes in paradiſum venit ad auram poſt meridiem: Quare tam ſero? Quia non feſtinat ad punitionem, ait Abulenſis: *Ad puniendum peccatum primorum parentum tardus veniebat, quia Deo miſereri proprium ſemper & parcere.* B. Ser. 70. n. 4.

*Salv. l. 1. de Guber. Dei.* *Clamor Sodomorum multiplicatus eſt:* ubi Salv. Peccatorum clamor cogit ut puniat Deus etiam quaſi nolens. B. Serm. 76. n. 4. 11. Item fuſe S. punct. 26.

Cum Deus Satanæ dedit poteſtatem in Jobum, diſceſſit, quaſi qui non videre poteſt ſectionem venæ. S. punct. 26. fol. 114.

Deus ſuperbam civitatem Jericho uno momento delere potuiſſet, nihilominus ſeptem omnino dies in opere illo conſumi voluit: Ubi admirabundus Chryſoſtomus: *Mundum univerſum ſex diebus conſtruis, & unam urbem ſeptem diebus diſſolvis: Ne mireris, velox Deus ad extruendum, tardus ad deſtruendum, illud potentiæ, Bonitatis iſtud eſt.* *S. Chryſ. hom. 13. ad pop.*

Natura non producit fœtus monſtroſos ex deſtinato conſilio, ſed ex materiæ, ex qua producuntur, inertitudine quaſi compulſa: Proinde facit, quantum intra legum ſuarum fines poteſt, ne naſcantur abortus, & cum jam nati ſunt, quantum poteſt impedit, ne propagentur, hinc illos ſteriles gignit &c. Parem in modum Deus non vult mala noſtra: *Non lætatur in perditione Virorum*, a nobis cogitur, ut puniat. Et etiam coactus facit, ut mala noſtra diuturna non ſint. P. p. 1. Diſc. 4. n. 3.

### 37. *Etiam dum punit miſericors eſt.*

*Effundam ſicut aquam iram meam.* Quare non ſicut ignem? quia ignis conſumit, & denigrat, aqua autem ſimul lavat, & fœcundat. B. Serm. 52. n. 13. 14.

Diluvium induxit Deus lente per quadraginta dies: Quare tam tarde? ideo, inquit S. Chryſ. quia ſemper propter ſuam miſericordiam volebat aliquos caſtigatos emendari, & pœnitentiam agere. B. Ser. 68. n. 8. Item Ser. 71. n. 1. 2. *S. Chryſ. hom. 25. in Geneſ.*

*Miſericordiam & judicium cantabo tibi.* Sicut in cythara fides ſonora, & alta, baſſus, & cantus ſibi conjunguntur; ita ſemper miſericordia juſtitiæ conjuncta eſt. M. conc. 9. aſſ. 1. n. 4. *Pſal.*

Chriſtus vocatur ſponſus, & gigas, ut ſimul amabilis, & terribilis ſit. Ibid. n. 5. & ſeq.

Malefactores, dum equuleo torquentur, ſtatim iterum a chirurgis ſanantur: Ita Deus, dum vulnerat, iterum vulneri emplaſtrum imponit, ut diuturnitate ſupplicii emendationem extorqueat.

Quid ſit, cum forte Mater amantiſſima filiolum delinquentem baculo caſtigat? O quam manſuete verbera temperat! O quam dolenter ictus omnes in proprio corde ſentit! O quam lætatur, cum filius emendationem promittit! Quare? quia illum, quem corrigit, tenerrime amat. Ita Deus, cum caſtigat, verbera non delicto, ſed ſuo amori commenſurat, nihilque vehementius deſiderat, quam emendationem caſtigati, ut a caſtigatione quantocyus manum retrahere poſſit &c.

*38. A nobis ipſis ſumit inſtrumenta puniendi.*

Deus volebat ſecare, radere &c. nec habebat unam novaculam: Unde illam habuiſſe putatis? *In novacula conducta*, inquit Propheta &c. S. punct. 26. f. 110. Sed unde conduxit? Arbores conſilium inierunt, quomodo a ſtrage immunes eſſe poſſint? cedrus intulit: Nos ipſæ lignum damus ad manubria aſciarum, merito igitur ſternimur: ita nos Deo puniendi inſtrumenta damus &c. B. Serm. 68. n. 16. & ſeq.

*Vidi* (peccatores) *flante Deo periiſſe*. Efflat nempe Deus illum aerem, quem a peccatore extrinſecus attraxit. B. Serm. 76. n. 8.

[S. Bern. Serm. 5. de Nat. Dom.] Hinc ait S. Bern. *Miſerendi cauſam ſumit ex proprio . . . . ulciſcendi magis ex noſtro*. S. pun. 27. f. 119.

Amman putavit ſe patibulum Mardochæo præparaſſe, & ſibi ipſi præparavit: Sic Deus diſponit, ut multi in foveam incidant, quam alteri foderunt.

Deus minatur, quod oblivione oblviſci velit peccatoris, & hæc eſt graviſſima pœna; quia ſignum eſt reprobationis. Cur autem obliviſcitur Deus? quia prius peccator oblitus eſt Dei. *Populus meus oblitus eſt mei diebus innumeris*. C. in Oſee 1. v. 6.

Rex David, ut ad connubium Bethſabeæ, quam adulterio fœdaverat, ſibi viam ſterneret, decrevit Uriam ejus maritum e medio tollere. Itaque Uriæ litteras dedit ad Joabum Belliducem, præcipiens, ut harum latorem Uriam a fronte aciei collocaret, & derelictum in certamine morti conſignaret. Factum ut præceptum! Miſer Urias periit, quia ſententiam ſuæ mortis ipſe ſuis manibus attulit. O quam multi peccatores ad Deum Judicem ipſi damnationis ſuæ ſententiam in conſcientia ſua ſcriptam afferunt! &c.

*39. Mitius punit, in hac, quam in altera vita.*

Deus juravit populo: *Si dimittetur iniquitas hæc donec moriemini*. Quænam hæc iniquitas quam morte punire minatur? nempe populus debebat plangere propter caſtigationem obſidionis Jeroſolymitanæ, & plaudebat. Ita ait Oleaſter: *Deus nihil fert gravius, quam ſi minas ejus, quibus te emendare ſatagit, irrideas!* [Oleaſt. in Iſa. 22.] B. Serm. 71. n. 4. Item Serm. 86. n. 30. Hanc irriſionem Deus ordinarie infelici morte caſtigat: *Donec moriemini*.

Supplicia vitæ præſentis ſunt ad emendationem, ſupplicia vitæ alterius ſunt ad vindictam. Sicut ergo chirurgus maxima cum cautela ſcindit, ut ſanet, econtra inimicus violenter gladio ferit, ut perimat; ita Deus facit; in hac vita pœnas miſericordia temperat, non in altera vita.

*Manus Domini tetigit me*. Omnes afflictiones Jobi tantum fuerunt contactus manus Domini, & quidem ligata: In altera autem vita non tangit, ſed percutit &c. S. pun. 132. f. 417.

Tormenta hujus mundi quaſi ab ira ligata Dei proveniunt, in altera vita ab ira illigata. M. conc. 16. aſſ. 2. n. 2.

Primum flagellum fecit Chriſtus ex funiculis, alterum autem non deſcribitur: Nempe primum quod eſt pœna mundi adhuc explicabile eſt, non vero alterum. M. conc. 16. aſſ. 2. n. 5.

Chriſtus Redemptor, futurus vivorum & mortuorum judex, in Sacra Scriptura vocatur *Agnus Dei*, & *Leo de tribu Juda*. Nempe in hac vita Agnus eſt manſuetiſſimus, patientiſſimus: In altera autem vita Leo erit rugiens, & implacabilis &c.

*40. Tanto gravius punit, quo diutius indulſit.*

*Secundum duritiam tuam . . . . theſaurizas tibi iram:* Qui theſaurizat diu nummos nummis addit, donec tandem totum cumulum inveniat: Ita peccator cumulum iræ Dei ſimul tandem ſentiet. S. pun. 27. f. 120.

S. Hieron. ait: *Tarditatem ſupplicii gravitate compenſat*. Et S. Greg. *Quos diutius ut convertantur exſpectat, non converſos durius damnat*. S. pun. 27. f. 120.

Poſtquam centenis annis exſpectavit converſionem humani generis, *apertæ ſunt cataractæ* &c. S. pun. 27. f. 120. Vide tit. *PRÆSUMPTIO*. *PROCRASTINATIO*.

Magna ira Dei eſt, ubi Deus diu differt, & diſſimulat punitionem, tunc enim augetur cumulus culpæ, conſequenter & pœnæ. C. in Gen. c. 15. v. 16. f. 163. d. 1.

In Æmilia ad Virginis Aſſumptæ ſacellum immenſa populi multitudo confluit, & quoniam locus erat anguſtus, viris ac mulieribus convenientibus multa





flagitioſe perpetrabantur. Subito autem incendium grande erupit, opibus omnibus ad decem aureorum millia taxatis igne conſumptis. J. 150.

Quanto intenſius incurvatur arcus tanto violentius emittit ſagittam: Ita Dei Juſtitia quanto diutius indulget, tanto gravis ferit.

Dantur in æſtate tempeſtates, quæ ſæpe per tres aut quatuor dies in nubibus murmurant, de quibus dici ſolet: Hæc tempeſtas necdum erupit! tandem poſt triduum, aut quatriduum, cum immenſo fragore fulminans & grandinans, ſegetum ruinam longe lateque cauſat. Sic Deus diu monet, minatur, terret, tandem vero duplicato ſupplicio peccatorem corpore, ſimul & anima punit &c.

*41. Exaudit innocentes, qui provocant ad tribunal Dei.*

David provocavit ad Deum Judicem contra Saul: *Judicet Dominus inter me, & te:* Haud diu poſtea Saul proprio ſe gladio interfecit. 2. Zacharias Pontifex provocavit contra Regem Joas, dein anno nondum elapſo Regii Principes a Syris trucidati, Joas multis vulneribus confoſſus in lecto ad tribunal Divinum raptus eſt. 3. Antiochus a Machabæis citatus manifeſta Dei ultione periit. 4. Fernandus Legionis, & Caſtellæ Rex duos nobiles ex familia Carvaialorum e rupe præcipitari juſſit, a quibus citatus trigeſimo poſtea die mortuus eſt. 5. Eques Neapolitanus cum reliquis Templariis ad ſupplicium raptus Clementem V. & Pilippum pulchrum Regem Franciæ citavit, ut intra diem, & annum coram Divino tribunali cauſam dicerent: effectus, ut citatio facta, ſecutus eſt. 6. Rodolphus Auſtriæ Dux, ab Equite aurato, innocenter damnato, ad Divinum jus vocatus, adveniente citationis termino, extinctus eſt. Idem legitur de Franciſco Armoricæ Duce, qui fratrem Ægydium læſæ majeſtatis innocenter damnavit, aliiſque &c. C. in Gen. c. 9. v. 5.

[antipr. 4. apum.] Abbas in Monaſterio S. Jacobi prope Leodium, cum propter raptum alicujus Novitii violenter abducti humanam juſtitiam impetrare non valeret, ad Divinam appellavit, & ecce! quadrageſima die & Abbas & plagiarius repente moriuntur &c. D. 1. 28. E. Scandalum num. 2.

Severianus ab Adriano Imp. juſſus occidi antequam jugularetur, ignem popoſcit, & thure accenſo, *Vos*, inquit, *teſtor, me nihil mali commiſiſſe! de Adriano hoc imprecor, ut cum mori cupiet, non poſſit!* Porro Adrianus in morbo ſæpius invocata morte, ſæpe ſeipſum occidere voluit. C. Jerem. 17. v. 12.

Cum Genuenſes triremes adverſus piratas inſtructæ biremem Catalaunam cepiſſent, hujus rectorem noctu ſuſpenderunt. [Fulgoſ. 1. 1. c. 4.] Is pro injuria ſibi illata Deum appellans, citavit Patronum Genuenſium, ut ſexto menſe coram Deo compareret, & ecce! eo ipſo citationis menſe hic occubuit &c. Henricus Archiepiſcopus Moguntinus falſo accuſatus, & Pontificatu dejectus, mœrore confectus ad Chriſtum Judicem appellavit. Audita ejus morte alter judicum in latrinis exſpiravit, alter præ rabie manus ſibi corrodens animam exhalavit, Deo rationem redditurus. C. in Jerem. 17. v. 12.

POENÆ JUSTITIÆ DEI PUNIENTIS.

Plagæ univerſales.

*42. Cauſantur a peccatis.*

DIvina Juſtitia elementa, & creaturas habet ad obſequia, ut peccatores puniat. *Miſſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas*. [Sap. 12.] Id eſt, prout exponit Lyranus: Priuſquam filii Iſrael terram promiſſionis ingreſſi ſunt, [Lyran. ib.] *Dominus immiſit Chananæis veſpas habentes aculeos venenatos*. Cum Philiſthæi Arcam Domini indigne tractarunt, nati ſunt mures innumeri, qui germina agrorum depaſti ſunt, [1. Reg. 5.] & *facta eſt confuſio mortis magnæ in civitate*. Popielus Poloniæ Rex ob crudelitatem una cum uxore & liberis devoratur a muribus. Arnulphus Imperator ob truculentas vexationes Eccleſiaſticorum morbo pediculari conſumitur. Addo Epiſcopus Moguntinus, quia pauperes convocatos concremavit, quos mures vocare ſolebat, a muribus depaſcitur.

Sapor Rex Perſarum oppugnans urbem Niſibin a culicibus in fugam agitur. A. lect. 10. §. 9.

O ſi præcepta Dei obedienter obſervaremus, certe elementa omnia ſub noſtra obedientia viverent: S. VVereburga Abbatiſſa grues ſuis agris infeſtas vocat ad monaſterium, rationem de damno illato daturas, & omnes comparent, de-

miſſo vertice quaſi veniam rogantes quas dein S. Abbatiſſa iterum benigne dimiſit. Una furtim ſublata redierunt, quam jam comeſtam S. Virgo ad vivos revocavit. R. 1. part. mir. 5.

S. Franciſcus Solanus ut populum a peccatis deterreret, ſub concione exclamat: Eja tellus & aer commovimini in ſupplicium peccatorum, & ecce terribilis terræ & aeris motus ſubſecutus, populo autem miſericordiam implorante, a ſancto iterum ſedatus eſt. R. cent. 3. mir. 7.

Paſtor a nativitate mutus a Beatiſſima Virgine loquella donatur, mittiturque ad Foſſanenſes cum admonitione, ut a peccatis abſtinerent, ni Dei punientis ſupplicia experiri velint. Illi non emendarunt ſe, & fere omnes peſte interierunt. I. 41.

*43. Fiunt per imbellia animacula.*

Inſula Anaphe olim nullas habebat perdices, poſtquam vero illatæ ſunt, adeo numero creverunt, ut incolæ regionem illam prope deſerere cogerentur. VV. art. diſc. font. 65. ex 5.

Inſula Caſpathiorum per leporum multitudinem fere ad vaſtitatem redacta eſt: In uno anno capta ſunt leporum ſex millia. Ibid. ex 6.

Blaſpemus aleator ab unica muſca importuniſſime tamdiu infeſtatur, donec blaſphemiam revocavit. E. Verbo *Blaſphemia*, n. 8.

In Anglia uberrimam ſegetem depaſcunt muſcæ incognitæ, in quarum una ala ſcriptum erat: *Ira*, in altera *Dei*. E. *Vindicta Divina*. Vide infra tit. *Locuſtæ*, *Formicæ*.

Anno 1690. Menſe Auguſto ad montes inferioris Alſatiæ, cælo undique claro obſervati ſunt globi lucidi, magnitudine humani capitis de terra verſus cælum aſcendere, dumque ſoli appropinquaverunt, diſſilierunt, & mox ingens muſcarum, alatis formicis ſimilis copia prodiit, celeriter verſus occidentem volitans: Aliquæ etiam in terram decidentes, ſe mutuis morſibus fœde lacerarunt, & interemerunt. Secuta ſunt varia mala.

Excidia urbium.

*44. Præſagiuntur per ſigna prodroma.*

ANtequam Bizantium a Turcis terra marique oppugnaretur, compertum eſt apud Comum Galliæ urbem, ſub veſperam ingentem canum multitudinem per aera ferri & invicem acie confligari. Poſtea hominem corporis proceritate formidabilem proceſſiſſe, velut exercitus ductorem. Quæ demum, aliaque ludibria nocte adventante diſparuerunt. Conviv. appar. f. 121.

In urbe Jeroſolymitana per omnes plateas circumcurſabat quidam ruſticellus, qui ſine intermiſſione ingeminando lamentabile *Væ* excidium urbis prænunciabat, nec poterat minis & flagris ad ſilentium compelli. Simili modo urbs Roma, antequam anno 1527. a Cæſarianis occupabatur, a quodam Joanne Baptiſta identidem *Væ* clamante monita eſt. Urbi Burdigalenſi in Aquitania per Virum quemdam ſanctum prædicuntur hæreticorum crudelitates, & templorum excidia. D. 5. 42.

Incolæ urbis Citor in regno Sangæ a Rege Mogoris obſeſſi urbem incendunt, ſeque in ignem conjiciunt, quo ultra ſeptuaginta hominum millia perierunt. T. n. 243.

Deus ſignis præviis ſolet indicare calamitates publicas regnorum, uti Diluvii, excidii Hieroſolymitani, perſecutionis VVandalicæ &c. C. Ezec. 5. v. 17. Et c. 7. v. 23.

Cur autem Deus malis ejuſmodi publicis præmittit ejuſmodi ſigna? Reſpondeo, reus non ſolet, nec poteſt condemnari, niſi prius audiatur ſuper ſua accuſatione. Ejuſmodi mala igitur ſunt præviæ accuſationes, quibus peccatores reatum ſuum agnoſcere, & miſericordiam implorare poſſunt. A. T. 1. Lect. 18. n. 5.

Perſecutiones Eccleſiæ.

*45. Sunt complures & variæ.*

ANte perſecutionem VVandalicam Honorici (ſeu ut alii legunt Hunnerici) Carthagine Eccleſia S. Fauſti miro ſplendore luxit, apparueruntque albicantes & coruſcantes homines, qui a quibuſdam Æthiopibus ex Eccleſia extracti & expulſi fuerunt. Vidit & quidam Presbyter Eccleſiam S. Fauſti refertam innumerabili turba ſubito evacuatam, & dein repletam multitudine porcorum. E. *Martyr.* num. 6.

Porro juſſit tyrannus, ut nemo niſi Arianus ſub ſuis ſignis militaret, cumque plurimi temporalem militiam deſererent, illos in Inſulam Sardiniam relegavit, Epiſcopos exſpoliavit, & qui iis





ſuccedere volebant ad fiſcum Regalem quingentos ſolidos ſolvere debebant. Sacræ Virgines ludibrio barbarorum expoſitæ, & quæ reſiſtebant variis tormentis excarnificatæ ſunt. E. *Martyr.* n. 6.

Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi & alii fideles numero quater milleni, nongenti & ſeptuaginta ſex in exilium rapiuntur, in anguſto carcere concluduntur, & quoniam nemini licuit exire, fœtore & urina ad mortem uſque affliguntur. E. *Martyr.* n. 7.

Hunnericus præcepit Epiſcopis & univerſis Presbyteris, ut Carthaginem venirent & de ſuæ fidei articulis diſputarent: Comparuere illi, tum omnes ſuis reculis & veſtibus exſpoliati extra urbem ejecti ſunt, prohibitum fuit ſub pœna incendii, ne quis illos in domum reciperet, aut illis alimenta præſtaret. Cumque tyrannus impius ad piſcinas exibat, ſupplices illi facti ſunt, verum non alio effectu, quam quod illos irruente equitatu ungulis obteri præceperit. E. *Martyr.* n. 9.

Fraudibus etiam truculenter circumventi, juſſi ſunt jurare, quod Hunnericum ejuſque filium pro ſuo rege agnoſcant: Sed doloſe; qui enim jurarunt obtruncati ſunt tanquam perjuri: Qui non jurarunt miſere interfecti tanquam proditores. E. *Martyr.* 10.

Cum Nicomediæ pars palatii conflagraret, culpa imputata eſt Chriſtianis, qui mox a barbaris aut gladio interfecti aut flammis exuſti ſunt: Tantaque erat eorum rabies, ut oſſa ſepulta exhumarent, & in mare projicerent, dicentes, ne Dii Chriſtianorum efficiantur. E. *Martyr.* n. 12.

Eccleſia decem perſecutiones terribiles ſuſtinuit, Neronis, Domitiani, Isdegardis, Gororanis, Arianorum, Conſtantini Copronimi, Macedonii, Eytichian. Calviniſtarum &c. C. Dan. 11. v. 35. Crudeliſſima fuit Diocletiani. Vide tit. SS. Martyres &c.

Per equum ruſum in Apoc. intelliguntur perſecutores & perſecutiones Eccleſiæ, quę per 250. annos durarunt. 1. Fuit Neronis. 2. Domitiani. 3. Trajani. 4. Antonini. 5. Septimi Severi. 6. Maximini. 7. Decii. 8. Valeriani. 9. Aureliani. 10. Diocletiani, eaque crudeliſſima. C. Apoc. 6. v. 3.

Sterilitas terræ.

*46. Cauſatur a peccatis hominum.*

PRomiſit quidem Deus *dabo vobis pluvias temporibus ſuis*, nihilominus, ut ait Abulenſis, *Aliquando ſecundum ordinem motus cæleſtis erat magna fertilitas preventura, Deus tamen propter peccata hominum convertit illud in contrarium &c.* B. Serm. 63. n. 6.

*Servierunt diis alienis, ideo cælum erit æneum, terra ferrea, mentietur opus olivæ, & arva non afferent fructum.* S. pun. 54. f. 177. *Lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur*: Quare? *propter malitiam inhabitantium in ea.* Ib. f. 178.

*Egeſtas a Domino in domo impii*; ubi Prov. 1.
enim regnat impietas, ibi ſterilitas terræ, & infortunia. In terra promiſſionis alias fertiliſſima decennis erat ſterilitas, ita ut Elimelech cum ſua familia migrare debuerit in terram Moabitarum. Quare? quia populus in terra promiſſionis erat impius. Quæſivit olim Propheta a Deo, cur egeſtas tamdiu premeret populos, &
reſpondit ſibi ipſi, *Propter malitiam habi-* Ierem. 12.
*tantium in ea.* Quibus verbis addit S. Hieronymus: *Malitiæ habitatorum ejus hoc faciunt.* Hunc ipſum in ſenſum S. Severinus incolis de damno locuſtarum querentibus repoſuit, hanc eſſe plagam Dei punientis. A. lect. 10. §. 5.

Merito filius prodigus, ex paterna obedientia & domo profugiens, famem uſque ad porcorum ſiliquas paſſus eſt, & hodiedum in domo bene morata filii inobedientes loco prandii, pane & aqua puniuntur: Sic Deus affligit regionem, in qua ſcelera dominantur: Liberalem manum ſuam retrahit, parſimonia, & inopia uſque ad famem punit &c.

Fames.

*47. Eſt calamitatum maxima.*

URbium, *regionumque morbus graviſſimus fames eſt*, ait Philo. Eſt omnium ſcelerum fomentum, *attritæ frontis eſt egeſtas, nihil pudet modo vivat.*

Altera tentatio dæmonis in monte, & pinnaculo templi prorſus ſtulta fuit, quia facile præſcire poterat, ſe nihil impetraturum, poſtquam in fame nihil impetravit oblatione panum. &c. B. Serm. 65. n. 7. Item Ser. 66. per totum.

Alia mala, uti peſtis, bellum, gladius cito conficiunt hominem, ſed fames lento tormento conſumit. A. lect. 10. n. 9.

Tempore Imperatoris Honorii tanta erat fames, & annonæ caritas, ut homines ſeipſos invicem devorarent; ideo in ludis circenſibus audita eſt vox, quæ

licentiam petebat vendendi libere humanas carnes: *Pone pretium humanæ carni*.

Tempore Imperatoris Juſtiniani in Marchia Anconitana ſolum quinquaginta hominum millia fame emoriuntur. D. 3. 17.

In urbe Samaria, cum a Rege Benadad obſideretur, tanta erat fames, ut Mater prolem ſuam devorarit: Caput aſini ad noſtram monetam conſtabat quinquaginta tribus florenis. Cum Hannibal Caſilinum obſidebat, miles aliquis murem pro ducentis denariis vendidit, ſed ipſe dein fame iteriit. In urbe Jeruſalem tanta erat fames, ut incolæ excrementa hominum, & animalium, item cadavera peſtiferorum devorarent. Romæ, cum ab Alarico obſidebatur, humana caro taxato pretio velut in macello vendita fuit. D. 7. 61.

### Terræ motus.

#### 48. *Eſt ſingulare indicium iræ Dei.*

Lorin. in Act. 4. n. 31. DOcet Lorinus, quod Deus terræ motum non ſine gravi cauſa immittat: Hæc cauſa autem eſt ira Dei: *Erunt terræ motus magni per loca: Ecce reſpectus iræ deſuper* &c. B. Serm. 66. per totum.

Unde terræ motus oriantur, olim varias opiniones habebant Philoſophi: Aliqui putarunt terram innatare aquis velut navim, & ſic ex motu aquæ moveri terram, ſed falſo, quia alias ſemper tota terra deberet commoveri. Alii putarunt terram moveri, ſi intra terræ viſcera rupes aut terreæ moles a cætera compage reſolutæ cadant, ſed falſo, quia alias terræ motus tantum eſſet inſtantaneus, cum tamen ſciatur ad plures dies duraſſe. Oritur ergo ab exhalationibus in terra incluſis, quæ vi exitum quærunt, & quidquid obſtat diſrumpunt. D. 12. 7.

In Anglia terræ motus erat, quo integer mons abſorptus eſt. Tempore Claudii Imperatoris terræ motus inſulam ingentem unius horæ e fundo protulit. Antiochiæ 60000. hominum conteruntur. In Aſia tres inſignes urbes pereunt. D. 8. 3. Tempore Theodoſii terræ motus ſex menſibus durat &c. B. Ser. 86. §. 4.

Anno 446. Theodoſio Imperante terræ motus ſex omnino menſibus mundum concuſſit. Cum ergo omnes interitum exſpectarent, puer raptus ſurſum in aera audiit ab Angelis cantari illud tryſagion: Sanctus, Sanctus, Sanctus! Id cum a populo cantaretur, terræ motus deſiit. *Niceph. l. 14. c. 46. N. 25. Sept.*

Per terræ motum in morte Chriſti rupes prope montem Calvariæ fiſſuram fecit, cujus profunditas perpendiculo explorari non valet: Eodem tempore multæ rupes, monteſque per orbem diſciſſi ſunt, uti Mons Alverniæ in Toſcana, promontorium prope Cajetam in Regno Neapolis, prout vetus incolarum traditio habet. Antiochiæ Anno Domini 117. terribilis terræ motus fuit: anteibat horribilis procella, & ſonitus maris, tum tantus exoriebatur pulvis, ut hominibus anhelitum intercluderet, in urbibus evertebantur ædificia cum immenſa hominum ſtrage, extra urbes terra horrendo cum ſonitu intumuit. In Calabria Anno 1638. multæ civitates, ac pagi a terra omnino abſorbentur. D. 9. 13.

### Peſtilentia.

#### 49. *Eſt terribile malum, a peccatis cauſatum.*

DEus Davidem punitutus ſeptennem famem, vel trimeſtre bellum, vel triduanam peſtem minatus eſt: Ergo triduana peſtis eſt æque grave malum, quam trimeſtre bellum, aut ſeptennis fames. M. conc. 12. aſſumpt. 2. num. 6. B. Ser. 68. n. 20. Item Serm. 77. §. 2.

Deus populo legem ſuam ſervaturo ingentia bona promittit, ſed tranſgreſſoris terribilia mala minatur. *Mittam peſtilentiam in medio veſtri*. A. lect. 10. §. 6. Lev. 26.

Sub Marco Aurelio Romanum Imperium crudeliſſima peſte affligitur.

Sub Galli & Voluſiani imperio tanta peſtis graſſatur, ut cum mortuis ſepeliendis vivi deficerent, homines ubi morbi præludia ſenſerunt, ultro in ſepulcris ſe compoſuerint. Sub Juſtiniano Imper. viſa ſunt phantaſmata dæmonum circuire, & homines perimere: Et unde hæ peſtes omnes? ex peccatis. A. lect. 10. §. 6.

Mirabiles operationes peſtilentiæ ſatis denotant eam a peccatis oriri: Aliquæ enim urbes totaliter, aliæ vix e dimidio evacuatæ ſunt, aliquæ domus penitus erant intactæ, aliqui, qui fugierunt, mortui ſunt, qui remanſerunt, ſalvati. In urbe Neo-Cæſarea cum populus in cultu idololatrico copioſe confluens ſat loci non haberet, clamavit: *Jupiter fac nobis ſpatium*. S. Gregorius Taumaturgus audiens impium clamorem ſtatim miſit, qui nunciaret populo: Conſiderent, poſt modicum tempus plus ſpatii fore in urbe, quam illi optarent. Quod prædictum, fuit factum; quippe crudeliſſima peſtis a ſpectris circumeuntibus cauſata evacuavit urbem. D. 1. 65.



Tempore Davidis intra triduum ſeptuaginta hominum millia peſte abrepta ſunt. Terribilis erat peſtilentia, quæ quinquaginta duobus annis durans Africam fere habitatoribus evacuavit. Conſtantinopoli una die interdum decem millia moriuntur: Tempore Petrarchæ Italia adeo peſte affligitur, ut ex ſingulis millibus vix decem perſonæ remanſerint. D. 3. 17.

Quæritur cur propter peccatum Davidis numerantis populum ſeptuaginta Virorum millia ſint mortua? Quid illi partis habebant in hoc delicto? reſpondent Auctores: Populum non quidem hujus, ſed aliorum peccatorum fuiſſe reum, præſertim rebellionis cum Abſalon. &c. D. 4. 64.

Ordinarie prænuntiatur variis ſignis: Anno 1501. in Germania ſanguinolentæ cruces veſtibus virorum & mulierum inhæſerunt: altero anno ſecuta eſt atrociſſima peſtis. Surius in Comment. f. 19.

### Bellum.

#### 50. *Immittitur a Deo propter peccata.*

ANgli e Gallia pulſi, cum joci gratia quærerentur, quando iterum redituri ſint, repoſuerunt: cum veſtra peccata majora erunt noſtris. B. Serm. 74. numer. 14.

Cum Holofernes Judæorum populum bellis exſcindere cogitabat, ſuaſit illi Dux Achior, ut prius exploraret, an Judæi defacto pie, aut impie vivant; quia, ut aiebat, habeo ab experientia, ſi pie vivunt, nemo inimicorum illis nocebit: Si autem impie, facile traduntur in manus inimicorum. Cum ergo impii ſunt, *Aſcendamus ad illos; quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi*. A. lect. 10. n. 2. Judith. 5.

Amos 3. Eraſm. ib. *Non eſt malum in civitate, quod Dominus non fecerit*, ubi Lyranus, *Mala vocare ſolemus morbos, ſupplicia, immaturas mortes, peſtes, bella, atque his ſimilia*. A. Lect. 10. n. 3. Vide infra Tit. *Status Militaris*.

Titus & Veſpaſianus in expugnatione Jeruſalem intuentes tot millionum ſtragem, proteſtantur, ſe tantam ruinam nec cogitaſſe, nec feciſſe, ſed a Divina manu proficiſci. A. lect. 10. n. 4.

Attila cognomento *flagellum Dei* longe lateque regiones devaſtat, quare? quia *Chriſtiani vitiis ac deliciis immerſi erant*, ait Lipſius. Alaricus Gothorum Rex fatetur, ſe invitum occultis ſtimulis urgeri, ut Romam iret, eamque devaſtaret. Diocletianus crudeliſſime in Chriſtianos ſæviebat, ſingulis menſibus per integrum decennium ſeptendecim millia interficiebat: Sic etiam per Ægyptum & alibi ſæviſſima fervebat perſecutio: Cur id Deus permiſit? Reſpondet Euſebius, quia Deus perverſos Chriſtianorum mores ſuſtinere non amplius poterat. A. lect. 10. §. 5.

Jeruſalem quaternis vicibus per Chaldæos vaſtata eſt: 1. Sub Rege Joakim. 2. Rege Joachim. 3. Sedecia. Et 4. dum templum in cineres redactum fuit. C. Exod. 10. v. 14.

#### 51. *Prænunciatur variis ſignis.*

Ante obſidionem Jeroſolymitanam in aere viſæ ſunt diſcurrere armatæ legiones. Antequam Longobardi Italiam invaderent, igniti exercitus in firmamento apparuerunt. Ante bellum Bohemicum noctu frequenter ingens exercitus viſus eſt in valle quadam digladiari: Miles aliquis rei explorandæ cauſa auſus eſt propinquius accedere, ſed a ſpiritu obviam progrediente decapitatus, & altera die truncus inventus eſt. D. 5. 94.

In Sicilia duo clypei ſudarunt ſanguinem, meſſores etiam ariſtas ſanguine tinctas in manipulis invenerunt. In Miſnia fons ſanguines & cinerem fudit: Genoæ etiam *fons ſanguinis ubertim fluxit*. Idem alibi factum eſſe legitur, & ordinarie erat ſignum cruenti belli &c. D. 10. 14.

In foſſa oppidi Beichelſteinii infra ex ſalice fœtidus ſanguinis fluxus erupit. Sciræ ex pane exiiſſe dicitur. Suidnicii vellus nivis cruentum grandinis modo decidit. VV. arr. diſc. font. 3. ex 5. ad fin. Idem alibi legitur accidiſſe & ordinarie erat prognoſticon ad cruenta bella & ſtrages.

In libro 2. Machabæorum legitur, in urbe Jeruſalem per quadraginta dies in firmamento cæli viſos eſſe armatos Equites, qui ſcutis, galeis & lanceis auratis concurrebant. Idem enarrat Joſephus de Bello Judaico, priuſquam urbs 2. Mach. 5. Joſ. Jud. l. 7. c. 12.

Hiero-

Hieroſolymitana ſub Tito Veſpaſiani obſideretur, viſos eſſe per inane ferri curſus totis legionibus, & acies tranantes nubila. Idem perhibet Gregorius Pontifex antequam Longobardi Italiæ illaberentur &c. D. cent. 5. cap. 94.

### 52. *Infeliciter geritur propter peccata noſtra.*

*1. Reg. 4.* Iſraelitæ pugnaverunt contra Philiſtæos & victi ſunt cæſis quatuor illorum millibus. Fecerunt ergo afferri Arcam Domini ex Silo, & in hac ſpem victoriæ indubitanter reponentes ingentem plauſum ac clamorem in caſtris excitarunt. Timuerunt Philiſtæi animoſitatem Iſraelitarum, nihilominus ſe invicem animantes in pugnam congreſſi ſunt. Et ecce plaga Iſraelitarum erat grandior quam antea; quippe cæſa ſunt triginta millia, & Arca capta eſt. Quæ cauſa fuit tam infelicis belli? Peccata Iſraelitarum, præſertim neglectus templi, victimarum, oblationum &c. prout declarat Abulenſis & alii: S. Hieronymus poſt clades Romani Imperii recenſitas earum cauſam aſſignat: *S. Hieron. Epiſt. 3. ad Heliodor.* *Noſtris peccatis barbari fortes ſunt, noſtris vitiis Romanus ſuperatur exercitus &c.* C. in 1. Reg. c. 4. v. 10.

Tamerlanes, antea bubulcus, totam Aſiam expugnavit, nunquam victus ſemper victor, ſeipſum vocare ſolebat, *Ira Dei*. T. n. 244.

Terra ſancta, in qua Incarnatus Dei Filius natus, educatus & mortuus eſt, hactenus cum omni Chriſtianorum conatu recuperari e manibus Turcarum non potuit. Quid non fecerunt Ludovicus VI. Philippus II. Ludovicus IX. Galliarum Reges? cum immenſis divitiis conflarunt exercitus terribiles & in Syriam navigantes operam omnem ſancto huic bello impenderunt. Sed infelici ſucceſſu! Milites fame, peſte, cædibus perierunt. Quare? propter peccata Chriſtianorum, quorum unum gravius eſt centenis Turcarum. Sic dicere licuit cum Regina Eſther: *Eſth. 14.* *Peccavimus in conſpectu tuo, ideo traditi ſumus in manus inimicorum noſtrorum &c.*

## Cædes cruentæ.

### 53. *Abripiunt multa hominum millia.*

TErribile eſt, quod legitur de excidio Judęorum, quorum intra ſeptenium integra millio, & ducenta quadraginta millia cruenta internecione deleta ſunt. Græcia tempore Plutarchi adeo fuit incolis orbata, ut ultra tria Virorum millia in Bellum producere non potuerit. Bellum Carthaginenſe a Romanis geſtum integræ millionis & quinquies centenorum millium cæde conſtitit. Bellum inteſtinum Cæſaris & Pompeji ter centena militum millia abripuit. Cæſar in bellis a ſe geſtis ſupra millionem centena, & nonaginta duo millia interfecit. Similiter Pompejus in templo Minervæ ſcripturam excidi juſſit, qua ſe jactitat vicies centena, & octoginta tria millia bello occidiſſe. D. 3. 17.

Tamerlanes Bajazetem Turcarum Imperatorem devicit, cæſis ducentis Turcarum millibus. T. n. 244.

In Bello inter Joannem Regem Galliæ, & Principem VValliæ tam numeroſi exercitus conflixerunt, ut in uno prælio octingenti Nobiliſſimi Equites Galli trucidati ſint, ipſe vero Rex Joannes in Angliam captivus ductus ſit. F. 3. l. 6. f. 201. & ſeq.

Rex Mogoris cum urbem Citor in regno Sangæ oppugnabat, incolæ ex deſperatione urbem incenderunt, perierunt in igne ultra ſeptuaginta millia. T. n. 243.

Xerxes Perſarum Rex ultra millionem, & ducenta octoginta millia militum ſub ſignis habuit, & tamen a Leonida, qui ultra ſexcentos non numeravit, victus, cæſus, & ad nihilum redactus eſt. D. cent. 7. c. 21.

## Grando.

### 54. *Frequens & grande malum.*

DE grandine Ægyptiaca dicitur: *Tanta fuit magnitudinis, quanta nunquam apparuit in univerſa terra Ægypti &c.* *Exod. 9.* Contra Amorrhæos miſit Dominus grandinem, *& mortui ſunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percuſſerunt filii Iſrael.*

Anno 1234. in vicinia Cremonæ grando delapſa eſt magnitudine nucis majoris? cujus globulis inſerta erant verba *JESUS Nazarenus*. Schola Conimbricenſis, & Olaus mentionem faciunt grandinis, quę magnitudinem capitis humani æquabat.

Cum Sanctus Chryſoſtomus in exilium fuit pulſus grando Conſtantinopoli cadens lapides jactabat octo librarum. Tempore Eugenii II. in Gallia fruſtum glaciei e nubibus decidit quindecim pedes longum &c. D. 1. 66.

*Claviel. f. 160.* Anno 1514. Cremonæ pluit grandine magnitudinis ovi gallinacei. In ſeptentrione cadit nonnumquam grando inſtar humani capitis.

*Olaus M. l. 1. c. 22.* Anno 1537. Bononiæ cecidit grando ſanguine mixta, cujus grana inventa ſunt 28. librarum &c. C. Exod. 9. v. 18.

Godefridus ab Aſchauſen Epiſcopus Herbipolenſis, cum grando omnes fere fruges perdidit, dixit, ſe ulturum in Deo hanc jacturam, ac ſe plures modios frumenti, quam alias, in pauperes erogaturum. T. n. 90.

Cur autem juſtiſſimus Deus iram ſuam in innocentes ſegetes, hortos, & vineta exonerat? ut puniat poſſeſſorum ingratitudinem, qui donis Dei ad ejus offenſam abutuntur. Quot luxuriæ, quot ebrietates, quot juramenta quotidie in cælum evibrantur? Hæc omnia dein ex frigore cordium, in globulos glaciales condenſantur, & in poſſeſſiones peccatorum ex nubibus dejiciuntur, ut petulantia, quam luxu exercuerunt, fame coerceatur, ſicque verum fiat monitum Sapientis: Qui ſurſum projicit lapidem, in caput ipſius cadet &c.

## Locuſtæ aut alia animalcula.

### 55. *Terribilis pœna a Deo immiſſa.*

NArrat Franciſcus Alvarez, in Æthiopia interdum adventaſſe exercitus locuſtarum tam grandes, ut ſolem obnubilarent, qui omnia terræ ſata, fructuſque depaſcebantur. Ante adventum locuſtarum ſol pallere, & terra flaveſcere incipiebat ob repercuſſam lucem e corporibus flaveſcentium horum animalculorum. His præviis ſignis immenſus erat incolarum terror, tum innumerabilis locuſtarum exercitus per centum & viginti camporum milliaria ſe diffundebat &c. D. 1. 90.

In Anglia quodam anno, quo ſegetes quam optime florebant, innumerabilis venit exercitus muſcarum, quę una ala ſcriptam habebat voculam, *Ira*, altera *Dei*. D. 5. 54.

Poteſt Deus per minuta animalcula totas regiones & urbes devaſtare. Urbs aliqua in Hiſpania per cuniculos everſa eſt, alia in Theſſalia per talpas, alia in Gallia per ranas. Inſula Giar in Archipelago per mures. Amicla in Italia per ſerpentes.

Et de locuſtis ait Plinius, quod tanta turma aerem pervolitent, ut ſolem obſcurent, ubi in campos ſe demittunt, omnia viridantia depaſcunt. *Plinius l. 11. c. 29.* In Regione Cyrene, in Inſula Lemno, & olim etiam Romæ lege lata jubebantur ſubditi quotannis certam quantitatem locuſtarum occidere, & ad Magiſtratum deportare. Talis locuſtarum exercitus eſt Dei ſupplicium, prout conſtat ex ſeptem plagis Ægypti. Anno 1542. a locuſtarum turma, quæ ab oriente adventabat, tota fere Italia depopulata, omnes fruges depaſtæ, & etiam cortex arborum exeſus fuit. In Africa immenſus locuſtarum cuneus poſt devaſtatas fruges in mare ſe præcipitavit, ſed ab aquis iterum in littus ejectus tantum fœtorem excitavit, ut exorta peſte octingenta hominum millia interierint. Anno 874. locuſtarum exercitus inundabat Galliam, habebat ſuos quaſi duces, qui prævolantes veluti locum caſtrorum deſignabant, altera die dein ſequebatur totus exercitus tanta denſitate, ut ad diurni itineris ſpatium ſolem obnubilaret, & ſata frugeſque omnes exederet, &c. D. 8. 81.

Octava plaga Ægypti fuit locuſtarum, *Exod. 10. v. 6.* tanta multitudine, *Quantum non viderunt patres, & avi, ex quo orti ſunt ſuper terram:* Impleverunt terram ita, ut non amplius appareret, devorarunt omnia viridantia, & inſuper in domibus, in lectis, in cibis erant hominibus moleſtiſſimæ, & merito, ait Rupertus, ut Rex, qui cervicem erexerat contra Deum, eam nunc ſubjiceret his animalculis. Plinius ait, *Plin. l. 11. c. 29.* Locuſtas eſſe Deorum peſtem; nam & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum ſtridore, ut aliæ alites credantur, ſolemque obumbrent &c. C. Exod. 1. v. 2. ſeq.

Locuſtas comederunt Judæi & aliæ gentes, ſed puto non niſi tempore famis. Sunt autem cibus pernicioſus, vitam abbreviant, & gignunt morbos. C. Lev. 11. v. 22.

## Formicæ.

### 56. *Grandia mala cauſant.*

LAudabile alias animal, nonnunquam inſtrumentum ad puniendos homines fuerunt. Teſte Petrarcha horrea, ac promptuaria depopulantur, Caſtrum in finibus Piſanis, & aliud in Vicentinis ex formicarum ſcatebris deſertum fuit: hominem ex integro conſumpſerunt, ex rapto vivunt, & ideo a Scaligero na-

turæ



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

turæ peccatum vocantur. VV. art. diſc. font. 49. ex 4. Tantus formicarum terror barbaros quoſdam invaſit, ut patriam deſererent. Inſulæ Iſabella & Quiloa, ac Trapobanes plurimæ civitates propter formicas deſertæ ſunt. Conterebra Hetruriæ oppidum a formicis everſum eſt. *Ibid.* Quin imo integras interdum provincias depopulantur formicæ, cum ſcilicet illarum exercitibus utitur Dominus exercituum ad ſcelera mortalium plectenda, Braſili formicas ſuas appoſitis cibariis placare ſolent; fundamenta enim murorum ſubruunt, per cuniculos irrumpunt, trabes corrodunt, muroſque ipſos perterebrant, ut neceſſe ſit contra illas ferventi aqua, cinere & oleo pugnare. *Ibid.*

*Plin. l. 11. c. 31.* Solinus, Plinius de aliis formicis memorant, quæ magnitudine canes æquant, fuſco colore inſtar felium, unguibus armatos habent pedes, in montibus venas & arenas aureas effodiunt, eaſque in apricum proferentes cuſtodiunt. Quod ſi Indiani aurum ipſis ſuffurari præſumunt, fures inſequuntur, & jugulant, ac dilaniant. Verum his paradoxis non indiget Deus ad punienda crimina! per animalcula minutiſſima innumerabili multitudine multiplicata, poteſt integras urbes ad vaſtitatem redigere. D. 10. cap. 4.

Diſcat peccator ex hac pœna Dei potentiam, & ſuam infirmitatem: Potentiam Dei, qui minutiſſima animalcula pro flagello ſcelerum uſurpare poteſt: Suam autem infirmitatem; ſi enim integra municipia & communitates imbellibus minutiis reſiſtere non valent, quomodo reſiſtent leonibus, urſis, & rabidis canibus, quos Deus in vindictam criminum armare, & immittere poſſet? &c.

## MISERICORDIA DEI.

### 57. *Magna eſt erga peccatores.*

DEus eripuit Abrahamum ex igne Chaldæorum, Lotum ex incendio Sodomæ, tres pueros ex fornace Babylonica: Sed hoc fecit amicis: nonne mirabilius eſt, quod inimicum videlicet peccatorem eripiat ex infernali igne? Hinc David ad laudandam miſericordiam Dei invocat ipſam miſericordiam: *Confiteantur Domino miſerationes ejus &c.* Quia nihil majus in laudem Dei evocare poteſt. B. Serm. 1. n. 6.

Quis inter homines offenſus offendentem invitat ad veniam? & ecce! ait S. Greg. *Ipſe quem deſpeximus vocat nos.* B. Ser. 1. n. 13. Item Ser. 12. n. 3. *S. Greg. hom. 41. in Ev.*

Si homo haberet omnia totius mundi delicta, ea tamen omnia pœnitenti in momento remitterentur a miſericordia. B. Serm. 10. n. 5. & ſeq. Item Ser. 49. nu. 17. Item Ser. 62. n. 37.

David ad mortem quæſitus ab Abſalone rebelli filio nihilominus curam illius habet. Ita Deus peccatorem rebellem filium ſalvum vult. B. Serm. 21. n. 40. &c. ſeq.

Miſericordia Dei pene fidem ſuperat: Quærit olim Petrus, quoties peccata dimitti poſſint, forte *uſque ſepties:* ſed reſponſum recepit *non dico tibi ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties:* numerus finitus pro infinito. Quo audito accedunt diſcipuli ad Chriſtum: *Domine adauge nobis fidem &c.* S. pun. 27. f. 100. & ſeq.

Quam amanter recepit parens ille filium prodigum, tam amanter recipit Chriſtus peccatorem converſum. S. pun. 26. f. 116. & ſeq.

Saulus perſequens Eccleſiam, item mulier Chananæa, quam amicabiliter a Deo, fuerunt recepti! S. pun. 131. fol. 409.

Judam proditorem blandiſſime alloquitur, ut eum convertat. S. pun. 6. de Paſs. Dom. f. 552. & ſeq.

Tanta eſt miſericordia, ut illa poſſit a peccatore quaſi jure prætendi: nam S. Job ait: *Cur non tollis peccatum meum!* ubi S. Cyrillus, itane criminis loco Deo impingis, quod non miſereator? etiam inquit: Cum enim Deo proprium ſit miſereri, cur non & mei rationem habeat? S. punct. 30. fol. 709.

Si homicidam convictum aliquis princeps condonato ſcelere reciperet in ſuam gratiam, ac familiaritatem, utique foret magna clementia? In terra non eſt ſimilis princeps, ſed in cœlo, qui peccatorem in intimum amicum recipit: Tertullianus exclamat: *Inauditum miſericordiæ genus eſt, quod cum ſummo Dominus jure miſericordiam, & veniam negare poſſet, non modo non neget, ſed ipſe etiam & velit & rogat, & minetur, niſi ad eum revertaris.* A. 1. lect. 2. n. 24. *Tertul. l. de ceant. c. 2.*

Quamdiu Chriſtus in terra ambulabat, ut plurimum verſabatur apud peccatores. Cur? ſicut magnes amat ferrum, ita ille peccatores: Ita Concilium Epheſinum: *Inexhauſta Chriſtus miſericordia, & ſympathia pollet erga peccatores.* *Concil. Epheſ.*

Chry-



*S. Chryſ. Hom. in Pſal. 50.* Chryſoſtomus ait: *Impius es? Magos tibi propone! raptor es! publicanum cogita! impurus es? animo tuo meretrix ſe objiciat &c.* S. Bernardus tres gradus miſericordiæ enumerat: 1. Cum tardat ferire Deus. 2. Cum dat gratiam reſipiſcentiæ. 3. Cum peccati jugum a conſcientia excutit. C. Exod. 34. v. 6. ſeq. Item 1. Petr. 1. v. 3.

### 58. *Peccatores vocat variis modis.*

Ad vocationem peccatorum quaſi convocat ſapientiam, & potentiam. *Qui vocat aquas mari &c.* Per varios terræ meatus. Quare? S. Hieron. ait: *Vocat amaras, ut dulces fiant.* B. Ser. 1. n. 10.

Beneficia, quibus afficit peccatores, non ſunt niſi mera illicia ad pœnitentiam. Hinc S. Laurent. Juſt. ait: *Quis verbis explicet, quanta quotidie peccatoribus Deus beneficia conferat?* *S. Laur. Juſt. de triumph. Chr. agone c. 25.*

*Blanditiis allicit, muneribus onerat, premit flagellis, exhortationibus vocat, revocat indulgentia.* &c. B. Serm. 52. n. 5. & ſeq.

*Multus eſt ad ignoſcendum.* Quare multus? quia, ut peccatores trahat varias formas aſſumit, infantis, peregrini, hortulani &c. S. pun. 26. fol. 112.

S. Proſper varios modos enumerat, quibus Deus peccatores vocat, nempe ſuadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, cor ipſum illuminando, & fidei affectibus imbuendo &c. S. 155. f. 501. *S. Proſper l. 1. de Voc. Gent. c. 10.*

Divina Miſericordia multipliciter pulſat cor peccatoris. 1. per illuminationem intellectus, & impulſum voluntatis, immittendo timorem gehennæ, ſpem, & deſiderium cæleſtium. 2. Per ſacram Scripturam, & pios libros. 3. Per ſacros prædicatores & monitores. 4. Per exempla Sanctorum. 5. Per abyſſum judiciorum Dei. 6. Per beneficia collata. 7. Per adverſitates. 8. Per miracula. C. in Apoc. c. 3. v. 20.

Palmitem non ferentem fructum abſcindet, & in ignem projiciet: Ferentem autem fructum purgabit, ut fructum plus afferat. Falx autem ſeu culter, quo Deus fideles, tanquam palmites purgat, eſt, 1. Verbum Dei, de quo ait: *Jam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* 2. Sunt tribulationes, paupertas, fames, hæ enim ab amore mundi nos avocant. 3. Illuſtrationes, terrores, increpationes, quas Deus fidelium mentibus immittit. Sic a Deo increpitus fuit S. Hieronymus, imo vapulavit, quia libentius Ciceronem, quam Sacram Scripturam lectitabat. Acriter a Chriſto reprehenſa fuit S. Catharina Senenſis, ob levem in oratione diſtractionem, qua adeo illa erubuit, ut diceret, malle ſe coram toto mundo confundi, quam iterum ſimilem caſtigationem ſubire. C. Jo: 15. v. 2.

### 59. *Vocat peccatores, etiam reluctantes.*

Chriſtus Dominus, cum Apoſtolis dedit poteſtatem remittendi peccata, *inſufflavit:* Cur per aerem, & non per ignem dedit illis Spiritum Sanctum? ratio deſumitur ex Ariſtotele; *Lux tantum per directum fertur: aer nullo impedimento arcetur.* B. Serm. 1. n. 23. Item Serm. 21. n. 40. & ſeq. *Ariſt. in Problem. ſect. 13. q. 1.*

Longinus crudeliſſime ſauciat Chriſtum, & pro mercede fidem, ac ſalutem recipit. B. Serm. 52. n. 17.

Quod Deus peccatores vocet ad veniam, miratur Tertul. inquiens: Inauditum Miſericordiæ genus, ſummo cum jure veniam negare poſſe, & non ſolum non negare, ſed rogare, ſed minari. S. pun. 25. fol. 103.

S. Chryſoſtomus miratur miſericordiam exhibitam Saulo Perſecutori, aliiſque peccatoribus. S. punct. 131. a fol. 409.

Quamprimum Chriſtus in mundum venit, ſtatim peccatores vocavit: Primo nempe magos: deinde publicanos, dein meretricem, dein latronem, blaſphemum &c. S. punct. 131. f. 409.

Quidam Pantomimus in eremum ſecedit, ſed a ſocio perſuaſus ab antro exit, & ſocio ſub ſpe auri, quod ajebat ſe oblitum fuiſſe, perſuadet, ut in ſpeluncam ingrederetur: Ingreſſum obvoluto ſaxo includit: Ille primo quidem in furias actus, ſed dein ſolitudinis amantiſſimus, & ſanctus pœnitens effectus fuit. R. cent. 2. part. 2. mir. 5.

Cum filius-familias ad iterata parentis monita obedientiæ ſe ſubjicere recuſat, tandem verberibus, fame, inedia, & carcere compeſcitur: Ita Miſericordia Dei, ſi apud refractarios peccatores nihil efficit, invocat juſtitiam, & quem amore trahere non poterat, vi compellit.

dio. Mi-

turæ peccatum vocantur. VV. art. diſc. font. 49. ex 4. Tantus formicarum terror barbaros quoſdam invaſit, ut patriam deſererent. Inſulæ Iſabella & Quiloa, ac Trapobanes plurimæ civitates propter formicas deſertæ ſunt. Conterebra Hetruriæ oppidum a formicis everſum eſt. *Ibid.* Quin imo integras interdum provincias depopulantur formicæ, cum ſcilicet illarum exercitibus utitur Dominus exercituum ad ſcelera mortalium plectenda, Braſili formicas ſuas appoſitis cibariis placare ſolent; fundamenta enim murorum ſubruunt, per cuniculos irrumpunt, trabes corrodunt, moroſque ipſos perterebrant, ut neceſſe ſit contra illas ferventi aqua, cinere & oleo pugnare. *Ibid.*

*Plin. l. 11. c. 31.* Solinus, Plinius de aliis formicis memorant, quæ magnitudine canes æquant, fuſco colore inſtar felium, unguibus armatos habent pedes, in montibus venas & arenas aureas effodiunt, eaſque in apricum proferentes cuſtodiunt. Quod ſi Indiani aurum ipſis ſuffurari præſumunt, fures inſequuntur, & jugulant, ac dilaniant. Verum his paradoxis non indiget Deus ad punienda crimina! per animalcula minutiſſima innumerabili multitudine multiplicata, poteſt integras urbes ad vaſtitatem redigere. D. 10. cap. 4.

Diſcat peccator ex hac pœna Dei potentiam, & ſuam infirmitatem: Potentiam Dei, qui minutiſſima animalcula pro flagello ſcelerum uſurpare poteſt: Suam autem infirmitatem; ſi enim integra municipia & communitates imbellibus minutiis reſiſtere non valent, quomodo reſiſtent leonibus, urſis, & rabidis canibus, quos Deus in vindictam criminum armare, & immittere poſſet? &c.

## MISERICORDIA DEI.

### 57. *Magna eſt erga peccatores.*

DEus eripuit Abrahamum ex igne Chaldæorum, Lotum ex incendio Sodomæ, tres pueros ex fornace Babylonica: Sed hoc fecit amicis: nonne mirabilius eſt, quod inimicum videlicet peccatorem eripiat ex infernali igne? Hinc David ad laudandam miſericordiam Dei invocat ipſam miſericordiam: *Confiteantur Domino miſerationes ejus &c.* Quia nihil majus in laudem Dei evocare poteſt. B. Serm. 1. n. 6.

Quis inter homines offenſus offendentem invitat ad veniam: & ecce! ait S. Greg. *Ipſe quem deſpeximus vocat nos.* B. Ser. 1. n. 13. Item Ser. 12. n. 3. *S. Gregor. hom. 43. in Ev.*

Si homo haberet omnia totius mundi delicta, ea tamen omnia pœnitenti in momento remitterentur a miſericordia. B. Serm. 10. n. 5. & ſeq. Item Ser. 49. nu. 17. Item Ser. 62. n. 37.

David ad mortem quæſitus ab Abſalone rebelli filio nihilominus curam illius habet. Ita Deus peccatorem rebellem filium ſalvum vult. B. Serm. 21. n. 40. &c. ſeq.

Miſericordia Dei pene fidem ſuperat: Quærit olim Petrus, quoties peccata dimitti poſſint, forte *uſque ſepties:* ſed reſponſum recepit *non dico tibi ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties:* numerus finitus pro infinito. Quo audito accedunt diſcipuli ad Chriſtum: *Domine adauge nobis fidem &c.* S. pun. 27. f. 100. & ſeq.

Quam amanter recepit parens ille filium prodigum, tam amanter recipit Chriſtus peccatorem converſum. S. pun. 26. f. 116. & ſeq.

Saulus perſequens Eccleſiam, item mulier Chananæa, quam amicabiliter a Deo, fuerunt recepti! S. pun. 131. fol. 409.

Judam proditorem blandiſſime alloquitur, ut eum convertat. S. pun. 6. de Paſſ. Dom. f. 552. & ſeq.

Tanta eſt miſericordia, ut illa poſſit a peccatore quaſi jure prætendi: nam S. Job ait: *Cur non tollis peccatum meum!* ubi S. Cyrillus, itane criminis loco Deo impingis, quod non miſereatur? etiam inquit: Cum enim Deo proprium ſit miſereri, cur non & mei rationem habeat? S. punct. 30. fol. 709.

Si homicidam convictum aliquis princeps condonato ſcelere reciperet in ſuam gratiam, ac familiaritatem, utique foret magna clementia? In terra non eſt ſimilis princeps, ſed in cœlo, qui peccatorem in intimum amicum recipit: Tertullianus exclamat: *Inauditum miſericordiæ genus eſt, quod cum ſummo Dominus jure miſericordiam, & veniam negare poſſet, non modo non neget, ſed ipſe etiam & velit & rogat, & minetur, niſi ad eum revertaris.* A. 1. lect. 2. n. 24. *Tertul. l. de vanit. c. 2.*

Quamdiu Chriſtus in terra ambulabat, ut plurimum verſabatur apud peccatores. Cur? ſicut magnes amat ferrum, ita ille peccatores: Ita Concilium Epheſinum: *Inexhauſta Chriſtus miſericordia, & ſympathia pollet erga peccatores.* *Concil. Epheſ. 1.*

Chry-



*S. Chryſ. Hom. in Pſal. 50.* Chryſoſtomus ait: *Impius es? Magos tibi propone! raptor es! publicanum cogita! impurus es? animo tuo meretrix ſe objiciat &c.* S. Bernardus tres gradus miſericordiæ enumerat: 1. Cum tardat ferire Deus. 2. Cum dat gratiam reſipiſcentiæ. 3. Cum peccati jugum a conſcientia excutit. C. Exod. 34. v. 6. ſeq. Item 1. Petr. 1. v. 3.

### 58. *Peccatores vocat variis modis.*

Ad vocationem peccatorum quaſi convocat ſapientiam, & potentiam. *Qui vocat aquas mari &c.* Per varios terræ meatus. Quare? S. Hieron. ait: *Vocat amaras, ut dulces fiant.* B. Ser. 1. n. 10.

Beneficia, quibus afficit peccatores, non ſunt niſi mera illicia ad pœnitentiam. Hinc S. Laurent. Juſt. ait: *Quis verbis explicet, quanta quotidie peccatoribus Deus beneficia conferat?* *S. Laur. Juſt. de triumph. Chr. agone c. 25.*

*Blanditiis allicit, muneribus onerat, premit flagellis, exhortationibus vocat, revocat indulgentia.* &c. B. Serm. 52. n. 5. & ſeq.

*Multus eſt ad ignoſcendum.* Quare multus? quia, ut peccatores trahat varias formas aſſumit, infantis, peregrini, hortulani &c. S. pun. 16. fol. 112.

*S. Proſper l. 2. de Voc. Gent. c. 26.* S. Proſper varios modos enumerat, quibus Deus peccatores vocat, nempe ſuadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, cor ipſum illuminando, & fidei affectibus imbuendo &c. S. 155. f. 501.

Divina Miſericordia multipliciter pulſat cor peccatoris. 1. per illuminationem intellectus, & impulſum voluntatis, immittendo timorem gehennæ, ſpem, & deſiderium cæleſtium. 2. Per ſacram Scripturam, & pios libros. 3. Per ſacros prædicatores & monitores. 4. Per exempla Sanctorum. 5. Per abyſſum judiciorum Dei. 6. Per beneficia collata. 7. Per adverſitates. 8. Per miracula. C. in Apoc. c. 3. v. 20.

Palmitem non ferentem fructum abſcindet, & in ignem projiciet: Ferentem autem fructum purgabit, ut fructum plus afferat. Falx autem ſeu culter, quo Deus fideles, tanquam palmites purgat, eſt, 1. Verbum Dei, de quo ait: *Jam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* 2. Sunt tribulationes, paupertas, fames, hæ enim ab amore mundi nos avocant. 3. Illuſtrationes, terrores, increpationes, quas Deus fidelium mentibus immittit. Sic a Deo increpitus fuit S. Hieronymus, imo vapulavit, quia libentius Ciceronem, quam Sacram Scripturam lectitabat. Acriter a Chriſto reprehenſa fuit S. Catharina Senenſis, ob levem in oratione diſtractionem, qua adeo illa erubuit, ut diceret, malle ſe coram toto mundo confundi, quam iterum ſimilem caſtigationem ſubire. C. Jo: 15. v. 2.

### 59. *Vocat peccatores, etiam reluctantes.*

Chriſtus Dominus, cum Apoſtolis dedit poteſtatem remittendi peccata, *inſufflavit:* Cur per aerem, & non per ignem dedit illis Spiritum Sanctum? ratio deſumitur ex Ariſtotele; *Lux tantum per directum fertur: aer nullo impedimento arcetur.* B. Serm. 1. n. 23. Item Serm. 21. n. 40. & ſeq. *Ariſt. in Problem. ſect. 13. q. 1.*

Longinus crudeliſſime ſauciat Chriſtum, & pro mercede fidem, ac ſalutem recipit. B. Serm. 52. n. 17.

Quod Deus peccatores vocet ad veniam, miratur Tertul. inquiens: Inauditum Miſericordiæ genus, ſummo cum jure veniam negare poſſe, & non ſolum non negare, ſed rogare, ſed minari. S. pun. 25. fol. 103.

S. Chryſoſtomus miratur miſericordiam exhibitam Saulo Perſecutori, aliiſque peccatoribus. S. punct. 131. a fol. 409.

Quamprimum Chriſtus in mundum venit, ſtatim peccatores vocavit: Primo nempe magos: deinde publicanos, dein meretricem, dein latronem, blaſphemum &c. S. punct. 131. f. 409.

Quidam Pantomimus in eremum ſecedit, ſed a ſocio perſuaſus ab antro exit, & ſocio ſub ſpe auri, quod ajebat ſe oblitum fuiſſe, perſuadet, ut in ſpeluncam ingrederetur: Ingreſſum obvoluto ſaxo includit: Ille primo quidem in furias actus, ſed dein ſolitudinis amantiſſimus, & ſanctus pœnitens effectus fuit. R. cent. 2. part. 2. mir. 5.

Cum filius-familias ad iterata parentis monita obedientiæ ſe ſubjicere recuſat, tandem verberibus, fame, inedia, & carcere compeſcitur: Ita Miſericordia Dei, ſi apud refractarios peccatores nihil efficit, invocat juſtitiam, & quem amore trahere non poterat, vi compellit.

60. Mi-

*60. Miſericors eſt in peccatorum, dum actu peccat.*

Dum populus Iſrael adorabat Vitulum, Deus curam illius habuit: *Vade, deſcende, peccavit populus tuus &c.* Ubi S. Cyrillus Jeroſolymitanus: *Negaverunt Deum, ſed Deus ſeipſum non negavit.* Quaſi Deus negaret ſeipſum, ſi denegaret miſericordiam. A. lect. 2. n. 7.

S. Cyrill. Jeroſol. catech. 2.

O peccator dum peccaſti, Deus deſtinavit prædicatorem, qui te converteret, textum illi ſuggeſſit, qui te moveret &c. Amor humanus facile extinguitur injuria, ſed non Divinus.

Cant. 8.

*Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam*: Quæ aquæ, quæ flumina, niſi illa de quibus dicitur: Bibunt iniquitatem ſicut aquam &c. A. 1. lect. 2. n. 10.

Datur ignis artificioſus, qui in mediis aquis ardet, nec extinguitur: Talis ignis eſt ignis amoris Dei &c. A. 1. lect. 2. n. 11.

Saracenus Monoculus, dum Sanctum Epiphanium ſtricto acinace petit, oculi cæcitate liberatur. A. 1. lect. 2. n. 12. Mutius gentilis latro, dum in furto attentato fatigatus obdormiſcit, in ſomno Deum apparentem habet, ac invitantem: deſine jam a flagitiis, & ad laborem Religioſum convertere: Expergefactus convertitur &c. Ib. n. 14.

1 Cor. 11.

Matthæum convertit, dum in telonio uſuris vacat: Samaritanam, dum modicum aquæ ſubſidium negat. Petrum, dum Chriſtum negat: Paulum dum Eccleſiam perſequitur: Euchariſtiam inſtituit ea nocte, *in qua tradebatur*. Judæ mille gratias confert, dum ille conſilia proditoria agitat. Malcho auriculam ſanat, dum Chriſtum ligat &c. A. 1. lect. 2. n. 18. Ita S. Auguſtinus: *Ego te offendebam & tu me defendebas: Ego te non timebam, & tu me cuſtodiebas &c.* Ibid. n. 20.

S. Aug. ſoliloq. c. 18.

Juvenis pretioſe veſtitum cadaver in ſepulcro exſpoliaturus a cadavere tenetur tamdiu, donec ingreſſum Monaſterii promittit. R. cent. 2. p. 2. mir. 45.

Deus iraſcens peccatis hominum dixit Noemo: Delebo hominem ſuper terram, finis univerſæ carnis inſtat &c. Et tamen ſtatim ſubjunxit: Fac tibi arcam de lignis lævigatis! Quid hoc rei? ſi Deus delere cogitat univerſum genus humanum, ad quid arca? Nimirum ſic iraſcitur Deus, ut ſtatim iterum placatus miſereatur: Hinc David: cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis!

Moyſes anno quadrageſimo ab exitu Ægypti, cum populus ob defectum aquæ murmuraret, juſſus percuſſit petram apud urbem Cades, & fluxerunt abundanter aquæ pro populo rebelli. Paulo poſt Deus ſententiam tulit contra Moyſen, quod non ſit ingreſſurus terram promiſſam, eo quod peccaſſet incredulitate. In quo ergo peccavit Moyſes? In eo, quod dubitarit, Deum iſtud miraculum facturum pro populo rebelli & murmurante. Cap. Num. 20. v. 12.

*61. Vocat peccatores etiam miſerrimos quoſque.*

Deus per Prophetam ait: *Nunquid oblivisci poteſt mulier infantem ſuum?* Ego tamen non obliviſcar. Quid infirmius, quam infans? non poteſt ſe juvare: etiam orare neſcit: Ita peccator infirmiſſimus eſt, & in hoc ſtatu juvatur a Deo: Non obliviſcar tui, tantoque Deus eſt miſericordior, quo peccator miſerior. B. ſerm. 1. n. 35.

S. Chryſ. cit. a de Ponte in 5. p. 18. n. 9. hom. 46. n. 5.

Deus non maledicit terræ propter homines, & quidem propter homines peccatores: Ubi S. Chryſ. *Rara miſericordiæ ſpecies, quia mens hominis incumbit in mala opera, propter hoc non adjiciam inquit Deus, ut terræ maledicam.* M. Conc. 7. aſſ. 3. n. 5.

S. Chryſoſtomus de Chriſto Domino ait: Factus eſt id, quod ipſe eras, ut quod non eras efficiaris. Et cum veniſſet, ſtatim aliquos vocavit, nempe Magos, deinde publicanum, dein meretricem, dein latronem, blaſphemum &c. O res novas, inauditas! primitias eorum, qui peccaverant ſtatim vocavit, ut nequis poſtea ſalutem deſperaret. Impius es? Magos tibi ob oculos pone. Raptor es? publicanum cogita. Impurus es? animo tuo meretrix ſe objiciat. Sicarius es? latro ille ante oculos tibi verſetur. Peccaſti? pœnitentiam age. Millies peccaſti? millies pœnitentiam age. S. pun. 131. f. 409.

Judam proditorem blande alloquitur, ut ad frugem reducat. S. punct. 6. fol. 552. & 553.

Romæ Catharinam puellam laſcivam convertit, dum illi poſt menſam, ubi omnes cibi ſanguine rubebant, ſubito mutatus, totus vulneratus apparuit. T. num. 8.

Mercator luſu & intemperantia depauperatus contra Deum odio exardeſcit, nullam occaſionem peccandi omittit, caſuum ſummam relegit, ut diſcat peccare, & Deum irritare. Sed a confeſſario de Miſericordia Dei monitus reſipiſcit, ad Religionem tranſit & pie moritur. T. num. 88.

Puella patrem & matrem veneno occidit, dein in vitam ſceleratiſſimam ſe conjicit. In templo autem ſub concione de Miſericordia Dei convertitur, & præ dolore rupto corde exſpirat. T. n. 89.

*62. Æſtimatur a Deo præ cæteris attributis.*

Deus creans mundum in nullis creaturis acquieſcit niſi in ſolo homine: Quare? quia in cæteris quidem creaturis ſuam potentiam, ſapientiam, ac majeſtatem: in homine autem ſuam miſericordiam oſtendere potuit, ait S. Ambr. *Acquievit, habens cui peccata dimitteret.* B. Ser. 10. n. 3.

S. Ambr. l. 6. Hexam. c. 10.

Deus nullibi vocatur Pater juſtitiarum, ſed *Pater Miſericordiarum*, rationem dat S. Bern. *Eo quod miſerendi cauſam, & originem ſumat ex proprio, judicandi vero & ulciſcendi magis ex noſtro.* B. Ser. 52. n. 25.

S. Ber. ser. 5. de Nat.

Facile conjecturari poterat, quod Phariſæus ille Chriſtum non crediderit eſſe Deum; quia eum culpavit, quod a peccatrice ſe tangi permitteret: Qui enim Deo miſericordiam negat, negat Divinitatem &c. S. pun. 30. f. 709.

Liber *bellorum Domini* interiit, & tamen ſacra Evangelia per omnes temporum injurias illæſa ſervata ſunt: Cur? quia Deus non tam amat deprædicari omnipotens, quam miſericors. M. conc. 7. aſſ. 3. n. 2.

S. Joanni Eleemoſynario apparuit ſpecies venuſtiſſimæ puellæ dicens: Ego ſum prima filiarum Regis: Nemo habet poteſtatem apud eum ſicut ego. Ego feci eum hominem fieri, & ſalvare homines. C. Lev. 2. v. 1. f. 623. col. 2.

Deus ab æterno prævidit, quod ſi mundum eſſet creaturus, ab innumerigeris hominibus millenis ac millenis peccatis eſſet offendendus, & tamen maluit millenas ac millenas injurias perferre, quam miſeris peccatoribus non exhibere ſuam miſericordiam.

Chriſtus Dei Filius, quamdiu in terris urbes & regiones obibat, non cum regibus, & nobilibus, ſed ut maxime inter pauperes, & miſeros homines verſatus eſt, cæcos illuminando, infirmos ſanando, claudos erigendo, energumenos liberando, mortuos reſuſcitando, & peccatores convertendo, ut oſtenderet admirandam ſuam miſericordiam &c.

*63. Semper parata eſt recipere peccatorem.*

Vulnus lateris Chriſti mortuo infligitur: Cur non vivo? ut immedicabile ſit, ac ſemper apertum peccatori refugium. B. Serm. 10. n. 10.

*Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi.* Ecce! vita & miſericordia conjunguntur: Quamdiu vita durat, miſericordia patet. B. Ser. 12. n. 17.

S. Chryſoſt. ait: *Non ſic inſanus amator dilectam ſuam amat, ut Deus pœnitentem animam.* S. pun. 24. f. 98. & ſeq.

S. Chryſ. Hom. 11. pœnit.

Arnoldus: *Non arctatur numero, non clauditur fine, nullas omnino habet metas Divina clementia, ſit qui invocet, erit, qui exaudiat.* S. pun. 24. f. 100.

Arnold. de 7 Ver. Dom.

Quis ſceleratior Juda? & tamen amiciſſime eum habet, ut convertat. S. pun. 6. f. 552. & ſeq.

Latronem in cruce recepit, Magdalenam in convivio, & quidem utcunque ſine ulla exprobratione &c. S. pun. 31. f. 726.

Quamvis Judas fuerit ſceleratiſſimus, nihil tamen omiſit Chriſtus, quod facere poterat ad ejus converſionem: Judicavit nequam ille miracula Chriſti tantum eſſe deceptiones, ideo ex pane multiplicato duodecim cophini ſuperfuerunt, ut quilibet Apoſtolus unum portaret, & ſic etiam Judas portando in agnitionem Veritatis veniret &c. A. 1. lect. 3. §. 5. ſeq.

Ut Judam converteret, ſe Chriſtus ad ejus pedes demiſit: Magnum erat amoris teſtimonium, quod Joanni licuerit caput ſupra pectus Domini demittere, ſed Judas omnino plantas ſupra Divinum pectus habuit. A. 1. lect. 3. n. 18.

O admirandam Bonitatem! ubi eſt in orbe terrarum princeps aut Dominus, qui a ſubdito offenſus pronior eſt ad dandam, quam offendens ad petendam veniam? Talis autem princeps, eſt optimus maximus Deus. Ille graviſſime offenſus peccatorem prævenit, cor illius affectu movet, inſpirationibus trahit, beneficiis allicit, adverſitatibus cogit, & nihil non agit, ut peccatorem ad pœnitentiam reducat &c.

*64. Non eſt ſola reſpicienda, ſed una cum juſtitia.*

Deut. 11. Populus Iſraeli ingrediens terram promiſſam ſimul & ſemel clamare debebat tam benedictionem, quam maledictionem: *Ne miſericordias Domini audirent ſine juſtitia, nec juſtitiam ſine miſericordia,* ait Iſichius B. Serm. 10. n. 14. (Iſich. in hunc loc.)

*Miſericordiam & judicium cantabo tibi:* Ecce! miſericordia, & judicium conjunctim reſpicienda ſunt, ut propter primam nemo præſumat, propter ſecundam nemo deſperet &c. B. Serm. 49. n. 24. Item Ser. 51. §. 8.

*Dulcis, & rectus Dominus.* Dulcis, ut ametur ait Caſſiodorus, rectus ut timeatur. S. pun. 27. f. 121. & ſeq.

Magdalena utrumque pedem Chriſti lavit; unum pedem miſericordiam, alterum juſtitiam intellige: *Utrumque pedem ungat animæ pœnitentis affectus, & nunc miſericordiam amplectens, nunc judicium deoſculans contribulati ſpiritus efferat holocauſtum.* M. conc. 9. aſſ. 1. n. 11. (S. Bern. Ser. 1. in Feſt. S. Magd.)

Juſtitia Dei reſpicienda eſt ante peccatum commiſſum, miſericordia poſt peccatum commiſſum. *Juſtitia ante eum ambulabit: Miſericordia tua ſubſequetur me.* B. Serm. 10. n. 18. (Pſal. 84. Pſal. 22.)

Chriſtus Dominus ſemper medium amavit. Natus eſt dum medium ſilentium tenerent omnia: In præſepi erat medius inter bruta, in Tabor medius inter Eliam & Moyſen, in cruce medius inter latrones, *operatus eſt ſalutem in medio terræ:* Cur medium ita amat? Reſpondeo, quia diverticula, & extrema odit, quia in medio virtus, & ut doceret in medio inter miſericordiam, & juſtitiam ambulandum eſſe. A. lect. 2. n. 1.

Quando ad Deum convertimur, pedes Domini oſculamur: Duo autem ſunt pedes Domini, miſericordia & veritas, alterum ſine altero oſculari non licet. C. Exod. 34. v. 6. f. 594. c. 2.

*65. Eſt unicum refugium poſt peccatum.*

Filius Prodigus poſt bona diſſipata non habuit refugium niſi ad Patrem. S. pun. 26. f. 116.

Saulus Perſecutor Eccleſiæ, Chananæa aliique peccatores, quo refugere aliter debebant, niſi ad miſericordiam? S. punct. 131. f. 409.

Suſanna maluit in manus Dei quam hominum incidere, ubi Oſorius: *Poſt commiſſum peccatum aliud nobis non eſt refugium, quam ad Dei miſericordes manus confugere.* B. Ser. 10. n. 19. (Oſor. Ser. de Paſſ. Dom.)

In Veteri Lege dabantur civitates refugii, ubi malefactores erant ſecuri. In nova Lege non aliud eſt refugium peccatori, quam Deus. Aliqui poſt peccatum, ut remorſum conſcientiæ mitigent, confugiunt ad luſus, ad ſympoſia, ad comœdias, ad amicos, ſed fruſtra, non inveniunt pacem animi, niſi in Deo reconciliato, cum fere in modum, quo membrum e junctura ſua emotum dolere non ceſſat, niſi loco ſuo reſtituatur.

In humanis qui regem offendit, regem offenſum quam longiſſime fugit: Non ita in Divinis! qui Deum offendit, quo magis quietem deſiderat, eo propius ad Deum offenſum accedat. Ideo Miſericordia Dei ſuper omnia ejus opera extollitur; *Miſerator, & Miſericors Dominus,* ait Propheta, *longanimis & multum miſericors,* ubi S. Auguſtinus: *Quid tam longanimem? Quid tam multum in miſericordia? Peccatur, & vivitur, accedunt peccata, augetur vita! blaſphematur quotidie, & facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos!* Leopold. Mancin. Deus Miſericors Demonſt. IX. (Pſal. 102. S. Aug. hic.)

*66. Illius exempla non debent trahi in conſequentiam.*

Temere peccator ab aliis peccatoribus, quibus gratia ac remiſſio facta eſt, argumentatur ad ſe ipſum. B. Serm. 13. n. 9. & ſeq.

Nazaræi male petebant prodigia facta in Capharnaum. Ib. n. 14.

Pharao male confidit ſibi viam Iſraelitarum per mare etiam permeabilem fore. Ib. n. 15.

Ammon male confidit ſe miſericordiam, ac longanimitatem Dei experturum ſicut parens Manaſſes. Ib. n. 16. & 17.

Piſtor ſperavit, quod æquale vaticinium ſuæ redemptionis auditurus eſſet, ſicut pincerna, & in patibulo periit. B. Ser. 49. n. 15.

Ratio autem eſt, quia Deus eſt abſolutus Dominus gratiæ & donorum: Cæcus ille quamdiu clamavit: *Fili David miſerere mei,* ſanitatem non obtinuit: Dum autem dixit: *Domine,* ut videam, tunc ſanatus eſt. M. conc. 36. aſſ. 2. nu. 2. & ſeq.

Ere-



Eremita videns latronem pœnitentem in cœlum recipi, rediit ad ſæculum, inquiens, poſtquam mundi voluptatibus fruitus fuero, ſimiliter pœnitebo, & ſalvabor. Verum pontem tranſiens decidit in aquam, & ſubmerſus periit. E. *Pœnitentia.* n. 10.

Miſer peccator! cum audis Petrum negantem, Magdalenam lacrymantem, latronem rogantem inveniſſe gratiam, ſtatim argumentaris, tibi etiam licitum fore, quod licuit Petro, Magdalenæ, & latroni. Dic! nonne etiam audiiſti, quod Chriſtus cæcos illuminarit? Cur ergo non oculos tibi eruis? Nonne audiiſti, quod Chriſtus claudos erexerit? Cur ergo non ultro & libere pedem frangis? Nonne audiſti, quod Chriſtus famelicos paverit? Cur ergo non famem & ſitim pateris, idemmet beneficium expectans a Chriſto. Dicis fortaſſe, hæc eſſent nimis grandia, & pathetica miracula, quæ exſpectare non licet! Et ego reſpondeo, converſio unius peccatoris eſt majus miraculum, quam illuminatio cæcorum, ſanatio claudorum, & exſaturatio quater millium famelicorum, imo majus miraculum, quam creatio totius mundi, prout docet Angelicus Doctor, ad creationem enim mundi ſuffecit unicum *Fiat,* ad juſtificationem autem peccatoris opus erat morte, & Sanguine Divini Redemptoris. Cum ergo ſperare non audes miracula illa pathetica, ut ais, cæcorum, claudorum & famentium longe minora, qua fronte præſumere audes remiſſionem peccatorum, longe majorem, quæ obtigit Magdalenæ, Petro, & latroni &c.

*67. Pronior eſt ad parcendum, quam juſtitia ad puniendum.*

Deus puniturus urbem Jericho præcepit, ut ſeptem diebus circumirent; Ubi S. Chryſoſtomus: Mundum univerſum ſex diebus conſtruis, & unam urbem ſeptem diebus ſolvis? S. punct. 26. fol. 110. Et Leopold. Mancin. Deus Miſeric. Demonſt. 9. (S. Chryſ. hom. 13. ad pop. & hom. 5. de Pœnit.)

Ubi ſermo eſt de juſtitia, comparatur illa guttis: Ubi vero ſermo incidit de Miſericordia comparatur fluvio, torrenti &c. S. pun. 26. f. 112.

Deus punit infra condignum, præmiatur ultra condignum, conſequenter miſericordior eſt in effectu, quam juſtus. S. Ibid. f. 116.

Vocatur *Pater miſericordiarum,* nullibi vero juſtitiarum, ait S. Bernardus: S. Ib. f. 119.



Deus in mundum veniens nullibi ædificavit domum juſtitiæ, ſed domum propitiationis, & quidem non unam, ſed pene infinitas, quia quælibet Eccleſia eſt domus propitiationis. M. conc. 7. aſſ. 3. num. 1.

Sex diebus creavit Deus mundum, & per quadraginta dies diluvio deſtruit. M. conc. 7. aſſ. 3. n. 3.

Nihil intentatum relinquit, varia adhibendo artificia, & conatus, ut peccatorem lucrifaciat, nam: 1. Longanimiter ſuſtinet, licet ſit capitalis ſuus inimicus. 2. Interius incitat ad bonum. 3. a malis præſervat per flagella & adverſitates. 4. A triſti aut fatali caſu cuſtodit. 5. Offert ſuam gratiam. 6. Vocat per externa monita, & prædicationem verbi Divini. 7. Exempla pœnitentiæ oſtendit in peccatoribus pie converſis. 8. Delectationes mundanas felle conſpergit. Hæc ſunt artificia Dei conantis convertere peccatorem, antequam illum juſtitiæ tradat. Lohner, *Dei Miſericordia.* §. 8.

Eundem in morem loquitur Belluacenſis dicens: Effectus Divinæ Miſericordiæ eſt, ut peccatorem multipliciter revocare conetur, corripiendo, flagellando, blandiendo, promittendo, vocando, incitando, reclamando, inſpirando, increpando aliquo terribili ſigno. Quid plus poſſet facere pro convertendo peccatore? Lohn. ibid. (Belluac. Spec. Mor. l. 1. p. 4. d. 8. 10.)

*68. Licet infinita ſit, habet tamen certam menſuram.*

Chriſtus a diſcipulis abivit ad jactum lapidis. Lapis autem, ait Simon de Caſſia, *Propius, aut longius poteſt projici:* Per conſequens ergo Chriſtus vel propius, vel longius abeſt &c. B. Serm. 49. n. 21. 22. & ſeq.

*Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.* Longanimitas Dei vocatur *Benignitas,* id eſt, bonitas gratuita, & indebita, quæ peccatorem ſemper deſtituere poteſt. Quamvis autem ſit infinita in ſe, eſt tantum finita in ſuis effectibus. Potentia eſt infinita & tamen ſolum producit res finitas. Providentia eſt infinita, ſed rebus tantum providet finitis &c. ſic ſentiendum etiam eſt de Miſericordia Dei; aliud enim eſt in perfectione Divina, aliud in actibus ſuis: *Multæ ſunt miſerationes ejus,* dici- (Rom. 2. Pſal. 31.)



tur

tur in Scriptura, ſed nullibi legitur, *infinitæ ſunt*. Seg. Manna 8. Mart. n. 4.

In propitiatorio Deus *ſemiſſem* requirit, quia non ſemper, nec omnibus propitiatur. M. conc. 9. §. 1. n. 6.

Ficulneæ non pepercit, etſi fortaſſe cauſas parcendi habuiſſet. Ibid. n. 7.

Cuilibet peccatori præſcripſit arcanam peccatorum menſuram, ultra quam illius malitiam non ſuſtinere decrevit. Adeoque de quolibet peccato periculum eſt, ne ſit decretoriæ illius menſuræ completivum. Vide tit. *Peccatum*.

Etiam in humanis ita fieri amat: Aſpice horologium, ait Pater ad immorigerum filium, ſi duodecima ſonuerit, & necdum veniam delicti rogaveris, compingi te jubebo in carcerem, aut hereditate te excludam &c.

### 69. *Exigit cooperationem hominis.*

Dum mulier chananæa clamat, *miſerere mei*, nihil impetrat: ſed dum promittit, quod ſuum conferre velit, *adjuva me*, exaudita eſt. B. Ser. 49. n. 23.

S. Iſidorus ait: *Non poteſt habere fiduciam, quem peccandi recordatio delectat*, conſequenter peccati recordatio, occaſio, aliaque fugienda ſunt. S. punct. 24. f. 100.

Levare volo, ait Deus, tu quoque manum porrige: Latro converſus eſt: Quomodo? Deus dedit miſericordiam, ille fidem: da tu planctum, & lacrymas, Deus dabit veniam. S. pun. 131. fol. 411.

Antequam Chriſtus ſuſcitavit a mortuis Lazarum, juſſit removeri lapidem ſepulchri. Converſio peccatoris eſt miraculum ſicut ſuſcitatio mortuorum. Igitur homo debet prius removere obſtacula. B. Ser. 40. n. 4.

Sol producit quidem in montibus aurum, ſed prius requiruntur certæ diſpoſitiones terræ: ita non ſolus Deus operatur converſionem peccatoris, ſed requiritur hujus cooperatio. *Qui fecit te ſine te, non ſalvabit te ſine te*. P. p. 1. diſc. 24. num. 1.

Fons uberrimus aquarum ex ſe non prodeſt, niſi aquam haurias & bibas: Pharmacopœia pretioſiſſima non ſanat, niſi medicinas haurias, & Medici legibus obedias. Emplaſtrum vulneri non conducit, niſi illud applices: Cibus oculis viſus non ſatiat, niſi illum manduces. Sic Miſericordia Dei non ſalvabit te ſine te &c.

### 70. *Sæpe efficacius trahit corda, quam timor juſtitiæ.*

Chriſtus Apoſtolis piſcantibus, & nihil capientibus præcepit, ut ad dextram rete projiciant. Dextera eſt miſericordia. B. Serm. 52. n. 3. 4. &c.

Tres latrones a Fratre Angelo, a quo ſtipem rogabant, aſperis verbis dure habentur, e contra a S. Franciſco blande habiti cibo & potu reficiuntur: ea benignitas tantum valuit, ut cum S. Franciſcus illis Divinam Miſericordiam, ac bonitatem explicavit, illi converſi ſacrum Ordinem ingreſſi & poſt ſanctam vitam ſancta morte defuncti ſint. R. cent. 2. part. 2. mir. 19.

Sol & ventus de prærogativa fortitudinis diſceptantes, in id convenerunt, eum habendum eſſe fortiorem, qui viatori ibi ambulanti pallium facilius eripuerit. Ventus igitur impetuoſiſſime flare cœpit, ſed viator eo ipſo tanto arctius ſe pallio obvolvit. Dein ſol radios calidiſſimos ſuper eum effudit, & ecce! ille ultro palliolum depoſuit. Ita ſæpe quod Juſtitia terrore non poteſt, Miſericordia lenitate efficit.

Adamantis tanta eſt durities, ut validis mallei ictibus contundi non poſſit, nihilominus ſanguine oviculæ colliqueſcere perhibetur. Sic conſtituta ſunt corda multorum peccatorum: Juſtitiæ punientis ictibus non conteruntur, cum autem ſanguinem Agni Divini conſiderant, quem in cruce pro ſalute hominis effudit, intimo corde in lacrymas pœnitentiæ colliqueſcere incipiunt.

### 71. *Mittit adverſitates, ut corrigat.*

*Quoniam ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus*: Vulnerat quidem, ſed vulnere ſanat, ſicut medicus, qui venam ſecat. S. Baſilius ait: *Pœna ſecundum juſtum judicium Dei, vita vero in voluntate ejus, quia hoc vult Deus, ut omnes ejus vitæ participes fiant*. B. Ser. 52. n. 9. 10. & ſeq. & ibid. §. 3. per totum.

Chriſtus Regulum ad ſe trahere volens, ejus filium infirmari fecit. S. pun. 43. f. 175.

Jonam fugitivum nec mare, nec navis, nec cetus tolerare voluit. Fecit cum illo Deus, ſicut Parens cum filio libertino aufugiente: Scribit ad omnes amicos, ne illum recipiant. *O tormenta Miſericordiæ*, exclamat Gregorius, *cruciat, & amat*, S. punct. 43. fol. 175.



Sicut debitor fugiens creditorem per ſatellites ad judicem citatur: Ita Deus trahit hominem per tribulationes. Ibid. Deus obſtruit vias peccatorum, cum eos a peccato, morbis, ærumnis, odiis, & perſecutionibus cohibet, vel ipſas occaſiones aufert. Sic Adamo ſuperbienti poſuit ante paradiſum Cherubin cum gladio. Sic coercet libidinoſos, dum occulta eorum delicta cum infamia prodit. Sic Iſraelitas fornicantes compeſcuit per viginti quatuor millium internecionem. Sic guloſos ab ingluvie cohibet paupertate, avaros per infortunia, ambitioſos per jacturam patronorum &c. C. in Oſee 2. v. 6.

### 72. *Ardenter deſiderat peccatoris converſionem.*

Apoc. 3. *Ecce ſto ad oſtium & pulſo*: ubi Gilbertus: *Quid eſt bone JESU, quod rogas aperiri?* B. Serm. 52. n. 19. 20. & ſeq. Juvenem ſceleratiſſimum triplici monito ad pœnitentiam invitat. Ib. §. 6.

Non ſic inſanus amator dilectam ſuam amat, ut Chriſtus pœnitentem animam, ait Chryſoſt. S. punct. 24. fol. 98. Item fol. 116.

Quis ſceleratior Juda, & tamen nihil neglexit ad ejus converſionem. S. pun. 6. f. 552. & ſeq.

Inter duos principes, quorum prior potentiſſimus, alter infirmus eſt, decet utique hunc, non illum pacem rogare? Et tamen Deus potentiſſimus primus eſt, qui a peccatore pacem rogat, ita Gregorius:
S. Greg. hom. 32. in Evang. *Ecce inter nos & Deum diſcordiam peccando fecimus: Et tamen Deus ſuos legatos ad nos prior miſit, ut nos ipſi, qui peccavimus, ad pacem Dei rogati veniamus &c.* A. 1. lect. 2. n. 23.

Chriſtus omni modo conatur liberare peccatorem, & quam ſolicito amore ejus converſionem curet, in incredulo Thoma aliiſque peccatoribus palam fecit. Paoletti in Feſto S. Thomæ.

Deus longanimitate maxima exſpectat peccatoris converſionem: Totum diluvium per centum annos antea non fuit niſi longanimis exſpectatio emendationis, cujus tot erant teſtimonia, quot fuerunt guttulæ aquarum &c. C. 1. Petr. 3. v. 20.

Peregrinus exulans ardentiſſime redire anhelat in patriam, memor beneficiorum, quæ a parentibus, a fratribus, & amicis recepit. Ita Deus redire deſiderat in habitaculum cordis, e quo per peccatum fuit expulſus: Recordatur virtutum, & actuum amoris, quibus ibi fuit honoratus, & remedia omnia adhibet, ut inimicum expellat, & reditum ſibi aperiat &c.

### 73. *Infinities major eſt, quam Miſericordia humana.*

Mundus pro axiomate habet: Ab amico reconciliato cave; fere ſemper enim poſt reconciliationem remanet aliqualis diffidentia. Non ita apud Deum; peccatorem ſerio converſum non minus æſtimat, quam innocentem. Petrum non obſtante trina negatione, Apoſtolorum Principem, & caput Eccleſiæ eligit.

Monachus in turpiſſimum laſciviæ crimen lapſus, dein ſuaſu fratris in eremum reductus, incluſuſque, adeo per pœnitentiam ſe Deo commendavit, ut in ſiccitate, & ſterilitate agrorum nemo alius, quam ipſe, pluvias a Deo impetrare potuerit. E Verbo *Benevolentia* n. 9.

David neſciens, de quo ſermo ſit, ſeipſum morti adjudicavit: *Filius mortis eſt vir iſte*. Deus econtra dixit: *Non morieris*. Hinc pœnitens Rex rogavit: ſecundum miſericordiam *tuam*, non meam, non humanam. S. pun. 25. f. 100.

Pater filii prodigi ſtatim omnem culpam ei remiſit, David vero Abſaloni primum poſt tres annos, poſt multas interceſſiones Thecutitidis, & Joabi. S. pun. 26. f. 117.

Ubi eſt, aut fuit unquam Rex in mundo, qui rebellem ſubditum facile in amicitiam recipiat, ne dicam, primus offendenti ſe gratiam & remiſſionem offerat? Talis autem tam miſericors Rex in cælis eſt Optimus Maximus Deus! peccatori poſt graviſſimas offenſas paratus eſt veniam date roganti, imo veniam & amicitiam prior offert, & remedia omnia præparat ad ſtabiliendam reconciliationem.

### 74. *Non arctatur numero peccatorum, aut gravitate.*

*Omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me*. Quid debebat? decem millia talentorum. Nota quod in numero decem univerſitas numerorum continetur. Hoc debito majus non eſt, & tamen ſtatim remittitur. S. pun. 25. f. 100.

*Mille anni ante oculos ejus, ſicut dies heſterna*.

*ſterna*. Id eſt, peccata æquivalerent mille annis, ait Nyſſenus. M. conc. 37. aſſ. 3. n. 4.

De malitia Ninivitarum conqueſtus eſt Deus: *Malitia ejus aſcendit coram me*. Quantumcunque autem aſcendat, ait Sanctus Baſilius Seleucienſis, quamvis *Ninive peccatis naturæ terminos ſupergreſſa eſt, non tamen Divinæ clementiæ metas exuperabat*. A. lect. 2. n. 7.

S. Baſil. Seleuc. orat. 12.

Monachus a dæmone tentatus exiit ex eremo, & incidens in mulierem, turpiſſime cum illa peccavit. Porro deſperans voluit ſe in flumine ſubmergere: Sed Dei miſeratione reſipiſcens, pœnitentiam tam auſtere & prolixe egit, ut Deus in ſignum veniæ, lucernam illius prodigioſe accenderit. E. *Deſperatio*. n. 4.

Recordetur unuſquiſque peccatorum ſuorum, quæ a prima pueritia uſque in hodiernam diem commiſit. Recordetur eorum, quæ per omnem vitam ab aliis, homicidis, adulteris, latronibus, incendiariis commiſſa fuiſſe audivit. Recordetur omnium peccatorum, quæ in Sacra Scriptura ab Adamo uſque ad tempora Chriſti enarrantur. Recordetur denique graviſſimorum ſcelerum, quæ in Paſſione Dominica a Juda proditore, ab Anna, Caipha, Herode, Pilato, & Crucifixoribus contra ipſum Dei Filium perpetrata ſunt. O terribilis ſcelerum colluvies, quæ ſtellas cæli, arenulas terræ, guttulas maris numero, & gravitate totum mundum ſuperat! Et tamen ſi unus homo omnium horum ſcelerum reus eſſet veniam, ſi ſerio vellet, impetrare poſſet.

### 75. *Exhibet peccatori converſo multiplex beneficium.*

S. Bernardus ait, ſeptemplicem eſſe miſericordiam Dei in hominem peccatorem. 1. Quia ſervat a peccatis. 2. Quia diſſimulat peccata. 3. Quia immutat cor ad pœnitentiam. 4. Quia peccatorem miſericorditer ſuſcipit. 5. Quia dat virtutem abſtinendi. 6. Quia indulget munus bonæ converſationis. 6. Quia concedit ſpem expectandi cæleſtia. S. pun. 155. f. 500. Vide Seg. Manna 22. Jul.

S. Bernar. Serm. in Evangel. ſeptem panum.

Filius prodigus a Patre benigne viſus, in filium receptus, nova ſtola ornatus, annulo confirmatus, in hereditatem admiſſus eſt. Mundus hoc auſteri habet, ut etiam poſt datam veniam reconciliatis exprobret priores errores. Non ita Parens, non ita Deus.

Ideo etiam Miſericordia comparatur cum Iride: 1. Sicut iris arcus eſt ſine ſagitta, ita Deus terrere magis vult, quam ferire, dediſti timentibus te ſignificationem, ut fugiant a facie arcus. 2. Sicut iris imbres in terram mittit; ita Deus miſericordia replet terram. 3. Sicut iris ſemicirculus eſt, & tantum in noſtro hemiſphærio videtur: ita miſericordia Dei tantum in hac vita impetratur, in altera juſtitia regnat. C. Gen. in cap. 9. Gen. f. 127.

Ponamus, quod in platea videas hominem luridum, diſſolutum, ſceleratum, &, ut putas, patibulo dignum. Et ecce! apparet tibi Angelus revelans, hunc hominem paulo poſt fore Regem, aut magnum principem. Obſtupeſcis & præ admiratione vix te ipſum capis! Verum audi! peccator eſt abjectiſſimus, viliſſimus homuncio, inimicus Dei, mancipium diaboli! & tamen miſerrimus iſte, ſi ſerio velit, fieri poteſt heres regni cæleſtis, filius Dei, omnibus regibus felicior! &c. Illud certe præ cæteris mirabile eſt, quod imploratio, & impetratio Miſericordiæ fere ſemper junctim incedant; non eſt peccator, utut enormis, qui, ſi Miſericordiam Dei ſerio imploret, non ſimul etiam impetrat. A. T. 2. l 34. n. 7.

Quæris, quæ cauſa ſit ex parte Dei, tantæ promptitudinis? nempe Deus amore ſtimulatur ad impendendam Miſericordiam, & cruciari videtur, ſi miſericordiam non confeſtim exhibeat. A. T. 2. l. 43. n. 34. & ſeq.

### 76. *Mirabiliter adornat converſiones peccatorum.*

Juvenis quidam dum ſepultæ Virginis cadaver ſpoliare aggreditur, ab ea tenetur tamdiu, donec promittit ſe ordinem Religioſum ingreſſurum. A. 1. lect. 2. num. 16.

Mutius latro in ſacræ cujuſdam Virginis ædes clam ſubintrans, & in angulo deliteſcens exſpectabat furandi opportunitatem. Ibi obdormiit, & in ſomno a quodam regaliter veſtito ad emendationem, & vitam Religioſam invitatus fuit: Reſpondit contrito corde vocanti & Religioſum Ordinem amplectens factus eſt pœnitentium exemplar, & Monachorum Abbas. E. *Deſperatio*. n. 2.

S. Gulielmus Aquitaniæ Dux oſtenſo ſibi SS. Euchariſtiæ Sacramento ex leone fit agnus. N. 1. Febr.

S. Ge-



S. Geneſius gentilis, dum in odium Catholicorum ceremonias Baptiſmi ludificat, repente illuminatur, & fit Martyr.

Juvenis Amaſiæ placiturus, dum equo ſuperbit, excutitur in lacunam, ex quo agnoſcens vanitatem mundi, ſubito convertitur, & mundo valedicit. J. 16.

Nunquam ſpectaſtis comœdiam in fine anni ſcholaſtici, ubi ſtudioſæ juventuti præmia diſtribuuntur? ſæpe contingit, quod juveni ſolertiſſimo, qui per anni decurſum continuo primam ſcientiæ ſedem occupavit, alius negligentior præmium præripiat. Qua de cauſa? Quidquid de hoc ſit! In ultima judicii ſcena fiet forſan, quod Chriſtianus, qui diu tepide & negligenter vixit, pio ac Religioſo præferatur. Quare? propter unicam ſui ipſius victoriam, aut actum heroicum virtutis, qui fuit initium converſionis illius, & ſalutis &c.

## Gratia Habitualis ſeu Sanctificans.

### 77. *Elevat animam ad ſtatum ſupernaturalem.*

ANima per gratiam ornata fit *Divinæ conſors naturæ*. Sancta eſt, juſta, dilecta, beneplacens Deo, paradiſus creatoris, Spiritus Sancti habitaculum, Trinitatis tabernaculum, ſanctuarium Divinitatis. Creator *inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in Animam viventem*. Cur dicit, *in animam viventem*, nonne enim anima per ſe vivit? Reſpondet Auguſtinus: Animam vivere per gratiam, ſicut corpus vivit per animam &c. B. Ser. n. 17.

Gen. 2.

S. Aug. ap. Lobbet. de pecc. l. 2. prop. 2.

Gratia intrinſece perficit animam, & conſequenter non eſt ſicut pulchritudo naturalis, quæ tantum in cute hæret, hac detracta autem diſparet: Præterea non eſt ſicut opulentia, quæ in homine nihil immutat, ſicut ephippium pulchrum nihil mutat in equo vitioſo. Sed eſt intrinſeca Divinæ conſortem faciens naturæ. Et ideo homo leproſus cum unico gratiæ gradu felicior eſt, quam ſi totius mundi dominio frueretur: Omneſque Angelos in admirationem raperet. P. p. 2. diſc. 8. n. 8.

Sicut peccatum hominem infeliciſſimum, & æternæ morti obnoxium reddit: Ita gratia homini felicitatem, & vitam æternam reſtituit; hinc illud S. Pauli: *Ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia, ut ſicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per juſtitiam in vitam æternam.*

Rom. 5.

Facit hominem filium adoptivum Dei, quanta hæc dignitas! C. Oſeæ 1. v. 10.

Gratia eſt participatio Divinæ naturæ, ac Dignitate tranſcendit omnes res creatas; hinc & operatur in anima nobiliſſimos effectus. Nam 1. Expellit omne peccatum mortale. 2. Facit hominem gratum Deo, ita ut vera amicitia intercedat inter Deum & hominem. 3. Reddit hominem ſanctum, ita ut ejus voluntatem ſubjiciat Deo & legi Dei, qualis creatus eſt Adam in ſtatu innocentiæ. 4. Facit juſtum, Dei filium & heredem. 5. Secum ducit omnes virtutes theologicas, & morales, prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, ac temperantiam, una cum ſeptem donis Spiritus Sancti. 6. Dat pignus futuræ gloriæ. 7. Eſt principium ſatisfaciendi pro peccatis, & augendi merita ac gloriam. Per gratiam ergo elevatur homo, & fit ordinis non jam Angelici, ſed Divini. C. 2. Petr. c. 1. v. 4.

### 78. *Cur homo neſciat, an ſit in gratia.*

*Neſcit homo, amore, an odio dignus ſit*. 1. ait S. Laurentius Juſtinianus: ut ſemper in humilitate ſervetur. 2. Ait Novarinus: ut ſemper in timore vivat: Jacob, qui prius Labano manſuete reſpondit, cum innocentem ſe a furto idolorum comperit, cum jurgiis intumuit, ait Oleaſter: audax factus eſt: ita homo ex ſecuritate extollitur: ut ergo ſemper timidus maneat, de gratia nunquam ſecurus eſt. B. Serm. 32. n. 18.

Neſcit homo an ſit in gratia, ne ſibi in operibus ſuis complaceat, aut ſuperbiat, contemnendo proximum, quem forte ſcit peccaſſe. Ibid.

Quamquam autem ita ſit, dantur ſigna cum certitudine aliqua morali, ita ut dicere juſtus poſſit: *Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam*. Talia ſigna ſunt, odium peccati, mortificatio carnis & paſſionum, zelus ſalutis proximi ex amore Dei. Alia talia ſigna dat S. Leo: Humilitatem, injuriarum condonationem, & caritatem, vi cujus proximo tribuo, quæ mihi cupio impendi. Qui hujuſmodi eſt, Deum rectorem & habitatorem ſui eſſe non dubitet. C. in 1. Joann. c. 3. v. 14. Segneri Manna animæ 10. Octobr. & 3. Nov. n. 5.

1. Joan. 3.

S. Leo Ser. 2. de Epip.



79. Fa-

### 79. *Facit hominem capacem meriti, & æternæ ſalutis.*

Illa mulier, quam vidit Joannes, ut primum peperit filium, filius ante thronum Dei adductus eſt: Ita quamprimum anima juſta opus bonum facit, opus iſtud eſt beneplacens Deo. B. Ser. 5. n. 35.

Ezech. 1. *Spiritus vitæ erat in rotis*: ubi Cardinalis Hugo: Spiritus Sanctus, in quo eſt vita gratiæ, animum movet, ad intelligendum, & faciendum. B. Serm. 5. n. 36.

Sicut unicum opus bonum v. g. Eleemoſynæ æternæ gloriæ meritorium, tranſcendit dignitate gubernationem totius mundi, ut eſt opus mere naturale; ita *bonum gratiæ unius majus eſt, quam bonum naturæ totius univerſi*, ait S. Thomas. Hinc etiam veriſſimum eſt illud enuntiatum ejuſdem Sancti: *Majus eſt opus juſtificatio impii, quæ terminatur ad bonum æternum, quam creatio cœli & terræ, quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis.* (S. Thom. 1. 2. q. 113. a. 9.)

Nocte ſerena innumerabilia videntur ſydera in cælo, & tamen illa omnia non tantum communicant terræ ſplendorem, quantum unicus Sol. Ita millena opera naturæ, ſine gratia, in Dei oculis non ita fulgent, quantum unicum opus hominis in gratia conſtituti.

Hinc maxima felicitas hominis eſt, in qua Deus regnat per gratiam. 1. Quia Deus eſt rex æquiſſimus & benigniſſimus, non tyrannicus velut dæmon, mundus & caro. 2. Quia regnum hoc conſiſtit in augmento virtutum, fidei, ſpei, caritatis. 3. Quia dirigitur non ad Dei regentis, ſed ad animæ, quæ regitur, utilitatem maximam, ut pie ſancteque vivendo mereatur gloriam. C. Abdiæ v. 21.

### 80. *Eſt neceſſaria ad vincendum dæmonem.*

David cum Goliatho pugnaturus recuſat armaturam Saulis: Quare? *Gratiæ, non armis tropheum adſcribitur*, ait S. Baſilius Seleucienſis. B. Ser. 39. n. 16.

Goliath provocat ad ſingulare certamen, bene ſciens, ſe victurum, ſi cum ſolo rem haberet. Victus eſt homo ab infernali Goliath, ſi ſolus ſine gratia pugnet. M. conc. 38. aſſ. 1. n. 12.

Petrus tunc primum incipit lacrymari, cum a Chriſto reſpicitur: ut pœnitentia fiat, reſpici pœnitens a Deo per gratiam debet. S. pun. 10. f. 579.

S. Maria Ogniacenſis cum vidit infantulum exorciſmis ad Baptiſmum præparari, ſimul conſpexit dæmonem ab eo fugientem, & Spiritum Sanctum in ejus animam illabentem.

Dæmones timent Lipſana Sanctorum, nec illuc accedere audent, ubi aſſervantur: Igitur multo magis timebunt hominem in gratia conſtitutum; quia gratia eſt participatio Divinæ naturæ.

Oriente ſole cito veſpertiliones, noctuæ, bubones, imo etiam latrones & nocturni fures aufugiunt: Anima in Dei gratia fulget coram Deo, ut ſol, non mirum igitur, quod lucifugi latrones, infernales tenebrarum ſpiritus aufugiant.

Inimicus infernalis, qui diu noctuque nos, vi, & fraudibus impugnat, vinci non poteſt ſine auxilio Divino, teſſera autem auxilii Divini, imo ipſa armatura contra hoſtem eſt gratia Dei, cum qua poſſum omnia in eo, qui me confortat. Viſa hac lorica, & ſcuto, hoſtis ad fugam magis, quam ad pugnam inclinat &c.

### 81. *Eſt neceſſaria ad ſalutem.*

Homo non veſtitus veſte nuptiali ſine miſericordia ejicitur. S. Hilarius ait: Veſtitus nuptialis eſt gratia Spiritus Sancti. (S. Hilar. in 22. c. Matt.) B. Serm. 51. n. 22.

Veteres erant accuratiſſimi in ſuis ratiociniis componendis, in litteris donationum, fundationum, aliiſque aſſervandis. O quanto magis curanda eſt gratia, pignus ſalutis æternæ. D. 11. 42.

Sancti Confeſſores in ſolitudine, Sancti Martyres in tormentis quanta paſſi ſunt pro Dei gratia: Et nos inſenſati eam pro modica voluptatula abjicimus. P. p. 2. diſ. 8. n. 11.

Chriſtus ipſe per ſuam paſſionem declarat, quanti æſtimanda ſit gratia: Qui neſcit quam formoſa fuerit Rachel, id ſatis deſumere poteſt ex laboribus Jacobi per quatuordecim annos toleratis: Ita & gratiæ pretium patet ex ſuperabundanti ſolutione. P. p. 2. diſ. 8. num. 12. Si Chriſtus Dominus tantum aliquot paſſus confeciſſet, magni æſtimanda eſſet; Reges enim non conficiunt iter, niſi ob rem magni momenti: Quid ergo dicendum de Rege cæli deſcendente in terras? Certe ſi fides non doceret alia, poſſet credi Chriſtum ſui commodi ſtudio veniſſe; quia pro ſeipſo plura facere non potuiſſet &c. Ib. n. 13. Recte Bonaventura: *Domine tantum*



*tum me diligis, ut te odiſſe videaris, &c.* (S. Bonav. in ſtim. amor.) Ib. n. 15.

*In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum ſicut in omnibus divitiis.* Quomodo fit delectatio in divitiis? numerantur, cuſtodiuntur, augentur. Ita gratia Dei ex obſervantia teſtimoniorum Dei comparata æſtimanda eſt.

In judicio Dei, ait S. Auguſtinus, Sola Dei gratia diſcernet redemptos ab impiis.

### 82. *Operationes ſaluberrimas in anima facit.*

Iſa. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Sicut populus in deſerto inventa aqua lætatus eſt: Ita fons SS. Vulnerum in monte Calvariæ nobis dedit aquam gratiæ. Aqua *lavat*; ita gratia ſordes animæ peccatricis abſtergit. Aqua *fœcundat*, ita gratia virtutibus ditat. Aqua *ſitim extinguit*; ita gratia nociva mundi deſideria ſupprimit, & ad cæleſtia erigit. Seg. Manna 21. Maji.

Excitat animum ad ſpem rerum cæleſtium, ait S. Bernardus. *Quantum quis creſcit in gratia, tantum in fiducia dilatatur.* (S. Bern. Ser. 3. in Cant.) Et S. Cyprianus: *Poſtquam novum me hominem Nativitas ſecunda reparavit, protinus confirmare ſe dubia, patere clauſa, lucere tenebroſa, dari quod difficile putabatur, geri poſſe, quod impoſſibile putabatur, cœperunt.* (S. Cypr. l. 2. ep. 2.)

Tales operationes ſunt 1. Remittit peccata. 2. Facit hominem filium adoptivum Dei. 3. Tribuit jus ad vitam æternam. 4. Opera facit meritoria. 5. Cæleſtem pulchritudinem tribuit animæ. 6. Confert vitam æternam.

Gratia eſt ignis cæleſtis, qui animum inflammat, ut ſit rebus incombuſtus. Eſt aurum, quo cæleſtes merces emimus. Eſt ſol illuminans & fœcundans aridam cordis noſtri terram. Eſt Seraphicum donum quod homines angelis ſimiles facit &c. Marchant. tr. de Sacram. lect. 3. prop. 1.

Sicut famuli attendunt ad omnem nutum Regis: ita gratia hominem excitat, ut ſingulis horis cogitet: Quid a me hac hora requirit Deus? Quid poſſum ipſi gratum facere? &c. C. in I. Epiſt. Joann. c. 3. v. 22.

### 83. *Facienti quod eſt in ſe, non denegatur.*

In Braſilia Vir grandævæ ſenectutis, qui tota vita vixerat ſecundum lumen naturæ, a P. Joſepho Anchieta baptizatur, & tum plenus conſolatione moritur. Alius ſine baptiſmo mortuus ad vitam revocatur, & baptizatus denuo decedit. Ex quo patet, etiam barbaris non præcluſam eſſe portam ſalutis, ſi juxta lumen naturale vitam ordinent. R. cent. 3. mir. 16.

Deus ex parte ſua non deficit homini dare remedia ſalutis: In regno Congo dantur aves, quæ nomen JESU articulate cantant. Ordinavit id Deus, ut barbari illi occaſionem haberent indagandi quid nominis id eſſet, ſicque in cognitionem fidei venirent. R. cent. 3. mir. 34.

Cum claſſis Hiſpanica ex Sicilia in Africam ſolvit, ab inde ſecum retulit Turcam nonaginta annorum. Ille dein baptizatus & inventus eſt, ſecundum dictamen naturæ congruenter vixiſſe, & pauperum Chriſtianorum inopiam pro viribus ſublevaſſe. I. 59.

Melitenſes equites in piratas turcicos bella moventes, & ſuperato eorum navigio reduces invenerunt in triremi Turcam ſauciatum, quem curæ medicorum demandarunt. Media nocte clamans Turca baptiſmum petiit, ſe velle fieri Chriſtianum. Quæſitus unde hanc mentem concepiſſet? ajebat, ſibi apparuiſſe mulierem egregia forma, veſte candida indutam, quæ ſibi dixiſſet: Si vis ſalvus eſſe, fiere Chriſtianus. Dein baptizatus eſt, & poſt baptiſmum ex colore atro fœdoque repente candorem contraxit. J. 66.

### 84. *Solicite conſervanda & æſtimanda.*

Gratia Dei comparatur pupillæ oculi: 1. Quia ſicut pupilla vocatur virunculus, ſeu imago virunculi, ita in gratia apparet imago Dei; gratia enim eſt ſumma participatio Divinitatis. 2. Sicut pupilla eſt decor & venuſtas faciei; ita gratia eſt venuſtas & dignitas animæ, tolle pupillam, exoculas hominem; tolle gratiam, excæcas, & occidis animam. 3. Pupilla ſummæ curæ & cordi debet eſſe homini; ita gratiam præ omnibus bonis debet æſtimare fidelis, ut eam conſervet & perficiat. C. in Eccli. 17. v. 18.

Conſervare, & augere gratiam non eſt res magnæ difficultatis; nam gratia augetur per actus etiam remiſſos! quid facilius, quam dare pauperi calicem aquæ frigidæ? & tamen Chriſtus promittit, hoc leve opus miſericordiæ non cariturum mercede &c. C. Matth. 10. v. 42. in fine.

Gratia Dei præſtat rebus omnibus adeoque ſuper omnia æſtimanda: 1. Quia eſt bonum ſupernaturale, tranſcendens opes, omniaque bona ac dona. 2. Quia ſecum ducit virtutes, & caritatem, quæ ſummum eſt hujus vitæ bonum. 3. Quia eſt ſemen gloriæ; ſicut enim ex ſemine creſcit fructus, ita ex gratia naſcitur gloria. 4. Quia gratia nos facit ſanctos, amicos, filios, & heredes Dei, ac coheredes Chriſti. 5. Quia gratia eſt ſumma participatio Divinitatis, juxta illud Petri: *Ut per hæc efficiamini Divinæ conſortes naturæ*. Item: *Ego dixi Dii eſtis, & Filii Excelſi omnes*. C. in Prov. c. 22. v. 1. Quomodo quærenda, & invenienda ſit, vide Titulum *Chriſtus*, quomodo quærendus &c.

## Gratia actualis.

### 85. *Eſt homini neceſſaria ad actus ſalutares.*

Elias ad minas Jezabelis tremuit, & fugit: Quis? ille, qui cælum aperuit, & clauſit? omnino. S. Gregorius ait: In illis virtutibus Elias, quid a Deo acceperat, in iſtis infirmitatibus, quid de ſeipſo poterat, agnoſcebat. B. Ser. 32. n. 49.

Homo ut arundo fragilis eſt: Bene Judæi arundinem dederunt in manus Chriſti, ait Ambroſius, ut humana fragilitas jam non ut arundo moveretur, ſed operibus Chriſti corroborata fundetur. B. Serm. 33. n. 23.

Quid homo ſine gratia poſſit, timor S. Petri evidenter oſtendit, non eſt interrogatus a Judice, a lictore, ſed a puella, & tamen Chriſtum negavit. S. pun. 9. f. 569. ſeq.

Sanctus Paulus infelicem ſe putavit propter ſtimulos carnis: ſed audivit: *Sufficit tibi gratia mea*. S. punct. 36. fol. 157.

Trid. Seſſ. 5. can. 3. Concilium Tridentinum anathematizat dicentem, quod quis ſine præveniente Spiritus Sancti gratia pœnitere poſſit. M. conc. 37. Exord. n. 2.

Gratia comparatur lumini: Sicut ergo lumen neceſſarium ad videndum; ita & gratia ad agnoſcendas veritates æternas. Et ſicut lumen magis & minus prodeſt ſecundum diſpoſitionem oculi ita gratia magis & minus operatur ſecundum diſpoſitionem animi; hinc diſtinguitur in ſufficientem & efficacem.

*Sine me nihil poteſtis facere*: Hoc quondam joci cauſa dicebat organædo famulus, qui folles trahebat. Et revera ad gratiam actualem applicari poteſt: Sicut organum perfectum, & organædus artificioſus non ſufficiunt ex ſe, ſed requiritur, ut organum animetur follibus: Ita ad opus meritorium requiritur ventus Spiritus Sancti &c.

### 86. *Eſt efficax, & operativa.*

Deus & natura nihil faciunt fruſtra: natura animalibus ſub terra viventibus oculos non dedit, aliis acutiſſimos oculos, aliis non pedes &c. quia non indigent: Multo minus Deus quidquam fruſtra facit, ſed omnia ex certo fine, & cum effectu. S. pun. 104.

Apoſtoli ſine mora ſecuti ſunt vocantem, utut vitiis ante innodati, uti Mathæus &c. S. pun. 104. fol. 307. Advertendum etiam quod ſacer textus expreſse enarret menda, & imperfectiones Apoſtolorum: Cur non ſubticuit? ideo, ait Chryſoſtomus, ut perſpiciatur quales ſubito per gratiam effecti fuerint. Brev. in Feſt. S. Jac. lect. 7.

Petrus, cum primum a Chriſto reſpicitur, ſtatim incipit lacrymas fundere. S. pun. 10. f. 579.

Latro in cruce convertitur. Hinc miratur Cyprianus: O vere admirabilem Dei virtutem, & omnipotentiam! Quid tu Domine amplius Stephano contuliſti, Joanni, & Paulo? Si tu Domine armamentarios ſtatim Prophetas, opiliones Reges, telonarios Apoſtolos, piſcatores Doctores facis, Dei perfecta ſunt opera. S. punct. 31. f. 728. ſeq.

Geneſius Mimus in theatro ludificat ceremonias Chriſtianorum præſertim Baptiſmi, & ecce! in momento illuminatur ad agnitionem veritatis, profitetur ſe publice Chriſtianum, & fit martyr. D. 5. 88.

Philæmon choraules, dum a S. Apollonio Diacono metu tormentorum rogaretur, ut mutatis ſecum veſtibus loco ſui in judicio compareret, dum id facit, ſubito fit Chriſtianus & Martyr. R. 1. par. mir. 14.

### 87. *Exigit noſtram cooperationem.*

Abraham, cum tres Angelos hoſpitio recepit, ipſiuſmet ſedulo obit miniſteria domus, quia *viſitationem Divinam debet ſubſequi noſter labor*, ait Chryſoſtomus. M. conc. 36. aſſ. 2. n. 7. ſeq.

Medicus non ſanat ægrotum, niſi natura

tura



tura cooperetur medicamentis: Ita Deus, *ſanat omnem languidum, ſed non ſanat invitum? opus eſt, ut ſanari velis*, ait S. Auguſtinus P. p. 1. diſc. 4. n. 6. (r. Aug. in Pſal. 102.)

Dantur regiones tam fæcundæ, v. gr. Provincia in Gallia, quæ ſine cultura frumentum generant, dum econtra in regionibus frigidis terra laborioſe culta nihil profert. Sic fit etiam in rebus gratiæ: Modica gratia apud hominem timoratum plus operatur, quam potens gratia apud tepidum.

Juvenis frater a ſpiritu fornicationis tentatus rogavit ſenem, ut pro ſe Deum oraret. Fecit id ſenex, nihilominus juvenis de die in diem vehementius conqueſtus rediit. Rogavit ergo ſenex Dominum, ut ſibi revelaret, cur ſuæ preces non exaudirentur? & vidit fratrem in ſpiritu, quod tempore tentationis, dæmonibus in forma mulierum apparentibus, colluderet, corrideret, & lætaretur. Docuit ergo eum, quod culpa ſe teneret ex parte ipſius, & quod gratia non operaretur, ſine hominis cooperatione. E. *Negligentia* 1.

Ninivitæ ad prædicationem Jonæ pœnitentiam egerunt in jejunio, cinere & cilicio a Rege uſque ad pecus. Regina Saba audita fama Salomonis difficillimum iter per 606. leucas Gallicas uſque Hieroſolymam ingreſſa eſt, ut audiret ſapientiam ejus. Hi Ninivitæ, hæc Regina Saba in die judicii ſuo exemplo quemque confundent pro menſura beneficiorum, & gratiarum a Deo acceptarum, quæ ipſe neglexit, & contempſit, a Chriſto judice acrius puniendum. Videant igitur Sacerdotes, videant Chriſtiani omnes, qui gratiis Dei abundant, ut iis recte, & ſedulo utantur, alias tanto gravius puniendi, quanto majores perceperunt. Surgent in judicio Turcæ & Gentiles contra Chriſtianos, dicentes: Si has tantas gratias habuiſſemus, longe ſanctius vixiſſemus. S. Gregorius ait: *Nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepiſſe aliquid cernimur, ab auctore mundi gravius judicabimur; cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum &c.* C. Match. 12. v. 24.

Matt. 25. *Abiit autem, qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque*. Innuit hæc parabola, quemque gratiæ Dei totis viribus cooperari debere, ut qui v. g. habet quinque gradus caritatis, eliciat actum ejuſdem intenſum ut quinque, & ſic lucrabitur alios quinque gradus &c. C. Match. 25. v. 16.

## Gratia Finalis.

### 88. *Non obtinetur ſine meritis antecedentibus.*

Dives epulo extremum digiti petiit, ut refrigeraretur lingua: & non obtinuit. Habet digitus tres articulos: Primus denotat gratiam prævenientem, alter continuantem, tertius finalem, ait Raulinus: Fruſtra extremam partem digiti petit, qui de prima, & ſecunda in vita ſua non curavit. B. Ser. 83. n. 14.

Infelix ille ejectus eſt in tenebras, quia non comparuit in veſte nuptiali. Fatuæ Virgines excluſæ ſunt a nuptiis, quia negligentes fuerunt in comparando ſibi oleo. Denarius datus non eſt, niſi laborantibus in vinea. Lazarus non fuit ad vitam revocatus, niſi prius lapis ſit remotus, & ſolutæ inſtitæ.

Quamquam gratia finalis omne meritum excedat, tamen exoranda eſt oratione continua, ſicut oravit ille qui nocte a vicino petiit tres panes, fuit enim exauditus propter importunitatem. Sic primus panis eſt gratia præveniens, alter concomitans, tertius ſubſequens ſeu finalis; hinc boni Chriſtiani ad quemvis ſonitum horæ pulſantis rogant Dei gratiam pro felici morte, eaſque preces ſpecialiter, & maxima devotione repetunt, cum ſignum datur agoniæ Domini. Item alii quotidie venerantur Sanctos illius diei, in qua morituri ſunt, inſuper Sanctos, qui in illa die mortui ſunt.

### 89. *Eſt ingens bonum, & indebitum.*

*Omne donum perfectum de ſurſum eſt*: Per donum perfectum intelligitur perſeverantia, ſeu gratia finalis. Hæc omnino diſtincta eſt a gratia juſtificante, & eſt illa qua Deus ſuaviter te comitatur uſque ad mortem, removendo obſtacula omnia, quæ facere poſſunt, ut excidas ſtatu gratiæ, teque ſtimulando ad bonum, confortando, corroborando, protegendo, quæ gratia eſt multas alias complectens, & quam mereri condigne nemo poteſt &c. Seg. Manna 3. Jul. n. 2.

Cæcus ille, quamdiu clamavit: *Fili David miſerere mei*, non impetravit oculorum ſanitatem: verum cum rogavit: *Domine ut videam*, ſanatus eſt. Quare? quia Chriſtus demonſtrare voluit, quod gratiæ hujuſmodi extraordinariæ, a

ſuo

ſuo dominio, & libera poteſtate, non a meritis rogantium dependeant. Hinc etiam latro in cruce clamavit: *Domine memento mei!* M. conc. 36. §. 2. n. 2.

Gladius, quo cæſus eſt Goliath, in tabernaculo repoſitus eſt: Cur non & funda & lapis? quia lapis tantum inchoavit, gladius autem conſummavit victoriam. B. 62. n. 3. S. pun. 17. f. 59.

*Cum timore & tremore ſalutem veſtram operamini*, monet Apoſtolus: Quid autem timendum, quid tremendum? Illud nempe, quod ultima gratia non dependeat a noſtris meritis! *Deus eſt, qui operatur in nobis*. Segn. Man. an. 2. Maji. n. 6.

*Joann. 5.* *Ego ſum vitis, vos palmites*: Sicut palmes indiget vite, & vitis non indiget palmitibus, ita ſe res habet inter Chriſtum, & nos. Abſcinde de vite palmitem, abſcinde plures, vitis ſemper vigorem retinet, ſed palmes areſcit &c. Seg. Mann. an. 7. Octob.

## Inſpirationes Dei.

### *Negligere aut contemnere, periculoſum eſt.*

GRandis & ordinaria punitio Dei eſt, quod illis, qui inſpirationibus ſuis aures occludunt, ſua deinceps auxilia ſubtrahat: ait enim Leſſius: *Non ſolum ob peccata, ſed etiam ob teporem, & neglectum Divinarum inſpirationum, qui tamen per ſe non ſit peccatum, Divina auxilia plerumque minui*. (*Leſſ. de P. ef. Div. l. 13. c. 15. n. 85.*) Sicut viator de die dormiens a nocte obruitur: Sicut navarchus faventes ventos negligens in tempeſtate perit: Sicut conchile ad rorem cœli ſe non aperiens infœcundum manet: Ita talis anima ex ſua negligentia irreparabile damnum incurrit. B. Serm. 43. n. 39.

Legati Davidis ab Hannone Ammonitarum Rege graviter injuriantur, quæ res Davidi ad vindictam terribilem anſa fuit. Similiter. Lucius Poſthumius Legatus Romanorum a Tarentinis luſui habitus, occaſio fuit cruenti belli, quo Tarentini devaſtati ſunt, eum in morem, quo Legatus illis ſuum interitum prædixit his verbis: Ridete nunc miſeri, veniet tempus cum flebitis, & has maculas veſtro ſanguine eluetis. Inſpirationes ſunt Legati Dei, væ! ſi non admittantur, aut vilipendantur. D. 8. 61.

Sponſa dum non ſtatim aperit ſponſo, ſed ſe excuſat: *Lavi pedes meos*, non amplius pro foribus invenit ſponſum. M. conc. 37. aſſ. 1. n. 8.

*Imaginem illorum ad nihilum rediges*: (*Pſal. 72.*) Intuere imaginem lapideam in platea: clama, non reſpondet: pluit, ningit, grandinat, nil ſentit. Sic multi Dei minas, voces, & beneficia non curant, verum a Deo ad nihilum rediguntur. (*Hebr. 8.*) B. Ser. 86. n. 17. ſeq.

*Ira Dei de cælo, qui veritatem in injuſtitia detinent*, id eſt, qui occludunt veritatem in intellectu. S. punct. 103. f. 306.

*In puncto ad inferna deſcendunt*, ubi Bernardus: Eodem puncto, quo peccator deſpicit Deum ſuadentem, admittit diabolum præcipitantem. M. conc. 37. aſſ. 1. n. 7.

*Terra germinans herbam opportunam his, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo: Proferens autem ſpinas, ac tribulos reproba eſt*. Eadem eſt differentia inter animam, quæ correſpondet inſpirationibus Dei, & aliam quæ non correſpondet. O quoties Deus te trahere voluit per auxilia tam interna, uti ſunt inſpirationes Dei, quam externa, uti ſunt pia monita, & prædicationes Verbi Divini, ideo ſacro oratori verba illa energica ſuggeſſit. Quid tu e contra? Segn. Manna 26. Martii.

### 91. *Cur apud aliquos fructum ferant, non apud alios.*

Pluvia fœcundat flores, & ſentes: Rore cæli emollitur terra, non petra: Solaribus radiis induratur lutum, cera liquefit: Cibus huic ſtomacho nutrimentum, alteri venenum eſt; ita eadem concio, eadem inſpiratio apud hunc fructum facit non apud alium: Qua de cauſa? Unde fit, quod Iſraelitæ per mare rubrum tranſeant, Pharao ſuffocetur? Unde fit, quod ſuperiores aquæ Jordanis immobiles conſiſtant, inferiores in mare decurrant? Unde fit, quod Chriſti Nativitas Magis gaudium, Herodi terrorem incuſſerit? Unde fit, quod hæc vox *Ego ſum* converterit Saulum, & Judæos induraverit? Nempe hæc omnia procedunt ex diverſitate bonæ, & malæ voluntatis &c. B. Ser. 51. num. 21.

Error multorum eſt, quod internas voces non pro Divinis habeant, ſed a paſſionibus animi oriri putent. Samuel ter noctu vocatus putavit hominem clamare, & Deus fuit. S. Auguſtinus a Matre Monica ad continentiam animatus putavit hanc eſſe vocem muliebrem: Ita multi putant eſſe Melancholiam, aut animi tædium, quod Dei vox eſt. S. pun. 98. f. 297.



*Matt. 25.* Qui quinque talenta acceperat, lucratus eſt alia quinque: qui vero unum acceperat, abiens fodit in terram: Cur ergo, & quid inſpirationum gratia fructificet, dependet ex noſtra cooperatione &c. Gratia Dei vocatur aqua, juxta illud (*Joann. 4.*) *Dediſſet tibi aquam vivam*. Qua fructiferam reddit terram, non autem rupes & ſaxa.

### 92. *Sæpe non audiuntur ab homine.*

*Act. 7.* *Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis*, ajebat Stephanus ad Judæos, id eſt, quando Deus nolebat ſacrificia, vos ſacrificaſtis, quando voluit, omiſiſtis: quando noluit dare præcepta, requirebatis: quando dedit, non obſervaſtis: cum ſtabat templum, idolis ſerviiſtis: cum in Ægypto eſſetis, egredi, egreſſi regredi voluiſtis &c. Huc multi adhuc deveniunt, leges, præcepta Superiorum, conſilia Patrum ſpiritualium eludunt &c. S. pun. 98. f. 295.

*Pſal. 57.* O quot ſunt, qui claudunt aures *ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas*, quæ non ſinit ſe ab incantante e tenebris educi in lucem, ait Auguſtinus. His & ſimiles dicunt: *Recede a nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus*. (*Job. 21.*) S. punct. 98. fol. 296. ſeq.

Saulum *circumfulſit lux de cælo*, & ecce! protinus in terram lapſus eſt adhuc ſpirans minarum &c. O quot ſunt, quos lux cæleſtis circumfulget, nec tamen cadunt in terram &c. S. pun. 101.

Adamas malleorum ictibus non cedit, ſed tamen hircorum ſanguine diſſolvitur: ita corda hominum nonnunquam diſpoſita ſunt, ut inſpirationibus & monitis Dei non cedant, quæ tamen invitationibus, quæ hircum redolent, facile commoveantur.

Deus trina vice vocavit Samuelem, & ſemper iſte putavit eſſe vocem Heli Sacerdotis: Ita multi ſibi perſuadent, vocem, quam in animo audiunt, eſſe vocem mere humanam, quæ tamen revera Divina eſt. Cur autem ſibi perſuadent eſſe vocem mere humanam? quia moleſtum ipſis eſt obtemperare monitis, quibus a voluptatibus aſſuetis ad vitæ emendationem avocantur &c.

### 93. *Qua diſpoſitione animi audiri debeant.*

Diſpoſitio ad excipiendas inſpirationes Dei eſt humilitas animi: Quid enim eſt, quod legem laturus Dominus in igne, fumoque deſcendit? niſi quia & humiles per claritatem ſuæ oſtenſionis illuminat, & ſuperborum oculos obſcurat per caliginem erroris. S. pun. 100. fol. 301.

Cor a tumultu mundano ſeparandum eſt: Hinc Chriſtus ſurdum, quem ſanavit, a turba ſeparavit, & tunc primum digitum in auriculam poſuit. S. punct. 100. fol. 301.

Mens debet eſſe ſobria, & a voluptatibus corporis aliena. Deus deſcendit ſuper montem Sinai & vocavit Moyſen in cacumine montis, ibi revelavit ei judicia, & præcepta, & cęremonias, quas populum docere debebat. Fuit Moyſes quadraginta diebus cum Deo, & panem non comedit, & aquam non bibit. (*Exod. 33*) Sic etiam Sara ab una ancillarum injuriis affecta aſcendit in ſuperius cubiculum & tribus diebus non manducavit, neque bibit. (*Tob. 3.*)

Diſpoſitio utiliſſima eſt ſolitudo: Judith videns populum in arcto poſitum ingreſſa eſt oratorium ſuum, & proſternens ſe clamavit ad Deum in cinere, & cilicio. (*Jud. 9.*) David poſt tribulationem, & dolorem, exclamavit, quis dabit mihi pennas columbæ, & volabo: (*Pſal 54.*) Tunc ſubdidit modum acquirendi pennas: Elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine.

### 94. *Audire, quam Deo gratum, & homini utile.*

*Murenulas aureas faciemus tibi*. S. Bernardus ait, murenulas eſſe ornamentum aurium. (*Cant. 1.*) Murena vel ſub aquis audit, ſic qui in ipſis, & ſub ipſis voluptatibus vocati emergunt, ad vocantem currunt, murenæ dicuntur. *Vox Dilecti mei*! en! (*Cant. 5.*) ut ſtatim agnoſcit ſponſi vocem, ut inter mille voces diſtinguit! &c. S. punct. 99. fol. 300.

Non ſine Myſterio Chriſtus Malcho auriculam reſtituit: non meruiſſet quidem nequiſſimus homo, ſed fecit id Chriſtus, ait S. Leo, ne ſe ad voces Dei ſurditate excuſare poſſit. S. pun. 99. fol. 300.

Martha circa miniſterium ſolicita, & turbata erat: Maria autem ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius. (*Luc. 10.*) En! quieta audientia Verbi Domini pręfertur miniſterio quantumvis pio ac devoto.

Saulus illo triduo, quo jejunavit & oravit, excellentes habuit revelationes a Deo, unde hanc gratiam meruit? Quia ad primam vocem, qua proſtratus eſt, paratiſſimus ſtatim reſpondit: Domine, quid me vis facere? &c.

Intendere ſanctis inſpirationibus remedium

dium eſt aptiſſimum contra peccata: cum enim mens ſanctis cogitationibus occupatur, phantaſia avocatur a concupiſcentia, aliiſque malis ſuggeſtionibus. Sic ſuaſit, & fecit S. Franciſcus Xaverius: in mente ſemper aliquam ſententiam S. Scripturæ, aut factum alicujus Sancti ruminabat, ſic enim intellectus, & voluntas præoccupatur contra cogitationes perverſas &c. C. 1. Joan. 3. v. 9.

1. Joan. 3. *Quoniam ſemen ejus in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.* Docentur hic fideles facilem modum fugiendi quodlibet peccatum, & faciendi, ut ſint quaſi impeccabiles, ſi nimirum ſemini Dei, id eſt, ſanctis inſpirationibus ſemper intendant, ſic enim e mente ſemper excluditur omne ſemen diaboli, id eſt, omnes ſuggeſtiones concupiſcentiæ, & peccati, quia intellectus & voluntas alio, id eſt, ad ſancta deſideria avocatur. Sic S. Xaverius ſemper ruminabat aliquam ſententiam Scripturæ, vel ſanctorum Patrum. Sic Joſephus Ægyptius a Domina tentatus mentem reflectebat ad beneficia, ab hero accepta: *Ecce Dominus meus omnia mihi tradidit præter te, quomodo ergo poſſum hoc malum facere?* C. 1. Joann. 3. v. 9.

### 95. *Quomodo diſcernendæ ſint ab humanis cogitationibus.*

Opobalſamum eſt pretioſiſſimus liquor; ideo multi ex avaritia illud adulterare aut æmulari conati ſunt. Sed vano conſilio! multis enim indiciis genuinum ab adulterino diſcernitur; inter alia etiam per hoc, quod guttula veri opobalſami in veſtem decidens nullam prorſus maculam relinquat. VV. Art. diſc. font. 7. Ex. 3. Parem in modum inſpiratio, quæ balſamum animæ eſt, Divina cenſetur, ſi nullam maculam vitioſam aut vitio confinem relinquat: ſi vero animum turbet, inquietudinem, puſillanimitatem, deſperationem, amorem ſæculi, inclinationem ad voluptates cauſet, adulterina eſt, humana aut diabolica eſt.

Chriſtus Dominus S. Catharinæ Senenſi ſcire cupienti, quomodo vocem ac voluntatem Dei agnoſcere poſſit ac debeat, in hunc modum repoſuit: ſi voluntatem meam exequi, & me ſemper ſumme amare vis, neceſſe eſt, 1. Ut voluntatem tuam ab omni amore, affectuque terreno prorſus amoveas, & nihil temporale ames, niſi propter me. 2. Ut omnes cogitationes & opera ad meum honorem & gloriam dirigas, & id in aliis quoque promoveas. 3. Ut non ſolum nobis malum, ſed & bonum, quod ego nolo, atque adeo quocunque caſu non frangaris, ſed inconcuſſa fide ſemper teneas me Deum tuum omnipotentem magis amare te, quam tu teipſam &c.

Joan. Ximenius S. J. Coadjutor dicere ſolebat, ſe internæ cogitationis, & Divinæ Voluntatis interpretes habere tres: Deum in cælo, Superiorem in capitulo, & rationem domi &c.

Dicitur Stygium impoſtorem non ita poſſe induere formam Angeli, aut hominis, quin deceptionem ſuam aliquo ſigno prodat. Parem in modum ſuas ſuggeſtiones tam artificioſe colorare non poteſt, ut earum fraus non confundatur. Primus modus delarvandi ejus impoſturam, eſt humilitas; ubi hæc virtus, ibi in fugam agitur ſuperbiſſimus ſpiritus. Secundus, invocatio Dei & Sanctorum, qui vel dæmonem deceperunt, vel unquam decepti ſunt. Tertius & optimus, ſinceritas animi erga Patrem ſpiritualem, cujus conſilium hac in re falli, aut fallere non poteſt, & ſecurior eſt quibuſcumque revelationibus &c.

## Viſitationes cæleſtes, & deliciæ mentis.

### 96. *Majores ſunt deliciæ, quam totius mundi.*

MUndani nunquam ſatiantur, ſed ſemper ſitiunt: at vero flumina nectaris Divini ſatiant, *uſque ad abundantiam.* Pagninus legit: *Adeo ut dicatis, ſatis eſt.* Qualiter dixerunt S. Franciſcus Xaverius, Philippus Nerius, Ephrem &c. S. pun. 65. f. 224.

De mundanis deliciis intelligi poteſt illud: *Qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum.* Sed qui bibunt hoc cæleſte nectar, quære ex eis an habeant ſitim divitiarum, delectationum, honorum &c. Nihil ſimile. Rupertus ait: Sola una hujus mellis ſtilla poteſt, quod totus mundus non poteſt. S. punct. 65. fol. 224. Rupert. Serm. de Spir. San.

Comparantur, ſeu potius opponuntur ebrietati corporali, nam. 1. Sicut ebrietas corporalis rationem naturalem adimit; ita & ſpiritualis facit hominem amotæ mentis, & a ratione naturali ad ſupernaturalem illum transfert. 2. Sicut ebrius non cognoſcit amicos: ita ebrius Spiritu Dei non curat parentes, fratres, cognatos. 3. Sicut ebrius diſcurrit per plateas, & obvios invadit: ita Apoſtoli ebrii Spiritu Sancto diſcurrerunt per orbem, & invaſerunt Reges & Principes. 4. Vinum accendit hominem, ita & caritas ac gratia Spiritus Sancti, non madens vino, ſed ardens Deo, uti loquitur S. Bernardus. 5. Ebrius animoſus & pugnax non timet periculum, ita & Apoſtoli pleni Spiritu Sancto, utut antea timidiſſimi, bellum contra infidelitatem, & impietatem ſpirarunt. C. Act. 2. v. 13.

S. Ber. ad Eler. c. 30. S. Bernardus ait: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad præteritam culpam, quæ remittitur, non ad præſentem conſolationem, quæ immittitur: non ad futuram gloriam, quæ promittitur. C. in Apoc. c. 2. v. 17.

### 97. *Non dantur niſi animo a mundanis vacuo.*

S. Bernardus ait: Præoccupatum ſæcularibus deſideriis animum delectatio ſancta declinat: nec miſceri poterunt vera vanis, æterna caducis, ſpiritualia corporalibus ſumma imis, ut pariter ſapias, quæ ſurſum ſunt, & quæ ſuper terram. S. punct. 152. fol. 483. in fine.

Dum Chriſtus ſuper mare ambulat, a Petro non agnoſcitur, ſed a Joanne: Cur? quia Petrus *facile vocem ancillæ ſuſurrantis audivit.* M. conc. 43. aſſ. 2. n. 10.

Ut ovum a ſole non attrahitur in ſublime, niſi vacuum; nec lignum flammam concipit, quamdiu eſt madidum; ita quo minus anima corporalibus adhæret, eo Divinorum capacior eſt. Sentent. Aſcet. S. Ignat. 7. Jan.

Joſue 5. *Defecit Manna poſtquam comederunt de frugibus terræ.* Manna eſt ſymbolum conſolationum cæleſtium, fruges ſunt ſymbolum voluptatis terrenæ, idque ob varias analogias: Quamprimum igitur homo appetit voluptates terrenas, ſubtrahitur illi conſolatio cæleſtis, utpote quæ tantum datur in compenſationem voluptatum terrenarum, quibus homo ſe ſponte privat, ut Deo ſerviat. Seg. Man. 22. Maii n. 1.

Antequam Chriſtus Dominus filiam Archi-Synagogi a mortuis revocavit, prius exeſſe juſſit tibicines, & turbam tumultuantem: ita mens vacua eſſe debet a tumultu mundano, ſi cæleſti favore frui velit. Dum tempeſtas ventoſa, & turbulenta eſt, ros fructificans terram de cælo non cadit.

### 98. *Cur hominibus ſanctis ſæpe ſubtrahantur.*

Sanctus Bonaventura hujus ſubtractionis quinque: Gerſon omnino ſeptendecim rationes adducit. Vide Titulum: *Deſolatio animi.*

Deus hominibus ſanctis nonnunquam ſubtrahit conſolationes cæleſtes ad experimentum patientiæ: ſupplet tamen ordinarie defectum dulcedinis per donum fortitudinis, uti in Elia cibus ille fuit: *Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus &c.* Seg. Manna 22. Maji n. 2.

Subtrahuntur a Deo hominibus ſanctis, ut intelligant, has animi delicias non eſſe ſubſtantiam virtutis, ſed accidens. Filio prodigo delicias paravit pater, & morigero conquerenti reſpondit: *Omnia mea tua ſunt.* Eundem in morem, etſi ſenſibili devotione careas, non ideo cares gratia, & ſubſtantia virtutis. Hinc conſolationes ſenſibiles ſunt quaſi bona mobilia, virtutes bona ſtabilia, & quaſi jus ad regnum. S. pun. 33. f. 751.

Item ſubtrahuntur, ut Deus demonſtret quod ſint indebita dona homini quantumcunque virtuoſo; De internis conſolationibus enim intelligi poteſt illud: *Qui ligat aquas in nubibus.* Et Chriſtus duodennis: *Quid eſt, quod me quærebatis,* hoc idem nobis perſæpe reſpondet, quaſi diceret: An jus habetis, ut me inveniatis? S. pun. 33.

Quærendus Deus pro Deo, non pro conſolatione; nam, ait S. Bernardus: Deus non amatur ſine præmio, ſed non debet amari pro præmio.

### 99. *Dantur in principio converſionis, & certaminis.*

Sicut laboranti in via prius copioſa paratur refectio: ſicut columbæ longius emittendæ prius melle paſcuntur, ut ad paſtum redeant: ſicut Petrus cribrandus ſicut triticum prius in montem ducitur: ſicut Iſraelitæ prius manna paſcuntur, ne deficiant: ita Deus ſolet animas ad ſe converſas ab initio allicere. S. pun. 33. f. 750.

Dantur in principio converſionis, quia proſunt ad ſpiritualem profectum; nam alacrius operatur, qui cum delectatione operatur: hinc ſponſa *deliciis affluens innixa ſuper dilectum ſuum* aſcendere perhibetur, quæ antea ſurgere non poterat. Non contemnendæ igitur ſunt conſolationes,

nes, & devotio ſenſibilis, quamvis nec anxie quærenda ſit. S. punct. 33. f. 751.

Hoc Manna vincentibus promittitur, nam tentatione probatis datur conſolatio. Hæc animi voluptas immenſum ſuperat triſtitiam adverſam ita, ut exclamet Pſaltes: *Anima mea exultabit in Domino: Psalm. 34. Omnia oſſa mea dicent: Domine quis ſimilis tibi!* Vis Exempla confeſsorum? Joannes Abbas tanta perfundi ſolebat interna dulcedine, ut ne quidem recordaretur, an pridie comediſſet. S. Ephrem delectationes terrenas faſtidiens, tanta geſtiebat lætitia, ut ejus præcordia rumpi viderentur, ideo exclamabat: *Recede a me Domine:* S. Bernardus ita cæleſtibus gaudiis abſorptus vixit, ut toto anno in una cella degens, neſciret, an illa cella teſtudinem haberet. Ita S. Ignatius, S. Xaverius, S. Catharina Senenſis, & alii. Vis Exempla Martyrum? S. Adelphardus exilium pro paradiſo, S. Tiburtius prunas pro roſis, S. Clemens Ancyranus Martyrium pro beneficio reputavit &c. C. in Apoc. c. 2. v. 17.

### 100. *Dantur poſt victoriam tentationum, & concupiſcentiarum.*

Sicut Manna Iſraelitis ex Ægypto exeuntibus de cælo datum eſt; ita conſolationes ſpirituales percipimus in contemptu mundi, in contemplatione rerum cæleſtium, & in victoria tentationum, juxta illud: *Vincenti dabo Manna abſconditum;* Apoc. 2. eſt enim hæc conſolatio præludium, & prægustus quidam æternæ beatitudinis. Sæpe tentatio præcedens ſolet eſſe ſignum ſecuturæ conſolationis; nam tentatione probatis promittitur cæleſtis conſolatio; experientia conſtat, neminem heroice vincere aliquam tentationem, infirmitatem, contemptum ſui, curioſitatem, tædium &c. quin ſentiat miram animi voluptatem, & gaudium, quod triſtitiam adverſam, & concupiſcentiæ moleſtiam incomparabiliter ſuperat &c. S. Joannes, qui Theodoſio Imp. victoriam contra tyrannos prædixit, ſeipſo abnegato, uni Deo aſſiſtens, cumque aſſiduis laudibus celebrans in cælo ſibi eſſe videbatur. Alius Joannes per tres annos ſub rupe ſtans, & perpetuo orans de ſola SS. Euchariſtia victitabat. Idem legitur de Abbate Arnulpho & aliis. C. Exod. 16. v. 34.

Sicut auxilium Dei, quo Ezechias excuſſo jugo Sennacherib, vicit ac delevit Aſſyrios, vocatur oleum; ita & conſolationes cæleſtes oleum vocari poſſunt; quia inſtar olei animos ad pugnam fortes ac validos reddit. C. Iſa. 10. v. 27.

Spiritus Sanctus, qui dicitur Paracletus, conſolationem, & patrocinium Sanctis præſtat, ita ut in laboribus & perſecutionibus exclament cum S. Xaverio: Satis eſt, Domine ſatis eſt! Et cum coronato Pſalte: *Memor fui Dei, & delectatus ſum!* &c. C. in Act. Ap. c. 9. v. 31.

Sæpe ſolent turbulenta nubila, fulgura & tonitrua, cælum eripere, verum poſt horæ quadrantem, dipulſis ſubito nubibus ſol ſerenior rediens cælum & terram, cum gaudio hominum illuſtrat. Ita, ait Devotiſſimus Kempenſis, *ſolet ſequentis conſolationis, tentatio præcedens eſſe ſignum;* Thom. Kemp. l. 2. §. 7. Liberaliſſimus enim Deus, qui liberalitate humana vinci ſe non patitur, modicam ſui ipſius victoriam amore Dei peractam tanta animi conſolatione remuneratur, quæ omnes mundi delicias incomparabiliter ſuperat &c.

## Omnipotentia Dei.

### 101. *Neceſſario debet concurrere cum labore humano.*

*Sine me nihil poteſtis facere.* ubi S. Aug. Joan. 15. S. Aug. t. 4. *Non ait, ſine me parum poteſtis facere, ſed nihil.* Adeoque a liberali manu Dei ſemper auxilia rogare oportet. M. conc. 36. aſſumpt. 2. n. 1.

Sæpe homines confidunt in laboribus ſuis in cæli temperie, in agrorum fœcunditate, ideo Deus ſæpe mittit ſterilitates, ſiccitates, aliaque mala, ut nos commoneat, ſine ſuo adjutorio inanem eſſe noſtrum laborem. *Etiamſi homines terram* S. Chryſ. hom. 5. in Gen. *operentur, & magna ſit cæli temperies, & omnia alia concurrant, niſi manus Domini accedat, omnia alia fruſtra, & in vanum fient.* Ait S. Chryſoſt. B. Ser. 63. n. 2. &c.

Propheta Balaam iturus ad Regem Balac omnia ſibi contraria ſenſit: Angelus obſtitit illi in via: aſinus humana voce illum deterruit: tum ceſpitans & labens pedem Prophetæ læſit. Unde hæc contrarietas? quia iter ſuſcipere voluit invito Deo!

Mundus hic terraqueus, & ipſe homo creatus non habet ſe erga Creatorem ſuum ut artefactum mechanicum reſpectu ſui factoris, v. g. horologium, quod recedente etiam artifice conſiſtit: ſed habet ſe ut pomum ex arbore dependens, imo eſt multo minus, ſi enim Creator Divinus ab il-



illius conſervatione vel uno momento ceſſaret, totum opus creatum in ſuum nihilum eo momento concideret.

### 102. *Potens, & mirabilis in operibus ſuis.*

Dum populus ſub ſervitute Pharaonis graviſſime ingemiſcit, naſcitur Moyſes, projicitur in flumen &c. quis credat hunc infantem domitorem fore Pharaonis, & liberatorem Iſraelis? M. conc. 1. aſſump. 2. n. 6.

Dei perfecta ſunt opera: ſi tu Domine ſtatim armamentarios Prophetas, opiliones Reges, telonarios Apoſtolos, Piſcatores Doctores facis, certe perfecta ſunt tua opera. Ait S. Cyprian. S. pun. 31. f. 729.

Job. 9. S. Job ait: *Sapiens corde eſt, & fortior robore quis reſtitit ei?* Reſtiterunt Deo Lucifer, Pharao, Dathan, & repente perierunt. *Qui tranſtulit montes, & neſcierunt hi, quos ſubvertit in furore.* Poteſt enim Deus montes de loco in locum transferre, aut deſtruere. *Qui commovet terram de loco ſuo, & columnæ ejus concutiuntur.* Poteſt enim Deus provincias & regna motibus quaſſare. *Qui præcipit ſoli, & non oritur;* poteſt enim imperare ſoli, & ſyderum firmamento. *Qui facit magna & incomprehenſibilia &c.* Et hæc omnia facillime operatur. A. lect. 8. nu. 12. 13. & ſeq.

Cælum ſtellatum in circuitu ſuo mille ſeptendecim milliariorum milliones comprehendit. Et 1. hoc creatum eſt ex nihilo: omnes mundi monarchæ non poſſunt unam arenam creare. 2. Fundatum eſt ſupra nihilum; omnes architecti non poſſent unum paſſerculi nidum in aere ſuſpendere. 3. Poſſet Deus in momento illud iterum annihilare, totus mundus non poteſt annihilare unam paleam. 4. Creatum eſt ſine inſtrumentis, uno verbo. 5. Conſervatur in ſuo motu continuo, omnes mundi exercitus non poſſent unam plumam movere verbis. 6. Deus voluntate ſola omnia facit; terreni principes nihil poſſunt ſine ſubditorum adminiculo. P. p. 2. diſ. 3. a n. 3. uſque 7. Nullus imperator fuit unquam Dominus unius culicis, ſed Deus omnium, uti in Ægypto &c. Ibid. 10.

Mirabile eſt Omnipotentiæ Divinę placitum, quod ordinarie infirma eligat, ut fortia hujus mundi confundat. Paoletti in Feſto S. Andreæ, in Adventuali.

Peregrinus nomine Chariton a latronibus occupatus in ſpelunca vinculis adſtrictus fuit. Invocavit Omnipotentiam & Providentiam Dei! & ecce! e foramine prorepit ſerpens, e vaſe lacte repleto bibit, & lac intoxicat. Latrones a prædationibus domum reverſi & ſitibundi lac exhauriunt, & paulo poſt omnes emoriuntur veneno. Chariton a vinculis ſe liberat, ingentem theſaurum in interiore cubiculo ſpeluncæ invenit, pro hac pecunia monaſterium condit, ipſamque ſpeluncam in templum convertit. T. n. 9.

Omnipotentia Dei ligat & coercet vim dæmonis. Ex muliere obſeſſa, cum mentio incideret de Lucifero, quæſivit diabolus: Stulti, quibus catenis putatis ligatum meum magiſtrum in inferno? ferreis? Nequaquam! Tria verba ſunt poſita Cæſarius l. 5. c. 15. in ſilentio Miſſæ, quibus ligatur! Requirentibus, quænam ſint illa tria verba? petiit Miſſale, aperuit Canonem Miſſæ, & ſignavit illa verba: *Per ipſum & cum ipſo, & in ipſo!* inquiens, Ecce hæc ſunt illa verba, quibus ligatur Magiſter meus! Lolmer Biblioth. Verbo Deus. §. 5. n. 8.

In infirmis etiam animalculis confundit & humiliat hominem peccatorem: Blaſphemus aleator contra Dei exiſtentiam contumelioſe latrans ab una muſca adeo infeſtatur, ut primo galeam abjicere, dein de equo deſcendens pronus in terram defendere faciem debuerit, & hoc tamdiu donec blaſphemiam publice revocavit. E. Verbo *Blaſphemia.* n. 8.

Imperator Sinenſis Chamius, cum illi a P. Miſſionario Europæo Adamo Schall S. J. horologium offerretur, mirari ſatis non potuit tenue artificium, quod orbiculis & rotulis ſeipſum moveret, & diei tempora ſignaret: deſiderabat videre artificem, quem Divino ingenio præditum putabat. Quanto magis admirari debemus Divinam Omnipotentiam, quæ grande cæli horologium, cæleſti ſyderum curſu ordinatiſſime diſtinctum, jam a multis ſæculis mirabiliter gyratur, & conſervatur!

### 103. *Ejus conſilia non poſſunt everti per conſilia humana.*

Judæi volunt Lazarum interficere, quia propter illum multi in Chriſtum credebant: ridet ad hoc S. Auguſt. inquiens: An ergo Chriſtus non potuiſſet reſuſcitare occiſum, quem ſuſcitavit mortuum? Brev. Sabbato poſt Dom. Paſſionis.

Jonas fugit Niniven: ſed ait S. Greg. Quia auctoris voci obedire renititur, ad S. Greg. l. 6. Mor. c. 12. locum quo miſſus fuerat, ſuo carcere reus portatur. S. pun. 120. f. 322.

Fra-

Fratres Joſephum vendiderunt, ut non adoraretur, & hæc ipſa venditio fuit medium, quo fuit a fratribus in Ægypto adoratus. Sic humana conſilia non evertunt, ſed promovent conſilium Dei. C. Gen. 37. v. 28.

Judæi per ignominiam paſſionis voluerunt extinguere nomen & memoriam Chriſti, & hoc ipſo illam magis exaltarunt. Poſuerunt cuſtodes ad ſepulcrum, ne diceretur reſurrexiſſe a mortuis, & hi ipſi cuſtodes facti ſunt teſtes reſurrectionis.

Quid mirabilius, quam propagatio fidei in univerſo orbe per duodecim piſcatores? & tamen per viginti annos Evangelium ad omnes mundi partes tranſiit, repugnantibus Principibus & Regibus terræ. Lohner v. *Fides* §. 9. n. 2.

Job. 9. v. 13. Deus eſt, *cujus iræ nemo poteſt reſiſtere, & ſub quo curvantur, qui portant orbem.*

### 104. *Conſervat mundum.*

Joan. 5. *Pater meus uſque modo operatur:* Si ceſſaret unico momento, mundus in nihilum concideret. C. in Gen. c. 2. v. 2. S. Auguſt. ait: *Creatoris omnipotentis omnipotentia eſt cauſa ſubſiſtendi omni creaturæ, quæ virtus ſi ab eis, quæ condidit, regendis aliquando recederet, ſimul omnium rerum ſpecies, & natura concideret.* Ibidem.
S. Aug. in ſent. nu. 277.

Omnes Reges & Principes terræ cum omni ſua potentia non poſſunt unicam muſcam libere & ſine ſuſtentaculo in aere ſuſpendere: Et ecce! Mirabile, & imperceptibile opus Divinæ potentiæ! Orbis terraqueus in medio cæleſtis Planiſphærii pendet. Quis ſuſtentat? Omnipotentia Dei, tribus digitis ſuſtinet, qui ſi uno momento ceſſaret, totus mundus in ſuum nihilum relaberetur.

Non ſunt opera Dei, ſicut artefacta opificum; hæc enim ſine ſuo auctore durant & ſubſiſtunt. Creaturæ autem non ſubſiſtunt ſine Creatore: ſi ille unico momento ab earum conſervatione ceſſaret, cito omnes in ſuum nihilum relaberentur, ſicut figura in ſpeculo diſparet, ſi introſpiciens recedit.

Dicunt quidem nonnulli Veterum Philoſophorum, mundum pendere immobiliter in medio Planiſphærii cæleſtis propter virtutes magneticas ſyderum, quibus ille quaſi in æquilibrio conſervatur, & ſuſtentatur. Verum nugæ ſunt! Deus initio non indiguit virtute magnetica ad creandum mundum, ergo nec illa indiget ad conſervandum. Nempe mundus ſtat & pendet in medio Deitatis virtute illiverbi *Fiat*, quo creatus eſt, cujus virtus in hodiernam uſque diem propagatur & conſervatur. &c.

## PRÆDESTINATIO DEI.

### 105. *Fit dependenter a meritis.*

NAbuchodonoſor & Pharao ambo erant Reges, ambo caſtigati, ambo beneficiis clementer admoniti, & tamen ille reſipuit, & ſalvatus eſt, iſte obduratus, & damnatus. Quare? unus ſe habuit ad ſolem juſtitiæ ut cera, alter ut lutum, ait enim S. Auguſtinus: *Dum ab illo Deus plagas ſuſpendit, illo obdurato corde contra Deum ſe ſuperbus erexit.* B. Ser. 11. n. 34.
S. Aug. Ser. 88. de temp.

Sicut pluviæ non dantur terræ ſine nubibus, ait S. Vincen. Ferr. ita ſalvatio non obtinetur ſine meritis; quia dum Deus deſtinat finem, etiam deſtinat media. M. conc. 36. aſſ. 1. n. 11. Idem aſſ. 3. n. 5.
S. Vinc. Ferr. Ser. 2 poſt Reminiſcere.

Inane eſt illud argumentum: Vel ſum prædeſtinatus, vel non? ſi ſum, certo ero beatus etiamſi nihil operer: Si non ſum; certe damnabor, quidquid faciam. Nam ait S. Vincent. Ferr. Cur ſtudes Philoſophiæ? vel enim Deus prævidit te doctum Philoſophum fore, vel non? cur æger medicum vocas? vel enim Deus definivit te victurum, vel non? cur arma capis? vel enim Deus te vidit ab hoſte interiturum, vel non? M. conc. 36. aſſ. 3. n. 5. Item cur dæmon omnes homines tentat ſine exceptione? ſi enim prædeſtinatio impediri non poteſt, fruſtra eſt tentatio: vel enim tentatus eſt prædeſtinatus vel non? ſi eſt, non obſtante tentatione ſalvabitur. Si non eſt, etiam non tentatus peribit. Ibi. num. 6.

Chriſtus indignatus eſt, dum vidit tunicam ſuam inconſutilem ſorti committi: tunica hæc eſt figura veſtis gloriæ. Paulus Granatenſis ait: Multi . . . gloriam non ex operum ſanctitate, ſed ex quodam caſu exſpectant. B. Ser. 47. n. 3.
Paul. Granatenſ. in Matt. 27. v. 6.

### 106. *Ad gloriam ſumme æſtimabilem reddit hominem.*

Joas filius Ochoziæ ab avia Athalia ex ambitione regni occidendus a cognata clam abreptus, & in templo ſex annis educatus fuit: hunc ſi tu puerum vidiſſes, & ſcivisses eum deſtinari ad coronam, nonne ſummis in honoribus habuiſſes? Ab iis, ait Euſebius Nieremb. qui filium regis noverant, in magno honore habebatur,





batur, non quia regis ornabatur inſignibus, ſed quia ornandus erat. Simile quid de Nabuchodonoſore habetur. O paupercule, veneror te, quia tui centones olim ſplendebunt ſupra ſolem! en! hic ſol, hæc ſydera erunt ſub pedibus tuis. B. Ser. 2. n. 40. 41.

Sancto Antonio Paduano revelatur prædeſtinatio & ſalus æterna cujuſdam Viri: quoties dein Sanctus hunc Virum obvium habuit, profunda cum reverentia coluit. Sanctus Franciſcus Seraphicus ſuæ ſalutis certior factus, ſine intermiſſione jubilat &c. D. 6. 27.

Oſtende mihi Salomonem, Samſonem, Origenem, Trajanum, divitem Epulonem alioſque, quamvis honoris fama, fortitudine, ſapientia, & divitiis fuerint celeberrimi, ego tamen pauperem Lazarum famentem & egentem feliciorem reputo &c.

O quanta olim erit rerum mutatio, cum famuli & ancillæ, nunc abjecti & deſpecti ad coronam & gloriam vocabuntur: Domini autem & Dominæ, a quibus nunc auſtere & crudeliter habentur, in ignem æternum abire jubebuntur? tunc illi exultabunt, iſti ejulabunt; illi immenſas Deo grates referent, iſti præ invidia contabeſcent &c. Cogitent hæc nonnumquam Domini & Dominæ, atque hac cogitatione: Forſan ea die famulus aut famula mea erunt inter electos, ego inter reprobos: hac cogitatione, inquam, diſcent manſuetius, & magis Chriſtiane agere cum ſubditis &c.

### 107. *Cur homini occultetur.*

S. Ludovicus Bertrandus amare flevit, quia neſciret de numero electorum, aut reproborum eſſet: *Nubes & caligo in circuitu ejus.* In hac nebula juſtus adſcendere debet, velut Moyſes in montem: Ingreſſus medium nebulæ aſcendit in montem. Sed cur occultatur homini? Reſpondetur. 1. ut prædeſtinatus non incipiat ſuperbire alioſque contemnere. 2. Ne negligens fiat, nam *Mater negligentiæ eſt ſecuritas*, ait S. Gregorius: Abraham de domo ignem aſportavit ad holocauſtum, noluit enim fidere incertæ percuſſioni ſilicis, ait Oliva: Ita incertitudo cautum reddit. 3. Ait Novarinus: Ut homo Deo ſerviat non tantum propter intereſſe ſuum, & propter præmium; ſed etiam propter ſe abſque intuitu mercedis: Chriſtus Joanni & Jacob petentibus primam ſedem in regno dixit: *Non eſt meum dare vobis.* Cur diſſimulat hanc poteſtatem? ideo, ut calicem paſſionis biberent non pure propter mercedem regni, ſed ex perfectiore caritatis motivo. B. Serm. 32. a num. 12. uſque 17.
Pſal. 69.
S. Greg. l. 6. ep. 21.
Oliva in ſer. 1. 22.

S. Auguſt. ait celari prædeſtinationem, ut homo in humilitate conſervetur. S. Greg. ut ex ſecuritate non fiat negligens. Novarinus, ut ad bona opera tanto vehementius ſtimuletur. S. Bernardus, ut timor proſit ad certificandam ſalutem. B. Serm. 48. n. 1. 2. & ſeq. Denique, ut non præſumat deſpicere, & averſari eos, quos putat minus eſſe certos de ſua ſalute &c.
S. Aug. l. de correp. c. 13. S. Greg. l. 6. ep. 22. Novar. in delit. amor. c. 32.

### 108. *Etiamſi occultetur non affligat hominem.*

S. David contentiſſimus erat, quidquid Deus ſecum facturus eſſet, dicebat humiliter. *In manibus tuis ſortes meæ.* Et hæc ipſa humilis conformitas nota eſt prædeſtinationis, ait Novarinus: *Quædam prædeſtinati nota eſt, æquo animo ferre, ſe neſcire eſſe prædeſtinatum.* Quidam ſervus Dei, ait Kempenſis, anxius optabat ſcire, utrum ſit prædeſtinatus, & vocem audiit, qua quærebatur, quid facturus eſſet ſi ſciret? faceret modo, quod tunc eſſet facturus. Alius, cui dictum eſt, eum eſſe de numero reproborum, reſpondit: ideo de pœnitentia nihil remittam &c. B. Ser. 48. n. 38.
Novar. in delit. amor. c. 31. Thom. Kemp. l. 1. de imit. Chr. c. 25.

Illi tres juvenes dixerunt Nabuchodonoſori: *Deus noſter, quem colimus, poteſt nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, o Rex, liberare: quod ſi noluerit, notum tibi ſit Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.* Eundem in modum dicat Chriſtianus, cum tentatur puſillanimitate circa prædeſtinationem: Audi o Rex tenebrarum, Deus meus poteſt me eripere de camino ignis infernalis: quod ſi noluerit, notum tibi ſit, quod tamen Deos tuos, id eſt vitia non adoro: Deus enim dignus eſt tamen amari, etſi peream &c. Segn. Manna 10. Auguſt. n. 7.

Sanctus ille Vir, ſeu Angelus, qui D. Taulerum viam cæli edocuit, rogatus ab eo: Quid faceres, ſi te Deus damnare vellet? repoſuit: *Duobus brachiis, humilitate & amore eum complecterer, ut mecum detraherem in infernum, & ſic infernus mihi eſſet paradiſus.* Parem in modum cum Senex Eremicola diſcipulo cum lacrymis diceret, mi bone Juvenis, revelatum eſt mihi de te, quod futurus ſis de numero

damnatorum! reſpondit: Benedictus Deus! nec tamen deſperabo, ſed cœpta pœnitentiæ opera duplicabo! Et ecce! revelatum eſt ſeni, *hunc* ſuum diſcipulum eſſe ſalvandum. C. 2. Petri c. 1. v. 10.

### 109. *Negatur homini ex culpa propria.*

Abrahamo promiſſum eſt ſuam ſtirpem multiplicatum iri, ut ſtellas cæli, & arenam maris: ſtellæ in cælo, arenæ in terra ſunt. B. Ser. 47. n. 4. Ex arbitrio hominis eſt, an velit ſtellis cæli, aut arenæ maris accenſeri.

Gentilis de Divinitate ſui idoli dubitans, acceſſit illud, paſſerem occulte in manu tenens, interrogavitque: ſi Deus es, dic, vivumne ſit, an mortuum, quod manu teneo? (cogitabat autem, ſi reſponderit eſſe *vivum*, mox compreſſa manu volucrem necabo: ſi dixerit eſſe *mortuum*, liberam avolare permittam, ſic mentietur quidquid dixerit) repoſuit idolum: *ut vis!* Sic reſpondendum interrogantibus de ſua prædeſtinatione.

Ipſi etiam Antichriſto patet porta cæli, quia nomen tribus Dan ſcriptum eſt in porta, ex qua tribu ille naſciturus eſt. B. Ser. 47. n. 10. Vide titulum *Beatitudo*.

Tintinnabula in veſte ſacerdotali erant ſeptuaginta, omnia tinniebant, ut ſignificetur, ſeptuaginta mundi regna vocari: ſi ergo non audiant, ſua culpa pereunt. M. conc. 36. aſſ. 1. n. 9.

Dilemma prædeſtinationis: vel ſum prædeſtinatus, vel non ſum; ſi ſum, certe ſalvabor; ſi non ſum, certe damnabor, ſolvitur per hoc: ſi es prædeſtinatus, bene tibi operandum eſt, prævíſus enim es bene operaturus, quod ſi nolis operari, ſignum eſt, te non eſſe prædeſtinatum. Sic Taulero reſpondit Vir ille, ſive Angelus: fac nunc, quæ facere velles, ſi ſcires, te eſſe prædeſtinatum &c. C. 2. Petri c. 1. v. 10.

### 110. *Pauci ſunt prædeſtinati ad gloriam.*

Quidam eremicola inter innumeros tantum tres ſalvari videt. Inter triginta millia, qui cum S. Bernardo moriuntur, tantum duo ſalvantur. S. pun. 142. fol. 449. E. *Damnatus*. n. 1. 2.

Chriſtus ex Apoſtolis tantum tres aſſumpſit in montem Thabor. Per Apoſtolos autem intelliguntur fideles, ex quibus etiam pauci electi. S. pun. 142. f. 447.

Petrus de arca loquens tantum octo animas ſalvatas eſſe miratur, & arcam dein dicit eſſe Eccleſiam. S. Ibid. f. 448.

Ex Ægypto exibant ſexcenta hominum millia, & tantum duo venerunt in terram promiſſam. S. Ibid. item M. conc. 36. aſſ. 3. n. 7.

Vincentius Ferrerius narrat, tempore quo Sanctus Bernardus mortuus eſt, ex 30000 judicatis tantum quinque fuiſſe ſalvatos. In annalibus Sancti Franciſci narratur mulierem revixiſſe, & revelaſſe ex 60000, tantum tres ſalvatos fuiſſe. B. Serm. 47. num. 37.
*S. Vinc. Ferr. Ser. 6. in Sep.*

Neque putes hanc multitudinem tantum conſtitiſſe ex infidelibus; nam S. Chryſoſtomus hæc verba: *Pauci electi*, intelligit etiam de fidelibus. S. pun. 142. Sunt tamen auctores qui contrarium tenent, putantque plurimam partem fidelium ſalvatum iri. M. conc. 36. aſſ. 3. n. 8.

S. Gregorius ait: *Ad fidem multi veniunt, ſed ad cæleſte regnum pauci perducuntur*. Et S. Chryſoſtomus prædicans ad populum Antiochenum: *Quot putatis eſſe in hac civitate, qui ſalvi fiant: Moleſtum eſt, quod dicturus ſum, dicam tamen: Non poſſunt in tot millibus inveniri centum, qui ſalventur, quin & de his dubito*. Ratio eſt, quia in paucis inveniuntur ſigna prædeſtinationis, ſed plurima vitia. D. 3. 6. VV. artic. diſc. font. 64. ex 1.
*S. Greg. hom. 19. ſuper Lu.*
*S. Chryſ. hom. 40. ad pop.*

S. Chryſoſtomus publice pro concione dixit in populoſiſſima urbe Conſtantinopoli non fore centum, qui ſalvandi ſunt. P. p. 1. diſc. 5. n. 4. Idem ſentiunt alii Sancti Patres inter quos S. Hieronymus. *Vix de centum millibus, quorum mala fuit ſemper vita, meretur a Deo indulgentiam habere unus*. Ibid. nu. 6. In diluvio tantum octo animæ ſalvantur, ex Iſraelitis peregrinantibus ſolum duo in terram promiſſam deveniunt. Ib. n. 7. Chriſtus ipſe interrogatus an pauci ſalventur, repoſuit: *Contendite intrare per anguſtam portam; quia multi quærent intrare, & non poterunt*. Ib. n. 8. Et VV. art. diſc. font. 64. ex. 1.
*S. Chryſ. hom. 24. in Act. Apoſt.*
*S. Hier. apud Euſ. ad Dam.*
*Luc. 13.*

Philippus Doctor Pariſienſis poſt mortem apparet Epiſcopo, & damnatum ſe eſſe ait propter ambitionem & luxuriam. Dein interrogavit Epiſcopum an ſuprema dies jam adveniſſet? reponente Epiſcopo: Hodie eſt trigeſima dies, ex quo mortuus es, dixit Cancellarius, væ væ! nos credebamus neminem in mundo ſupereſſe; quia ſicut nix cadit de cælo, ita intrant animæ in infernum. E. *Infernum*. 14.

Sunt auctores, qui putant ex Chriſtianis plures ſalvari, quam damnari, quia fere omnes in fine percipiant Sacramenta. Et favet parabola nuptiarum regni cæleſtis, ubi unicus tantum non habens ve-





ſtem nuptialem reprobatus eſt. Contrarium tamen tenent plures auctores, qui defendunt, numerum damnatorum ex Chriſtianis fore majorem, quam ſalvandorum. 1. Quia tam in ſtatu naturæ, quam in Lege Moſaica plures interierunt. 2. Quia longe major pars Chriſtianorum vivit in ſtatu peccati mortalis. 3. Quia plurimi, etſi pœnitere videantur, tamen propoſito efficaci deficiunt: *Hac enim juſta animadverſione punitur peccator*, ait S. Gregorius, *ut qui vivens oblitus eſt Dei, moriens obliviſcatur ſui &c.* C. in ep. Jac. c. 2. v. 13. Et Apoc. 21. v. 16.
*S. Greg. & S. Aug. l. 3. de lib. arb.*

Damnatorum numerus erit ultra millenos milliones, ſæpe enim ex millenis vix ſalvatur unus &c. C. Num. 14. v. 30. Et Apoc. 7. v. 9. Item Iſa. 17. v. 5. Matth. 7. v. 14. Num. 14. v. 3.

Quamvis Salomon, Samſon, Origenes, Trajanus magna habuerint in Deum & Eccleſiam merita, dubia tamen eſt illorum ſalus. C. Eccli. c. 45. v. 21.

Meminiſſe hic incidenter juvat quæſtionis inter SS. Patres & Theologos contentioſe agitatæ, an Rex ille ſapientiſſimus Salomon, qui pretioſiſſimum templum Hieroſolymitanum Dei honori ædificavit, ſed demum ad turpiſſimam luxuriam & idololatriam defecit, an inquam Salomon ſalvus ſit aut damnatus? Reſpondeo: De ſalute, & interitu Salomonis incerta ſunt omnia, idque voluit Deus, ut pio metu homines ſemper ſuſpenſos teneat. Nihilominus ſunt authores alii affirmantes, alii negantes. Pro ſententia affirmante ſtant rationes, 1. Authoritas S. Hieronymi, S. Gregorii Thaumaturg. Ruperti, Pinedæ, Saliani, Barradii, Serarii, Sanchez, Delrio, & aliorum apud Corn. a Lap. in Prov. c. 24. v. 32. f. 674. 2. Quia Deus promiſit Davidi ſe Salomonem correpturum ſi peccaret 2. Reg. 7. *in Virga Virorum*, qua homines caſtigari ſolent. 3. Prover. 24. ipſe Salomon ait: *Noviſſime ego quoque egi pœnitentiam, reſpexique ut eligerem diſciplinam*. 4. Quia dicitur *Dilectus Deo*, fuit typus Chriſti & Scriptor Canonicus tot ſacrorum librorum. Fuit Romæ aliquis Concionator, qui diceret, Salomonem e purgatorio jam primum liberatum, idque cuidam ſanctæ feminæ revelatum fuiſſe. 5. Hoc ipſum ſat pœna eſt Salomoni quo peccata illius puniuntur, quod has Doctorum cenſuras, & de ſalute dubitationes tolerare debeat: Hæc certe longa, & continua ignominia eſt. 6. Huc etiam inclinat Revelatio facta S. Mechtildi roganti de ſtatu Salomonis: *Quid Miſericordia mea* (NB.) *cum anima Salomonis fecerit, volo homines latere, quatenus carnalia peccata ab hominibus magis devitentur*. Corn. a Lap. in Eccleſiaſt. c. 47. v. 22.

Pro ſententia negativa ſtant Tertul. S. Cyprian. S. Auguſt. S. Chryſ. Rabanus, Iſidorus, Lyranus, Abul. aliique apud Cor. a Lap. in 3. R. 11. Rationem dant. 1. Quia Scriptura commemorat lapſum graviſſimum, non vero pœnitentiam, ſicut adjicit in lapſu Davidis & aliorum. Dein 2. Quia delubra ædificata non deſtruxit, non enim fuerunt deſtructa uſque ad Joſiam Regem. 3. Quia videtur Deus in hunc finem Salomonem in hac vita cumulaſſe omnibus bonis, ut ejus merita in tempore remuneraretur. 4. Quia amor feminarum tam ardens eſt, ut fere ſit inſuperabilis, prout patet in conſuetudinariis. Vide Corn. a Lap. in Proverb. 2. v. 19. 5. Sanctus Nilus interrogatus, an Salomon ſit ſalvus, reſpondit: *De Salomone nihil uſpiam legimus in Scriptura, quod poſt peccatum pœnitentiam egerit, ſicut Manaſſes, quis ergo dicere de illo poterit, quod ſit ſalvus?* Plura vide apud Corn. a Lap. in Eccleſiaſtici c. 47. v. 22. ubi fuſe de hac re. Item D. 1. 28. &c. Hæc de Salomone: quod ſi ulterius curioſe ſcire cupias, quid Prædeſtinatio Dei decreverit circa Henoch, & Eliam qui mortui non ſunt, ſed rapti? attende, quid ajam ad hanc quæſtionem!

### 110. *An Henoch & Elias in cælis, vel ubi ſint?*

Henoch mortuus non eſt; quia Scriptura de illo, non æque ac de ceteris addidit illud: *Et mortuus eſt!* creditur una cum Elia raptus fuiſſe in paradiſum, ubicunque demum locus ille exiſtat. Ibi, quamvis corpus mortale habeat utpote moriturus, ſine cibo & potu tamen per potentiam Dei conſervatur, & ad ultima mundi tempora reſervatur. Quæritur ergo, an Elias & Henoch fruantur Deo, & defacto ſint Beati in cælis?

Reſpondeo negative; 1. Quia ſunt viatores utpote adhuc morituri; nullus autem viatorum videt Deum: certe nec Moyſi, nec Paulo, nec ulli alteri conceſſum fuit ante mortem videre Deum. 2. Quia ſi fruerentur Deo, deberent quondam a ſtatu beatitatis redire ad ærumnas, ad labores, ad mortem: atqui hoc paradoxum

eſt, nec in ullo alio Sanctorum exemplificari poteſt. Certe ſoli Chriſto Dei Filio hoc privilegium proprium fuit, ut ſimul fuerit comprehenſor & viator &c.

Dices 1. S. Joannes Apoſtolus iterum venturus eſt in mundum cum Henoch & Elia, juxta illud: *Sic eum volo manere:* Et certe debetur illi corona Martyrii vi promiſſionis: *Calicem meum bibetis!* quam tamen nondum acquiſivit: Atqui S. Joannes defacto in cælis cum Chriſto beatus eſt: Ergo poſſunt Beati de cælis redire in terram. Reſpondeo, nego aſſertum, & dico, Chriſtum non aſſertive, ſed conditionate dixiſſe: *Sic eum volo manere, quid ad te?* ut retunderet curioſitatem Petri quærentis: *Hic autem quid?* Porro S. Joannes defacto Martyr eſt, quia in dolium ferventis olei immiſſus fuit &c.

Dices 2. Græci celebrant defacto feſtum Eliæ, illique templa erigunt, quod non fit, niſi Beatis. Reſpondeo, celebrant mirabilem illius raptum, & in memoriam raptus erigunt Eccleſias, imo Eccleſiæ non eriguntur Sanctis, ſed Deo in memoriam Sanctorum &c.

Dices 3. Si Elias & Henoch ſunt viatores, tunc merentur, & conſequenter per tot annorum millia augebunt merita ultra omnes Sanctos: ad quod aſſerendum plane nullum datur fundamentum. Reſpondeo, probabilius eorum merita ſuſpenduntur, tum quia (ut aliqui dicunt) ſunt in ſtatu medio inter Beatos, & Viatores, tum quia altiſſima contemplatione abſorpti, & quaſi ſopiti, nec patiuntur, nec quidquam moleſtiæ habent &c. C. in Gen. 3. v. 24.

### 111. *Eſt metuenda propter arcana Dei judicia.*

Si unus tantum in mundo damnaretur, quivis haberet cauſam metuendi ne ille unus ſit: *Unus ex vobis me tradet, & contriſtati ſunt omnes.* Quanto magis metuamus, cum tantus ſit numerus reproborum? S. punct. 142. f. 448.

Quia nemo ſcit an ſit prædeſtinatus ad gloriam, aut præſcitus ad pœnam, ideo ſemper timendum. Paoletti Fer. 4. poſt Dom. Paſſion.

Judas Apoſtolus perit & latro in cruce ſalvatur: Auguſtinus convertitur, & Origenes pervertitur: multi, qui pluribus annis ſancte vixerunt, ultimato in peccatum, & interitum prolapſi ſunt; econtra multi ſceleribus diu petulcientes demum converſi, & ſalvati ſunt. Quare? ut ſemper timeamus offendere Deum, qui eſt Dominus ſuarum gratiarum, & nobis non indiget!

Veteres fingunt quemlibet Deorum ſibi deſignaſſe arborem infructuoſam: Jupiter quercum, Venus myrrham, Apollo laurum, Neptunus rubum, Juno Juniperum. Cur infructuoſam? Nempe ne talis adlectio fructui arboris adſcribi poſſit. Nos homines aridi, & ſicci ſumus: *Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare ex nobis*, conſequenter gratia prædeſtinationis primario eſt mera gratia Dei. M. conc. 36. aſſumpt. 1. n. 8.

Sancti *mittunt coronas ſuas ante thronum*, quia hæc diademata plus Dei ſunt, quam ſuam propter gratiam prævenientem. *Apoc. 19.* *O Bonitatem Dei, quæ noſtra vis eſſe merita, quæ tua ſunt dona*, ait Cœleſtinus Papa. M. conc. 36. aſſumpt. 2. n. 5. *Cœleſtin. ep. ad Epiſ. Afr.*

Milites cum ex gravi delicto pro vita & morte ludere jubentur, quantum trepidant, expalleſcunt, contremiſcunt; quia neſciunt, an jacta alea vitam illis aut mortem ſit allatura. Ita in timore & tremore operari nos oportet; quia neſcit homo, an amore aut odio dignus ſit.

### 112. *Prædeſtinatio eſt gratuita, ſed glorificatio ob merita.*

Non dicat aliquis: prædeſtinatus ſum; ergo ſine labore ſalvus ero: fallax eſt concluſio: Chriſtus Apoſtolis promiſit Spiritum Sanctum, & tamen illi erant *perſeverantes in oratione*: Cur orabant? non potuit enim Chriſtus non ſtare promiſſis? S. Vincent. Ferr. reſpondet, quia *requiritur diſpoſitio*. Sicut ſi Pontifex tibi promittat dolium balſami, tu vero dolium prius ſtercore repleas, non poteſt ſtare promiſſis Pontifex defectu ſe tenentæ ex parte tui. M. conc. 36. aſſ. 1. n. 10.

Miles congreſſurus cum hoſte invocavit auxilium Minervæ, & hæc illi victoriam promiſit. Deſcendit igitur in arenam non tam pugnans gladio, quam ſecurus de triumpho, cumque ab hoſte vulneraretur, exclamavit: ubi eſt Deorum fides? ubi eſt promiſſa victoria? verum vocem de cœlo audiit: Non otianti, ſed pugnanti promiſi victoriam. Sic res ſe habet in promiſſione beatæ prædeſtinationis: Deus dat gratiam, & ex parte noſtra expectat cooperationem.

S. Bernardus ait: tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis, nimirum bona operatio, pœnitentia, & continentia: hæc tria teſtes nobis ſunt, & ſigna impetrandæ gloriæ. S. Antonius Abbas hæc tria ſalutis remedia dedit: 1. Quocumque vadis, ſemper Deum præ oculis habe. 2. In his quæ agis, adhibe teſtificationem Sacræ Scripturæ. 3. In quocunque loco ſederis, non cito movearis. *Hæc tria cuſtodi, & ſalvus eris.*

*S. Aug. Ser. 12. de temp.* Audiamus S. Auguſtinum: *Beata vita eſt cognitio Divinitatis, cognitio Divinitatis eſt virtus boni operis, virtus boni operis, fructus eſt æternæ beatitudinis.* C. in 2. Petri c. 1. v. 10.





## PRÆSENTIA DEI

### 113. *Eſt expeditiſſimum remedium ad perfectionem.*

*S. Aug. Ep. ad Fortunat.* DEus juxta S. Aug. eſt merus oculus, omnia videt, mera auris, omnia audit, mera manus, omnia operatur, mille mundos impleret &c. B. Ser. 4. n. 22. C. in Eccli 23. v. 28.

*Cœlum & terram ego impleo.* Ubi S. Auguſt. *Tu Domine cœlum & terram imples, omnia portans ſine onere, omnia implens ſine incluſione &c.* A. lect. 8. n. 2. *Jerem. 23.* *S. Aug. c. 1. Manual.*

*Deus ubique eſt*, ait S. Bernardus, *ſed diverſa diſtinguens: apud malos præſtolans, & diſſimulans: apud Electos operans & ſervans: apud ſuperos paſcens & cubans: apud inferos arguens & condemnans.* A. lect. 8. n. 2. Et. Ibid. §. 3. *S. Bernar. Ser. 6. de Dedic. Eccleſ.*

Hinc Sancti non curarunt exilia: *Solus non eſt, qui ſine Deo non eſt* ait Sanctus Cyprian. C. Exod. 2. v. 15.

*Ambula coram me, & eſto perfectus*, ubi alii legunt, & *eris* perfectus. *Beatus Vir qui in ſenſu ſuo cogitabit circumſpectionem Dei*, id eſt ille habebit beatitudinis circumſpectionem. S. punct. 57. fol. 203. A. lect. 7. n. 24. *Gen. 17.* *Eccl. 14.*

Illa animalia plena oculis ante & retro ſunt figura juſtorum, qui operando, loquendo, manducando &c. ſemper Deum coram oculis habent. S. pun. 57. f. 204.

Noe juſtus erat, quare? quia te *vidi coram me*. S. pun. 57. f. 206.

Hebræi adoleſcentes ex Regio ſanguine olim quærebantur, *in quibus nulla eſſet macula decori forma, & eruditi omni ſapientia.* Quare adeo mundi? quia debebant *ſtare in conſpectu Regis Nabuchodonoſor*. Si tantam munditiem exigunt oculi Regis terreni, quanto magis cæleſtis? A. lect. 7. n. 17. *Dan. 1.*

### 114. *Refrænat peccata.*

S. Auguſt. ait: *Nobis eſt indicta neceſſitas juſte, & recte vivendi, quia cuncta facimus ante oculos Judicis omnia cernentis.* Quis enim fur ſub conſpectu judicis auderet furari? &c. B. Serm. 4. n. 23. C. in 2. Petr. 3. v. 14. *S. Aug. ſoliloq. c. 14.*

David de ſe fatetur: *Servavi mandata tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.* Cur Suſanna non peccavit in horto, econtra peccaverunt primi parentes? quia illa Dei præſentiam coram oculi habebat, econtra illi ſperarunt ſe poſſe abſcondi a facie Dei. *Abſconderunt ſe ſub arbore.* B. Serm. 4. n. 24. & ſeq.

David in ſolitudine Idumææ ſicut in ſancto apparuit, ex conſideratione præſentiæ Dei. S. pun. 55. f. 198. Et A. lect. 7. n. 12.

Qui nefas cogitat ſolicite inquirit an nullus ſpectator adſit, quanto magis verecundare debes, ſi conſideras omnia plena eſſe Deo, ait S. Ambr. S. pun. 56. f. 200. *S. Ambr. in Pſal. 118.*

Joſeph tentatus reſpondit, quomodo poſſum hoc facere? ubi Ambr. pulchra ratio, quod nec occultum poſſet eſſe peccatum, quod Deo teſte committeret. S. pun. 56. f. 203. *S. Ambr. l. 1. c. 2. de Jos.*

*Hæc una cogitatio, ſi eſſet aſſidua, contra omnia vitia medelam præberet.* C. in Gen. c. 6. v. 9. f. 209. col. 1.

Seneca ait: *Magna peccati pars tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat.* Et Tales Sileſius unus ex Sapientibus Græciæ: *Homines exiſtimare oportet Deos omnia cernere, & Deorum omnia eſſe plena, & ita omnes erunt meliores, ſi Deo teſte ſe omnia agere cenſerent.* A. lect. 7. n. 11. *Senec. Ep. 10. ad Lucil.*

Servus ille decem millium talentorum debitor coram Domino gemit, humiliatur, veniam rogat: at quamprimum ex oculis Domini abivit, conſervum immiſericorditer jugulavit. &c. A. lect. 7. n. 31.

S. Ephrem ab impudica muliere ad nefas invitatus, condixit illi, quod velit cum ea in publico foro coram hominibus peccare. Averſante illa, ſubintulit: ſi erubeſcis coram hominibus, quanto magis erubeſcere debes coram Deo. E. *Erubeſcere*.

Sancti Dei ſemper præſentiam Dei ante oculos habentes omnia ſancte & caſte peregerunt, econtra impii omnia male de quibus dicitur: *Non eſt Deus in conſpectu ejus, inquinatæ ſunt viæ illius omni tempore.* Tales fuerunt illi ſenes inſidiantes Suſannæ. C. Gen. 39. v. 9. *Pſal. 9.*

S. Baſilius rogatus, quis frequenter iraſcitur? quis ad bona opera piger eſt? quis

Dei gloriam non promovet: hoc unum ad ſingula reſpondit: *Qui non ſemper cogitat, Deum ſuarum actionum inſpectorem eſſe; hæc enim una recordatio, ſi eſſet aſſidua, contra omnia vitia medelam præberet*. C. Gen. 6. v. 9.

Virga vigilans, quam Jeremias vidit; ſignificat potentiam & imperium Dei; ſic Ægyptii pingebant Deum quaſi oculum baculo innixum. 2. Significat celerem Dei ultionem punientis peccata, ut peccatores ad pœnitentiam adducat. C. in Jerem. 1. v. 11.

*Eccli. 23.* *Oculi Domini multo plus ſunt lucidiores ſuper ſolem*. Sol etſi totam terræ ſuperficiem circumſpiciat, tamen non intuetur mores, & actus hominum internos, non penetrat profundum abyſſi, non inſpicit corda, nec abſconditas mundi partes. Hęc autem omnia Divinis oculis pervia ſunt. Videt terræ viſcera & centrum, loca inferni, dæmonum, & damnatorum tormenta, in toto mundo autem omnes angulos, cubicula, lectos, antra, cavernas, & latibula &c. Quis poteſt cogitare iſta, quin deterreatur a peccato? C. in Eccli. 23. v. 28.

### 115. *Ex defectu conſiderationis præſentiæ Dei peccata innumera.*

*Pſal. 9.* *Non eſt Deus in conſpectu ejus*. Quid deinde? *inquinatæ ſunt viæ illius*. Ubi S. Aug. prodeant in medium, qui male vivunt, hi non ſolum corde, ſed & factis Deum negant: talia ajunt, quæ indicant, quod Deum præſentem non credant. S. punct. 55. f. 199.

Cur Petrus negavit Chriſtum? quia *ſequebatur* eum a longe, non negaturus, ſi ſemper e propinquo Chriſtum ſub oculis habuiſſet. M. conc. 13. aſſumpt. 2. n. 3. Et A. lect. 7. n. 18.

Judæi petulantiſſime verberibus, ac ſputis inhonorant Chriſtum: quomodo tantum nefas auſi ſunt ſine omni reverentia, & pudore? quia prius velabant faciem Chriſti, ait Beda. S. pun. 12. f. 583. Et A. lect. 7. nu. 32.

Ethnici metuebant vivere ſub conſpectu Dei, hinc aliqui ſolem ſtatuerunt pro Deo, ut ſaltem de nocte a conſpectu Dei eſſent ſecuri, alii lunam, ut de die. S. Ib. f. 584.

Scelera ac flagitioſiſſima peccata ſæpe apud hominem abundant; Quare? quia *non* *Pſal. 9.* *eſt Deus in conſpectu ejus*. Supra quæ verba S. Ephrem: *Ubi memoria Dei abeſt, ibi tenebræ cum ſætore dominantur*. A. lect. 7. n. 27.

Filius prodigus in domo paterna bene erat moratus, vix ex patris oculis abiit, cum fuit porcis unitus. Quia *abiit longe plus mente, quam loco*, ait S. Chryſologus. A. lect. 7. n. 28. *S. Chryſol. Ser. 1.*

*Jerem. 12.* Mundus ſceleribus pleniſſimus eſt, quia *nullus eſt, qui recogitet corde*. A lect. 7. n. 30.

Sic terra, cui contiguum ædificium conſpectum ſolis eripit, propter continuam umbram, & frigiditatem non eſt apta ad producendos flores, ſed ſolas urticas: ita homo qui præſentiæ Dei obliviſcitur non virtutes germinat, ſed in vitia prolabitur. Seg. Mann. 3. Sept. n. 4. in fine.

### 116. *Semper cogitatur a juſtis, fugitur ab impiis.*

Heliotropium ſemper ad ſolem, homo juſtus ſemper ad Deum reſpicit. S. punct. 57. f. 205.

Adam quamdiu coram Deo ambulat, juſtus eſt, cum vero ſe elongavit a Deo, ita, ut clamari debuerit, *Adam ubi es?* peccator erat. Abel coram Deo ambulat, Cain fugit a facie Domini. S. pun. 57. f. 205.

Illa quatuor animalia ſemper habebant facies averſas, & ſi procedebant, ut fulgur revertebantur: ita homo juſtus, etſi interdum ad ſua negotia recedat, ſtatim ad Deum revertitur: ita fecit David inter regni negotia. S. pun. 57. fol. 205.

Ethnici ſub aſpectu Dei vivere nolebant, hinc aliqui ſolem pro Deo habuerunt, ut ſaltem noctu ab aſpectu Dei eſſent liberi, alii lunam, ut de die, ait S. Cyrillus. S. pun. 12. f. 584.

Duo ſenes Suſannam ad nefas invitare auſi ſunt; quia ſibi perſuadebant, quod ſoli eſſent, & a nemine viderentur. *Tunc homines ad ſcelera deſcendunt*, ait S. Baſilius, *cum aut Deum non inſpicere, aut illi curæ non eſſe ea, quæ hic geruntur, autumant*. *S. Baſil. or. 2. de ira.*

*In ſenſu ſit tibi cogitatus Dei*: Id eſt in mente, in opere, in verbis ſit locutio tua de Deo, præſertim in conviviis, ſicut fecerunt primi Chriſtiani in Agape: hoc fecit David: *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper*, atque hæc eſt inchoatio vitæ angelicæ & beatæ; angeli enim ſemper vident faciem Patris. C. in Eccli. 1. c. 9. v. 23. *Eccli. 1. c. 9. v. 23.* *Pſal. 15.*

*Ne dicas, a Deo abſcondar? &c.* Impii, ut remorſum conſcientiæ ſopiant, ex tribus rationibus ſibi fingunt, ſe a Deo non videri. 1. Quia Deus Deus eſt; indignum enim videtur, quod celſiſſima Majeſtas attendat ad infimos hominum, qui ad eum quaſi locuſtæ & pulices ſunt. Verum Deus ſicut immenſus eſt, ita oculum habet immenſum &c. 2. Dicunt, quod Deus longiſſime abſit a nobis, & in ſummitate cælorum habitet. Verum Deus habet oculos acutiſſimos: totus mundus reſpectu illius eſt velut punctum: ſicut ergo in parvo cubiculo herus omnia videt, ſic Deus in mundo. 3. Dicunt, infiniti ſunt hominum miliones, in tanta multitudine ego non agnoſcar. Verum cum numerus hominum ſit finitus, infinitus Dei oculus omnia comprehendit. Hinc Sancti cum Davide clamarunt: *Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam?* C. in Eccli 1. c. 9. v. 23. *Eccli. 16.* *Pſal. 138.*



Quilibet Chriſtianus dicat: *Noſtra converſatio in cælis eſt*. 1. Quia mentem & cogitationem habemus continuo de Deo, de Sanctis, de vita beata, S. Maria Ogniacenſis nihil loqui eſt ſolita, niſi de Deo, & Sanctis, hinc Sancti ſuum feſtum illi prænunciare ſunt ſoliti. 2. Converſatio noſtra in cælis eſt per ſpem, qua tendimus ad cælum, & brevi Chriſtum videre ſperamus. 3. Converſatio noſtra in cælis eſt per vitam cæleſtem, quam in terris agimus puram & ſanctam, qualem Angeli agunt in cælis. Hæc converſatio ſignum eſt æternæ electionis. C. ad Philip. c. 3. v. 20.

### 117. *Operatur in nobis victoriam tentationum.*

Sanctus Rex David conqueritur de importunitate renum ſuorum: *Uſque ad noctem increpuerunt me renes mei*: Cardinalis Cajetanus intelligit per renes tentationes carnis. Sed qua arte vicit? Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper. A. lect. 7. n. 12. *Pſal. 15.*

Hunc ipſum in finem alibi dicit: *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos*. Patientiſſimus Job horrendum in modum tentatus *in omnibus his non peccavit labiis ſuis*. Quare? quia ſemper cogitabat, *Ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat*. A. lect. 7. n. 13. *Pſal. 24.* *Job. 31.*

Veteres Hebræi adſtruunt Iſmaelem fuiſſe latrociniis deditum; Cardinalis Cajetanus defendit Iſmaelem contra hanc calumniam, atque hujus defenſionis argumentum fortiſſimum affert, quia in ſcripturis dicitur: *Et fuit Deus cum eo*. Impoſſibile enim eſſe ait, ut aliquis latrocinia faciat, qui in Dei conſpectu ambulat. A. lect. 7. n. 14.

Suſanna & Joſephus ſuperant tentationem: Quare? quia Deum præ oculis habebant. Cogitemus Deum ſemper præſentem, & *ſtatim effugiet omnis illicita concupiſcentia*.

Sicut impoſſibile eſt, quod aliquis ſubditus conjurationem faciat ſub oculis regis, ita ait S. Thereſia, impoſſibile eſt peccare eum, qui Dei præſentiam coram oculis habet. A. lect. 7. n. 15. & 16. C. Eccli. 16. v. 17.

Modus autem ſemper verſandi in præſentia Dei, & ſic animum muniendi contra inſultus inimici, eſt. 1. Si Deum quaſi Spiritum per cælum & terram diffuſum tibi repræſentes. 2. Si Deum in corpore & anima tua inhabitantem, eaque conſervantem intuearis. 3. Si Deum ad omnes actiones tuas concurrentem aſpicias. 4. Si Deum Incarnatum, & in terra ambulantem coram oculis habeas. 5. Si ut præſentem in Euchariſtia ſæpe ſæpius per diem adores &c. C. in Eccli. 47. v. 10.

### 118. *Eſt potens ſtimulus ad converſionem peccatorum.*

S. Petrus ter negavit Dominum: paulo poſt autem ardentiſſime peccatum deflevit, quia *reſpexit Dominus Petrum*. S. Paulus perſecutus eſt Eccleſiam, ut autem vocem audiit: *Quid me perſequeris*, ſtatim converſus eſt. A. lect. 7. n. 18. 19. *Luc. 22.* *Act. 9.*

Sanctorum aſpectus terret peccatores; ita Reinerius Marchio impius de S. Romualdo dicere ſolebat: Non Imperator, non aliquis mortalium tantum mihi metum valet incutere, quantum me Romualdi terret aſpectus. Sancta Coleta impuros homines ſolo aſpectu caſtos reddit. Sancta Maria de Ognies ſcandaloſum Clericum Cameracenſem ſolo aſpectu ita commovit, ut ille effuſiſſimas lacrymas fleret. S. Malachias Hiberniæ Epiſcopus ſola præſentia, & verborum gravitate armatorum numerum repreſſit, qui eum occidere decreverant. Idem operatus eſt S. Norbertus, S. Equitius & alii. Quodſi hoc valet aſpectus Sanctorum, quid non valeat ad converſionem peccatoris præſentia Dei &c. A. lect. 7. n. 20.

S. Ephrem, & Paphnutius impudentiſſimas feminas per Divinæ præſentiæ inculcationem convertunt. A. lect. 7. n. 22. & ſeq.

Mulier quædam impuro corpore quæſtum factura, intuitu Polæmonis caſti Philoſophi continet ſe a laſcivo opere: quanto magis id Deus efficiat? Rex Antigonus ex latibulo audiens milites contra ſe loqui, caput extulit, inquiens, recedite, Rex audit: ita monendi eſſent peccatores: Recedite in angulos Divinis oculis impervios &c. P. p. 2. diſc. 1. n. 11.

Quantum erubeſceret Nobilis, ex ſua



008410

culpa ad paupertatem redactus, qui olim in aula primarium inter proceres miniſtrum egit, ſi attritis veſtibus, aut laciniis tectus coram oculis ſui principis comparere deberet? Talis ſors eſt Chriſtiani, qui veſtem gratiæ in Baptiſmo, aliiſque Sacramentis receptam per peccatum perdidit. O quantum erubeſcere ſeipſum coram Deo debet &c.

*119. Potens ſtimulus ad virtutem & ſanctitatem.*

Sicut pueri, & famuli verecunde, ſubmiſse, reverenter, ac ſolicite ſe gerunt, quamdiu cum parentibus ac Dominis verſantur, curantque ne vel in puncto ab illorum voluntate aberrent; ita homo Chriſtianus in conſpectu Dei agat. Hunc in finem cogitet 1. Quam auguſta, ſublimis & tremenda ſit Dei Majeſtas, ſub cujus oculis columnæ cæli, Cherubini, & Seraphini contremiſcunt. 2. Cogitet, quam exacte illa Majeſtas ſibi a nobis, terræ vermiculis ſerviri velit, & ſua juſſa ſervari: *Mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* 3. Cogitet peccata præterita, & pericula præſentium, & futurorum: *Cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini.* 4. Cogitet ſe in agone verſari contra hoſtes, & Deum ſe ſpectatorem & adjutorem habere. 5. Cogitet omne bonum ſe a Deo habere, & eſſe Dei mendicum. 6. Cogitet illud Moyſis: Deus noſter ignis conſumens eſt: ſicut ergo cum igne, ita & cum Deo ſolicite agendum, ne igne ſeu fulmine nos deturbet ad tartara. C. Michææ 6. v. 8.

Ita ſolicite cum Deo ambulabat Job, Job. 31.
dicens: *Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti.* Ita Tobias
Tob. 4. moriens teſtamento monuit filium: *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & cave ne aliquando peccato conſentias.* Ita S. Cæcilia ſolicite ambulabat cum Angelo Cuſtode & cum Deo, tota vacans orationi, jejunio, cilicio, & converſioni animarum. Ita S. Aloyſius in aulis Regum & Principum verſatus, inter medias illecebras ſe illæſum conſervavit ab omni peccato. C. Michææ 6. v. 8.

*120. Semper cogitari poteſt, etiam inter negotia.*

Angelus ille, qui duxit, & reduxit Tobiam, tamen affirmavit, ſe eſſe unum ex illis, qui adſtamus ante faciem Dei. S. pun. 57. f. 206.

Non omnes poſſumus ſedere ad pedes Redemptoris cum Magdalena, ſed aliqui miniſtrare debent cum Martha: nihilominus Martha etiam inter negotia *ſtetit, & ait: Domine &c.* S. pun. 57. f. 207.

Beatus Henricus Suſo Spiritualem quamdam filiam hortatur, ut inter omnes diei occupationes Deum ſemper corde, ore, & ſenſubus gerat, ſibique dictum putaret illud: *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum &c.* Cant. 8. Quod vero iſte Dei famulus alteri ſuaſit, idipſum & ipſe ſedulo exercuit, in cibo, in potu, in lectione conſtanter cum Deo agebat. A. lect. 7. n. 3.

Sicut Spiritus Angelici, etſi in noſtra cuſtodia ſint occupati in terris, tam Deum intueri non deſinunt in cælis: Ita ſervi Dei agunt, dum in quovis loco, tempore & occaſione Divinam præſentiam mente recolere non deſinunt. Manſi Diſc. 8. n. 5.

Judas Machabæus cum magna confidentia, & generoſitate inivit prælium, & hoſtium triginta quinque millia proſtravit. Quo remedio ita confortatus eſt? quia Deum præ oculis habuit, dicente Scriptura: *Congreſſi ſunt, manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes.* 2. Machab. c. 15.

Lingula Magnetica dirigit curſum navigii, deſpicit omnes theſauros in navi repoſitos, & tamen ſemper reſpicit ſtellulam polarem. Sic Sancti ſine fine dicebant: *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper &c.* Pſ. 15. C. Eccli. 9. v. 22.

*121. Semper cogitata quantos afferat fructus.*

Primus eſt fuga peccati. 2. Victoria tentationum. 3. Securitas animi. 4. Talis homo eſt quaſi angelus. 5. Excitatur ad amorem Dei. 6. Fugat iram, concupiſcentiam &c. C. in Gen. c. 17. f. 169. col. 1.

S. Tobias moriturus inter alia monita filio data eum hortatus maxime eſt, *omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum.* Tob. 4. Sanctus Rex Ludovicus poſtquam in Syriam exercitum trajecit, peſte correptus cum ſibi mortem imminere cernebat, filium Philippum accerſivit, eumque inſtanter admonuit, ut Deum ſemper præ oculis haberet. Sanctus Antonius Abbas quæſitus a diſcipulo, quid agere deberet, ut Deo ſemper placeat, edixit illi: *Quocunque vadis, Deum ſemper habeto præ oculis tuis.*

S. Thereſia non ſolum dum vixit, in Divinæ præſentiæ exercitio ſemper verſabatur, ſed etiam poſt mortem apparens ſuis



ſuis Religioſis præſentiam Dei inculcabat. Idipſum facere S. Hyppolitus, S. Auguſtinus, S. Bernar. & alii. Cur autem hi Sancti tamen energice inculcant hoc documentum? quia nempe præſentia Dei nobiliſſimos, ſanctiſſimoſque effectus in anima operatur. A. lect. 7. §. 4.

Ardua res eſt orare ſine diſtractionibus: ſed quomodo hæ vincendæ? S. Baſilius ait: *Si cogitet ſe aſſiſtere ante oculos Domini.* C. Exod. 30. v. 1. fol. 567. c. 2.

Deus in anima juſti, tanquam in templo ſuo, ſubſtantialiter inhabitat: igitur eum per fidem homo ſemper intueatur, ſemper in tantæ Majeſtatis oculis digne ac reverenter verſetur. C. Aggæi 2. v. 24. Et Oſeæ 1. v. 10.

Sicut Seraphini, ita & nos in conſpectu Dei verſari debemus, timore & tremore, ſancta intentione, oratione, fiducia & perſeverentia. C. Michææ c. 6. v. 8.

*122. Animat juſtos ad quævis ardua ſuperanda.*

Patriarcha Moyſes in aula Pharaonis enutritus, aulam, & Ægyptum deſerit. Itane aulam & Ægyptum, ubi tam delicate fuit habitus? an non illi dolet jactura deliciarum? an non timet Regis potentiam? an non horret itineris difficul-
Hebr. 11. tatem? Nihil horum! quare? quia *inviſibilem tanquam videns ſuſtinuit.* A. lect. 7. n. 4.

Sancti omnes, qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, & alia prodi-
Hebr. 11. gioſa opera effecerunt, hæc omnia effecerunt intuitu præſentiæ Dei. A. lect. 7. n. 5.

Miles cum in conflictu advertit, ſe Regem ſpectatorem habere, viribus omnibus generoſiſſime pugnat; Ita Chriſtianus in
S. Chryſ. Hom. 6. ad Hebr. conſpectu Dei agit contra tentationes: *Si videmus mente ſemper Deum, omnia nobis facilia apparebunt, omnia ſuſtinebimus, omnibus ſuperiores efficiemur,* ait S. Chryſoſt.

S. Ephrem a procaci muliere ad nefas invitatus, bene eſt, ajebat, peccabo tecum, ſed in publico Urbis Edeſſæ foro. Renitente illa, ſubintulit: Siccine peccare erubeſcis coram homine, & non exhorreſcis coram Deo præſente, & omnia intuente? Quibus verbis illa ad pœnitentiam converſa eſt. Manſi Diſc. 9. n. 2.

Thren. 3. *Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.* Diſce hic, quantum bonum ſit jugis Dei memoria; hæc enim omnium bonorum eſt cauſa, ſicut oblivio omnium malorum. C. Thren. 3. v. 20.

*123. Erudit cœleſti ſapientia.*

*Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus.* Homines juſti, qui ambulant in Dei præſentia, ejus amici & ſecretarii fiunt, quibus arcana judicia & conſilia pandit, tum quæ in Scriptura revelat de præmiis cæleſtibus, tum quæ per internas inſpirationes, conſolationes, & illuſtrationes illis ſuggerit, quibus eos ita roborat & exhilarat, ut omnia mundi proſpera contemnant, ac nulla ejus adverſa formident. Id liquet ex vita Abrahæ, Iſaac, Jacob, Moyſis, Davidis, Iſaiæ, & Prophetarum, quibus Deus ſua ſecreta patefecit. Idem liquet ex vita S. Antonii, Hilarionis, Pachomii, aliorumque Anachoretarum: quibus Deus multa futura revelavit. Item ex vita S. Mechtildis, Lydvvinæ, Mariæ Ogniacenſis, Catharinæ Senenſis, cum quibus Chriſtus ita familiariter agebat, ut eas docuerit legere, pſallere, & Horas cantare. B. Hermannus Joſephi nomine inſignitus, Beatiſſimæ Virgini a Chriſto fuit deſponſatus &c. C. Prov. 3. v. 32.

Dicitur, quod nobilibus feminis in ſuo habitationis cubiculo elegantiſſime icones, & ectypa appendantur, ut eorum aſpectu proli, quam in utero gerunt, æqualem pulchritudinem conſciſcant. Parem in modum anima in ſolitudine habitans, ex præſentia Dei, quam ſemper præ oculis habet, cæleſtem imo Divinam indolem imbibit. Unde enim eſt, quod homines illiterati & rudes, nonnunquam de Deo, & rebus Divinis profundiori ſapientia loquantur, quam excelſi Theologi? non alia ex ratione hoc fit, quam quod Deus, quem intime præſentem habent, ſe illis ab omni ſtrepitu mundano remotis, arcana communicatione infundat, juxta ſuum promiſſum: Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ei ad cor!

Econtra unde fit, quod homines, etiam litterati, qui in continuis mundi fabulationibus converſantur, tam abſurde de Deo, & rebus ſanctioribus garriant, ut puer catecheticus longe profundius illis ſapiat? nempe ex converſatione cum Deo, aut cum mundo homo ſapit vel deſipit &c.

PROVIDENTIA DEI.

*124. Non debet temere examinari ab homine.*

Videmus peccatores in divitiis, probos in miſeriis: videmus impium diu rimari brevi

brevi vivere: videmus multos, poſtquam diu ſervierunt Deo, peccare, & damnari, alios, poſtquam diu ſervierunt diabolo, converti, & ſalvari: videmus unum puniri, alteri parci: videmus pauperem abundare prolibus, divitem carere: cur iſta? Noli quærere ait Jeremias: *In noviſſimis diebus intelligetis conſilium ejus*. Et in hunc

Joan. 13.

ſenſum reſpondit Chriſtus Petro: *Neſcis modo, ſcies autem poſtea*; ſcilicet in judicio, ubi Deus *clara reddet, quæcunque fuerunt occulta hominibus*, ait Cajetanus. B. Serm. 32. n. 8. 9. &c.

Dominus in ſilva amittens crumenam, quærit ex famulo, an eam non invenerit? negantı ex furore pedem amputat. Anachoreta audiens lamenta vulnerati, eumque in cellam recipiens, mirabundus interrogat, quæ hæc ſit Dei providentia? apparet illi Angelus, eumque edocet, Dominum perdidiſſe crumenam, quia ſummo detrimento illi fuiſſet pecunia. Servo amputatum eſſe pedem, quia aliquando matrem calce percuſſerat. Qui vero crumenam invenerat, fuiſſe pauperculum, pecunia optime uſum. T. n. 70.

Poſtquam Chriſtus multiplicatione panis miraculum fecit, Phariſæi tentantes eum petierunt, ut *ſignum de cælo oſtenderet eis*:

Matt. 16.

ſe dein credituros in eum. Sed Chriſtus non audiit petitionem, quia Providentia non patitur ſibi leges præſcribi. C. Matt. 16. v. 1.

## 125. *Mirabilis circa nutritionem, & media naturalia ſuſtinens*.

Manna incorruptum manſit in arca uſque ad tempus Jeremiæ. Quare? ideo ait Abulenſis, ut hominum argueret diffidentiam.

Viduæ Sareptanæ mirabiliter augetur oleum. B. Serm. 58. n. 33. & 34.

Si fieri aliter non poſſit Deus potius miraculum faciet, quam deſerat juſtum.

S. Bernar. 47. ſuper ord. 2. M. dit. de Salv. p. 3.

Ib. n. 35. Dum peccas, quærit Bernardus, an veniam ſperas? ſi non ſperas, ſtultitia eſt peccare, quia eris æternum perditus. Si ſperas: cur non & ſperas alimenta, quia hæc minus quid ſunt: creare elementa requirit unicum *fiat*, ſed remiſſio peccati requirit ſanguinem Filii Dei. B. Serm. 58. n. 36.

*Nolite in ſublime tolli &c.* Id eſt intuentes ſidera, lunam, & anni rationem, ſed Divinæ Providentiæ fidite. S. pun. 78. f. 249.

*Ego pars, & hereditas tua*: prius dixit Deus *non habebitis partem inter eos*: jam

Num. 18.

dicit: *Ego pars tua &c.* quaſi diceret ait

S. Ambr. l. de fuga ſæculi c. 2.

Ambr. Ego arva, vineta, oliveta, ſegetes, uvæ, olivæ: ego abſque vomere, & aratro, abſque ullo labore, & curam reddam vobis, quæ neceſſaria ſunt. S. pun. 78. f. 250.

S. Petrus Chryſol. Ser. 163.

*Sentite de Domino in Bonitate*, ubi S. Petrus Chryſol. quis Rex devotis militibus debitam non procurat annonam? Coutino in feſto S. Bened. conſid. 1. nu. 1. Et A. lect. 8. n. 20.

Paupercula vidua Romæ prædonem ſibi vim inferre volentem clava trucidat, & dum deſperata eſſe omnia putat, ſubito ingenti pecunia donatur a magiſtratu, quæ in caput illius prædonis ſtatuta erat. D. 7. 33.

S. Cyprian. ait: *Cum Dei ſint omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit*. D. 7. 67. Vide Tit. *Nutrimentum hominis*.

Mercatoris naufragi, & incarcerati uxor non conſentit impudico ſolicitatori: ea res adeo placuit prædoni in eodem carcere captivo, ut par iſtud conjugum heredem ſuorum bonorum fecerit, uxorique theſaurum prodiderit, quo illa abunde creditoribus ſatisfecit. Ecce! qui non deſerit Deum, non deſeritur. D. 7. 100. Sanchez. 5. par. c. 8. f. 567.

Joſephus ab Arimathia, qui Chriſtum ſepeliverat, a Judæis immuratur, ut ſic fame pereat: ſed per quadraginta annos lumen ac panem e cælo accipit, donec a Tito Imperatore fuit liberatus. Sanchez 6. par. c. 5. f. 741.

Nobilis quidam extreme depauperatur: & ecce præter ſpem recipit apocham, qua illi S. Apollinaris Patriarchæ quinquaginta talentis erat obſtrictus: hanc apocham finxit ipſe S. Patriarcha, ut poſſit nobili depauperato ſuccurrere. R. 1. part. mir. 46.

S. Furſeus orta gravi fame triticum hodie ſerit, & craſmaturum metit. R. cent. 2. part. 1. mir. 3.

Monachi e civitate a Squirio gentili præfecto expulſi in ſolitudine famem & egeſtatem patiuntur. Interim Squirius noctu a cæleſti genio increpatur, & flagellatur, quod in affluxu vivens famulos Dei inedia perire ſinat: Squirius ergo ablegat camelos annona onuſtos, qui ſine ductore ad S. Frontonem Abbatem ivant & redibant, eo miraculo præfectus ad fidem converſus fuit. R. cent. 2. par. 1. mir. 20.

In Regno Congo, ubi Miſſionarii per vaſtas ſolitudines itinerari debent, avicula eſt hominibus perquam benefica: viſo enim homine eum ducit ad apiaria, ubi melle apum delicatiſſimo refici poteſt. R. cent. 3. mir. 34.

Sebaſtianus Apparitius in juventute a pe-





ſte correptus a patre in ſilvam exponitur, & mirabiliter a lupo conſervatur, factus dein in Ordine S. Franciſci frater laicus, & mirabilis dæmonum domitor. R. cent. 3. mir. 4. part. 2.

Vir pius ac Religioſus a divite ad prandium invitatus, cum licentia invitantis dat famulo ſcutellam cum edulio coopertam, eamque jubet in eam domum inferri, ubi ventus operculum ſit abrepturus. Paret famulus, ventus abripit operculum ante domum palatio ſimillimam. Abhorret primum, dein a viro pio iterum animatus ingreditur cum epulis domum, & invenit numeroſam prolem ſiliquas porcorum comedentem. T. n. 87.

S. Greg. l. 3. Dial. c. 37.

Sanctulus cum non haberet, unde operarios, templum S. Laurentii reparantes, ſolveret, furnum acceſsit, & in eo panem invenit, quem laborantibus diſtribuit, ſed in ejus manibus adeo crevit, ut per decem dierum ſpatium omnibus ſatiandis ſufficerit. Vide Tit. *Nutrimentum hominis*.

Filia paupercula ut in fame & egeſtate caſtitatem ſervaret, capillos capitis ſibi abraſit, eoſque vendidit. Nobilis quidam viſo pulcherrimo capillitio amore filiæ captus eſt, eamque ſibi in uxorem adlegit. T. n. 64.

Petrus Conſalvus ex Ord. S. Dominici, quoties indigebat, ad ripam fluminis acceſsit, & piſces advocavit, qui adnatantes ſe capi ſinebant, quantum ille volebat. Manſi Diſc. 8. n. 3.

Mirabilis fuit Providentia Dei, qua Hebræos per triginta & octo annos in deſerto, regione aridiſsima ſuſtentavit. C. Num. 10. v. 12.

Deus tam providus, ac bonus eſt, ut ad neceſsitates hominum attendens in tempore opportuno ſuccurrat. Sic in provincia Gorgianorum lacus eſt, in quo nullus piſcis toto anno reperitur extra quadrageſimam, quo tempore ſapidiſsimis piſcibus abundat. VV. art. diſc. ſont. 28. Ex. 16.

Quidam mundum deſerens, & in eremum concedens, cum ex herbarum radicibus vivere decreviſſet, & earum ſelectum ignorans, noxias ac venenoſas guſtaret, fere ſe ipſum, deſtructa ſanitate, interfecit. Tum ad eum ibex acceſsit, cui ille collectum pridie herbarum faſciculum objecit: & ecce! fera herbas virulentas rejiciens, atque innoxias eligens, eremicolam, quid edere, quid reſpuere deberet edocuit. E. *Ignorantia*.

Abbas Stephanus indigente Ciſtercienſi familia miſit cum tribus denariis fratrem, jubens, ut tres currus onerarios cum victualibus compararet. Frater cum Vecelliacum veniſſet, exceptus hoſpitio a pio viro narravit indigentiam ſui Monaſterii. Vir autem quantocyus ivit ad agonizantem divitem, qui Ciſtercienſi familiæ ingentem pecuniæ ſummam donavit. Frater pro hac pecunia emit tres currus victualium & ad monaſterium reverſus eſt. E. *Sollicitudo*. n. 3.

S. Fronto Epiſcopus a Squirio civitatis præſide perſecutionem paſſus in eremum conceſsit. Cum autem ſocii illius ob indigentiam victus murmurarent, Angelus noctu ad Squirium venit, eique præcepit, ut famulos Dei eſurientes paſceret. Squirius 70. camelos annona oneratos miſit & ipſe baptiſmum recepit. E. *Sollicitudo*. n. 4.

## 126. *Mirabilis circa præſervationem a peccatis*.

Sæpe non capis, mi homo, qua de cauſa Deus hanc tibi crucem, hanc perſecutionem, aut afflictionem ſubmittat. Audi quid judicem hac in re. Juvenis quidam importunis concupiſcentiæ tentationibus ad nefas ſtimulabatur, id cum ſenior, ejus conſcientiæ director, adverteret, præcepit cuidam viro, ut juvenem continuis jurgiis & conviciis moleſtaret: factum id eſt per integrum annum, & ſic cum juvenis continua triſtitia affligebatur, fuit liber a concupiſcentiæ ſtimulis. Sic Deus facit, clavum clavo pellit &c. E. Verbo *Amor illicitus*. n. 3.

Juvenis Monachus ad Villanum miſſus, ut victui neceſſaria afferret, invenit ſolam Villani filiam domi, a qua ad nefas ſolicitatus, & clamans: Domine miſerere mei per preces ſenis, qui me miſit &c. ſubito raptus eſt ad viciniam Monaſterii. E. *Oratio* n. 8.

S. Antonius Abbas vidit mundum plenum laqueis, & videndo exclamavit: Domine quis evadet? Nimirum evadet ille, cujus paterna Dei Providentia curam habet. Hinc Chriſtianus ſuæ ſalutis cupidus quotidie Deum rogare debet, ut ſua immenſa Providentia ſe contra quotidiana mundi pericula, graves tentationes, mala conſortia, pravas occaſiones, aliaque peccatorum incentiva ea benignitate præſervare dignetur, qua mater infantulum in glacie tenet, ne labatur &c. *Multa in peccata cecidiſſem*, ait S. Auguſtinus, *ſi data fuiſſet occaſio, ſed Dei miſeratione non me talis opportunitas deprehendit &c.*

S. Aug. de Dilig. Dei.

*127. Cur permittat peccatum.*

Deus permittit peccatum, quia etiam peccatum tanquam inſtrumentum aut anſam uſurpare novit, ad gubernationem mundi, ad juſtificationem peccatorum, ad glorificationem Sanctorum & alia bona. Artificioſus Muſicus interdum in cantu vocali unam ſyllabam aut litteram per complures menſuras curſim aſcendendo, aut deſcendendo producit. Sed hoc eſt contra bonam artem pronunciandi? Nihil refert; etiamſi in arte oratoria ſit error, tamen in arte muſica eſt venuſtas, & ab omnibus laudatur. Parem in modum etſi peccatum ſit error graviſsimus in via mandatorum, eſt tamen in ordine Providentiæ Divinæ anſa & occaſio ad plurima bona, ita ut in ultima die totus mundus ſit illum Dei permittentis ordinem approbaturus. Sic Deus ex peccato protoparentum occaſionem cepit ad Dominicam Incarnationem, ex crudelitate tyrannorum educit triumphos Martyrum, ex perſecutione impiorum patientiam juſtorum &c.

In ſtatu naturæ lapſæ ſeptem habemus dotes, quæ non fuiſſent in ſtatu innocentiæ; Prima eſt Virginitas. 2. Patientia. 3. Pœnitentia. 4. Martyrium. 5. Jejunium ſeu abſtinentia. 6. Paupertas & obedientia Religioſa. 7. Miſericordia & eleemoſyna. C. Gen. 2. v. 25. in fine.

Deus permiſit inceſtum Judæ cum Thamar, ut propagaretur familia Jacob, ex qua Chriſtus naſciturus erat: permiſit venditionem Joſeph, ut ipſum in ſolium exaltaret. Gen. 38. v. 16.

Item permiſit, ut Jacobum cum familia tempore famis conſervaret; hinc Joſeph ad fratres: *Præmiſit me Deus, ut reſervemini ſuper terram.* C. Gen. 45.

Gen. 45. v. 7.

Permittit Deus peccatum ad humiliationem peccatoris: Fratres Joſeph dum putant ſe innoxios a furto ſcyphi, animoſe reſpondent: invenientes ſcyphum in ſacco Benjamin humiliantur. C. Gen. 44. Vide Titulum: *Peccatum.*

*128. Exigit noſtram cooperationem.*

Jacob in patriam rediens vidit ſibi occurrere duas Angelorum turmas ad defenſionem contra fratrem Eſau: & tamen præmiſſis muneribus ſtuduit eum placare, & comitatum ſuum in diſtinctos ordines diviſit &c. Hinc regulam dat S. Ignatius. ita confidendum eſſe in Deo, quaſi ille ſolus omnia ageret: & ita adhibenda eſſe remedia humana, quaſi illis ſolis niteremur. C. Gen. 32. v. 7.

Ad virtutis cumulum, ait S. Baſilius: utraque conjuncta eſſe oportet, & humanum ſtudium & cæleſte auxilium; quamvis igitur verum ſit: *Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam*; tamen civitas etiam humana opera muniri & cuſtodiri debet. Quamvis verum ſit, quod terræ fertilitas dependeat a Deo, a quo petimus panem quotidianum, tamen etiam agricultura ad colendam terram concurrere debet &c.

Duo extrema circa Paternam Dei Providentiam vitanda ſunt: Nimia ſollicitudo circa victum, quam Chriſtus exemplo avium animalium, fœni, & florum refutat, nobiſque inculcat, ut regnum Dei ante omnia quæramus. Dein nimia deſidia, ſeu præſumptio de Providentia; quamvis enim paterne nos nutriat, non tamen id facit, ſine noſtro labore & cooperatione. C. Matth. 6. v. 25.

*129. Mirabiliter diſponit, ac ordinat ſtatus hominum.*

Lapides ad templum Salomonis in campo tundebantur: Quomodo? an ad libitum tundentium cæmentariorum? nihil minus: ſed ad juſſa artificum, ait Abulenſis: *Fecit, quod artifices caperent menſuras templi... & tunc juſſerunt lapides ſic parari in monte.* Sic Deus agit in ædificatione cæleſtis Solymæ, varie elaborat naturas, ingenia, indoles, inclinationes &c. ut hic ad hunc, alius ad alium locum quadret. B. Serm. 39. n. 9. & ſeq.

Abul. in 3. Reg. 6. q. 12.

Eſau nunquam fuit certior de benedictione & hereditate paterna, quam cum pater eum venatum emiſit, & Jacob nunquam minus ſperare poterat benedictionem, quam tunc: & tamen iſte a Deo præhabitus eſt alteri. C. Gen. 27. v. 7.

Dum Angeli in ſcala Jacob aſcendebant, & deſcendebant, Deus ſummitatem ſcalæ tenuit, ut indicaret, aſcendentium & deſcendentium ſortem a ſe dependere. Alios naturali, alios ſupernaturali modo vocat ad varios ſtatus: naturali, dum talenta, & dona varie partitur, ſicut inter ſervos uni quinque, alteri unum talentum dedit: ſupernaturali, cum per inſtinctus internos nonnunquam contra ſtimulos ac inclinationem naturæ vocat, uti Apoſtolos rudes ad converſionem gentium. B. Serm. 39. §. 2.





Artifex, qui inſigne palatium ædificare cogitat, prius illud ichnographice ſecundum omnes dimenſiones delineat. Ita Deus Eccleſiam ad ſui Nominis gloriam fundare, & extruere volens, ab omni æternitate talenta, qualitates, & prærogativas hominum, decrevitque hunc ad iſtum, alium ad alium ſtatum aptiſſime applicare, ut tam ſuæ ſaluti, quam Dei gloriæ quadrare, & prodeſſe valeant &c.

*130. Omnia ordinat in mundo, ut nihil caſu fiat.*

Quidam miles Syrus in incertum direxit ſagittam, & Regem Achab interfecit: ubi Abulenſis: *Dicitur a caſu in quantum ad ipſum ſagittatorem*, non quoad Deum. B. Ser. 76. n. 9. 10. &c. Item S. pun. 44. f. 176. D. 7. 33.

3. Reg. 22.

Quidquid infortuniorum contingit in mundo, fit diſponente Providentia Dei peccata noſtra punientis, *Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus &c.* A lect. 10. §. 11. VV. art. diſc. font. 63. ex. 1.

Pſal. 148.

Caiphas Pontifex dedit Judæis conſilium, expedit, ut unus moriatur pro populo. Sceleratum hoc erat, & tamen Deus illo uſus eſt, ut vaticinio Redemptionis humanæ. Coſterus de Paſſ. Domini.

Patantur juſti caſu liberari e periculis, ſed Deus facit: David cinctus ab hoſtibus non poſſe elabi illis credebatur, niſi tanquam paſſer avolaret: & ecce! nuntius avocat milites in auxilium Regis Saul, qui ex altera parte ab hoſtibus petebatur. Alia vice tela araneæ tegitur. S. pun. 28. f. 124.

Pſal. 10.

Jacob evadit ex inſidiis fratris Eſau, Joſephus liberatur a carcere, Tobias recipit lumen oculorum, Job depauperatus iterum ditatur, Daniel e lacu leonum eruitur, Suſanna accuſata innocens proclamatur, atque hæc omnia ex Providentia Dei defendentis. A lect. 6. n. 17.

*Salus autem juſtorum a Domino, & protector eorum in tempore tribulationis.* Omni Chriſtiane, etſi in toto calamitatum oceano innates, ne deſponde animum, Deus adjutor tuus erit. O Virgo, quæ dotem non habes, ſi Domino obſequeris, ne time, certe tibi auxilium præbebit. O conjuges egeni, ne timete, Deus auxilio aderit, ſi legem ejus ſedulo obſervetis &c. A. lect. 6. n. 19.

Philiſtæi ab Arca Domini, quam in ſua regione captivam tenebant, multa mala perpeſſi, conſilium inierunt, quod illam in patriam Iſraelitarum dimittere velint, dicentes: *Si per viam finium ſuorum aſcenderit contra Betſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande: ſin autem, minime! ſciemus, quia nequaquam manus ejus tetigit nos, ſed caſu accidit: fecerunt ergo illi hoc modo. Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Betſames.* Quare? ut conſtaret, quod Deus afflixerit Philiſtæos, & non caſu factum ſit.

1. Reg. 6.

*131. Ejus diſpoſitio non poteſt ab homine impediri.*

Herodes inter tot infantes occiſos non potuit e medio tollere Chriſtum Dominum. Athalia ex ambitione regni omnes filios regis voluit occidere, & ecce! Joas a Joſaba Ochoziæ Regis ſorore ſubducitur furori Athaliæ, in templo educatur, & thronum conſcendit. Quoties Saul voluit occidere Davidem: ille tamen incolumis regno reſervatur. Salomon non potuit impedire, quin Jeroboam poſt ſe regnaret. Similiter Cyrus mirabiliter contra inſidias Aſtyagis Regis in vita conſervatur &c. D. 10. c. 57. Vide Tit. *Omnipotentia Dei.*

Diſponit omnia in mundo ſine conatu & labore: *Ludens in orbe terrarum*, Ludus hic Dei conſiſtit, 1. in oblectatione in rerum adeo pulchrarum creatione, conſervatione & gubernatione. 2. Significat facilitatem, qua ſine difficultate omnia creat, & gubernat. 3. Rerum viciſſitudinem, qualis eſt in ludo taxillorum, latrunculorum. 4. Rerum ordinem, pacem, conſonantiam, & quaſi concentum muſicum &c. Quis reſiſtet in ludo infinite excellenti? C. in Prov. 8. v. 31.

Prov. 8.

Omnes totius mundi Reges & Principes cum omnibus ſuis exercitibus non poſſunt ſufflaminare curſum ſolis, nec excitare tempeſtatem ſibi faventem, aut impedire contrariam. Multo minus poterunt reſiſtere diſpoſitioni Providiſſimi, & Omnipotentis Dei.

*132. Interdum permittit malum, ut eruat ingens bonum.*

Lazarum non præſervat Deus a morte, ſed mori ſinit: Quare? S. Auguſtinus ait: Diſtulit ſanare, ut poſſit reſuſcitare. Breviar. fer. 6. infra Dom. 4. Quadrag. Populum Iſraeliticum ſinit diu opprimi in ſervitute Pharaonis, ut poſtea mirabiliter liberet. M. conc. 1. aſſ. 1. n. 6.

Agar cum filium ſiti emoriturum putat, ab Angelo de puteo edocetur. M. conc. 20. aſſ. 2. n. 7.

Quidam Pecchius per plagium abreptus, & novendecim annis captivus liberatur a podagra. Clemens VI. ex vulnere capitis tam tenacem acquirit memoriam, ut nihil amplius potuerit oblivиſci. Nicolaus Baldelli ex lapſu cunei ſanatur capitis doloribus, &c. D. 7. 51. VV. art. diſc. font. 63. ex. 1.

B. Iſaco Abbati quidam Ruſtici hortum exſpoliare voluerunt, ſed arcana vi impulſi loco furti hortum foderunt. Sanctus Vir laborantes amanter pavit, eiſque pia monita dedit. R. cent. 2. p. 2. mir. 43.

Joſeph venditur ut pereat, & per ipſam hanc venditionem elevatur. M. conc. 8. aſſ. 1. n. 6. & §. tertio per totum. C. Gen. 50. v. 19.

Chriſtus per paſſionem creditur opprimi, & triumphat. M. conc. 38. aſſ. 2. n. 9.

Zacharias propter incredulitatem fit mutus, & ex mutuo fit propheta. M. conc. 40. aſſ. 1. n. 7.

Mulier, quæ tentationis erat origo, debebat eſſe annuntiatrix Dominicæ Reſurrect. M. conc. 8. n. 2. Item C. 1. Petr. 3. v. 13.

Stella, quam Magi adorare ſolebant, facta eſt dux ad ſalutem. Ib. n. 3.

Tyranni martyrum contribuunt ad laudem Dei: *Ira hominis confitebitur tibi*. Diez. c. 1. nu. 17. Paoletti Fer. 6. poſt Dom. 3. quadr.

Quid poſſet eſſe nigrius, quam atramentum, quid vilius, quam papyrus qui ex centonibus conficitur? & tamen ex utroque fiunt præſtantiſſimi libri. Sic Deus ex ipſo peccato ſcit eruere bonum.

### 133. *Non debet ab homine taxari, argui &c.*

Sap. 1. 1. *Sentite de Domino in bonitate.* Multi de Deo aliter ſentiunt, aliqui improvidum, inconſideratum, perſonarum acceptorem putant: Hæretici non ſentiunt de Chriſto in bonitate, aliqui verum hominem, alii verum Deum eſſe negant, peccati cauſam eſſe affirmant, de gratia dubitant. Neque ſentiunt de Deo in bonitate, qui abyſſum judiciorum Dei non penetrantes varios caſus cavillantur, bella, pluvias, morbos, ariditates deteſtantur &c. A. 1. lect. 1. n. 10.

Carolus M. Imperator labore efficere voluit, ut ex Danubio in Rhenum navigaretur, ideo præcepit inter Redoneſſum & Alemannum flumina foſſam duci, quæ navium capax eſſet; nam Redoneſſus Bambergæ Mœno, Mœnus Moguntiæ Rheno; Alemannus vero ad oppidum Kelheim Danubio miſcetur. Conficitur itaque foſſa trecentos pedes lata, & bis millenis paſſibus longa: ſed cælo inviſus labor, etiam portentis fruſtratus eſt; quippe pecora labori adhibita emoriebantur, farina laboratorum diſparebat, noctibus integris ſtrepitus ſpectrorum circa foſſam audiebantur, & quidquid de die telluris egeſtum fuit de nocte ſubſidebat. Ejuſmodi labores etiam aliis in locis incaſſum reciderunt &c. Jam ſi auctor naturæ in operibus naturæ ſe corrigi non permittit, quanto minus permittet in ordine ſuæ Providentiæ, & Sapientiæ? VV. art. diſc. font. 67. ex unico.

Philoſophus ſub arbore ſedens conqueſtus eſt contra Deum, quod poma non creaverit magnitudine peponum. Dum hæc cogitat pomum ſuper nares ejus decidit: tum gratias egit, quod non fuerit magnitudine peponis.

## VOCATIO DEI.

### 134. *Audita poſt ſe trahit ſalutem.*

MAgnus ille Paterfamilias ſingulis horis vocavit operarios: ubi Auguſtinus: *Tu quando vocaris, veni, ſexta hora vocaris? veni: Paterfamilias enim hora undecima venienti denarium promiſit, ſed utrum vivas uſque ad ſeptimam, non promiſit.* B. Serm. 6. n. 8. — S. Auguſt. Serm. 59. de Verb. Dom.

Dicant Ninivitæ, dicat Samaritana, dicat Magdalena, dicant David, & Saulus, quid ipſis profuerit, verbis ac vocationi Dei obtemperaſſe. Si obſurduiſſent ad Dei voces, neſcio, quantum infelices fuiſſent. B. Serm. 12. n. 42.

Gratia Vocationis dulces reddit labores, & alleviat difficultates, ita ut homo actiones ſui ſtatus, quæ aliis graves, & intolerabiles videntur, non tantum cum facilitate, ſed & cum alacritate operetur: ſicque hæc gratia catenam gratiarum poſt ſe trahit, in qua conſiſtit ſeries prædeſtinationis. Differentia inter eum, qui hanc gratiam habet, & alterum, qui hac gratia caret, eadem eſt, quæ inter navigantem & natantem per mare: primus faventibus ventis & undis ſecure ad portum fertur: alter inter mille pereundi pericula inter fluctus ægerrime luctatur &c.

Vis certam facere ſalutem, & prædeſtinationem tuam? Sequere Deum, qui vocat, & impellit; illi enim dabit vires.

& mo-



& modos omnem difficultatem ſuperandi. Samſon, quandiu Deum vocantem ſecutus eſt, vicit Philiſtæos, leonem & portas Gazæ: quando autem ſecutus eſt Dalilam, invalidus effectus hoſtibus in prædam ceſſit. C. in Ezech. 1. v. 28. qu. 4.

### 135. *Vocat variis modis.*

Sapientia, & potentia Dei conſpirant, ut trahant hominem variis, & *miris modis*, ait Auguſtinus: Aliquos vocat *impertiendo tempus*. Alios *per intimam cogitationem*. Alios *per flagellum correctionis*. Alios *per miſericordiam conſolationis*. Omnia patent in Saulo converſo. B. Serm. 1. n. 8. Ser. 39. §. 2.

Duplex præſertim eſt Vocatio Dei trahentis ad aliquem ſtatum: Naturalis, & ſupernaturalis. Naturalis eſt, cum vocat ſecundum aptitudinem naturæ. Supernaturalis, cum contra capacitatem vocat, uti vocavit Apoſtolos ad converſionem orbis. B. Serm. 39. n. 12. & ſeqq.

Caſſianus triplicem vocationem diſtinguit: Prima eſt immediata ab ipſo Deo vel per vocem externam, vel per inſpirationem internam. Secunda eſt mediata per hominem, per exempla, monita, exhortationes, uti populum ex Ægypto per Moyſen. Tertia eſt, quæ ex neceſſitate deſcendit, quando ingruente tribulatione cogit ad Deum ire, quem in proſperitate contempſimus. S. punct. 104. f. 307.

Deus dirigit omnes actiones noſtras. 1. Quia ab æterno illas præordinat. 2. In tempore hominem ad eas excitat. 3. Modum ſuggerit, ordinate & feliciter illas exequendi. 4. Obſtacula, & difficultates amovet. 5. In executione hominem dirigit, ne erret. 6. Illas ſecundat & proſperat, ut optatum finem conſequantur. 7. Hominem vocat ad illum vitæ ſtatum, quo prævidet eum ſine periculo peccati victurum. 8. Eas perficit, ut quotidie in perfectione creſcamus. C. in Prov. 20. v. 24.

### 136. *Dat gratiam confortantem quemvis in ſuo munere.*

Gen. 39. Joſephus Ægyptius intrat ad feminam, & inter pellicitationes peſſimas innocens exit: econtra David abſque pellicitatione labitur: Quare? quia primus ex officio ingredi debebat, ait S. Ambroſius, non vero alter. B. Ser. 20. n. 3. — S. Ambr. l. de Joſeph.

Num. 11. Moyſes conqueſtus eſt, quod ſolus non par ſit integro populo regendo: quapropter Deus conſtituit alios ſeptuaginta rectores, & de ſpiritu Moyſis tantundem ademit, quantum inter illos ſeptuaginta diſtribuit. Itane? an ergo Deus in ſuis theſauris non habet ſpiritum, quod debuerit a Moyſe ſumere? abſit: ſed exinde deſumitur, ait Oleaſter, quod Deus tantum ſpiritus cuique largiatur, quantum illi ad gerendum munus neceſſarium eſt. B. Ser. 27. n. 29. — Oleaſter hic.

S. Thomas ait: *Deus cuilibet rei dat ea, per quæ poſſit conſequi perfectionem ſuæ naturæ: unde quia Deus conſtituit miniſtros novi teſtamenti, dedit & eis idoneitatem ad hoc officium exercendum*, id quod plane in Apoſtolis rudibus, & illiteratis perſpicimus. In Geneſi præcepit Deus: *Germinet terra herbam virentem.* Sed quomodo germinabit necdum culta, necdum rore irrigata: Sanctus Baſilius ait: *Germinabit actiones operationeſque Deo facultatem, atque potentiam largiente.* A. lect. 6. num. 20. — S. Thom. in 2. Cor. 3. 6. — S. Baſil. hom. 2. in Hexam.

Miles, qui ſub vexillum militare conducitur, omnibus armis ad pugnandum contra hoſtem, & ſe defendendum neceſſariis inſtruitur. Ita Deus homini pro eo ſtatu, ad quem vocat, omnia dona corporis & animi largitur, ut pro Deo pugnare, hoſtem repellere, & ſe ad ſalutem ſuam tueri poſſit &c.

### 137. *Quomodo agnoſci poſſit.*

Vocatio Dei primo agnoſci poteſt ex Sacris Scripturis, ait enim S. Auguſtinus Deum nobis loqui per Scripturas, in quarum eloquio cauſas noſtras, ſi requirimus, invenimus. Nec opus eſt, ut in eo, quod ſpecialiter quiſquis tolerat, reſponderi ſibi Divina voce ſpecialiter quærat: Exempli gr. Paulo patienti carnis tentamenta dictum eſt: *Virtus in infirmitate perficitur:* hoc cum Paulo dicitur, omnibus dicitur. Et Gregorius: Diſcant itaque ſanctæ Eccleſiæ Doctores, diſcant & arrogantes, quia nobis Deus ad verba omnia non reſpondet, quia in Scriptura ſacra, quidquid poteſt ſingulis evenire comprehendit, atque in illa per exempla præcedentium, etiam vitam ſequentium informare curavit &c. S. pun. 98. f. 299. — S. Auguſt. l. 1. c. 27. contra lit. Petil.

Secundo agnoſcitur per conſilium Patris ſpiritualis; ideo ſiquis dicat poſt ſufficientem adhibitam orationem, hanc puto eſſe Divinam voluntatem, hoc facias: potes hac morali certitudine contentus eſſe, nec majorem citra temeritatem requirere &c. S. punct. 98. f. 300.

Ter-

Tertio, Aſcetæ ordinarie hæc ſigna ponunt. 1. Præceptum Dei. 2. Conſilium Dei. 3. Chriſti vitam & exempla. 4. Conſilium Virorum bonorum, præſertim eorum qui ſunt conſcientiæ noſtræ directores. 5. Operationes Dei ſupernaturales v. g. inſpirationes, exempla aliorum, prædicationes &c.

In dubiis ad has regulas attende. 1. Ut ſemper eligas quod vilius eſt, & plus abnegationis contines. 2. Ut inclines in favorem proximi, cogitando, quid illi ſit utilius, honoratius, gratius. 3. Præter continuam orationem, & pias aſpirationes, conſidera, quid ſit ad majorem Dei gloriam? 4. Perpende, quid amico conſulenti, cujus ſalutem unice amas, ſuadere velles? 5. Examina te, quid in morte, in judicio optaturus ſis feciſſe? 6. Solerter trutina, quæ bona hinc, quæ mala inde oriri poſſint? 7. In conſilium voca quatuor noviſſima, ſi nunc in limine vitę jaceres, quid eſſes deſideraturus?

138. *Non vocat ſecundum perfectiorem ſtatum, ſed ſecundum aptitudinem.*

Arma Saulis erant prorſus inſignia, & tamen David non poterat cum illis incedere: ait Sucquez: *Certum eſt plurimos idcirco æterna excidere ſalute, quod vitæ genus non eligant.* Et Leſſius: *Quidam in Religione pereunt, qui in matrimonio ſalutem fuiſſent conſecuti.* Ratio eſt; quia Deus gratias ſuas alligat ſuæ Vocationi, nec tenetur gratiarum adjumenta dare homini ad onus ferendum, quod non ipſe impoſuit. Sequi Chriſtum in paſſione eſt optimum opus & *tamen ea pietas impulit Petrum in abrupta perfidiæ*, ait Oliva: Sacrificare eſt bonum opus, & tamen Dathan conflagravit. Parcere inimicis eſt bonum opus, & tamen Sauli regno & vita conſtitit. *Melior eſt obedientia, quam victima*, ait Gregorius. Non omnibus idem cibi genus arridet; ita nec Chriſtianis omnibus idem vitæ inſtitutum convenit. Paulus eremicola forſan periiſset, ſi evangelizaſset, Paulus Apoſtolus periiſset, ſi in ſolitudine hæſiſset. *Væ mihi, ſi non Evangelizavero.* Quare iterum Sucquez: *Scito nullam rem diligentius eſſe conſiderandam, cum a ſtatus electione ſæpe aut felicitas, aut miſeria dependeat æterna.* B. Serm. 39. §. 3.

[*Sucq. l. 1. Via Vit. ætern.*] [*Leſſ. Opuſ. 1. de ſtat. Vit.*] [*Oliv. l. 2. ſi m. fol. 114.*] [*Sucq. l. 1. Via Vit. ætern. c. 3.*]

Eccleſia Chriſti comparatur corpori myſtico: ſicut ergo in corpore membra debent ad invicem eſſe coordinata & proportionata; ita & membra Chriſti in Eccleſia: Quæſo ſi pedes vellent locum tenere capitis, & caput officium obire pedum, quanta foret abſurditas? Ita abſurdum eſſet, ſi laicus vellet obire munus ſacerdotis, ſi homo imprudens vellet gubernare & doctus triturare. Dei ergo eſt diſpertire officia ſecundum hominum capacitatem &c.

139. *Non agnita aut neglecta multa mala poſt ſe trahit.*

*Declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt.* Declinare, ait S. Baſilius, eſt ex ſua voluntate recedere a ſcopo, & fine, quem Deus homini propoſuit. Exempli cauſa: vocatus ad ſtatum Religioſum contrahit matrimonium: hic declinat, ſequendo voluptatem carnis: vocatus ad matrimonium ad pinguem præbendam aſpirat, hic declinat amplexando temporalia bona. Quid autem malorum exinde ſequitur? *inutiles facti ſunt*, id eſt, prout explicat Sanctus Bruno, *Infructuoſi ſibi, & aliis*. B. Ser. 39. n. 22.

Unde tot ſcandala in Monaſteriis, tot peccata in Clericis? unde tanta ſomnolentia in ſuperioribus? &c. Oſeas inquit; aut potius Deus per Oſeam: *Ego non vocavi eos.* Et Berchorius: *Non conſtituuntur a Deo, ſed a mundo, non a juſtitia, ſed a ſimonia, non a Divina inſpiratione, ſed a carnali affectione &c.* B. Ser. 27. n. 30. [*Oſeæ 8.*] [*Berch. Verbo ſtatus.*]

Quidam de ſæculo ad Religioſam familiam translatus eandem deſeruit, factuſque eſt Mimus. Cum in theatro aliquando jocos diceret, quibus nobilis quidam præſens ſe pungi autumabat, in theatro, incuſſo a retro vulnere interfectus, pœnas neglectæ vocationis dedit. J. 133.

Jonas fugiens faciem Dei vocantis incidit in faciem Dei indignantis; S. Gregorius ait: *Ceto ſorbente repente devoratur, atque illuc geſtante bellua pervenit, quo ire ſponte contempſit.* C. in Jonæ 1. v. 3. [*S. Greg. Mor. 6. c. 12.*]

*Oves meæ vocem meam audiunt*, dicit Divinus Paſtor: quæ ergo vocem non audiunt, metuendum ne in lupos incidant. &c. C. in Jonæ 2. v. 3.

140. *Non audita cauſat evidens periculum interitus.*

Dum ſponſa non ſtatim aperit ſponſo, ſed ſe excuſat *lavi pedes meos*, interim abiit ſponſus. M. conc. 37. aſs. 1. n. 8.

*Væ, qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris?* dicet enim olim Deus, *Vocavi, & renui-* [*Iſa. 33.*]



*-iſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret: in interitu veſtro ridebo.* [*Prov. 1.*] O terribilem ſententiam! Pergite, exclamat Auguſtinus, pergite nunc peccata peccatis cumulare! *Veniet tempus, quo peccator velit pœnitere, & non poterit; quia quando potuit, noluit, & propter malum nolle perdidit bonum poſſe.* B. Ser. 8. n. 16. [*S. Aug. Ser. 58. de Temp.*]

*In puncto ad inferna deſcendent*: ubi Bernardus: Quia *eodem puncto, quo peccator deſpicit Deum ſuadentem, admittit diabolum præcipitantem.* M. conc. 37. aſſ. 1. n. 8.

Pharao merſus eſt aquis, ubi Iſraelitæ incolumes tranſierunt: Quare? quia illi ad hunc tranſitum vocati fuerant, non item iſte. B. Ser. 27. n. 8.

*Væ qui contradicit fictori ſuo, teſta de Samiis terræ*, ait Iſaias. [*Iſa. 45.*] Sicut enim vas luteum figulo contradicens meretur diſrumpi, & pedibus conculcari, ita homo contradicens Deo, &c. A. 1. lect. 5. n. 2.

Multa mirabilia ſunt in mari, inter alia iſtud: oneraria navis, ſi forte ex alto mari ad orificia fluminum defertur, ſubito mergitur, ubi tamen exigua ſcapha pertranſit: Ratio eſt, quia in alto mari aquæ ſunt ſalſæ & denſæ, ferendis oneribus pares: in orificiis autem fluminum aquæ ſunt dulces, quæ navibus portandis ſunt magis impares. En! non quælibet navis quadrat cuilibet aquæ. Ita multi merguntur in dulci aqua, qui in ſalſa fuiſſent ſalvati, volo dicere, multi pereunt in hoc ſtatu, qui in altero ſalutem fuiſſent conſecuti. VV. art. diſc. Font. 11. Ex. 31.

141. *Vocat ſecundum aptitudinem naturæ.*

Aquila inter illa quatuor animalia volabat altior, nec mirum, quia ex aptitudine naturæ habilior eſt ad volatum, quam leo, bos, homo. *Hinc*, ait Marchantius, *tot ſcandala, ſi inepti coguntur ad ſtatum, hinc tot apoſtaſiæ, quia plures irrepunt, non a Deo vocati, ſed intruſi.* B. Ser. 35. n. 33. [*March. Cand. Myſt. l. tr. 3. lect. 5. prop. 1.*]

Ezechieli oſtenſus fuit campus plenus oſſibus, quæ omnia revixerunt: verum unumquodque os ſe adjunxit ad membrum, ad quod ex ſuæ naturæ ordinatione pertinebat. B. Ser. 39. n. 2. ſeq.

In ædificatione templi Salomonis malleus & ſecuris non ſunt audita. Quare? quia lapides foris in campo dolabantur, & in ſuam quadraturam aptabantur, ut facile ſine tumultu potuerit in ſuum locum collocari. Ita Divinus Architectus in conſtruenda Eccleſia ſolicitus eſt, quemlibet pro ſua aptitudine in ſtatu convenienti collocare, &c. B. Ser. 39. n. 10. ſeqq.

Videmus, quod auctor naturæ diverſis hominibus diverſiſſima talenta, inclinationes, paſſiones, vires, ac dona contulerit: ad quid iſta diverſitas? ad hoc ut ſint diverſæ aptitudines ad diverſiſſimos ſtatus, &c. B. Ser. 39. n. 12. ſeq.

Judæi in Galilæa tenebant, non oportere Cæſarem vocari *Dominum*; propterea ab Imperatoribus graviſſimis perſecutionibus, ac tormentis vexati ſunt: nec tamen vel e pueris inventus eſt unicus, qui inter tormenta Cæſarem vellet *Dominum* vocare, ita ut hæc animi conſtantia omnibus eſſet admirationi. Lorinus ait, hanc fuiſſe cauſam aliquam, cur Chriſtus Apoſtolos ſuos elegerit ex Galilæa, quia prævidebat, quid hæc innata animi conſtantia cum gratia Dei eſſet contra gentes operatura. D. 9. 25.

142. *Quam efficaciter homines trahat.*

*Gratia ejus in me vacua non fuit*: certe non vacua, quia ex Saulo Paulus, ex lupo agnus quaſi in momento factus eſt. Apoſtoli vocati relictis omnibus cito ſecuti ſunt Chriſtum. S. punct. 104. fol. 306.

Lazarus, utut ligatus inſtitis, tamen ad vocem Dei ſtatim ſurrexit, & e ſepulcro exiit. M. conc. 7. aſſ. 2. n. 8.

Cum S. Bernardus Henricum Principem ad Monachatum convertit, quidam Andreas Principis aſſecla furioſe in S. Bernardum tanquam hypocritam invectus eſt: orante autem S. Viro proxima nocte tam vehementes ſtimulos ad vitam monaſticam ſenſit, ut non amplius potens reſiſtere gratiæ, in Ordinem altera die conceſſerit. E. Verb. *Converſio* n. 26.

Miratur S. Auguſtinus potentiam, & efficaciam gratiæ, quæ ſubito ex peccatoribus pœnitentes, ex piſcatoribus Apoſtolos, ex latronibus Sanctos facit. Gratia autem hæc, ait S. Bernardus, in tribus conſiſtit, in odio præteritorum, in contemptu præſentium bonorum, in deſiderio futurorum, &c. [*S. Ser. de lib. arbit.*]

Lumina ſupernaturalia, quæ Deus in animum hominis repente immittit, ſæpe ſunt ſole meridiano clariora, ita ut homini veritatem agnoſcendam aperiant hactenus nunquam cognitam, unde contingit nonnunquam, ut homo in uno quaſi momento totus alius a ſe ipſo evadat. Tale fuit lumen, quo S. Paulus ſubito fuit illuſtratus, ita ut quaſi in ictu oculi ex pen-

perſecutore Eccleſiæ factus ſit gentium Apoſtolus, & maximum gloriæ Divinæ inſtrumentum, &c.

143. *Obedientiam promptam requirit.*

Apoſtoli ſine cunctatione ſequuntur, uti & Eliſæus Eliam. Hinc illi juveni ne quidem ſepelire patrem licuit. S. punct. 104. fol. 307.

Magdalena, ut primum agnovit animæ ſuæ periculum, ſine mora ad Chriſtum feſtinavit. M. conc. 37. aſſ. 1. n. 7.

Abraham a Deo vocatus promptiſſime obſequitur, & eſt hæc vocatio Abrahæ typus vocationis omnium, qui vocantur ad fidem, gratiam, juſtitiam, perfectionem, & ſalutem, &c. C. Gen. fol. 145.

Magi ad ſignum ſtellæ feſtinant, ut doceant virtutis colendæ opportunitatem non eſſe prætermittendam, cum adſunt cæleſtia auxilia. Paoletti in feſto Epiphaniæ. Et Fer. 2. poſt Dom. Paſſionis.

Beatiſſima Virgo, Deo plena, abiit in montana cum feſtinatione; quia neſcit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.

Abraham Deum vocantem ex Ur Chaldæorum ſecutus eſt in Chanaan. Moyſes Deum vocantem ſecutus petiit a Pharaone miſſionem populi, ideoque tot ſigna fecit. Idem fecerunt Joſue, Gedeon, Samſon, David, Iſaac, Daniel, & alii. Ita Chriſtus Patrem, Apoſtoli Chriſtum vocantem ſecuti ſunt. S. Athanaſius Epiſcopatum fugiens, vi mirabiliter retrahitur, prout Alexander ejus in Epiſcopatu anteceſſor illi vaticinatus fuerat: *Fugis Athanaſi, at non effugies?* C. Jonæ 1. v. 3.

Si Paulus cæleſti luce irradiatus, proſtratus in terram, deliberabundus hæſiſſet, ſi non confeſtim, & ſine mora humili voce reſpondiſſet: *Domine, quid me vis facere?* forſan reprobatus, & ad Apoſtolatus ſublimitatem admiſſus non fuiſſet! &c.

144. *Mirabiliter vocat ad perfectionem.*

Paulus Eremitarum anachoreta ſub perſecutione Decii fugit in ſolitudinem ex timore, ſed ſolitudo ita ei placuit, ut ibi vitam egerit. Arſenius ex aula Theodoſii fugit ob metum Arcadii diſcipuli, qui ei mortem machinabatur. Mutius latro Parthenoοem ſpoliaturus, terretur ſomnio, & converſus fuit anachoreta ſanctiſſimus. Juvenis ſepulcrum exſpoliaturus a cadavere tenetur tamdiu, donec promittit ingreſſum Religionis, &c. D. 2. 20.

Juvenis Pariſios ſtudiorum cauſa itinerans, divertebat ad Monaſterium Clarevallenſe: invitatur ad ſacrum Ordinem, ſed repugnabat. Nocte ſomnians ſe in profundum puteum eſſe delapſum, ſupra in ore putei vidit S. Bernardum, qui ei liberationem promiſit, ſi vellet in ſuo ordine perſeverare. Obligavit ſe ad hoc juvenis, & in virum ſanctum evaſit. E. Verb. *Concilium* n. 3.

Quidam Peregrinus Pariſiis intravit ſcholam, ubi Magiſter prælegebat illa verba: Diliges Dominum Deum tuum. Scholaris ſtatim ſurrexit & abiit: quæſitus quo abiret, repoſuit: Volo antequam plus audiam, illam lectionem opere complere, & Religionem ingreſſus eſt. E. *Dilectio* n. 1.

Quidam nequam in Monaſterium Clarevallenſe ingreditur, ut furaretur. Eamque intentionem etiam poſt Profeſſionem retinuit, furandi calices & ornatum Eccleſiæ. Verum contritus, & Deo dante converſus adeo profecit, ut ſucceſſu temporis Monaſterii Prior factus ſit. E. *Intentio* 1.

Juvenis Amaſiæ placiturus tempore Bachanaliorum ſuperbo equo illius ædes præteribat: verum ab equo excuſſus, cum ab omnibus rideretur, vanitatem rerum agnoſcens mundo valedixit, ſicque verificatum eſt: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum &c. J. 16.

Idem legitur de S. Petro Conſalvo Eccleſiæ Placentinæ Canonico: aliquando equo ſuperbe phalerato per urbem equitans, in ſordidam lacunam excuſſus, a juventute riſui & ludibrio habitus eſt. Decrevit viciſſim mundum ludibrio habere, & in Ord. S. Dominici concedens, mira ſanctitate fulſit. N. 15. April.





# LIBER SECUNDUS DE CHRISTO DOMINO.

CHRISTUS DEI FILIUS.
Nomen JESU.
Incarnatio, Nativitas.
PASSIO CHRISTI.
CRUCIFIXUS.
Crux, Inſtrumenta Paſſionis.
Sacra Vulnera Chriſti.
Vulnus Pectoris Divini.

## CHRISTUS DOMINUS.

1. *Eſt exemplar vitæ noſtræ.*

S. Aug. l. de Verb. Relig. c. 15.

Sanctus Auguſtinus ait: *Tota vita Chriſti in terris pro homine, quem fecit, diſciplina morum fuit.* B. Ser. 44. n. 1. 2. & ſeq. Vide *TITULUM CHRISTIANI.*

Nyſſen. tract. de prof. Chriſtian.

*Chriſtianiſmus*, ait Nyſſenus, *eſt imitatio Divinæ naturæ*. Si ergo Chriſtianus es, noli in vanum ferre hoc nomen, ideo enim Chriſtus factus eſt particeps noſtræ humanitatis, ut nos participes faceret ſuæ Divinitatis, ut dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inviſibilium amorem rapiamur. Ita Chriſtiani cum Chriſto ſemper familiariter converſabantur. Conſtantinus Imp. ſemper Chriſti nomen in galea, & labaro, uti Deus ei monſtraverat, gerebat, itaque ubique victor evaſit. Ita Diaconus Martyr & S. Blandina in tormentis aſſidue clamabant: *Chriſtianus ſum, Chriſtiana ſum*. Beatiſſima Virgo triginta quatuor annis immenſo amoris dulcedine cum Chriſto verſatur. S. Paulus Apoſtolus de ſe ipſo teſtatur: *Vivo ego, non jam ego, vivit vero in me Chriſtus*. S. Magdalena triginta annis in ſolitudine meditatur vitam, paſſionem, & mortem Chriſti, & ab illo ultra centies viſibiliter inviſitur. S. Hieronymus, ut vivaciter vitam & mortem Chriſti præ oculis ſemper haberet, ad Chriſti præſepe vitam tranſegit. S. Edmundus Cantuarienſis Archiepiſcopus adhuc puer cum Chriſto puero, in ſchola familiariter converſabatur. S. Catharina Senenſis tanquam ſponſa cum Chriſto ſponſo jugiter tractabat, ab eoque ſpineam coronam, & cor novum accepit. S. Joanna Regina, fundatrix Ordinis Deiparæ Virginis annuntiatæ ſemper cum Chriſto & Maria agebat, &c. C. Baruch. 3. v. 38.

Angelus præcepit hædum occidi in ſacrificio Abrahæ, ubi Greg. carnes ſupra petram ponimus cum corpus noſtrum Chriſti imitatione cruciamus. S. punct. 112. f. 340.

Multi ſunt, qui Chriſtum tantum imitantur e dimidio, & e dimidio mundi vanitates ſectantur, *Jurant in Domino, & jurant in Melchom*, id eſt, ait S. Hieron. putant ſe ſæculo pariter & Domino ſervire poſſe, &c. S. punct. 134. fol. 422. — S. Hieron. in hunc loc.

*Viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina:* Quænam eſt hæc veſtis peregrina? quæ aliena eſt a moribus Chriſti, nam quiſque induit Chriſtum in baptiſmo: *Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, &c.* S. punct. 134. fol. 422. & punct. 152. fol. 475.

Chriſtus e cruce docet ſuam imitationem: caput ſpinis coronatum docet humilitatem: denudatio rerum omnium abdicationem, membrorum confixio mortificationem, &c. S. punct. 27. f. 692.

Chriſtus Dominus imitandus eſt cogitatione, verbis & opere &c. B. Serm. 44. §. 3. 4. & 5. Ideo conſtanter præ oculis habendus. A. lect. 8. §. 10. *Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis Filii ſui:* Accipe Crucifixum in manus & examina teipſum, an & in quo conformis ſis Chriſto Domino. Segn. Manna 13. Jul. n. 1. & 7. — Rom. 8.

Chriſtus eſt via, veritas, & vita, via in exemplo, veritas in promiſſo, vita in præmio: ſic per crucem ducit nos in cælum. C. 1. Petr. 2. v. 21. — S. Bern. Ser. 2. de Aſcenſ.

2. *Eſt fons & ſcopus omnis ſanctitatis.*

Sol typus & Chriſti; ſicut enim in ſole duo ſunt, lux & corpus; ita in Chriſto eſt verbum, & caro, Deitas, & humanitas, &

ſicut lux fuit ante ſolem, ſic Divinitas fuit ante humanitatem. Bonæ quidem ſunt hæ comparationes, ſed vel maxime Chriſtus ſol eſt, quia ſplendorem ſanctitatis omnibus Sanctis communicat, juxta illud, *Fulgebunt juſti ſicut ſol*. Sic S. Remigius luce cæleſti, inſtar ſolis deſignatus eſt Epiſcopus Rhemenſis: ſic Mater S. Columbani in ſomnis vidit e ſuo ſinu rutilare ingens lumen inſtar ſolis, &c. C. Eccli. 43. v. 2.

Dicitur flos campi, & lilium, candidum & rubicundum, propter varietatem virtutum, quas animabus communicare deſiderat. C. Cant. 2. v. 1.

Cant. 2. *Fructus ejus dulcis gutturi meo*. Hic Chriſtus comparatur arbori, proferens fructus ſanctitatis, fructus enim ejus ſunt 1. Remiſſio peccatorum. 2. Caritas, pax, gaudium, patientia, bonitas, &c. 3. SS. Euchariſtia, qua nos paſcit. 4. Sermo & doctrina cæleſtis. 5. Meditatio in lege Domini. Hos fructus omnes guſtavit S. Bonaventura ex arbore crucis, dum Crucifixum dixit eſſe ſuam Bibliothecam. C. in Cant. 2. v. 4.

Anima amans quæſivit ſponſum, ſed non invenit; quia quæſivit illum in plateis hujus ſæculi, in propria voluntate, in curioſitate, in pace, & otio: Chriſtus autem non invenitur, niſi in cruce. C. in Cant. 3. v. 1.

### 3. *Fundavit, & valde amavit Eccleſiam.*

Iſaac fuit figura Chriſti, Rebecca Eccleſiæ. 1. Quia fuit egreſſus in agrum, Chriſtus in mundum. 2. Egreſſus eſt veſpere, Chriſtus in ultima mundi ætate. 3. Deambulabat ad puteum viventis & videntis, Chriſtus ſua peregrinatione tranſivit per fontes Scripturæ, nunc hoc, nunc illud vaticinium implens. 4. Iſaac Rebeccam accepit non in famulam, ſed ſponſam, ſic Chriſtus Eccleſiam. 5. Illam induxit in tabernaculum Saræ Matris; ſic Chriſtus Eccleſiam ſubſtituit in locum Synagogæ Judæorum. C. Gen. 24. v. 67.

Chriſtus Dominus comparatur aquilæ: 1. Sicut aquila colona eſt unius nidi, nec ad aliud cubile tranſit: ita Chriſtus unam amat Eccleſiam, nec aliam recipit. 2. Sicut aquila pullos probat ad ſolem, eoſque qui radiorum aciem oculo non ſuſtinent, ut ſpurios rejicit: Ita Chriſtus extra Eccleſiam abjicit, qui fidei lumen ferre non poſſunt, aut non volunt. 3. Sicut aquila ſerpentes devorat, & venena concoquit: Ita Chriſtus percuſſo dracone, peccatum, quod hominem tenebat obnoxium, ſua paſſione ac morte extinxit. C. Deut. 32. v. 11.

Chriſtus ſemper præſens eſt ſuæ Eccleſiæ, hanc nunquam deſerit, hinc vocatur *Emmanuel*, id eſt *Nobiſcum Deus*: 1. Realiter in Ven. Sacramento Euchariſtiæ. 2. Per providentiam & gubernationem. 3. Per ſuos Vicarios, Epiſcopos & Sacerdotes. 4. Per Evangelia, & libros ſacros. 5. Per ſuam opem, gratiam, illuminationem. C. Iſaiæ 7. v. 14.

Chriſtus comparatur gallinæ, quæ congregat ſub alas pullos ſuos: Quare? ſine dubio propter vigilantiam & amorem. Sed illud mirabile, ſi gallinæ & pullis ſub alis applicetur ruta, dicuntur ſecuri eſſe contra milvos, feles, & vulpes: per rutam intelligi poteſt S. Crux, per hanc Chriſtus protegit Eccleſiam ſuam & fideles animas. C. Matth. 23. v. 37. Item c. 28. v. 20.

Chriſtus ſe comparat viti, ut explicet labores, quos impendit Eccleſiæ. C. in Joann. 15. v. 1.

### 4. *Eſt Magiſter, & Legifer noſter.*

Chriſtus juxta Prophetam eſt Angelus Malac. 3.
teſtamenti. 1. Quia fuit Angelus pacis. 2. Quia novum fœdus, vetere abolito, condidit. 3. Quia de cœlo deſcendit, ut terram cælo copularet. 4. Quia SS. Euchariſtiam per modum teſtamenti inſtituit. 5. Quia fœdus hoc ſeu teſtamentum per triginta trium annorum laborem perfecit. Dignum & par eſt, ut ipſum auſcultemus, imitemur, & adoremus. C. Malach. 3. v. 1.

Non tantum dat mandata, ſed etiam facultatem, & facilitatem illa ſervandi; hinc comparatur Monoceroti ſeu unicorni; ſicut enim Monoceros, ſi cornu ſuo aquas tangit, ex illa ſerpentes, & omne venenoſum expellit; ita Chriſtus tentationes, & inimicas paſſiones compeſcit. C. 2. Petr. 1. v. 17.

Non tantum voce & verbo; ſed etiam vita & exemplo nos inſtruxit; ideo baptizatus eſt, tentatus a diabolo, jejunavit, paupertatem, contemptum, dolores & mortem pertulit, ut nos doceret per arduos virtutum actus ad cæleſtia tendere. C. in Matth. c. 3. & 4.

Ad gloriam montis Tabor aſſumpſit Petrum, Joannem & Jacobum, ut doceret, ad cæli gloriam non admittendum, niſi ſit caritate fervens ut Petrus, caſtitate purus ut Joannes, in adverſis patiens, ut Jacobus primus Martyr. C. in Matth. 17. v. 1.





Per promulgationem Evangelii tantum nobis beneficium præſtitit, quanto Lex Evangelica præſtantior eſt lege veteri: eſt autem præſtantior ex plurimis rationibus: 1. Quia legis auctor fuit Moyſes merus homo, Evangelii autem auctor Deus homo. 2. Lex eſt velut umbra, Evangelium veritas legis typo adumbrata. 3. Lex erat nuntia timoris, Evangelium amoris. 4. Lex promiſit bona terrena, Evangelium cæleſtia. 5. Lex erat onus grave, Evangelium leve. 6. Lex erat via ad Chriſtum, Evangelium legis meta & terminus. 7. Lex erat imperfecta, Evangelium quoad fidem & mores perfectum. 8. Lex præcepta dedit naturæ conformia, Evangelium ſupernaturalia & Divina. 9. Lex intellectui tantum, Evangelium vero etiam voluntati præcepta proponit. 10. Lex nullos creavit Apoſtolos, Evangelium plurimos, &c. C. Proœmio in Evangelia, &c.

### 5. *Eſt Sacerdos, ſimul & victima pro Redemptione noſtra.*

S. Birgitt. Revel. lib. 3. c. 29. Beatiſſima Virgo S. Birgittæ revelavit: Ego ſum Mater ſacerdotis ſummi: is in templo meo induit ſe veſtibus ſacerdotalibus, in quibus obtulit ſacrificium pro mundo. S. punct. 22. fol. 641. In Paſſione ut ſacerdos induitur velo pro amictu, alba pro byſſo, funibus pro cingulo, chlamyde pro caſula &c. Ibid. fol. 641.

Agnus Paſchalis fuit typus Chriſti in cruce immolandi, per quem a captivitate ſtygii Pharaonis liberati ſumus, & per ejus ſanguinem & crucem, vindictam Divinam effugimus, & ſervamur ab Angelo percuſſore, dicente Apoſtolo:
1. Cor. 5. *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*. Hæc analogia fundatur 1. Quia Agnus immolabatur veſpere, & ſic Chriſtus diu exſpectatus tandem in conſummatione ſæculorum immolatus eſt. 2. Tota multitudo filiorum Iſrael eum immolabat, ſic Chriſtum omnes Judæi ad mortem expetebant. 3. In plenilunio immolabatur agnus: ſic mors Chriſti totam illuminabat Eccleſiam. 4. Chriſtus eſt Agnus ob puritatem. 5. Maſculus ob fortitudinem. 6. Noctu immolabatur, quia Chriſtum in Euchariſtia non videmus niſi per fidem. 7. Qui comedit Agnum, lumbos reſtringat: qui ſumit Chriſtum in Euchariſtia, libidinem, & delectationes carnis reſtringat. C. Exod. 12. v. 47.

### 6. *Docuit tolerantiam adverſitatum.*

Cum Propheta de Deo dicit, quod Chri- Abd. v. 1.
ſtum *Legatum ad gentes miſit*, ſtatim conjurationem adverſantium indicat: *Surgite, & conſurgamus adverſus eum in prælium*. Etenim Chriſtus fuit a Divino Patre in mundum legatus; hic tria ſecum attulit, ait Hugo Victorinus, Lucem, unguentum, & panem! lucem cæcis, unguentum ægrotis, & panem famelicis: -- primum contra ignorantiam, ſecundum contra concupiſcentiam, tertium contra miſeriam &c. ſicut autem Legati nonnunquam deſpecti, & perſecutionibus obruti ſunt; ita ſpeciatim Chriſtus ab infido mundo acerbiſſima quæque paſſus eſt. C. Abdiæ v. 1.

Exemplo Chriſti Sancti Martyres tormenta cum gaudio ſuſtinuerunt: ſic S. Paulus gloriatur in ſuis vinculis, S. Laurentius in craticula, S. Vincentius in equuleo, S. Tiburtius in prunis ardentibus, S. Theodorus, S. Bonifacius, S. Ignatius, Fiſcherus Roffenſis Epiſcopus, Campianus & alii, &c. C. Act. 5. v. 41.

Apoſtolis ad prædicationem Evangelii miſſis prædicit perſecutiones & mortes: Mitto vos ſicut oves in medio luporum, &c. C. in Matth. 10. v. 16.

Petrum, qui mortem illi diſſuadebat, retrocedere juſſit: *Vade poſt me Satana*, id eſt, adverſarie. C. in Matth. 16. v. 23.

Chriſtus Dominus eſt Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: Manſuetudine & patientia Agnum refert, ideo mites & manſuetos amat ut agnos, & hi olim erunt ſequaces Chriſti. Ideo etiam proponitur ut Agnus Paſchalis. C. Iſa. 53. 7. Item Jerem. c. 11. v. 19.

### 7. *Eſt ſpes & refugium noſtrum.*

Chriſtus Dominus omnia fere adverſa corpore & anima paſſus eſt; igitur in omnibus adverſitatibus, quas illi humiliter exponimus, compati nobis, & mederi poteſt: hunc in finem ait S. Ambroſius: *Chriſtus nobis eſt omnia! ſi vulnus curare deſi-* S. Ambr. l. 3. de Virgin.
*deras, Medicus eſt: ſi febribus æſtuas, fons eſt: ſi gravaris iniquitate, juſtitia eſt: ſi auxilio indiges, virtus eſt, ſi mortem times, vita eſt: ſi cælum deſideras, via eſt: ſi tenebras fugis, lux eſt: ſi cibum quæris, alimentum eſt*. Stanihurſt. de Paſſ. Dom. c. 3. §. 11.

Leproſus clamavit ad Chriſtum: Domine, Matth. 8.

*ſi vis, potes me mundare.* Lepra eſt morbus inſanabilis: quomodo curabitur lepra, ait Avicenna, cum ſit cancer univerſalis, quando cancer particularis medicinam neſcit? Et tamen Chriſtus in momento illum ſanavit, ut intelligas, etiamſi malum tuum videatur immedicabile, tamen apud Chriſtum Dei Filium medicinam & auxilium invenire poſſis; ipſius enim voluntas eſt ipſa omnipotentia, velle eſt ipſum poſſe. C. in Matth. 8. v. 2.

Antequam paralyticum ſanavit, prius illi remiſit peccata, ut oſtenderet ſe tam corporis quam animæ eſſe Medicum. Tu ſi beneficium temporale a Chriſto petis, prius remove obicem, id eſt, peccata per pœnitentiam dele. C. in Matth. 9. v. 2.

Permiſit Apoſtolos tempeſtate jactari, ut opem Dei tanto ardentius invocarent. C. in Matth. 14. v. 25.

*8. Elegit eſſe infelix, ut nos felices redderet.*

Ælia. l. 17. de animal. c. 13. De avicula charadrion narrat Ælianus, quod intuens hominem morbidum, morbum attrahat, ægrum ſanet, & ipſa moriatur: Ita Chriſtus intuitus eſt hominem ægrum, & pro ipſo mortuus, &c. B. Ser. 3. n. 35.

Chriſtus comparatur Aquilæ, quæ pullos ſuos portat ſuper alas, ut ſagittæ venatorum in ſe, non in pullos penetrent. B. Ser. 20. n. 23.

In amariſſima Paſſione ſanguinem uſque ad ultimam guttulam fundit. Vide Tit. PASSIO & S. punct. 154. fol. 497.

S. Th. de Villanov. 3. Dom. 17. poſt Pent. *Si de hac caritate dubitas, teſtis eſt crux, teſtes clavi*, teſtis lancea, ait S. Thomas de Villanova. S. punct. 14. fol. 591.

Inſtar miraculi extollit antiquitas amorem, quo famulus pro Domino, item Codrus Rex Athenienſium pro patria ultro mortuus eſt. T. n. 217. & ſeq. Quid ergo dicendum, quod Dominus pro famulis, Rex cæli & terræ pro hominibus vitam dederit? T. l. c.

In perſecutione Herodis maluit in exilium in Ægyptum fugere, quam latere occultus in alicujus domo: ne quis in periculum adduceretur, apud quem latuiſſet. Coſterus de 2. dolore B. V. Med. 19. f. 162.

Ad mundandum leproſum Deus lege præcepit, ut ſibi duo paſſeres offerrentur, quorum unus occidi, alter autem in occiſi ſanguine intingi, & ſic iterum in liber-
Lev. 14. tatem dimitti debebat. *Dimittet paſſerem vivum, ut in agrum evolet.* Chriſtus Redemptor fuit paſſer infelix, qui paſſione ſua & morte omnem ſanguinem effudit, quo nos tincti, qui prius ſub jugo peccati tenebamur captivi, in libertatem filiorum Dei aſſerti ſumus, &c.

*9. Eſt omni amore digniſſimus.*

Puella Brabantina inſano amore erga juvenem flagrans, cum jamjam decreverat hunc adeundi, Chriſtum ſpectabilem habuit, qui illam ad ſui amorem invitabat inquiens: Me dilige, qui ſum formoſus & bonus! & ſic puella omnem tentationem amiſit. E. Verbo *Amor Chriſti*.

Primorum Fidelium & Sanctorum mira fuit dilectio erga Chriſtum, ita ut ejus amore bonis omnibus, vitaque ipſa ſpoliari deſiderarint. Et quid mirum? Chriſtus amandus eſt ſuper omnia: 1. Quia Deus eſt, ſumma Bonitas, ſumma ſapientia, ſumma Majeſtas. 2. Quia Homo eſt plenus gratia, virtute, & veritate. 3. Quia per humanitatem aſſumptam nos Deo arctiſſime copulavit. 4. Quia ut Redemptor, Doctor, Legiſlator nos ſummis beneficiis ſibi devinxit. 5. Quia ſingulis nobis beneficia ſingularia contulit. C. 1. Petr. 1. v. 8.

Hinc Sancti omnes ardentiſſime anhelarunt ad Chriſtum, qui eſt *Deſiderium collium æternorum*: S. Paulus cupiit diſſolvi. S. Petrus flevit deſiderio Domini. S. Diaconus Martyr inter tormenta clamavit, Chriſtianus ſum. S. Ignatius nihil terrenorum deſideravit, ut JESUM inveniat. Sic S. Bernardus, S. Dionyſius, S. Cyprianus & alii. C. Gen. 49. v. 26.

Chriſtus ſemper elegit medium: in cælis eſt medius inter Patrem & Spiritum Sanctum: in terris medius ſeu mediator inter Deum & hominem. Natus eſt media nocte, poſitus in medio duorum animalium: In templo in medio Doctorum: Domi medius inter Patrem & Matrem: operatus eſt ſalutem in medio terræ: moriens pependit in medio duorum latronum: &c. cur ſemper medius? Dicunt aliqui, ut nos doceret in omnibus mediocritatem; quia in medio conſiſtit virtus! Eſt bona ratio! ſed intuere circulum, in quo omnes lineæ tendunt ad centrum tanquam medium! Igitur Chriſtus eſt medium univerſi, & ſemper tenuit medium, ut nos ſemper in omnibus actionibus ad Eum tendere ac collimare diſcamus. C. Habacuc c. 3. v. 2.

Eſt deſiderium gentium, & gaudium Sanctorum. Aggæi 2. v. 8. Item Act. 3. v. 16.

20. Eſt



*10. Eſt amicus noſter optimus.*

Eccli. 6. Commoda amicitiæ deſcribuntur varia, nempe quod ſit protectio fortis, amico theſaurus & res pretioſa, medicamentum vitæ & immortalitatis, fundatum in amore Dei. Hæc omnia autem in eminenti gradu inveniuntur in Chriſto, qui eſt amicus amicorum omnium, utpote gratioſus & amabilis, conſiliarius noſter unus præ mille, frater noſter per incarnationem, protectio noſtra, theſaurus noſter, denique amore noſtri pro nobis mortuus. C. Eccli. 6. v. 17. &c.

Matth. 28. Hinc amat, deſideratque ſemper nobiscum converſari, juxta promiſſum: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.* Et certe nobiſcum eſt ut Deus per potentiam, ut homo per opem, gratiam, robur, conſolationem, directionem, qua omnia difficilia vobis reddam facilia. Hac de cauſa Chriſtus voluit in SS. Euchariſtia in omnibus Eccleſiis nobiſcum permanere. Hac denique de cauſa in anima ſancta & fideli habitat, ſicut Rex in regno, ſicut Paterfamilias in domo, ſicut navarchus in navigio, ſicut ſol in cælo, ita ut neminem deſerat, niſi prius deſeratur. C. in Matth. 28. v. 20.

*11. Fuit humillimus.*

Ob humilitatem, ſi miſeros homines miraculoſe ſanavit, omni ſtudio celavit virtutem miraculorum: ita paralyticum ſanans dixit: *Ecce ſanus factus es.* Non dixit: ecce *ſanum te feci*. Puellam excitans ejecit tibicines: tu bonum opus faciens noli tuba canere ante te, &c. S. punct. 21. fol. 82. & 471.

Chriſtus Dominus uſque ad pedes ſui proditoris ſe humiliat, ubi S. Chryſoſt. ubi ſunt qui deſpiciunt conſervos, ubi ſunt, qui honores expetunt? &c. S. punct. 154. fol. 395. & 553.

Pro ſtulto haberi vult ab Herode. S. punct. 16. fol. 600.

Cum Rex eligendus erat, fugit in montem, erudiens non fugere dignitates ait Chryſoſt. S. punct. 22. fol. 626.

S. Bern. Sen. ſer. 6. de Paraſ. Elucet præcipue ex ejus paſſione, & morte, id quod S. Bernardin. Senenſis fuſe declarat ex cauſa efficiente, materiali, formali, & finali; & quidem cum ſeptemplici exaggeratione. S. punct. 27. fol. 685.

Fugit dignitates ſibi oblatas. Paoletti Dom. 4. Quadr.

Vir ille, a quo Chriſtus legionem dæmonum expulit, petiit, ut Chriſtus ſe ad ſui ſequelam inſeparabiliter admitteret. Reſtitit Chriſtus, & illum redire domum juſſit. Quare? quia noluit continuum buccinatorem miraculi e latere habere; ille enim ſine fine omnibus ſuam liberationem fuiſſet narraturus. S. Ambroſius ait: S. Ambr. l. 6. in Lucam.
*Ut jactantiæ cauſa vitetur.*

Chriſtus vita & lingua impenſiſſime docuit humilitatem: *Si quæras*, ait S. Auguſtinus, *quid primum ſit in Religione, & diſciplina Chriſti, reſpondeo, primum eſt humilitas. Quid ſecundum? Humilitas! Quid tertium? Humilitas! & quoties interrogabis, toties hoc dicam &c.* Et S. Leo ait: *Tota ſapientia Chriſtiana ... in vera, & voluntaria humilitate conſiſtit, quam Dominus JESUS ab utero Matris uſque ad ſupplicium crucis elegit, & docuit.* C. in Epiſt. ad Philipp. 2. v. 8. (S. Aug. Ep. 5. 6. — S. Leo 17. ad Dioſc.)

S. Leo ait: *Bethlehem elegit nativitati*, ut ortus ſui gloriam celaret, *Hieroſolymam paſſioni*, ut probrum crucis toti mundo pateſaceret. C. in Matth. 2. v. 6.

Per novemdecim annos delituit, & cum S. Joſepho fabrilem exercuit: ubi exclamat S. Bernardus: *O Humilitas virtus Chriſti, quantum confundis ſuperbiam noſtræ vanitatis! &c.* C. in Matth. 3. v. 1. (S. Bern. Ser. 1. de Epiph.)

Poſtquam multiplicatis panibus populum pavit, fugit trans mare, ne eligeretur in regem. C. in Matth. 14. v. 22.

Bene ignominiam crucis, non autem gloriam transfigurationis voluit propalari; hanc enim revelare prohibuit Apoſtolis. C. in Matth. 17. v. 9.

Cæcum illuminandum procul a turba eduxit extra vicum, ut fugeret gloriam & plauſum hominum. C. in Matth. 18. v. 23.

Propter humilitatem Chriſtus, in cælo eſt primus, quia in terris fuit noviſſimus, juxta illud: *Vidimus illum, & non erat aſpectus: deſideravimus eum deſpectum, & noviſſimum virorum.* C. in Matth. 19. v. ult. Iſa. 53.

*12. Fuit pauperrimus per totam vitam.*

S. Ambroſius de Chriſto ait: Recordare totam vitam Salvatoris a partu Virginis uſque ad patibulum crucis, & non invenies niſi ſtigmata paupertatis. Et S. Bonavent. Domino orbis totus negatus eſt orbis. S. punct. 154. fol. 497. Iſa. 53.

*Putavimus eum quaſi leproſum.* Leproſi ſunt hominum abjectiſſimi, pelluntur ex urbibus, nemo eos aditu, congreſſu, alloquio dignatur, ordinarie mendici



de-

debent vivere. Ita Chriſto, orbis Domino negatus eſt orbis! in propria venit, & ſui eum non receperunt! in Nativitate ex habitaculis excluſus in ſtabulum ejectus eſt, in morte extra portam crucifixus eſt. C. Iſa. 53. v. 4.

Non domum propriam habuit, non famulatum, non agrum, non oves, boves, non mercaturam, ſed a fabro lignario per opera manuum pauperrime altus, in illo triduo, quo a parentibus fuit amiſſus, mendicato vixit, in aliena domo paſcha comedit, in alieno etiam tumulo poſt mortem ſepultus.

Ideo etiam inter octonas beatitudines primo omnium pauperes beatos pronuntiavit: eſt autem triplex bonum pauperum: 1. Pauperes cenſu, uti Lazarus & mendici. 2. Pauperes cenſu, & ſpiritu, uti Abraham. 3. Pauperes ſpiritu, uti Religioſi, qui ex affectu & amore paupertatis eam vovent. C. in Matth. 5. v. 3.

Hanc paupertatem Chriſtus verbo & exemplo docuit, quem ſecuti ſunt B. V. & Apoſtoli, & SS. Ordinum Fundatores, &c. C. Matth. 5. v. 3.

Quidam Scriba voluit Chriſtum ſequi, & ab illo repulſam tulit: Quare? quia cum vidit miracula, & ſanationes ægrorum, ſperavit ſe ex eo rem ſuam, divitiaſque poſſe augere: id quod Chriſtus ſatis luculenter exprobravit verbis illis: *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos*, Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. Tunc ille abiit, exceſſit. C. in Matth. 8. v. 20.

Prope urbem Capharnaum exactoribus tributi non potuit tributum Cæſaris, id eſt, didrachma ſolvere, ſed illud per miraculum ex ore piſcis accipere debuit. C. in Matth. 17. v. 27. Item Ginther unus pro omn. conſ. 60. per totum.

### 13. *Amat peccatoris ſalutem.*

Chriſtus a Diſcipulis non ultra jactum lapidis abiit, ubi Simon de Caſſia. Chriſtus non ultra abit a peccatore, quam cor illius lapideum ſtatim poſſit converti. B. Serm. 49. n. 21.

Apoſtolum Thomam juſſit digitos inſerere cordi: cur non vulneri manuum? Reſpondetur: quia in vulneribus manuum pertranſire poterat, at cor non omnino erat perforatum. B. Ser. 85. n. 18.

Omnia opera Chriſti tendunt ad ſalutem animarum: hæc autem opera ad tria capita poſſunt reduci: Illuminat ut Magiſter, juſtificat ut Redemptor, defendit ut Advocatus: illuminat doctrina & exemplo, ut cognoſcatur eum eſſe ſolem in quocunque genere ſapientiæ, & ſanctitatis. Juſtificat ſuis meritis, quia quanto illi ſteterit ſalus humani generis, patet ex illius paſſione. Defendit, in quantum ſtat coram Patre illique exhibet vulnera, &c. Segn. Manna 19. April. n. 6.

S. Carpus Epiſc. graviter indignatus eſt alicui Apoſtatæ & ejus ſeductori, rogavitque Deum, ut utrumque fulmine perderet: poſtea in extaſi vidit Chriſtum, qui duobus illis peccatoribus in ſcrobem collapſuris, manum porrigebat, atque ſibi, id eſt S. Carpo dicebat, percute me, quia iterum pro peccatoribus mori paratus ſum. D. 10. 45.

*Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Chriſtus fuit pauper in vita, egenus in morte: beatus, qui hoc non obſtante illum pro Deo agnoſcit per fidem: in die mortis ſpecialiter, cum moriens crucifixi imaginem in manu habebit, proteget illum Dominus. Segn. Manna 18. Sept. n. 1.

In cruce pendens conqueritur de ſiti: Quænam fuit hæc ſitis? Nempe non hauſtum deſiderabat, ſed ſalutem omnium animarum. S. punct. 14. fol. 756.

Hic amor, ſeu caritas Chriſti menſurata, eſt incomprehenſibilis: *Longitudo* illius eſt a primo conceptionis inſtanti uſque ad ultimum vitæ. *Latitudo* ſe extendit ad omnes, etiam inimicos. *Altitudo* uſque ad viſcera Patris. *Profunditas* tanta eſt, ut a nullo creato intellectu poſſit cogitari. S. punct. 27. fol. 666.

Cor ſuum aperuit nobis in refugium: cur enim Chriſtus primum in mortuo corpore voluit recipere vulnus lateris? Reſpondeo, quia vulnus vivi corporis ſanabile eſt, alterum inſanabile, igitur primum mortuo corpore recipit vulnus lateris, ut cor ſuum ſemper nobis pateret. Ita Silveira: *Ut ibi ſubterfugium in cunctis haberemus*. B. Serm. 10. nu. 10. Primum hoc aſylum, ſeu refugium habuit Longinus, qui pro mercede crudelitatis fidem, & ſalutem recepit. B. Serm. 52. n. 27. Vide Tit. *VULNUS LATERIS*.

Chriſtus abſciſſam Malchi auriculam ſanavit, ut vocatus ad ſalutem ſe ſurditate excuſare non potuerit. C. in Matth. 26. v. 51.

### 14. *Eſt mera miſericordia, & manſuetudo.*

Ad Patriarcham Abraham tres Angeli venerunt: abeuntes vero in urbem Sodomam



mam tantum duo comparuerunt: ubi tertius remanſit? Reſpondeo, Angelus, qui ſecundam Perſonam in Deitate repræſentabat, non voluit eſſe præſens punitioni urbis, ſed tantum amat præſens, eſſe ubi
S. Ambr. l. de Abrah. c. 6. gratiæ largiendæ ſunt, ait S. Ambr. B. Serm. 70. n. 7.

*Quis dabit me ſpinam?* Hieron. legit, quis me faciet durum & crudelem, ut vincam naturam meam? quaſi Chriſtus naturam mutare deberet ſi vellet iraſci. S. punct. 26. fol. 113.

Quis ſatis miretur, quanta manſuetudine Chriſtus tormenta omnia in paſſione tolerarit? &c. S. punct. 154. fol. 496.

Jacob ut primogenituram fratri præriperet, pelles hædinas induit, & ſic Patris benedictionem impetravit; ita Chriſtus Dominus peccata noſtra in ſe aſſumpſit. &c. C. Gen. 27. v. 16.

Vidit Jeruſalem & flevit ſuper illam. Lazarum a mortuis cum lacrymis excitavit. Nonaginta novem oviculis relictis quæſivit centeſimam. Videns turbam, non habentem, quod manducaret, dixit: Miſereor ſuper turbam &c.

Compenſavit injurias benefactis; in aula Sacerdotis Annæ alapa cæſus, manſuete allocutus percuſſorem ajebat: *Quid me cædis?* cur ita interrogabat? reſpon-
Simon. de Caſſ. l. 13. c. 61. det Simon de Caſſia: *Dulci allocutione verborum conabatur de medio iniquitatis eripere percuſſorem*. B. Serm. 1. n. 14.

In tota paſſione omnes injurias manſuetiſſime tolerat. S. punct. 154. fol. 496.

Obſervat piiſſimus Coſterus: Cum Chriſtus condemnatus ad mortem crucis extra urbem duceretur, dixit mulieribus plangentibus: *Venient dies, in qua dicent, beatæ ſteriles &c. tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos &c. &c.* ſignate autem enarrat ſacer textus, Chriſtum hæc locutum fuiſſe ad mulieres: cur non ad lictores & carnifices? Nempe, ne videretur ad vindictam comminari. Coſterus de Paſſ. Dom. Med. 32. §. 2.

Cur Chriſtus infans Herodem fugiens Ægyptum ingreſſus eſt? cur non Aſſyriam aut aliam regionem? quia regnum illud quod antiquitus ſui progenitores Abraham, Iſaac, Jacob inhabitarunt, & nunc plenum erat idolis, voluit convertere: Et revera ingrediente Chriſto in Ægyptum idola omnia collapſa ſunt. C. in Matth. 2. v. 13.

Honori ſibi ducit verſari cum peccatoribus, ut eos convertat, ſicut Medicus honori ſibi ducit verſari cum ægrotis, ut eos ſanet: *Non eſt opus valentibus Medicus, ſed male habentibus*. C. in Matth. 9. v. 12.

Vitam communem, non auſteram egit, cum peccatoribus manducavit, ut, quos auſteritas Sancti Joannis abſterrere potuit, ad ſe attraheret, doceretque etiam divites in ſuis divitiis poſſe ſalvari, quia, ut ait S. Auguſtinus, *non uſus rerum, ſed libido utentis in culpa eſt*, quod illi damnentur. C. in Matth. 11. v. 19. S. Aug. l. 3. de Doctrin. Chr. c. 12.

Judæ proditoris oſculum non recuſat, ſed amice illum reoſculatur, ut mentem illius ad pœnitentiam commoveat, & doceat dilectionem inimicorum. C. in Matth. 26. v. 9.

### 15. *Totus alius eſt erga peccatorem in hac vita, quam poſt hanc vitam.*

Chriſtus Dominus in hac vita advocatum, & interceſſorem agit, uti defendit adulteram &c. verum poſt hanc vitam munere Judicis fungetur, & ſeveriſſime puniet. B. Serm. 22. n. 34.

Joab reconciliavit Patri Abſalonem, & ille ipſe ex diſpoſitione Dei debebat eſſe interfector Abſalonis: Ita etiam Chriſtus reconciliavit Patri peccatorem, & ille ipſe interficiet tribus lanceis. B. Ser. 20. n. 25.

Hebræos ad terram promiſſam itinerantes duxit per diem columna nubis, & per noctem columna ignis. Hæc columna figura eſt Chriſti Domini, ut ſignificetur, eum de die, id eſt in vita juſti eſſe nubem blandam, in nocte autem, id eſt, in vita peccatoris fore igneum, ſeu terribilem &c. C. Exod. 13. v. 21. fol. 440.

Chriſtus vocatur Agnus, qui coram tondente ſe obmutuit, ſed & vocatur Leo rugiens; quia in judicio ſanctis erit ſuavis ut agnus, reprobis autem tam terribilis, ut illi montibus dicturi ſint, *cadite ſuper nos, & abſcondite nos!* C. Iſa. 53. v. 7.

In hac vita eſt ſol miſericordiæ, illa autem die erit *ſol juſtitiæ*, 1. Quia ſi- Malach. 4.
cut ſol obſcura illuminat: ita Chriſtus ibi virtutes Sanctorum in hac vita obſcuratas, clarificabit. 2. Quia Sanctos poſt ærumnas hujus vitæ mira lætitia afficiet. 3. Quia diſpellet omnem caliginem errorum, & peccatorum. 4. Quia impiorum oculos ſua luce excæcabit. C. Malach. 4. v. 2.

Adventus Chriſti ad judicium erit ut fulgur, nempe ſubitus, inexſpectatus, omnibus manifeſtus, efficax, ſublimis in aere, ita ut toti orbi in momento ſit conſpicuus: S. Chryſoſtomus ait: *Sicut fulgur non indiget præcone, & nuntio, ſed in momento omni-*

*omnibus apparet, ſic adventus ille ſtatim videbitur*. C. in Matth. 24. v. 27.

Crucem ſecum habebit, ait S. Hieronymus, ut peccatum ipſorum ſine excuſatione condemnentur, ſicut ſiquis lapide percuſſus ipſum lapidem vel cruentas veſtes in teſtimonium oſtendat. C. in Matth. c. 24. v. 29.

Deut. 32. Chriſtus Dominus comparat ſe aquilæ: *Sicut aquila provocans ad volandum pullos ſuos*. Notandum autem aquilam in inſignibus Romanorum Imperatorum eſſe bicipitem, & uno pede palmam, altero fulmen ferentem: ſic Chriſtus: in hac vita offert palmam, in altera fulmen. Ginther unus pro omn. conſ. 42. n. 6.

16. *Quomodo quærendus, & imitandus*.

Sponſa in Canticis ſuſpirans ait: *Surgam & circuibo civitatem per vicos & plateas, quæram, quem diligit anima*.
Cant. 3. Sed ubi eum invenit?

Primo: Quærit eum in ſua commoditate, ſed ibi non invenit; quia Chriſtus non invenitur, niſi in cruce. Extra crucem nulla Dilecti veſtigia.

Secundo, quærit eum in propria voluntate, ſed ibi non invenit; quia Chriſtus non venit facere voluntatem ſuam, ſed Patris, orans in horto: Non mea voluntas ſed tua fiat.

Tertio: Quærit eum in curioſitate, circumeundo, & luſtrando omnes hominum ſtatus, & exercitia. Sed non invenit, quia ille circuitus facit hominem vagum & inſtabilem: ſic hodie, qui mutant ſtatus & officia pietatis nunc unum, nunc alium experiendo, nihil proficiunt; quia profectui nihil ita contrarium, quam crebra mutatio exercitiorum & ſtatuum.

Quarto: Quærit illum in pace, tranquillitate, & otio, ſed non invenit; quia Deus vocat ad labores pro ſua gloria & ſalute animarum, & ſic apparet in luce & gratia pro eo ſtatu ad quem vocat: unde quos vocat ad ſortem Magdalenæ, iis apparet in contemplatione: quos vocat in ſortem Marthæ, iis apparet in actione.

Quinto, quærit in ariditate, & deſolatione animi, &, ut putat, non invenit; verum bene ſperet, quia Deus animæ ſanctæ & ferventi ſubinde ſuam præſentiam, ac gratiam illuminantem ac conſolantem ſubtrahit, ut ejus deſiderium: quos, & fervorem magis accendat, dicente S. Gre-
S. Greg. 1. Mor. c. 4. gorio: *Abſcondit ſe ſponſus, cum quæritur, ut ardentius quæratur*, & majori ſolatio poſſideatur. Pergat igitur fidelis anima, ſciatque, quod quærens Deum jam aliquo modo invenerit, & tenet; non enim quæreret, niſi eum cognoſceret, deſideraret & amaret. Quærat illum per fidem & ſpem, ut inveniat per caritatem. *Bonus es Domine quærenti te*, ait S. Bernardus, *quid ergo invenienti? &c.* C. in Cant. 3. v. 1.

## Nomen JESU.

17. *Non debet pronuntiari ab immundo*.

Res mira eſt, quod Pilatus ſcribere potuerit ſanctiſſimum Nomen, & non pronuntiare: toto proceſſu Judiciali non legitur, quod vel ſemel enuntiarit, ſed tantum dixit: *Ecce Homo! Rex es tu? &c.* quæ cauſa? Nempe Pilatus *accepta aqua lavit manus*, lavare manus juxta S. Hieron. Paſchaſium & alios ſignificabat munditiem. Cum igitur lavit manus, manus erant mundæ, ideoque potuit ſcribere titulum crucis; non vero enuntiavit; quia os, & cor illius immunda erant. *Nemo poteſt dicere Dominus JESUS, niſi in Spiritu Sancto*. Ait Apoſtolus. Ginther in Feſto S. Bernardi.

Matthæus non auſus eſt pronuntiare, ſed Angelo pronuntiandum reliquit: quaſi deberet Angelus eſſe, qui pronuntiare vult nomen JESU. M. conc. 7. aſſumpt. 1. n. 11. & 12.

Oleum omnibus animalibus nocivum eſt præterquam homini. VV. art. diſc. font. 48. ex. 5. Nomen JESU oleo comparatur: ſi pronuncietur a brutalibus illis, qui ſuperbia ſunt pavones, ira leones, ingluvie lupi, luxuria porci &c. nocet, non prodeſt.

Iſaac & Abimelech, cum in gratiam redierunt, *poſt cibum ſurgentes mane juraverunt ſibi mutuo*. Cur non inter convivium? Reſpondet Lyranus: propter reverentiam ſacri Nominis, quod juramento invocandum erat. S. punct. 152. fol. 480.

O quoties hoc venerabile Nomen a Chriſtianis magis, quam ab ipſis ethnicis a Turcis inhonoratur! Segn. Hom. Chr. p. 2. diſc. 2. n. 16.

18. *Eſt nomen ſalutis*.

Aaron, Moyſes, Maria &c. in deſerto mortui ſunt, evaſit Joſue: Quare? S. Ambroſ. reſpondet: Similitudo nominis ſacri illum ſervavit. B. Serm. 68. n. 10.

Bellíduci Oſee nomen Joſue additum eſt; quia illi ſalus cæterorum commendata fuit. B. Serm. 70. n. 8. & M. conc. 7. aſſ. 1. n. 7.

Quæ-



Quæris cur S. Paulus in mille periculis illæſus mundum peragrarit? quia erat vas electionis, quod portavit nomen JESU. M. conc. 7. aſſ. 1. n. 4.

Angelus dixit Mariæ: inveniſti gratiam, quia concipies JESUM: en JESUS eſt nomen gratiarum. Ib. n. 6.

S. Bern. Sen. t. 2. Serm. 4. S. Bernardinus Senenſis docet: *Quicunque ſceleſtiſſimus peccator debite invocaverit in ultimo vitæ articulo nomen JESU, ſalvabitur juxta illud Prophetæ. Quicunque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit*.

Sanctiſſimum Nomen JESU eſt vena noſtræ ſalutis, & omnis felicitatis ſcaturigo. Paoletti in Feſto Circumciſionis.

Puer ethnicus in piſcinam delapſus, & ſuaſu Luſitani Nomen JESU invocans, mirabiliter emergit, & baptiſmum ſuſcipit. E. *Nomen JESU* n. 4.

Religioſus ex Ord. S. Franc. in morte terribiliter afflictus, jubetur a B. V. centies nomen JESU pronuntiare, & ſic placidiſſime mortuus eſt. *Chron. S. Franc. T. 4. c. 10.*

Judas proditor reſtituens triginta argenteos dixit Phariſæis: *Peccavi, tradens ſanguinem juſtum*. Dein deſperans laqueo ſe ſuſpendit. O ſi dixiſſet: Peccavi, tradens ſanguinem JESU, certe non deſperaſſet, ſed ſalvatus fuiſſet. Ginther Unus pro om. conſ. 135. n. 1.

19. *Eſt efficax medicina contra peccata*.

S. Bern. Ser. in Cant. *Nihil ita ſicut hoc Nomen JESU, iræ impetum cohibet, ſuperbiæ tumorem ſedat, livoris vulnus ſanat, luxuriæ fluxum reſtringuit, libidinis flammam extinguit, ſitim avaritiæ temperat, ac totius indecoris pruriginem ſanat*.

S. Bern. ibid. Triſtatur aliquis veſtrum? veniat in cor JESUS, & inde ſaliat in os, & ecce ad exortum Nominis lumen nubilum omne diffugit, redit ſerenum. Labitur quis in crimen, currit inſuper ad laqueum mortis deſperando, nonne ſi invocet Nomen vitæ, confeſtim reſpirabit ad vitam?

S. Bern. ibid. Hoc electuarium tibi habes, o anima in vaſculo vocabuli hujus, quod eſt JESUS. Salutiferum certe, quodque nulli unquam peſti tuæ inveniatur inefficax. Semper ſit tibi in ſinu, ſemper in manu, quo tui omnes in JESUM ſenſus dirigantur & actus.

Franciſcus a Puero JESU publicam peccatricem, Nomine JESU rogabat, ut cum
Kyſtl. in M. n. Myſt. t. 12. c. 38. §. 11. vanitati & Satanæ hactenus ſat diu ſerviiſſet, jam nunc inciperet ſervire Deo, & ſalvare animam. Riſit hæc monita peccatrix. At cum Nomen JESU, quo rogata fuerat, mente recolit, eadem nocte ſcrupulis & anxietatibus adeo fuit exagitata, ut ſummo mane confeſſionem peregerit, & dein in pœnitentiariarum Ordinem ingreſſa ſit.

20. *Sanat infirmitates corporis, & animæ*.

Ille paralyticus 38. annos apud piſcinam hæſit, aquam clamans: ſtulte, ait S. Bern. oleum, non aquam clama, & ſalvaberis: quale oleum? oleum effuſum nomen tuum. M. conc. 7. aſſ. 1. n. 3. S. Bern. Ser. de divers.

S. Vincentius Serm. de circumciſione ait: *Hoc nomen JESU eſt virtuoſum, quia omnes virtutes, quas Deus poſuit in herbis, lapidibus, verbis, plantis, ſtellis, & conſtellationibus omnes ſunt, & continentur in hoc benedicto nomine*. Et S. Bernardinus Senenſis: *Hoc eſt nomen quod dedit cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, ſermonem mutis, proinde ſiquæ infirmitas tibi vel tuis occurrat, ad invocationem hujus nominis recurre*. Et S. Bernardus ait: *Medicina eſt nomen JESU*. S. Vinc. Serm. de circumciſ. — S. Bern. Sen. t. 2. Ser. 49. — S. Bern. Ser. 15. in Cant.

De Nomine JESU omnino verum eſt illud oleum effuſum Nomen tuum; ſicut enim oleum aquæ ſupernatat, ita Nomen JESU omnia alia nomina dignitate præcellit: Oleum autem, ait S. Bernardus, *lucet, paſcit, & ungit: fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina &c.* C. Philipp. c. 2. v. 10.

Chriſtus infans ex Judæa in Ægyptum fugiens, illuc ſimul balſamum ſecum tulit; hortus enim balſami ibi a quodam rivulo irrigatur, in quo fama eſt JESUM infantulum ſæpius fuiſſe lavatum. Si tam amanter prodeſſe voluit corporibus, quanto magis prodeſſe cupiet per ſanctiſſimum Nomen ſuum, de quo illud: *Unguentum effuſum nomen tuum &c.* C. in Matth. 2. v. 14.

21. *Promovet ad ſanctitatem & ſalutem*.

Moyſes in Sanctuarium intrare non potuit, quia nubes aditum occluſit: in montem Sinai vero aſcendere potuit, licet totus mons fumigaret: Quare? reſpondetur; quia ſanctuarium aſcenſurus ſolus erat, in montem vero comitem Joſue habebat. En! cum nomine JESU omnia pervia ſunt. M. conc. 7. aſſ. 1. n. 5.

Nomen JESU eſt urbs fortitudinis noſtræ: 1. Quia nos curat ab omni infirmitate & vitio. 2. Dirigit rectam intentionem ad Deum. 3. Eſt incitamentum humilitatis & ſpei. 4. Stimulus ad
devo-

devotionem. 5. Docet gratitudinem pro ſalutis beneficio. 6. Provocat ad obedientiam. 7. Invitat ut in omni neceſſitate ad ſanctum hoc Nomen confugiamus. S. Bernardus ait: *Cui in periculo palpitanti invocatum virtutis nomen non ſtatim fiduciam præſtitit? cui in adverſis, ſi Nomen adjutorii ſonnit, defuit fortitudo.*

*S. Bern. Ser. 15. in Cant.*

Judas triginta argenteos, quibus Chriſtum vendidit, ad Sacerdotes retulit, inquiens: *Peccavi, tradens ſanguinem ſuſtum.* Deinde laqueo ſe ſuſpendit. O! ſi dixiſſet miſer: Peccavi tradens ſanguinem JESU, certe non deſperaſſet; ait enim Euthymius: *Longe eſt deſperatio, ubi eſt hujus Nominis invocatio.* Ginther Unus pro omn. conſ. 135. n. 1.

*Matth. 27.*

Paulus cæleſti lumine in terram proſtratus, ubi vocem cælitus audiit, Ego ſum JESUS quem tu perſequeris, ſurrexit totus alius, ex perſecutore factus Apoſtolus &c.

*22. Contra hoſtes & dæmones tuetur.*

Moyſes a terribili exercitu Amalecitarum cinctus vocavit Joſuen: pugna contra Amalec. Vincimus enim per JESUM, ait Origenes. M. conc. 7. aſs. 1. n. 8. Et C. in Num. 13. v. 17.

S. Michael pugnaturus contra rebelles Angelos pro teſsera habuit nomen JESU ait S. Bernardin. Senenſ. ibid. n. 9.

*S. Bern. Sen. Ser. de Nom. JESU.*

Dum diſcipuli ajunt: In nomine tuo dæmonia ejecimus, reſpondet Chriſtus: vidi Satanam ſicut fulgur cadentem, videlicet, in hoc ipſo nomine. Ibid. n. 10.

Abraham vincit Regem Chodorlahomor, & ejus fœderatos non pluribus, quam 318. militibus: Quare? quia nomen JESU græcum numerat totidem. Littera enim T apud græcos 300. I & H 10. & 8. numerat, & ſola littera S. deeſt. JESUS. C. Gen. fol. 155. in fine.

Oleo omnia inſecta, ſi caput eorum inungatur, celerrime enecantur. VV. art. diſc. font. 48. ex. 5. Ita ſi in caput diaboli, ſerpentis nocentiſſimi nomen JESU illidatur, vincitur & fugatur.

Clodovæus Francorum Rex ab Alemannis in pugna victus invocat nomen JESU, & promittit, ſe abdicatis idolis baptiſmum ſuſcepturum, atque adeo victoriam obtinet. E. *Nomen JESU.* n. 2.

Nomen JESU Angelos rebelles e cælo expulit: Ex Saulo Paulum fecit: Mendicum ante portam templi ſanavit: Goliam ſtravit, Jobum erexit, & Martyres confortavit. Ginther *Cor Mariæ conſ. 16. n. 7.*

Eſt nobis murus & ſcutum inexpugnabile: 1. Quia nos curat ab omni infirmitate & vitio, atque ita ad amorem ſui nos inflammat, quis enim non amet ſuam ſalutem? 2. Dirigit rectam intentionem ad Deum; hinc Paulus docet, omnia in nomine JESU facienda: conſulum nomina ſecuritatem litteris præſtant, multo magis nomen Chriſti. 3. Eſt excitamentum humilitatis, & ſpei, quia ab eo remedium malorum noſtrorum exſpectamus. 4. Eſt ſtimulus ad devotionem, quia ſicut ipſe ſe totum mihi tradidit; ita & ego ejus totus ſim. 5. Docet gratitudinem quam illi pro tanto redemptionis beneficio debemus. 6. Provocat ad obedientiam; quia hoc tantum Nomen, ut ait Paulus, ſibi promeruit per obedientiam: Factus eſt obediens uſque ad mortem, propter quod dedit illi Nomen &c. 7. Invitat in omni neceſſitate ad hoc Nomen invocandum: 8. Denique Chriſtianum edocet perfectionem &c. &c. C. Iſa. 26. v. 1.

*1. Cor. 10.*

*Philip. 2.*

*23. Summo in honore habendum.*

In Regno Congo inveniuntur aviculę, quæ articulate nomen JESU pronuntiant, idque oriente ſole in ſilvis cantant. Mira hæc eſt Dei Providentia, quæ ordinavit hunc volucrum cantum, ut barbari illi haberent occaſionem indagandi, quid nominis id eſset, & ſic in cognitionem fidei venirent. R. cent. 3. mir. 34.

Turcæ multum honoris ſolent deferre chartæ, quia nomen Dei in illa ſcribi ſolet: hinc chartulam nullam humi jacere patiuntur, ſed illam attollunt, rimæque alicui aut foramini inferunt, ne pedibus proteratur. VV. de art. diſc. font. 40. ex 4.

S. Henricus Suſo tenerrime amabat Nomen JESU, illudque, præſertim in ejus feſto, & Calendis Januarii, cantilenis venerabatur, cumque decies pronuntiabat Nomen JESU, ſimul quinquies interpolabat Nomen Mariæ. Unde Chriſtus ſub ſpecie amabiliſſimi parvuli ei apparuit, & nomen *Henrici* illi in nomen Amandi commutavit. *Ephem. Dom. 1. Jan.*

Mulier Japonenſis nomen Amidæ (Idoli ſui) ſingulis diebus 14000. vicibus pronuntiare, & ad hoc a dæmone excitari ſolebat. Ad fidem Chriſtianam converſa toties Nomen JESU & Mariæ recitavit, ab Angelo ad hoc excitata. *Lohner v. tempus.*

*Donavit illi Nomen, quod eſt ſuper omne Nomen, ut in Nomine JESU omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.*

*Philip. 2.*

Per



Per nomen JESU omnia nobis bona profluxerunt, ſicut omnes fontes, & brachia maris ab oceano. JESUS eſt, qui omnes peccatorum ſordes abſtergit, & promovet ad ſanctitatem &c. C. in Habacuc. c. 3. v. 17.

*24. Solatur in adverſitatibus.*

Urinatores, qui in mare deſcendunt, os oleo replent, illudque exſpuunt, quo fit ut aqua pellucida fiat, & illi lucem videant: VV. art. diſc. font. 48. ex. 5. Hic mundus mare amariſſimum eſt plenum adverſitatibus: pronuncia nomen JESU & lucem, ſeu ſolatium capies.

S. Ignatius Martyr in omnibus perſecutionibus pronunciabat nomen JESU: quæſitus cauſam repoſuit, ſe nomen hoc in pectore ſuo ſcriptum habere. Et revera poſt mortem venerabile nomen JESU in corde illius ſcriptum inventum eſt. *E. Nomen JESU 1. N. 13. Jan.*

Urbs Antiochenſis ſæpe terribili terræ motu contremuit. Ceſſavit autem malum cum incolæ nomen JESU ſuis foribus inſcripſerunt. E. *Nomen JESU* n. 3.

Nomen JESU comparatur oleo: oleum habet virtutem illuminandi, condiendi, fovendi vulnera, dolores mitigandi, exhilarandi &c. C. Gen. 28. v. 18. f. 230. col. 2.

S. Dionyſius Martyr Romanus in tormentis nomine JESU ſe confortat, idque uſque ad finem vitæ ſæpiſſime fecit, inquiens: Hoc nomen victoria eſt proferenti. Nouet p. 8. f. 538.

Quid Apoſtolos in laboribus, quid Martyres in tormentis confortavit, niſi Nomen JESU? *Ibant gaudentes a conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro Nomine JESU contumeliam pati.* Has contumelias, & perſecutiones, pro favore, & honore totius mundi non fuiſſent commutaturi! ideo Sancti, ubi in ſuis imaginibus aut ſtatuis cernuntur, ordinarie inſtrumenta ſui martyrii in manibus tenent, gladios, ſartagines, craticulas, quia has ſupra coronas & ſceptra totius mundi æſtimant &c.

*Act. 5.*

Incarnatio, Nativitas Chriſti.

*25. Maximum Divini amoris prodigium.*

FAmilia, ex qua Rex, vel Imperator fuit, valde a mundo in honore habetur: ita humana natura prius contempta poſtea ab Angelis honorata fuit: hinc Angelus non admiſit adorationem Joannis: ubi S. Greg. ait: *Quid eſt, quod ante Redemptoris adventum Angeli ab hominibus adorantur, & tacent: poſtmodum vero adorari refugiunt, niſi quod naturam noſtram, quam prius deſpexerant... ſupra ſe videlicet in cæli rege venerantur.* S. punct. 150. fol. 468.

*S. Greg. hom. 8. in Evang.*

Dei filius inſtar roris deſcendit, ideo Patres in limbo clamarunt: *Rorate cæli deſuper &c.* 1. Quia ros eſt ſymbolum Virginitatis. 2. Suavem auram, & halitum vitalem aſpirat animantibus: ita Chriſtus vitam nobis afflavit. 3. Ros eſt aereæ & cæleſtis naturæ, hinc attrahitur a ſole: ita Chriſtus ſuos aſſeclas facit cæleſtes &c. C. Iſai. 45. v. 8.

S. Cyprianus ait: *In cæteris mirabilibus quocunque modo aliquæ ſatisfaciunt rationes: hic ſolum me complectitur ſtupor.* S. punct. 150. fol. 468.

*S. Cypr. in Serm. de Nativ. Chr.*

Ex incarnatione ſingulariter elucet caritas Dei erga hominem; quia quaſi impatiens fuit Deus in exſpectando illud tempus, quo poſſet cum hominibus converſari. Paoletti Feſto Nativitatis Domini.

Cherubini & Seraphini obſtupeſcunt & expaveſcunt videntes Deum in carne, Deum in cruce. Tria ſunt admirabilia, ait S. Bernardus, quod conjuncta ſint ad invicem, Deus & homo, Mater & Virgo, fides & cor humanum &c. Habacuc 3. v. 2.

*S. Bern. Ser. in Vigil. Nativ.*

*26. Docet humilitatem, & paupertatem.*

*Nunquid habes brachium ſicut Deus &c.* ubi nunc illud brachium? O mi ſancte Job: ſi videres, qui tonabat, nunc vagire: qui omnipotens fulminabat, nunc ſtringi faſcia: qui terrebat, nunc tremere; qui gloria induebatur, nunc pannis involvi &c. S. punct. 150. fol. 469.

Jacebat in præſepio, & fulgebat in cælo: lectus ei erat fœnum, cujus eſt terra & plenitudo ejus: alget & lacrymatur inter animalia, quia vita eſt & ardor Angelorum: S. Bernardus ait: Pretioſiores panni Salvatoris omni purpura, & glorioſius præſepe regum ſoliis: ditior Chriſti paupertas cunctis opibus; quid enim humilitate ditius & pretioſius invenitur?

*S. Bern. Serm. 4. in Vigil. Nativ.*

Natus eſt in Bethlehem humili loco, ut nos doceret humilitatem, mortuus eſt in Jeruſalem celebri urbe, ut ignominiam crucis toti mundo patefaceret. Hinc S. Leo *Bethlehem elegit Nativitati* (ut gloriam ortus ſui occultaret) *Hieroſolymam paſſioni*, ut probrum crucis magis eſſet publicum. C. in Matth. 2. v. 6.

Prius

Prius paſtoribus, quam Regibus ſuam Nativitatem revelavit, ut oſtenderet ſe veniſſe, ut humilitatem amaret, & mundi ſuperbiam contemneret. Ginther Cor JESU conſ. 6. n. 7.

*27. Excitat ad reciprocum amorem.*

Olim cum terribilis erat Deus, cum tonuit, & pavore omnia proſtravit, ait (S. Chryſol. Serm. 147.) Chryſol. fugerunt homines ad idola, ad errores, ad vanitates; nam timor omnia diſſipat &c. hinc Deus ſe nunc amabilem fecit, gratia invitat, caritate tenet, conſtringit affectu &c. S. punct. 150. fol. 469.

(S. Bern. Ser. 1. in Epiphan. Dom.) S. Bernardus ait: quanto minorem ſe exhibet in humilitate, tanto majorem ſe oſtendit in caritate, & quanto pro me vilior, tanto mihi carior. S. punct. 27. f. 667.

Chriſtus Dominus potuiſſet in adulta ſeu virili ætate venire in mundum, ſicut creavit Adamum. Sed maluit, ut parvulus naſci, quia tenera hæc ætas ſingulariter amabilis eſt, & corda excitat ad amorem.

Scis mi Chriſtiane, quomodo amorem tuum erga Divinum Puſionem teſtari poſſis? En! Redemptor tuus naſcitur hyeme, naſcitur media nocte, naſcitur brumali frigore, reponitur in palea, in ſordido ſtabulo, inter animalia, & pro nutrimento non habet, niſi aliquot Virginei lactis guttulas: igitur amorem tuum teſtaberis, ſi illum in arduis perferendis imiteris, injurias aeris, paupertatem, aliaque incommoda illius amore patienter ſuſtineas. S. punct. 150. fol. 473.

Verum eheu! quam crudelis eſt peccator, qui JESUM parvulum non tantum non imitatur, ſed in cunis perſequitur. Audi truculentum facinus! Joannes Baſilius Dux Moſcoviæ valde crudelis reos conſpirationis omnes delevit cum tota familia, uxore, liberis, & pecudibus. Cum milites infantulo in cunis blande arridenti pepercissent, & infantulum ad Ducem tuliſſent, Baſilius illum oſculatus eſt quidem, ſed ter cultro confoſſum trucidavit, imo & milites, qui infantulo pepercerant, occidi juſſit. T. n. 407. Utinam hæc crudelitas non poſſet imputari peccatori, qui Chriſto infantulo quidem blanditur, ſed & illum occidit. &c.

Hic amor in eo conſiſtit. 1. Ut morum licentiam arctiore diſciplina conſtringamus, cum Deus immenſus in utero Matris ſe conſtrinxit. 2. Ut ſpretis mundi illecebris caſtitatem amplectamur, cum Deus Matrem habere voluerit Virginem puriſſimam. 3. Ut novam vitæ rationem in omni virtutum genere ineamus, cum Deus tam novum propter nos miraculum effecerit, ut Virgo hominem Deum generaret. C. Jer. 31. v. 22.

*28. Grato animo adoranda, & ſimul timenda.*

S. Odilo Abbas Cluniacenſis, cum in hymno Ambroſiano ille verſus cantaretur: *Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, non horruiſti Virginis uterum*, in terram ſe ſemper proſternebat. Idem fecit S. Lutgardis Virgo ſub eodem verſu: & ecce! B. V. illi apparuit, dixitque, ſibi gratiſſimam eſſe ſub his verbis memoriam Dominicæ Incarnationis, & revocare in mentem, quod ipſa eſſet Mater Dei. H. Ser. 27. fol. 271.

Sicut aurora diſpulſis tenebris mundum lætificat, ita Chriſti Nativitas fuit aurora 1. quia fuit primum opus Redemptionis humanæ, cum Chriſtus poſt mediam noctem ex utero Virginali genitus eſt. 2. Sicut aurora rorem ſpargit, quo herbæ & plantæ vegetantur; ita Chriſtus natus animas peccato mortuas vivificavit, & bonis operibus fœcundavit. 3. Sicut aurora hominibus gratiſſima, & exoptatiſſima eſt; ita ſedentibus in tenebris Chriſti ortus fuit fauſtiſſimus. C. Oſeæ 4. v. 3.

*Poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum.* Chriſtus naſcens novam ſtellam accendit, & moriens ſolem obſcuravit, ut indicaret, quod paratus ſit, ſuos ſectatores cæleſti luce illuminare, v.g. Magos, & ſuos perſecutores v.g. Judæos tenebris excæcare.

*29. Eſt admirabilis cælo & terræ.*

*Commovebo cælum, & terram, & mare & aridam!* dicit Dominus. (Aggæi 2. v. 7.) Sed quæ commotio naſcente Chriſto facta eſt in cælo? 1. Eo momento Angeli apparuerunt paſtoribus. 2. Stella inſoliti ſplendoris Magis apparuit. 3. Circulus cæleſtis arcus ſolem ambiit. 4. Anno anteriori viſi ſunt tres ſoles in unum coire. 5. Spiritus Sanctus, dum Chriſtus baptizatur, in ſpecie columbæ deſcendit. 6. In Paſſione Chriſti, dum ſol in plenilunio maxime diſtat a luna, eclypſi univerſali obſcuratus eſt. 7. Chriſtus poſt quadraginta dies, Apoſtolis cernentibus, in cælum elevatus eſt. 8. Poſt quinquaginta

dies



dies miſit Spiritum Sanctum. 9. Cæſari Auguſto B. V. Maria cum infante in ulnis apparuit in Capitolio, cui Auguſtus dein aram erexit cum inſcriptione: *Ara Primogeniti Dei*. Poſtmodum Conſtantinus Imp. ibi templum ædificavit, unde Monaſterium, quod hodiedum *Ara Cæli appellatur*.

Terra autem commota eſt, 1. quia Chriſto naſcente armis poſitis bella ceſſarunt, & pax univerſalis in orbe fuit. 2. Quia oracula gentilium ſimul omnia ſiluerunt: 3. Quod anno tertio triumviratus Auguſti, id eſt, quadrageſimo ante adventum Chriſti, fons oleo per totam diem largiſſime fluxit. 4. Quia in Capitolio multæ gentilium ſtatuæ conciderunt. 5. Quia Auguſtus non amplius voluit *Dominus* nominari. 6. Quia Chriſto intrante in Ægyptum idola corruerunt. 7. Quia Chriſto moriente petræ ſciſſæ ſunt, & totus orbis terræ motu contremuit. &c. C. Aggæi c. 2. v. 7.

Auguſto Cæſari, ſub quo natus eſt Chriſtus, Virgo Deipara infantem ulnis geſtans apparuit in Capitolio, cum jam ante ipſe Oraculo Apollinis edoctus, natum eſſe puerum Hebræum, qui idolorum oraculis ſilentium indixiſſet, eidem in Capitolio aram erexiſſet hoc titulo: *Ara primogeniti Dei*. Quocirca Conſtantinus Magnus eidem templum erexit in memoriam Dei Genitricis Mariæ, quod etiamnum vocatur *Ara cæli!* ubi & locus viſionis Auguſti oſtenditur. C. in Luc. 2. v. 1.

PASSIO CHRISTI.

*30. A Chriſto toleratur ex amore ad noſtram ſalutem.*

AVicula charadrion ex aſpectu morbidi morbum contrahit: ita Chriſtus noſtros dolores in ſe ſuſcepit. In Levitico ad emundationem leproſi debebant duo paſſeres offerri, unus occidebatur, alter occiſi ſanguine conſpergebatur: B. Serm. 3. n. 34. 35. C. Lev. 14. v. 4. ſeq.

Sicut aquila pullos gerit ſupra pennas, ut ſagittæ venatorum in ſe, non in illos penetrent; ita Chriſtus dicere poteſt, quod olim Iſraelitis, *vos ipſi ſcitis, quomodo portaverim vos ſupra alas aquilarum*. B. Ser. 20. n. 23.

Diſcipulis prohibet evulgationem ſuæ transfigurationis, ne impediretur ſua paſſio. B. Serm. 21. n. 12.

*Fortis ut mors dilectio.* Vere fortis, nam (S. Aug. Soliloq. c. 13.) ut ait Aug. *Dilexiſti me plus quam te, quia mori voluiſti pro me*. S. punct. 153. f. 488.

Amor fuit præcipuus traditor & carnifex Chriſti. S. f. 527. Amor Chriſtum nudavit, vulneravit, coronavit, crucifixit. Ib. 529.

In horto necdum aderat carnifex & tamen jam ſanguinem ſudat, ut indicaret promptitudinem illius fundendi. S. punct. 4. f. 546.

Si Chriſtus mortuus eſſet pro amicis, & virtuoſis, minus foret, ſed pro peccatoribus mori, hoc imperceptibile: *Commendat autem Deus caritatem ſuam in nobis, &c.* S. punct. 27. fol. 665.

S. Bern. ait: *Nullum vinculum filium Dei ad columnam tenere potuiſſet, ſi caritatis vinculum defuiſſet*. S. punct. 19. f. 614. (Rup. l. 6. c. 31. in c. 22. Gen.) Et Rupertus: colligavit Deus Pater filium ſuum non imbecillitatis vinculo, ſed magnæ caritatis imperio. Ib. fol. 615.

S. Bern. ait, Clamat crux, clamat clavus, clamat vulnus, quod vere nos dilexit Deus. S. punct. 27. fol. 665.

(S. Aug. l. de 4. Virt. card.) Elegantiſſime S. Aug. Ecce pro impio pietas flagellatur, pro ſtulto ſapientia deluditur, pro mendace veritas necatur, damnatur juſtitia pro iniquo, miſericordia affligitur pro infideli, pro miſero repletur ſinceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, moritur vita pro mortuo. Item, Filius Dei expalmatur, qui eſt vera palma victoriæ: ſpinis coronatur, qui peccatorum ſpinas corrumpere venit: ligatur, qui ſolvit compeditos: ligno ſuſpenditur, qui erigit eliſos &c. S. punct. 27. fol. 691.

In cruce clamat: *Sitio*, non hauſtum aquæ, ſed ſalutem animæ. M. conc. 41. aſſ. 4. n. 12.

Sicut lapides attritione incaleſcunt; ita Chriſtus in paſſione per ipſa verbera & vulnera in caritate fuit magis inflammatus. Coſterus de Paſſ. Med. 4.

Ad inſultationem Judæorum Chriſtus noluit deſcendere de cruce, ut negotium noſtræ Redemptionis non relinqueret imperfectum. Ginther Unus pro omn. conſ. 10. n. 4.

*31. Aggravat peccatum.*

Eccleſia vocat lanceam Chriſti *diram*, clavos vero *dulces*. Quare? quia lancea vulneravit mortuum, clavi vivum. B. Serm. 4. n. 30. 35.

Rex Balthaſar non impetravit veniam; quia Patrem Nabuchodonoſor jam antea ob peccatum graviſſime punitum vidit. Ita indignius eſt venia peccatum, poſtquam mundus vidit illud in Filio Dei, utut alienum, graviſſime puniri. B. Serm. 12. n. 14.

(S. Bern. Ser. 1. de Nat.) Item Sanctus Bern. ait: Ex conſideratione remedii æſtimo periculi mei quantitatem. S. punct. 161. fol. 519.

Si

Prius paſtoribus, quam Regibus ſuam Nativitatem revelavit, ut oſtenderet ſe veniſſe, ut humilitatem amaret, & mundi ſuperbiam contemneret. Ginther Cor JESU conſ. 6. n. 7.

*27. Excitat ad reciprocum amorem.*

Olim cum terribilis erat Deus, cum tonuit, & pavore omnia proſtravit, ait Chryſol. fugerunt homines ad idola, ad errores, ad vanitates; nam timor omnia diſſipat &c. hinc Deus ſe nunc amabilem fecit, gratia invitat, caritate tenet, conſtringit affectu &c. S. punct. 150. fol. 469.

*S. Chryſol. Serm. 147.*

S. Bernardus ait: quanto minorem ſe exhibet in humilitate, tanto majorem ſe oſtendit in caritate, & quanto pro me vilior, tanto mihi carior. S. punct. 27. f. 667.

*S. Bern. Ser. 1. in Epiphan. Dom.*

Chriſtus Dominus potuiſſet in adulta ſeu virili ætate venire in mundum, ſicut creavit Adamum. Sed maluit, ut parvulus naſci, quia tenera hæc ætas ſingulariter amabilis eſt, & corda excitat ad amorem.

Scis mi Chriſtiane, quomodo amorem tuum erga Divinum Puſionem teſtari poſſis? En! Redemptor tuus naſcitur hyeme, naſcitur media nocte, naſcitur brumali frigore, reponitur in palea, in ſordido ſtabulo, inter animalia, & pro nutrimento non habet, niſi aliquot Virginei lactis guttulas: igitur amorem tuum teſtaberis, ſi illum in arduis perferendis imiteris, injurias aeris, paupertatem, aliaque incommoda illius amore patienter ſuſtineas. S. punct. 150. fol. 473.

Verum eheu! quam crudelis eſt peccator, qui JESUM parvulum non tantum non imitatur, ſed in cunis perſequitur. Audi truculentum facinus! Joannes Baſilius Dux Moſcoviæ valde crudelis reos conſpirationis omnes delevit cum tota familia, uxore, liberis, & pecudibus. Cum milites infantulo in cunis blande arridenti pepercisſent, & infantulum ad Ducem tuliſſent, Baſilius illum oſculatus eſt quidem, ſed ter cultro confoſſum trucidavit, imo & milites, qui infantulo pepercerant, occidi juſſit. T. n. 407. Utinam hæc crudelitas non poſſet imputari peccatori, qui Chriſto infantulo quidem blanditur, ſed & illum occidit. &c.

Hic amor in eo conſiſtit. 1. Ut morum licentiam arctiore diſciplina conſtringamus, cum Deus immenſus in utero Matris ſe conſtrinxit. 2. Ut ſpretis mundi illecebris caſtitatem amplectamur, cum Deus Matrem habere voluerit Virginem puriſſimam. 3. Ut novam vitæ rationem in omni virtutum genere ineamus, cum Deus tam novum propter nos miraculum effecerit, ut Virgo hominem Deum generaret. C. Jer. 31. v. 22.

*28. Grato animo adoranda, & ſimul timenda.*

S. Odilo Abbas Cluniacenſis, cum in hymno Ambroſiano ille verſus cantaretur: *Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, non horruiſti Virginis uterum*, in terram ſe ſemper proſternebat. Idem fecit S. Lutgardis Virgo ſub eodem verſu: & ecce! B. V. illi apparuit, dixitque, ſibi gratiſſimam eſſe ſub his verbis memoriam Dominicæ Incarnationis, & revocare in mentem, quod ipſa eſſet Mater Dei. H. Ser. 27. fol. 271.

Sicut aurora diſpulſis tenebris mundum lætificat, ita Chriſti Nativitas fuit aurora 1. quia fuit primum opus Redemptionis humanæ, cum Chriſtus poſt mediam noctem ex utero Virginali genitus eſt. 2. Sicut aurora rorem ſpargit, quo herbæ & plantæ vegetantur, ita Chriſtus natus animas peccato mortuas vivificavit, & bonis operibus fœcundavit. 3. Sicut aurora hominibus gratiſſima, & exoptatiſſima eſt; ita ſedentibus in tenebris Chriſti ortus fuit fauſtiſſimus. C. Oſeæ 4. v. 3.

*Poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum.* Chriſtus naſcens novam ſtellam accendit, & moriens ſolem obſcuravit, ut indicaret, quod paratus ſit, ſuos ſectatores cœleſti luce illuminare, v. g. Magos, & ſuos perſecutores v. g. Judæos tenebris excæcare.

*29. Eſt admirabilis cælo & terræ.*

*Commovebo cælum, & terram, & mare & aridam!* dicit Dominus. Sed quæ commotio naſcente Chriſto facta eſt in cælo? 1. Eo momento Angeli apparuerunt paſtoribus. 2. Stella inſoliti ſplendoris Magis apparuit. 3. Circulus cæleſtis arcus ſolem ambiit. 4. Anno anteriori viſi ſunt tres ſoles in unum coire. 5. Spiritus Sanctus, dum Chriſtus baptizatur, in ſpecie columbæ deſcendit. 6. In Paſſione Chriſti, dum ſol in plenilunio maxime diſtat a luna, eclypſi univerſali obſcuratus eſt. 7. Chriſtus poſt quadraginta dies, Apoſtolis cernentibus, in cælum elevatus eſt. 8. Poſt quinquaginta dies miſit Spiritum Sanctum. 9. Cæſari Auguſto B. V. Maria cum infante in ulnis apparuit in Capitolio, cui Auguſtus dein aram erexit cum inſcriptione: *Ara Primogeniti Dei*. Poſtmodum Conſtantinus Imp. ibi templum ædificavit, unde Monaſterium, quod hodiedum *Ara Cæli appellatur*.

*Aggæi 2. v. 7.*



Terra autem commota eſt, 1. quia Chriſto naſcente armis poſitis bella ceſſarunt, & pax univerſalis in orbe fuit. 2. Quia oracula gentilium ſimul omnia ſiluerunt: 3. Quod anno tertio triumviratus Auguſti, id eſt, quadrageſimo ante adventum Chriſti, fons oleo per totam diem largiſſime fluxit. 4. Quia in Capitolio multæ gentilium ſtatuæ conciderunt. 5. Quia Auguſtus non amplius voluit *Dominus* nominari. 6. Quia Chriſto intrante in Ægyptum idola corruerunt. 7. Quia Chriſto moriente petræ ſciſſæ ſunt, & totus orbis terræ motu contremuit. &c. C. Aggæi c. 2. v. 7.

Auguſto Cæſari, ſub quo natus eſt Chriſtus, Virgo Deipara infantem ulnis geſtans apparuit in Capitolio, cum jam ante ipſe Oraculo Apollinis edoctus, natum eſſe puerum Hebræum, qui idolorum oraculis ſilentium indixiſſet, eidem in Capitolio aram erexiſſet hoc titulo: *Ara primogeniti Dei*. Quocirca Conſtantinus Magnus eidem templum erexit in memoriam Dei Genitricis Mariæ, quod etiamnum vocatur *Ara cæli!* ubi & locus viſionis Auguſti oſtenditur. C. in Luc. 2. v. 1.

PASSIO CHRISTI.

*30. A Chriſto toleratur ex amore ad noſtram ſalutem.*

AVicula charadrion ex aſpectu morbidi morbum contrahit: ita Chriſtus noſtros dolores in ſe ſuſcepit. In Levitico ad emundationem leproſi debebant duo paſſeres offerri, unus occidebatur, alter occiſi ſanguine conſpergebatur: B. Serm. 3. n. 34. 35. C. Lev. 14. v. 4. ſeq.

Sicut aquila pullos gerit ſupra pennas, ut ſagittæ venatorum in ſe, non in illos penetrent; ita Chriſtus dicere poteſt, quod olim Iſraelitis, *vos ipſi ſcitis, quomodo portaverim vos ſupra alas aquilarum*. B. Ser. 20. n. 23.

Diſcipulis prohibet evulgationem ſuæ transfigurationis, ne impediretur ſua paſſio. B. Serm. 21. n. 12.

*Fortis ut mors dilectio.* Vere fortis, nam ut ait Aug. *Dilexiſti me plus quam te, quia mori voluiſti pro me*. S. punct. 153. f. 488.

*S. Aug. Soliloq. c. 13.*

Amor fuit præcipuus traditor & carnifex Chriſti. S. f. 527. Amor Chriſtum nudavit, vulneravit, coronavit, crucifixit. Ib. 529.

In horto necdum aderat carnifex & tamen jam ſanguinem ſudat, ut indicaret promptitudinem illius fundendi. S. punct. 4. f. 546.

Si Chriſtus mortuus eſſet pro amicis, & virtuoſis, minus foret, ſed pro peccatoribus mori, hoc imperceptibile: *Commendat autem Deus caritatem ſuam in nobis, &c.* S. punct. 27. fol. 665.

S. Bern. ait: *Nullum vinculum filium Dei ad columnam tenere potuiſſet, ſi caritatis vinculum defuiſſet*. S. punct. 19. f. 614. Et Rupertus: colligavit Deus Pater filium ſuum non imbecillitatis vinculo, ſed magnæ caritatis imperio. Ib. fol. 615.

*Rup. l. 6. c. 31. in c. 22. Gen.*

S. Bern. ait, Clamat crux, clamat clavus, clamat vulnus, quod vere nos dilexit Deus. S. punct. 27. fol. 665.

Elegantiſſime S. Aug. Ecce pro impio pietas flagellatur, pro ſtulto ſapientia deluditur, pro mendace veritas necatur, damnatur juſtitia pro iniquo, miſericordia affligitur pro infideli, pro miſero repletur ſinceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, moritur vita pro mortuo. Item, Filius Dei expalmatur, qui eſt vera palma victoriæ: ſpinis coronatur, qui peccatorum ſpinas corrumpere venit: ligatur, qui ſolvit compeditos: ligno ſuſpenditur, qui erigit eliſos &c. S. punct. 27. fol. 691.

*S. Aug. l. de 4. Virt. card.*

In cruce clamat: *Sitio*, non hauſtum aquæ, ſed ſalutem animæ. M. conc. 41. aſſ. 4. n. 12.

Sicut lapides attritione incaleſcunt; ita Chriſtus in paſſione per ipſa verbera & vulnera in caritate fuit magis inflammatus. Coſterus de Paſſ. Med. 4.

Ad inſultationem Judæorum Chriſtus noluit deſcendere de cruce, ut negotium noſtræ Redemptionis non relinqueret imperfectum. Ginther Unus pro omn. conſ. 10. n. 4.

*31. Aggravat peccatum.*

Eccleſia vocat lanceam Chriſti *diram*, clavos vero *dulces*. Quare? quia lancea vulneravit mortuum, clavi vivum. B. Serm. 4. n. 30. 35.

Rex Balthaſar non impetravit veniam; quia Patrem Nabuchodonoſor jam antea ob peccatum graviſſime punitum vidit. Ita indignius eſt venia peccatum, poſtquam mundus vidit illud in Filio Dei, utut alienum, graviſſime puniri. B. Serm. 12. n. 14.

Item Sanctus Bern. ait: Ex conſideratione remedii æſtimo periculi mei quantitatem. S. punct. 161. fol. 519.

*S. Bern. Ser. 1. de Nat.*

Si

Si per impoſſibile Deus hominem aut incarnatum Angelum ad redimendum humanum genus conſtituiſſet, qui dein hæc ipſa omnia Chriſti tormenta paſſus fuiſſet, revera hic homo aut Angelus merito indignaretur, ſi poſt ſuam paſſionem, qua peccatum extirpare voluit, quemquam hominum peccare videret: quanto magis igitur id dolebit Filio Dei?

Nemo eſt, qui non indignatur, quod Chriſtus Dominus pro vili pretio triginta argenteorum fuerit venditus: & quoties fit, quod peccator pro vili voluptatula vendatur? Illa venditio meruit Chriſto, ut fuerit factus pretium totius mundi: ſed quid accreſcit Chriſto gloriæ ex altera venditione peccatoris? C. in Matth. c. 26. v. 15.

Chriſtus Dominus in cruce putatur dexteram manum ad noſtram mundi partem, videlicet ad Europam extendiſſe, & bene, ac feliciter; in Europa enim prævidit Eccleſiam ſuam uſque ad finem ſæculorum duraturam, illique benedixit, gaviſuſque eſt, quod ex hac mundi parte maximam electorum multitudinem, in illa die a dextris collocandam collecturus ſit. Verum notandum, hæc dextera non tantum illa manus eſt, quæ ægros ſanavit, cæcos illuminavit, & miſeris benefecit, ſed etiam, quæ flagello armata peccatores caſtigavit, ſicque indicavit, quod paratior ſit ad puniendia peccata Fidelium, quam Infidelium. Atque ideo forſan ab experientia habemus, quod Europa frequentius, quam aliæ mundi partes publicis calamitatibus, bellis, fame, peſte, terræmotibus, incendiis, cædibus, aliiſque malis puniatur; quia peccata Fidelium, poſt tot beneficia, ipſamque fidei agnitionem graviora ſunt, quam Infidelium.

*32. Exprobrabitur peccatori in Judicio.*

Non fruſtra judicium inſtituetur in valle Joſaphat prope urbem Jeruſalem, ut nempe dicat Chriſtus: En! haud procul eſt urbs Jeruſalem, Mons Oliveti, Calvariæ &c. ubi acerbiſſima quæque pro te
in exeq. temp. de temp. paſſus ſum: *En clavorum veſtigia, quibus affixus pependi: en perfoſſum vulneribus latus: ſuſcepi dolores tuos, ut tibi gloriam darem: ſuſcepi mortem tuam, ut in æternum viveres; conditus jacui in ſepulcro, ut tu regnares in cælo &c.* B. Serm. 13. n. 8. 9.

Tunc clamabit ſanguis Chriſti vindictam, ut ſanguis Abel contra Cainum. S. punct. 5. fol. 548.

Pilatus comperta Chriſti innocentia ſtuduit illum liberare, & quoniam ſolenne erat Judæis in Paſchate unum captivum e vinculis liberatum dimittere, optionem ipſis dedit inter Chriſtum & Barrabbam latronem, quem vellent dimitti: Et ecce! pertinax populus præpoſuit impium Barrabbam Chriſto, & hunc ad mortem expetiit &c. Hæc impia electio exprobrabitur peccatori in judicio! dicet Judex: Erubeſce peccator, quod me Dei Filium impio homini, mala ſuadenti poſthabueris! ut illum non offendas, me graviſſime offendiſti! O quam horrenda hæc exprobratio! C. in Matth. 27. v. 15. & 20.

Afferentur & allegabunutr inſtrumenta & myſteria paſſionis, vincula & funes contra libertinos, alapæ & verbera contra vindicativos, flagella contra laſcivos, ſpinea corona contra ſuperbos, bajulatio crucis contra injuſtos, fel & acetum contra ebrioſos, & ſic cætera proportionaliter contra alia vitia &c.

*33. Aliquibus prodeſt, in aliis perit.*

Chriſtus comparatur Pellicano, qui pullos ſuo ſanguine paſcit; ſed ingratos e nido dejicit, gratos autem tolerat, & amanter paſcit &c. B. Serm. 61. n. 4. & ſeq.

Chriſtus in agonia ſudat ſanguinem, quia prævidet multis ſuam paſſionem non profuturam, ait S. Bernardin. Sen. S. punct. 2. f. 542. & M. conc. 41. aſſ. 2. n. 9. ad finem.

Mortuus eſt in cruce inter duos latrones, quorum unus ſalvatus, alter damnatus eſt, ut in illo Miſericordiam Dei, in iſto juſtitiam intueamur, inter ſpem & metum viventes. Stellam in Nativitate accendit, ſolem in morte obſcuravit; quia illuminat & excæcat.

Et hæc ipſa videtur maxima fuiſſe afflictio Chriſti in paſſione, quod præviderit hanc innumeris hominibus nihil profuturam. Olim de decem leproſis conqueſtus dixit: *Novem ubi ſunt?* & tamen eorum ſanitas tantum uno verbulo conſtitit. Quantum ergo affliget eum fruſtrata paſſio?

Quæſo ſi Conſtantinus perſuaſum ſanguinis balneum uſurpaſſet, ſed ſine fructu abſterſæ lepræ, quantus dolor accreviſſet Matribus occiſorum infantium. Infinities major eſt mœror Salvatoris, cum videt ſanguinis ſui balneum tot millenis nihil prodeſſe. Mater aliqua, quæ vivum infantem parit, facile obliviſcitur dolorum: at ſi infans in partu moriatur, omne ſolatium renuit; quia tot dolores fruſtra exhauſit. &c. P. p. 2. diſc. 21. n. 10.





Sicut in ordine naturali eadem Medicina v. g. thermæ publicæ bene valentibus proſunt, ſed hecticis, aut phthyſi laborantibus nocent; Ita Divini Sanguinis balneum piis Chriſtianis in gratia Dei conſtitutis conducit ad ſalutem, tepidis autem, & peccatoribus nihil prodeſt, eo ſolum diſcrimine, non quidem in ordine naturali, bene autem in ſupernaturali, ut medicinæ vis & utilitas dependeat ex voluntate uſurpantis.

*34. Ardenter deſideratur a Chriſto tanquam ſua gloria.*

Chriſtus a primo conceptionis inſtanti negavit corpori ſuo gloriam connaturaliter ſibi debitam, quia prætulit paſſionem gloriæ. S. punct. 47. fol. 183.

Celeriter feſtinat ad paſſionem in Jeruſalem, ita ut mirarentur diſcipuli. Jam propinquus morti dicit ad Patrem cæleſtem: *Pater clarifica me*, quaſi paſſio ſua gloria eſſet. S. punct. 47. fol. 184. & 592.

*Cor ejus ſicut cera liqueſcens* præ amoris magnitudine, hinc in ſudorem ſanguineum colliquefactum eſt. S. punct. 4. fol. 547.

In cruce clamat: *Sitio*, non ex deſiderio hauſtus, ſed ex deſiderio amplius patiendi. S. punct. 14. fol. 591.

Diſcipulos Emautinos quærit: *Quæ?* quaſi parvi penderet, quæ paſſus eſt: *Amantis eſt magna parvi pendere*, ait S. Auguſtinus. S. punct. 14. fol. 592.

Ad mulieres dixit: *Nolite flere.* Quare? quia ſuam paſſionem inſtar triumphi habebat: triumpho autem illacrymari non decet, S. Ib. fol. 593.

Ad omnes accuſationes nec verbum re-
S. Chryſ. in cap. Matth. 26. ſpondet: Quare? S. Chryſoſtomus ait, *Silet, ne obſtet.* Et Cajetanus: *Nihil reſpondere voluit, ne crimen diluens dimitteretur, & crucis utilitas differretur.* S. punct. 15. fol. 599.

Eligit mortem crucis, quia hæc omnium acerbiſſima. S. punct. 27. fol. 670. M. conc. 33. aſſ. 3. n. 4.

Lancea vocatur *dira*, quia nullum dolorem attulit, velut *dulces* clavi. Ait Bern. M. conc. 38. aſſ. 2. n. 7. & conc. 41.

Chriſtus in circumciſione fudit illas ſanguinis guttulas, ut ſuum patiendi deſiderium demonſtraret. Paoletti in Feſto Circumciſionis. Ardenter deſideravit deſponſari cum cruce ob noſtram ſalutem. Dom. Paſſionis. Magi in Bethlehem adorarunt Chriſtum ut Deum, Regem, & hominem; hunc in finem obtulerunt illi thus, aurum, & myrrham. Cur autem ita? & cur Neonatus Salvator delectabatur his donis? quia in his prævidit hos ipſos tres titulos, quibus in paſſione ſua a Pilato ironice eſſet honorandus: Ecce Homo! Rex es tu? quoniam Filium Dei ſe faciebat: ſicut ergo de parvulo nato quæri ſolet, quis putas puer iſte erit? ita Chriſtus jam tum lætabatur de ſua ignominia paſſionis. Coſterus de Paſſ. Dom. Med. 29. §. 2.

Poſtquam Adamus peccavit ex metu ſeſe inter arbores abſcondit, & mox Deus in paradiſum venit, ambulans ibi ad auram poſt meridiem. Ad quid iſta ambulatio? Reſpondeo, Dei Filius jam tunc a mundi origine ſibi ſelegit, & deſignavit certum lignum, quo Adamum & poſteros redimeret; hinc canit Eccleſia: *Ipſe lignum tunc notavit, damna ligni ut ſolveret.* Ginther, Unus pro om. conſ. 39. n. 1.

Chriſtus pro Patre non Monarcham, aut Principem, ſed fabrum lignarium elegit, ut ſemper præ oculis materiam crucis haberet. Ginther, Unus pro om. conſ. 40. n. 6.

*35. Perficitur ab omnibus creaturis.*

Montes cruci locum, campi vepres, terra tremores, cæli tenebras, mare ſpongiam, arbor furcam, minera ferrum, vitis acetum, terra fel dabant. Sacerdotes accuſant, judices condemnant, ſenes diris devovent, mercatores vendunt, pueri irrident, diſcipuli fugiunt, Judas tradit, Petrus negat. Et quod maximum eſt hæc omnia hodiedum innovant peccatores. M. conc. 33. aſſ. 4. n. 10. Et S. punct. 27. fol. 675. & 676.

Gentiles tempore peſtis, famis, aut alterius mali in uſu habebant ſacrificare hominem in holocauſtum: ita Maſſiliæ in Gallia, cum urbs gravi plaga affligebatur, pauperum aliquis pro populo mori debebat. Cum ad capitale ſupplicium ducebatur, omnis populus ei maledicebat, & illi omnia infortunia imprecabatur, quæ quilibet privatus patiebatur, dein in profundum maris mergebatur, aut alio modo immolabatur. Sic proportionaliter Chriſto evenit &c. D. 2. 30.

Regum ac Principum tyrannis illum cum Herode ſprevit & deluſit: Nobilium ſuperbia illum ſpinis coronavit: Divitum avaritia illum vendidit: Juventutis luxuria illum flagellavit: Militum blaſphemiæ contra illum clamarunt: Crucifige! Mulierum impudica vanitas illum centone induit: Gurguſtionum ebrietas illum felle & aceto potavit: Iraſcentium vindicta pectus illius transfixit: Omnes peccatores onus crucis illi aggravarunt &c.

*36. In paſſione nemo vult ſequi Chriſtum, ſed tantum in gloria.*

Cant. 1. Sponſa clamat: *Trahe me poſt te.* Scilicet per crucem, & labores: ubi Bernardus: quam pauci poſt te, o Domine JESU ire volunt, cum ad te pervenire nemo ſit, qui nolit &c. S. punct. 7. fol. 182. (S. Bern. Ser. 21. in Cant.)

In monte Thabor libenter verſantur diſcipuli, in paſſione fugiunt: Nos libenter volumus conſolationes, reſpuimus paſſiones &c. S. punct. 47. fol. 184.

*Si compatimur, & conglorificabimur.* Ubi S. Leo: certa atque ſecura eſt exſpectatio promiſſę beatitudinis ubi eſt participatio Dominicæ paſſionis. S. punct. 148. fol. 459. & ſeq.

S. Bern. Ser. 1. om. Sanct. S. Bernardus ait: Pudeat ſub ſpinoſo capite membrum eſſe delicatum. S. punct. 154. fol. 497.

Si Chriſto fuit meritum neceſſarium ad gloriam, quanto magis nobis neceſſaria erit? ait enim Tertullianus: Favos poſt mella guſtavit. S. punct. 48. fol. 185.

Sponſa quærens Chriſtum interrogavit, *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie?* (Cant. 1.) Verum cur dubitat, ait Drogo, quærat in cruce & certo inveniet, ibi enim dormit, *ibi paſcit, ibi cubat in meridie*, Nempe ingratum fuit Sponſæ Chriſtum invenire in tormentis, itemque ingratum id eſt multis Chriſtianis, qui mallent eum invenire in deliciis, & proſperitatibus. Ginther, Unus pro omn. conſ. 8. n. 4.

*37. Quanta, & quam crudelis fuerit.*

In hujus vitæ doloribus in uno, non omnibus membris patimur; qui oculis dolet, forte auribus bene habet; ſed Filius Dei dicere potuit: *Omnes fluctus induxiſti ſuper me.* S. punct. 140. fol. 440.

Chriſtus erat teneriimæ complexionis, ideo longe acerbius paſſus eſt, & quidem ſine ulla conſolatione, ab omnibus derelictus &c. S. punct. 154. fol. 493. P. p. 2. diſ. 21. n. 2. 3. ſeq.

Per omnia membra, nullo excepto, cruciatur acerbiſſime. S. punct. 154. fol. 494.

Flagellatio a ſex lictoribus alternatim fit. S. punct. 154. fol. 496. P. p. 2. diſ. 21. n. 13.

Landſpergius deſcribit, quot alapas, pugnos, ictus, flagella, vulnera in tota paſſione receperit. S. punct. 154. fol. 496. in fine.

In cruce pendens acerbiſſimos dolores patitur, quia tota moles corporis in tranſclavatis manibus pendebat: Non habebam aliud ſuſtentaculum, niſi clavos, ita ipſe Chriſtus ad Birgittam, interiora mea omnia arida, & contracta fuerunt: cor meum plenum erat dolore, quod quia recentiſſimæ naturæ erat, & optimæ, ideo dolor quandoque de nervis exibat ad cor, iterum a corde ad nervos, & ſic augmentabatur dolor, & mors prolongabatur &c. S. punct. 27. fol. 670. P. p. 2. diſ. 21. n. 15. (S. Birgitta in revel. 4. 51.)

Patitur ab omnibus, in omnibus, & per omnia. S. punct. 27. fol. 676.

Alapa fuit crudeliſſima. M. conc. 41. aſſ. 3. n. 1. Similiter coronatio. P. p. 2. diſ. 21. n. 14. S. Bernardinus Senenſ. crudelitatem paſſionis fuſe exaggerat ex cauſa *efficiente, materiali, formali,* & *finali*, cum ſeptemplici exaggeratione. S. punct. 27. fol. 684. & ſeq.

Anima Chriſti fuit triſtitiæ, ac dolorum capaciſſima, quia ſenſus interni ad externos erant perfecte proportionati. P. p. 2. diſc. 21. n. 6. & 8. ſeq.

Tormenta, quæ homines hic patiuntur, vocantur dolores virorum, ſed Chriſtus vocatur vir dolorum; quia corpore ſimul & anima, omnibus ſenſibus corporis, & omnibus potentiis animæ, atque ſic non ſuos tantum, ſed aliorum etiam dolores paſſus eſt. C. Iſai. 53. v. 3.

Chriſtus paſſus eſt in omnibus & per omnia, nam ut ait S. Thomas, paſſus eſt in amicis eum deſerentibus: in fama per blaſphemias: in honore per irriſiones, & contumelias: in rebus ſpoliatione veſtium: in anima per triſtitiam, in corpore per vulnera & flagella &c. C. in Matth. 27. v. 26.

In cruce Chriſtus Dominus ſenſit omnium Martyrum tormenta. C. in Matth. c. 27. v. 35.

Job fuit typus Chriſti patientis. 1. Job bonis omnibus ſpoliatus fuit: ita & Chriſtus, ipſis veſtibus exutus, nudus pependit in cruce. 2. Job ſeptem filios, Chriſtus Apoſtolos & diſcipulos perdidit. 3. Job a capite uſque ad talos, Chriſtus toto corpore percuſſus, acerbiſſimos dolores pertulit. 4. Job ab amicis gravia probra, Chriſtus a Judæis blaſphemias in cruce perpeſſus eſt. 5. Job ab uxore, Chriſtus a Synagoga maledictiones ſuſtinuit &c. &c. C. Jac. c. 5. v. 11.

*38. Eſt indicium ardentiſſimi amoris Dei erga nos.*

Regina quædam Angliæ mariti venenatum ulcus exſugit, ſic Chriſtus venenum peccati, & *languores noſtros ipſe tulit.* S. punct. 153. fol. 488.

Una



Una guttula ſanguinis ſuffeciſſet noſtrę Redemptioni: Cur ergo omnes fudit? S. Auguſt. ait: Satis quidem ſaluti, ſed non ſatis amori. S. punct. 153. fol. 490.

Cor ejus ſicut cera liqueſcens præ amoris magnitudine, hinc in ſanguineum ſudorem colliquefactum fuit. S. punct. 4. f. 547.

S. Thom. Villanov. 5. Dom. 17. Pent. S. Thomas de Villanova ait: ſi de hac caritate dubitas, teſtis eſt crux, teſtes clavi &c. S. punct. 14. fol. 591.

Sicut corpora Principum anatomia aperiuntur, ut pateat genus morbi, quo obierunt: ita pectus Chriſti fuit lancea apertum, ut pateat eum ex mera ſiti plura patiendi obiiſſe &c. P. p. 2. diſ. 2. n. 15.

Moyſes pangens fœdus inter Deum & hominem conſperſit populum victimarum ſanguine & aqua. Chriſtus autem ſanguinem & aquam e ſuo corde dedit ad emundationem noſtram, ſignificans Sacramentum Euchariſtiæ, & Baptiſmi. C. Exod. 24. v. 8.

Oblatus eſt, non quia debuit, ſed quia voluit! In columna illum non funes furoris, ſed vincula amoris ligarunt: In cruce illum non clavi, ſed amoris ſpicula retinuerunt: hinc verſus illi: Aut amor aut furor eſt, qui te Bone Chriſte peremit? Eſt amor, & furor eſt, hic meus, ille tuus!

*39. Toleratur a Chriſto, quæ nobis debebatur.*

Regina Angliæ venenum ex mariti ulcere exſugit, ita Chriſtus languores noſtros tulit. S. punct. 153. fol. 488. Cornelius a Lap. ait: Sicut poculum vini ebibitur, ſic Chriſtus calicem paſſionis, & pœnarum nobis debitarum ad os ſuum ſuſtulit, & ebibit. Ib. fol. 488.

Servus quidam moritur pro Domino, cum quo veſtes mutavit: quid ſi Dominus pro ſervo fuiſſet mortuus? & quidem pro hoſtili ſervo? Ibid. fol. 489.

S. Aug. Ser. 114. de temp. S. Auguſtinus ita diſſerit: Ecce nunc pro impio pietas flagellatur, pro ſtulto ſapientia illuditur, pro mendace veritas necatur, damnatur juſtus pro iniquo, miſericordia afficitur pro crudeli. &c. S. punct. 19. fol. 614.

Sicut Achan ab omni populo fuit lapidatus: ita Chriſtus ab omnibus peccatoribus fuit in crucem actus: ille omnium peccata tulit. Proh! quantum horrorem ſenſit, cum ſe adeo conſpurcatum vidit! ſi nobilis & delicata femina induere deberet tunicam leproſi, quantam conciperet nauſeam? Chriſtus omnium peccatorum lepram ſuſcepit &c. P. p. 2. diſ. 21. n. 9.

Chriſtus noluit in infantia ab Herode ferro occidi, ſed adultus in ligno mori, ut demonſtraret, ſe pro peccato Adami vitam ponere, quod ille in ligno paradiſi commiſit. Hinc Salmeron: *Dum parvulus eſt, fugit, magnus autem ultro ſe offert ad mortem*; noluit enim ferro occidi, ſed ligno. Ginther, Unus pro omn. conſ. 40. n. 4.

*40. Demonſtrat gravitatem peccati.*

S. Bernardus de peccatis ait: *Si hæc non eſſent ad mortem, nunquam pro eorum remedio Dei Filius moreretur*. S. punct. 153. fol. 489. & punct. 161. (S. Bern. Ser. 1. in Nat. Dom.)

Datur ſerpens, qui uno morſu ex omnibus membris ſanguinem elicit: talis ſerpens eſt peccatum, quod ex omnibus membris Chriſti ſanguinem expreſſit. M. conc. 41. aſſ. 2. n. 9.

Finis Dominicæ Paſſionis fuit, ut Deo pro innumeris peccatorum injuriis ex juſtitia ſatisfiat, proin Chriſtus de peccato adeo doluit, quantum id peccatum exigit. Atque hoc ipſum eſt, quod Chriſtus in compenſationem tot dolorum a nobis deſiderat, nempe ut peccatum ſupra omnia alia mala deteſtemur. *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete*, dixit ad mulieres, quia cupit, ut ſuper peccata lacrymas fundamus. *Iſte eſt omnis fructus, ut auferatur peccatum*. Si Deus unicum peccatum novo diluvio puniret, an auderet quis peccatum illud leve dicere? certe non! cum ergo peccatum defacto integro ſanguinis Divini diluvio fuerit expiatum, quis audeat dicere: quid mali eſt hæc fragilitas? &c. P. p. 2. diſ. 21. n. 20. (Luc. 8. Iſa. 27.)

Samſon, ut injuriam ſibi a Philiſtæis illatam vindicaret, columnas ædificii confregit, & ſe una cum hoſtibus obtrivit, ubi Lanuza: *Non poterat magis exprimere odium, quam occidendo ſeipſum, ut illos e vita exterminaret.* Ita Chriſtus, per paſſionem. B. Serm. 5. n. 27. & 20. (Lanuz. tr. 4. n. 160.)

*Rurſus crucifigentes in ſemetipſis Filium Dei*: ubi S. Thomas: *Chriſtus pro peccatis noſtris mortuus eſt ſemel, cum ergo peccas baptizatus, quantum in te eſt, das occaſionem, ut iterum crucifigatur*. B. Ser. 4. n. 33. 34. ſeq. Vide Titulum, *Peccator*.

*41. Conſiderata movet animum ad pœnitentiam.*

Cur Petrus ſtatim egreſſus *Flevit amare*? reſpondeo; Quia a ſervo quæſitus eſt, nonne te vidi in horto? en mentio horti, ubi Chriſtus paſſionem incepit, ita

movit animum Petri. M. conc. 10. aſſ. 1. num. 9.

Jonas in mare proiici voluit, quia propter ſe tempeſtas orta eſt: tu in mare lacrymarum projicere, quia propter te paſſus eſt Chriſtus. M. conc. 41. aſſ. 5. n. 3.

In Japonia Frater Laurentius prædicabat de Paſſione Domini, accurrerunt gentiles, ut dicentem ludificarent: cum autem ille omnia paſſionis myſteria explicaret, illi in animo vehementer commoti ad baptiſmum anhelarunt. Quidam puerulus ex oſculo Vulneris Chriſti, quem in imagine depictum habebat, pariter ad fidem convertitur. R. cont. 3. p. 2. mir. 45.

Ægræ in concione de Paſſione Domini miles adeo contra Judæos crucifixores exarſit, ut Crucifixi effigiem de altari accipiens animarit populum ad capiendam vindictam contra Judæos, quos dein omnes in urbe trucidarunt. T. n. 408. tu non contra Judæos, ſed contra teipſum, & contra tua peccata exardeſce.

Qui ad Crucifixionem ſpectatum accurrerant, revertebantur percutientes pectora ſua. En! ait S. Cyrillus: *Qui oculum animi in Chriſtum cruci affixum convertit, ab omni vulnere peccati curatur, reverſus per pœnitentiam ad Dominum*, Ginther, Unus pro omn. conſ. 19. n. 5. (S. Cyrill. l. 1. c. 7.)

*44. Allicit peccatorem ad confidentiam, & ſperandam remiſſionem peccatorum.*

Si ſanguis Abel clamavit, & exauditus eſt ad vindictam, an non æque ſanguis Chriſti audietur, qui clamat ad miſericordiam? ſi poſt diluvium Noemo placatio promiſſa eſt, an non etiam poſt diluvium dolorum? hinc S. Aug. *Aſpice piiſſime pater piiſſimum Filium pro me tam impia paſſum.* (S. Aug. Medit. c. 8.)

Chriſtus Dominus omnem arietem admovit, ut Judam converteret: cur non recipiat & me, & te peccatorem? S. punct. 153. fol. 490. 491.

Cur Dominus Deus innumerabiles Angelos propter unicum peccatum æternum damnavit, econtra hominibus nonnunquam poſt centena, & millena peccata veniam tribuit? Reſpondeo, quia pro Angelis Chriſtus paſſus non eſt, ſupra quamvis autem animam in paſſione Domini effuſa eſt una Divini Sanguinis guttula: hæc guttula animam ſuper Angelos pretioſam facit.

Chriſtus Dominus Vulnus lateris primum poſt mortem, non in vita recipere voluit: Quare? ut ſit immedicabile, & conſequenter ſemper apertum peccatori, etiam graviſſimo refugium. B. Ser. 12. n. 17. Anima illa puſillanimis vix non deſperavit, ſed audita voce: Vide paupertatem & dolorem meum, denuo reſpiravit. Major & infinities major eſt Miſericordia Domini patientis, quam malitia offendentis: Audi Arnoldum: Non arctatur numero, non clauditur fine, nullas omnino habet metas Divina clementia, ſit, qui invocet, erit, qui exaudiat! S. punct. 24. fol. 100.

*43. Conſiderata impedit, & conſervat a peccato.*

Origenes ait: *Certum eſt, ubi mors Chriſti animo circumfertur, non poteſt regnare peccatum: eſt enim tanta vis crucis* Chriſti &c. Capilli ſanguine perfuſi dedocent ſuperbiæ cincinnos, os felle potatum ciborum delectationem &c. (Orig. in Epiſt. ad Rom.)

Dominus meus crucifixus eſt, ajebat Pachomius, & ego nunc oleum comedam? S. punct. 153. fol. 491.

Oſtendere vulnera, & veſtes ſanguine perfuſas multum valet ad permovendos animos, ait Quintilianus. S. punct. 154. fol. 494. (Quintil. l. 6. inſt. c. 1.)

Rex Moab filium in holocauſtum offert, & obſidio ſolvitur. S. punct. 154. fol. 495.

Dum Chriſtus in cruce pendebat miſer, & afflictus, Judæi illum blaſphemabant: econtra centurio agnovit illum tanquam verum Dei Filium, & ad fidem converſus eſt. Quæ cauſa hujus differentiæ. Sacer textus cauſam indicat, dicens de Judæis: *Prætereuntes blaſphemabant eum* è diverſo de centurione affirmans: *Ex adverſo ſtabat.* Ecce! qui tantum præterit, hoc eſt, tantum ſuperficialiter conſiderat Paſſionem Domini, fructum non percipit: qui vero ſtat, id eſt attente perpendit, revera animitus conteritur. Lohner Bibl. v. Prudentia §. 10. n. 2.

Sancti Homines intuitu Dominicæ paſſionis mira auſteritatis opera exercuerunt: jejunarunt, diebus ac noctibus inter ſacras vigilias orarunt: corpus ciliciis & flagris afflixerunt. Mi peccator, nondum peto a te tam ſancta opera! fac ſaltem hoc, ut intuitu Crucifixi a peccatis abſtineas, dicens: Deus meus ſpinis coronatur, & ego ſuperbia me ſupra me ipſum efferam? Deus felle & aceto potatur, & ego ebrietatibus helluari auſim? Deus pro inimicis orat, & ego vindictam ſpirem; ſic myſteria Paſſionis erunt medicina contra peccata.

44. Conſ-



*44. Conſiderata promovet ad inſignem ſanctitatem.*

S. Paulus monet, ut Paſſionem Domini ſemper memoria circumferamus, *ut non fatigemini &c.* S. Bonaventura ait: *ſi vis, o homo, de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de bono in melius proficere, quotidie quanta potes devotione mediteris paſſionem: nihil enim in anima ita operatur univerſalem ſanctificationem, ſicut meditatio Paſſionis Chriſti.* S. punct. 153. fol. 492. Et Albertus Magnus: *Simplex recordatio Paſſionis Chriſti plus valet, quam ſiquis per annum jejunaret in pane & aqua.* Ib. fol. 492. Item 526. (Alb. Mag. in tr. de Miſſ.)

Cur Chriſtus Dominus ad paſſionis ſuæ ſpectaculum ſecum duxit Petrum, Joannem & Jacobum? Quia Petrus Primus erat Eccleſiæ Paſtor, Joannes primus ſeu primarius Virginis cuſtos, Jacobus primus pro Chriſto Martyr. Ut ergo ardua munera ſua ſancte obeant, confortari debebant ſpectaculo Dominicæ Paſſionis. Franc. Coſterus de Paſſ. Dom. Med. 2.

B. Eliſabetha Villingenſis, ſanctæ auſteritatis prodigium, cum aliquando prolixius quieſcere vellet, audivit hæc verba: Surge filia! nam & ego amore tui ad crucem properavi: *Ephem. Dom. 31. Jan.*

Ante paſſionem Chriſtus Dominus in horto accedens Diſcipulos illos admonuit ad conſtantiam: *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Hoc quilibet Chriſtianus in tentatione, aut adverſitate ſibi dictum putet, ut per Paſſionem Domini confortetur. C. in Matth. 26. v. 41. (Matth. 26.)

S. Eliſabetha Hungarorum Regis filia, S. Clara, Coleta, Lydwina, aſpectu Crucifixi in intenſiſſimos amoris affectus exardeſcunt. C. 1. Petri 2. v. 24.

*45. Debet ſæpe, devote & attente conſiderari.*

Sponſa de ſeipſa ait: Sub umbra illius ſedi, & meditata ſum. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus, inter ubera mea commorabitur.* Felix anima! ubi meditatio paſſionis civis eſt, non advena. Notandum autem, quod hæc meditatio paſſionis inſtitui debeat per partes ſingulas paſſionis, cum compaſſione. S. punct. 154. f. 493. Non vero ſummatim. S. in prologo fol. 526.

Quia nihil eſt carius Chriſto. S. in prologo fol. 525. Vide etiam ſupra.

Quia nihil eſt fructuoſius animæ. Ib. f. 526. *D. Claus Spicil. univerſ. Pars I.*

Quia nihil magis confortat hominem ad adverſa ferenda, ſicut enim lignum, quod Moyſes projecit in aquas, illas dulces fecit; ita lignum crucis dulcorat omnes adverſitates. C. Iſai. 53. v. 3.

Unde tot peccata in mundo, unde tantum frigus in actionibus ſacris, unde tanta impatientia, & vix non deſperatio in adverſis, niſi ex oblivione, & inconſiderantia Paſſionis Dominicæ? qui exempla Domini patientis ante oculos habent, eunt cum Apoſtolis gaudentes, quod digni habiti ſint pro Nomine JESU contumeliam pati. Nihil adeo grave, ait S. Gregorius, quod non æquanimiter toleratur, ſi Chriſti Paſſio ad memoriam revocatur.

*46. Animat ad mortificationem, & acerba ferenda.*

*Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum.* Ubi Bernardus: pudeat ſub ſpinoſo capite membrum eſſe delicatum. Goffredus & Eliſabetha coronam regiam reſpuunt, propter ſpineam Domini. Clemens Alex. ait: a ratione alienum eſt, ut qui audiverimus Dominum ſpinis fuiſſe coronatum, habeamus capita redimita floribus. S. punct. 154. fol. 497. & punct. 21. fol. 635. (1. Petr. 2.)

Miles Chriſtianus lauream caſtrenſem, quam alii in capite, in manibus geſtat: cauſam rogatus reſpondit: Chriſtianus ſum. S. punct. 21. fol. 635.

S. Catharina Senenſis eligit ſpineam præ aurea corona. S. punct. 21. f. 638. & f. 774.

Moyſes itineranti populo ſæpe prælegi jubet vitam Jobi, ut ejus auditu ad acerba ferenda animarentur.

Cum S. Ludovicus Rex in Syria captivus eſſet, venit aliquando ad eum Saladinus Princeps Saracenus, quæſivitque an vere in Chriſtum paſſum ac crucifixum tanquam Deum crederet? credo, ajebat, Ludovicus; ergo, ſubinfert Saracenus, carceres & ærumnas non ægre ferre debes, quas ſuſtines ad exemplum Dei tui.

Joannes Rex Luſitaniæ aulicum ægrotum inviſens, cum cerneret eum ad amaram potionem ſorbendam perſuaderi non poſſe, partem a naruleníi potus bibit, & ſic ſuo exemplo ægrum ad ſumendum pharmacum animavit &c. D. 5. 84.

Quidam Neo-converſus Japonenſis Jacobus Faito ingentibus cum animi deliciis conſiderat vulnera Chriſti patientis, & quia amorem ſciebat fundari in ſimilitudine, candente ferro ſibi quinque vulnera,

F 3 dein

dein ſucceſſive plura ac plura inurit. R. cent. 3. p. 2. mir. 45.

S. Stephano, quia Chriſtum ſpectatorem habet, lapides dulces fiunt. Paoletti in Feſto S. Stephani. Vide etiam C. 1. Petri c. 2. v. 23.

### 47. *Se ſola non ſufficit ſine noſtra cooperatione.*

S. Bernardus ait: Chriſto JESU debes omnem vitam tuam, quia ipſe vitam ſuam poſuit pro vita tua. S. punct. 156. f. 502.

1. Reg. 9. *Ecce! quod remanſit pone ante te!* Quid remanſit? S. Gregorius ait: remanſit aliquid, quia non omnia Chriſtus implevit, hinc Apoſtolus: Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionibus Chriſti &c. S. punct. 27. f. 661. (S. Greg. ib. S. Chryſ. Hom. 86. in Joan.)

Chriſtus Diſcipulis prædixit ſuam mortem, & dum triſtarentur, ſubintulit: Quid triſtamini? Dico vobis, niſi vos ipſi moriamini, nullum vos ſequetur emolumentum. Brev. in Oct. S. Laur. Lect. 9.

S. Aug. in Lib. ... 5. hæreſ. Fuſus eſt ſanguis medici, & factum eſt medicamentum phrenetici, ait S. Auguſtinus: Nota, medicamentum debet ſumi, & applicari! Et alibi ait, ut a peccato ſanemur, Chriſtum Crucifixum intueamur, ſicut Iſraelitæ in deſerto intuiti ſunt ſerpentem æneum! qui intuentur, ſanantur a morſibus peccatorum.

S. Hier. in Matth. Omnis creatura compatitur Chriſto, ait S. Hieronymus, ſol obſcuratur, terra movetur, petræ ſcinduntur, velum templi dividitur, ſepulcra aperiuntur! Igitur neceſſe eſt, ut etiam homo conteratur, & per compaſſionem ſe participem reddat meritorum paſſionis! quis enim credat, Chriſtum fuiſſe coronatum ſpinis, ut nos coronemur roſis? quis credat, Chriſtum fuiſſe flagellatum, ut nos voluptatibus fruamur? Quis credat Chriſtum jejunaſſe, ut nos delicate helluemur? &c.

### 48. *Eſt intellectui imperceptibilis.*

S. Laur. Juſtinianus ait: Contriſtatur, per quem contriſtati recreantur: contriſtatur gaudium, pavet fortitudo, timet virtus, gloria tædium patitur, beatitudo denigratur, confunditur majeſtas, claritas obſcuratur &c. S. punct. 1. fol. 535.

Deus extaſin patitur; ubi enim ſapientia, ubi potentia, ubi majeſtas &c. plane alienatus eſt a ſe, ut tu redeas ad te. S. punct. 27. fol. 665. Vide ſupra Antitheſes S. Auguſtini citatas ad fol. 691. P. p. 2. diſc. 21. n. 19.

Actiones omnes Chriſti dignificantur a perſona Divina; ita ut ſint infiniti valoris, & hinc unicum ſuſpirium ſuffeciſſet Redemptioni humanæ. Philippus II. Rex Hiſpaniæ pingebat imagines, quas velut ab alio factas interdum vendi voluit, & pretium pauperibus diſtribui. Magnates de auctore clam edocti ejuſmodi imagines ingenti pretio comparabant: Cur? non propter artificium, ſed propter artificem &c. T. n. 228.

Imperceptibile eſt, quod Deus ab æterno amarit hominem, ſine quo, etiam non creato, fuiſſet feliciſſimus! Imperceptibile eſt, quod Deus immortalis naturam mortalem induerit! Imperceptibile eſt, quod humanas infirmitates, famem, ſitim, frigus, æſtum aliaque ſuſceperit! Imperceptibile eſt, quod amore hominis ad tormenta, & amariſſimam mortem ſe obtulerit! Imperceptibile eſt, quod Deus immortalis in noſtram redemptionem mortuus ſit! Angeli obvelant faciem, quia hæc myſteria capere non poſſunt! Quid nos dicemus?

### 49. *Non ſatiat deſiderium Chriſti plura patiendi.*

Quæſtio eſt cur Chriſtus in cruce non voluerit guſtare acetum oblatum? Reſpondeo, quia acetum ſiſtit profluvium ſanguinis: ita Dioſcorides: *Acetum rumpentem undique ſanguinem potu ſiſtit*. Et Plinius: *Spongiis vulnera utiliſſime foventur, ſanguinis profluvium ſiſtunt ex aceto, aut frigida*. Ne igitur Chriſtus moraretur ſanguinis fluxum, noluit bibere. D. 3. 10. in medio. (Dioſc. l. 5. c. 14. — Plin. l. 31. c. 12.)

Cur Chriſtus voluit poſt mortem vulnerari in pectore? Nobiles, cum incognito morbo moriuntur, poſt mortem anatomica ſectione aperiuntur, ut morbi cauſa appareat: ita Chriſtus fuit apertus, ut pateat eum ex mera ſiti patiendi plura mortuum fuiſſe. Segn. Hom. Chr. p. 2. diſc. 2. n. 15.

Chriſtus coram judicibus, ipſoque Pilato potuiſſet ſuas accuſationes evidenter confutare, ſed tacuit, ne a Præſide dimitteretur, & utilitas crucis impediretur, ait S. Hieronymus. C. in Matth. 27. v. 12.

Sicut ovis ad occiſionem ductus eſt, coram tondente ſe obmutuit: in illa tonſione, qua non lana & veſtis, ſed pellis, caro, ſanguis, & vita flagellis, clavis, & plagis illi abraſa eſt, non gemuit, non obſtrepuit, non reſtitit, ſed omnia ſuſtinuit, ne paſſionem impediret, mitior agno. C. Iſa. 53. v. 7.

S. Carpus Epiſcopus, Diſcipulus S. Pauli, cum audiret duos Neophytos nuper ad ſanctam fidem converſos, denuo ad idololatriam defeciſſe, vehementer indignatus, rogavit Dominum, ut perfidos apoſtatas quantocyus in ignem infernalem projiceret. Apparuit autem illi Chriſtus in nubibus, & indiſcretum illius zelum auſtera objurgatione correxit, inquiens: Itane tu damnas, & æternum rejicis, pro quibus ego paratus ſum, iterum crucifigi, & pro iis ſingillatim omnia tormenta pati, quæ pro humano genere paſſus ſum! &c.

### 50. *Paſſionis conſideratio & imitatio grata Chriſto.*

Fratrum quidam ſuo Priori plenus confidentia dixit in morte: Vado ad beatitatem. Quæſivit Prior, cur tam abſolute id ſperare præſumeret? & repoſuit frater: Quia quoties tranſivi coram Crucifixo ſemper dixi hanc orationem: Domine per illam amaritudinem, quam pro me ſuſtinuiſti in cruce, miſerere animæ meę in egreſſu ſuo &c. E. *Paſſio* 3.

Quidam Religioſus rogavit Dominum, quale obſequium maxime gratum illi exhibere poſſit? & repoſuit Dominus: Si in corde portes crucem meam per compaſſionem: in ore devotam gratiarum actionem: in auribus avidam auditionem: in dorſo aſſiduam macerationem. E. *Paſſio* n. 5.

B. Angela interrogans Chriſtum, quod obſequii genus eſſet illi gratiſſimum? & audiit: Gratius obſequium exhibere mihi non potes, quam ſi ſæpius reſpicias in vulnera mea. *N.* 21. *Jan.*

S. Spiridion Epiſcopus Cypri in aulam Conſtantini vocatus, cum vili tunica compareret, ab aliquo aulicorum alapa percuſſus, cito alteram maxillam percutiendam præbuit. Ideo veniam rogatus, & ab Imperatore magni habitus fuit. S. Stephanus Abbas eum ſibi amicum credidit, qui ſibi moleſtiæ aliquid irrogaſset. Pro contumeliis gratias egit. S. Martinus ignotus a militibus flagris & fuſtibus exceptus, mire patiens ſiluit. Illi magis furentes Virum Dei cruentarunt, & toto corpore vulnerarunt. Cum abire vellent, jumenta eorum nullis flagris loco moveri potuerunt. Redeuntes ergo ad cor intellexerunt, S. Martinum fuiſse, quem percuſserunt, rogarunt veniam, eaque impetrata libere abire potuerunt. C. Iſa. 53. v. 7.

*Faſciculus myrrhæ dilectus meus*, ait ſponſa in Canticis: cur non Chriſtum conſiderat ut faſciculum mellis, aut roſarum? quia myrrha amarulenta paſſionis commovet animum ad compaſſionem, ad ſalutarem triſtitiam, ad deteſtationem peccatorum, quæ fuerunt cauſa mortis Chriſti. Anima, quæ hanc conſiderationem tanquam myrrheum faſciculum cordi affigit, ſponſa Dilecti eſt &c.

### 51. *Exigit noſtram compaſſionem.*

Quidam Anglus itinerans in terram ſanctam, cum tranſiret in hebdomada majore ſilvam, vidit ibi plurimas aviculas, nullas tamen audivit cantantes. Quæſivit ergo cauſam ex ſocio Saraceno, & iſte repoſuit, ſilvam hanc toto anno animari a cantu volucrum, illas tamen in ſeptimana Paſſionis Dominicę emori, & in Feſto Reſurrectionis reviviſcere. E. *Paſſio* n. 6.

Anachoreta rogans Chriſtum, ut ſibi revelaret, quodnam eſſet gratiſſimum illi obſequium, habuit Dei Filium ſibi apparentem cum cruce, dicentemque, non eſſe ſibi gratius obſequium, quam meditationem ſuæ paſſionis. E. *Paſſio* n. 7.

Chriſtus Dominus cum præ infirmitate crucem portare non poſſet, Judæi coegerunt Simonem Cyrenenſem, hominem gentilem, portare poſt Chriſtum crucem, ut indicaretur, crucem datam eſſe Chriſtianis ex gentilitate converſis. Et vero iſti alacres portarunt crucem poſt Chriſtum per martyria, per pœnitentias, per auſteritates corporis &c. Coſterus de Paſſ. Dom. Med. 31. §. ult.

Judam Machabæum pro Dei gloria & 1. Mach. 9. patriæ ſalute interfectum deploravit omnis populus: quanto magis compati, & deplorare debemus Chriſtum Redemptorem pro nobis mortuum! Ginther, Unus pro om. conſ. 106. n. 2.

A Chriſto vocamur Chriſtiani: igitur non Chriſti nomen ſolum ferre, ſed etiam vitam imitari debemus: Chriſtus vixit in fame & paupertate, igitur non in divitiis helluari: Chriſtus viam ſpineam inceſſit, igitur non in roſis ambulare: Chriſtus pro perſecutoribus oravit, igitur non vindictam contra inimicos ſpirare debemus, & quæ ſunt ſimilia.

### 52. *Exſtimulat ad patientiam.*

Chriſtus vocatur *quaſi Agnus manſuetus, qui portatur ad victimam*, ubi alii legunt, quaſi Agnus ductor gregis, ut ſignificetur, quod omnes Martyres ſuo exemplo an-

anteiverit, eoſque ſua paſſione animaverit ad mortem generoſe ferendam; hinc Chriſtus Agnus occiſus fuit ab origine mundi præſignatus 1. in Sacrificio Abelis, 2. in ariete, ſeu Agno maſculo, quem pro Iſaac immolavit Abraham. 3. In Agno Paſchali. 4. In jugi Sacrificio. 5. In aliis agnis ex lege immolatis. Hinc S. Joannes Judæis Chriſtum, verum Meſſiam ſub ſpecie Agni demonſtravit. C. Jerem. 11. v. 19.

Fuit Anteſignanus Martyrum, fecitque ſuo exemplo, ut Sancti magna cum alacritate & deſiderio ad martyrium feſtinarint. C. in Matth. 10. v. 32.

Obviam proceſſit lictoribus, ad captivandum ſe miſſis, ut tria nos ſua paſſione edoceret: 1. Suam innocentiam; nocens enim fugit ſuos apparitores. 2. Suam Majeſtatem ac fortitudinem, qua ut Dominus moderari potuit hoſtium furorem. 3. Libertatem, qua ultro ſe Judæ obtulit, ne putaretur invitus captivari. Maxime autem edocere nos voluit magnanimitatem, qua adverſis generoſe obviam ire debemus. Leo in hoſtes irruens claudit oculos, ne venabula videat: ita Chriſtianus cæco modo progrediatur ad excipienda adverſa. C. in Matth. 26. v. 46.

Chriſtus in Paſſione illuſiones graviſſimas toleravit, ut formam patientiæ ſe nobis præberet: *In hac paſſione*, ait S. Bernardus, *tria ſpecialiter convenit intueri, opus, modum, cauſam! Nam in opere patientia, in modo humilitas, in cauſa caritas commendatur*. Præterea Chriſtus hac patientia confortavit Martyres in illuſionibus tyrannorum. C. in Matth. 26. v. 58.

S. Bern. Serm. in Fer. 6. hebdom. pænoſa.

Dux Abimelech in montem Salmon aſcendens, ibi arboris ramum abſcidit, & humero impoſuit, dicens ad ſuos milites: *Quod me vidiſtis facere, cito facite*. Sic Chriſtus Dux noſter patiens, & crucem bajulans videtur nos omnes exhortari, ad crucem ſimiliter ferendam. Ginther, Unus pro omnibus conſ. 47. n. 1.

Jud. 9.

Ad transfigurationem ad montem Thaboræum tantum tres diſcipulos ſecum ſumpſit, ſed in monte Golgothæo pendens in cruce innumerabilem populum ſpectatorem habere voluit; Quare? Quia omnes voluit docere patientiam tanquam Magiſter patientiæ. Ginther, Unus pro omn. conſ. 129. n. 1.

Dicere ſolebat S. Auguſtinus: *Nolo ſine vulnere eſſe, quia te Dominum video vulneratum*. C. Eccli 2. v. 1. ad finem.

Ad perferendas ærumnas & dolores ſingulare remedium & refugium eſt Paſſio Chriſti: S. Elzearius Comes interrogatus, quomodo ad tantam animi manſuetudinem perveniſſet, reſpondit, per meditationem Paſſionis Chriſti; hinc Sancti omnes indeſinenter ante oculos habebant Chriſtum patientem, & Crucifixum. C. 1. Petr. 2. v. 23.

*53. Renovatur ab ingrato peccatore.*

Chriſtus ſuper vulnera ſua conqueritur: *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me*. Cur non potius conqueritur contra carnifices, Scribas, Phariſæos, & iniquos Judices? Quia Judæa & Jeruſalem erat domus eorum, qui profitebantur, ſe Chriſtum ſeu Meſſiam amare ſuper omnia. Quanto magis conqueretur Chriſtus contra Chriſtianos peccatores, eorumque ingratitudinem? hi enim, quibus mille beneficia contulit, peccatis ſuis renovant ejus paſſionem: ſuperbi illum de novo ſpinis coronant: Avari de novo vendunt, impuri de novo flagellant, Ginther, Unus pro omn. conſ. 141. n. 3.

Zach. 13.

Cornel. à Lap. hic.

Julius Cæſar cum a Bruto & Caſſio amicis optimis vulneribus conficeretur, ubi irruentem in ſe Brutum, quem in filium adoptaverat, vidit, exclamaſſe fertur: *Et tu fili mi Brute?* Sic Chriſtus lamentatur, cum Chriſtianum peccare videt. Ginther ibid. n. 4.

S. VVicterpus Epiſcopus poſt mortem apparuit Sanctæ Herlucæ Virgini, eique oſtendit Chriſtum toto corpore vulneratum, & ſanguine perfuſum, ea figura, qua in paſſione a Pilato fuit populo exhibitus dicente: *Ecce Homo!* Exhorruit Sancta Virgo cruentum ſpectaculum, interrogavitque, quis crudelis optimum Servatorem adeo de novo ſauciaſſet? reſpondit VVicterpus: Sic illum tractari a peccatoribus, & præſertim ab indigne communicantibus. *Nadaſi 8. Aprilis*.

CRUX, ET INSTRUMENTA PASSIONIS.

Crux.

*54. Eſt ſignum vitæ.*

IN urbe Jeruſalem, qui ſignati ſunt ſigno Tau, vivi relicti ſunt. B. Serm. 46. §. 1.

Jacob manibus in crucem formatis benedictionem dedit filiis. En, per crucem benedictio æterna. S. punct. 58. fol. 185.

In



In medio paradiſi plantata fuit arbor vitæ, cujus fructus hominem aut conſervaſſent diutiſſime, aut feciſſent immortalem: Hæc arbor vitæ fuit ſymbolum ſanctæ crucis. C. Gen. 2. v. 9. fol. 70. 2.

Ipſa Crux Chriſti videtur habere quamdam immortalitatem; licet enim in millenas ac millenas particulas dividatur, dicitur nunquam decreſcere. D. 4. 46.

Quidam juvenis inter Barbaros captivus e ſumma turri in acervum cinerum cruce ſignatus deſilit & ſine nocumento lapſus evadit: in fuga occupatur ab inſequentibus barbaris: format crucem, & ſe inviſibilem reddit. D. 4. 52.

In Japonia in ſciſſis arboribus inveniuntur crucis imagines, quæ pro ſigno habebantur glorioſi martyrii, quod paulo poſt Dei famuli in perſecutionibus ibi exantlarunt. R. cent. 3. p. 2. mir. 22.

Sanguis in poſtibus ſignatus in modum litteræ Tau fuit teſſera, qua liberati erant Hebræi in Ægypto ab Angelo interfectore. C. Exod. 12. v. 12. fol. 425. col. 2.

Crux eſt quaſi ſigillum Chriſti, quo ſignat, & obſignat animas ſibi dilectas, atque ab iis quaſi refringit ſigillum diaboli, nempe mundanas voluptates. C. Aggæi c. 2. v. 24.

*55. Eſt pignus ſalutis.*

Beatitudo cæleſtis comparatur denario Evangelico, quem receperunt operarii. Cur denario? numerus decem formatur ut crux X. en! crux eſt pignus ſalutis. B. Ser. 53. n. 19.

Patriarcha Abraham pro ſalute Sodomæ orans nonne parceres, ajebat, Domine, ſi quinquaginta juſti ſint in hac urbe? parcam, reſpondit Deus. Ab his quinquaginta Abraham deſcendit uſque ad decem: cur non ulterius uſque ad quinque? S. Thomas ait, fuiſſe ſingulare myſterium: nam numerus denarius teſſera eſt ſalutis, ſalus eſſe non poteſt, niſi ubi denarius numerus eſt. En, ait S. Eucherius: numerus denarius formatur ut crux X, o felix locus, ubi crux Chriſti. B. Serm. 68. nu. 3. 4. 5.

*Decima dies menſis ſeptimi erit vobis* (ita legit Origenes) *dies propitiationis*. Numerus X eſt crux, eſt dimidia crux. *O mira feſtivitas, dies feſtus animæ afflictio appellatur*. S. punct. 47. fol. 182.

Orig. hom. 10. in Levit.

Patriarcha Jacob vidit Angelos per ſcalam in cælum aſcendentes. Hæc ſcala crux eſt, in qua S. Perpetua Satyrum, & alios ſuos com-martyres aſcendere vidit. C. Gen. c. 28. v. 12. fol. 227. col. 2.

Crux juxta opinionem multorum authorum fuit fabricata ex ligno Olivæ: Oliva autem ſymbolum eſt pacis ac victoriæ. Ginther, Unus pro om. conſ. 6. n. 2. & 3.

Columna Nubis & ignis duxit Iſraelitas per deſertum, & mare rubrum: ſic ſancta crux ducit nos per tribulationes hujus mundi ad beatam patriam. Ginther, Unus pro om. conſ. 16. n. 2.

Igitur Crux eſt ſignaculum & teſſera amicorum, & electorum Dei, non fugienda, ſed ambienda: Id docet 1. Chriſtus, *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam*. 2. S. Paulus & Barnabas confirmabant animos diſcipulorum: *Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei*. 3. S. Jacobus: *Beatus Vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ*. 4. S. Petrus: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus*. 5. S. Ignatius Martyr: *Utinam fruar beſtiis, quæ ad me dilaniandum præparatæ ſunt*. 6. S. Cyprianus: *Quid felicius homini, quam inter ipſos carnifices confiteri Dominum?* 7. S. Gregorius Nazianzenus: *Omnibus diebus nos Deo ſacrificemus, per paſſiones paſſionem imitemur, per ſanguinem ſanguinem* (Chriſti) *honoremus*. 8. *Suppliciis me libenter offero! Mortem non timet, qui nulla carnis voluptate retinetur*, ait S. Ambroſius, & exemplum enarrat S. Petri: Petrus Roma noctu egreſſus, & Chriſtum ſibi in porta occurrere videns, ait: *Domine quo vadis?* Reſpondit Chriſtus: Venio Romam, iterum crucifigi. Intellexit Petrus, ad ſuam crucem pertinere hoc reſponſum: itaque ſponte remeavit, & interrogantibus Chriſtianis reſponſum hoc enarravit, ſtatimque correptus per crucem ſuam honorificavit Dominum. His enarratis adjungit Ambroſius: Athleta Chriſti non delicias, ſed paſſiones exigit. C. in Ezech. c. 9. v. 4.

Matth. 16.

Act. 14.

Jac. 1. v. 12.

1. Petr. 2.

S. Ignat. ad Rom.

S. Cyp. l. 3. ep. 12.

S. Nazian. 43. in Paſch.

S. Ambr. Ep. 32.

*56. In fronte ſignata pellit tentationes.*

Goliath in fronte percutitur: ait S. Auguſt. ubi crucis ſignaculum non habebat. S. punct. 27. fol. 161.

Sanguis Agni aſperſus ſecuras reddebat domos: ubi Rupertus: Sanguinem Chriſti in ſuperliminaribus domorum ponimus, cum crucem paſſionis illius in fronte portamus. S. punct. 137. fol. 420. Mos antiquiſſimus Chriſtianis. C. Philip. 3. v. 18.

Rupert. l. 2. in Exod.

En

Et hæc cauſa eſt, cur dæmon crucem adeo exhorreſcat. Edmundus cum aliquando meditationem omiſit, cubitum concedens apparentem ſibi dæmonem habuit: voluit crucem formare, & ecce! dæmon utramque illi manum tenuit, faſſus deinde, per crucem & ſanguinem Chriſti maximum ſuo regno detrimentum irrogari. E. *Crucis ſignum* n. 6.

Quæſtio eſt cur Chriſtus crucifigi voluerit? cur non lapidari, comburi, capite plecti? Sunt variæ rationes! Ex parte Judæorum, ut ejus nomen morte infamiſſima abolerent! Ex parte Dei, ut per crucem, quæ Judæis eſt ſcandalum, & gentibus ſtultitia, nos redimeret, & ſic mundi ſtultitiam remedio contrario confunderet. Rationes morales ſunt: ut Chriſtus in ſublimi pendens aerem a dæmonibus purgaret, & tanquam mediator cæleſtia terrenis reconciliaret. Sed ante alias placet ratio S. Auguſtini: *Noluit lapidari, aut gladio percuti, quia nos ſemper lapides aut ferrum nobiſcum ferre non poſſumus, quibus defendamur. Elegit vero crucem, quæ levi motu manus exprimitur, qua contra inimici verſutias munimur.* C. in Matth. 27. v. 35. [S. Aug. de Append. de diverſ. ser. 35.]

Primi Chriſtiani & Martyres crucem in fronte ſignabant, Arianorum ſtigmata reſpuebant. C. Ezech. 9. v. 4.

### 57. *Tribulationes omnes dulceſcere facit.*

Deus Moyſi oſtendit lignum, ut aquas in deſerto dulcoraret. O ſi ſanctæ crucis virtutem agnoſceremus, &c. S. punct. 47. fol. 182. [Exod. 15.]

S. Bernardus contra inimicos crucis ita diſſerit: Non vident balſamum ſuavitatis, quod ſtillat a cruce, &c. S. punct. 26. fol. 659.

Farinula Eliſæi dulcoravit omnem maſſam: ita crux Chriſti omnia adverſa. S. 16. fol. 660.

Aquæ piſcinæ probaticæ ſanabant omnes morbos poſt motum Angeli: Quare? aliqui auctores putant, in ea piſcina diu delituiſſe truncum ligni, ex quo dein fabricata fuit crux Chriſti. D. 4. 78. Ginther Unus pro omnibus conſ. 17. n. 2.

Cogitet homo in tribulatione conſtitutus, hanc crucem ſibi quondam in morte & judicio ingenti ſolatio futuram: ſicut enim vexillum militibus lætitiam affert cum explicatur, hoſtibus terrorem: ita in judicio juſti aſpectu crucis lætabuntur; impii contremiſcent. S. punct. 137. fol. 429.

Sancti in manibus habebant *Cytharas, & Phialas plenas odoramentorum*: Cythara eſt ſymbolum Crucis & mortificationis: ſicut in cythara chordæ diſtenduntur, & cruciantur: ita membra mortificantur, ut dulcem ſonum coram Deo reddant. Tales fuere Martyres in equuleo diſtenti & pulſati. Item ſicut cythara Davidis malum ſpiritum Regis Saul compeſcuit; ita crux Chriſti concupiſcentiam, tentationes, animi mœrores, & inordinatas paſſiones compeſcit. C. Apoc. 5. v. 8.

Sancti Martyres in tormentis animantur, & confortantur crucis Chriſti meditatione: Ita S. Felicula, S. Ignatius Epiſcopus, S. Savinus & Cyprianus, S. Heſteria, S. Vincentius & Peregrinus, & alii. C. Matth. 27. v. 35.

### 58. *Prodeſt contra hoſtes etiam viſibiles.*

S. Joannes Capiſtranus, cum Turcæ Albam Regalem, nunc Belgradum, obſiderent, inter ſacrificandum ſagittam cælitus delapſam accepit, in qua verba hæc ſcripta erant: *Eſto conſtans o Joannes!* Proinde Germanorum, & Polonorum contra infenſiſſimum hoſtem Dux factus, ſanctam crucem illis prætulit, & inſignem victoriam reportavit. Ginther Unus pro omn. conſ. 147. n. 5.

S. Udalricus Epiſcopus ope Sanctæ Crucis, quam Angelus illi de cælo attulit, cum Imperatore Otthone, innumerabilem Hunnorum exercitum fundit. Idem n. 6.

Similis Crux viſitur in Monte ſancto Andex in Bavaria, quam Angelus Carolo Magno Imperatori de cælo attulit: hac cruce Imperator inſignes victorias contra barbaros reportavit. Idem n. 7.

Crux in aere apparet Alphonſo Regi Portugalliæ, de immenſa hoſtium multitudine trepidanti, eumque ad pugnam animat. Alphonſus non tantum victoriam retulit, ſed barbaras etiam terras ad fidem convertit. Ginther Unus pro omn. conſ. 16. n. 3.

Haud procul ab Urbe Alexandrina immanis leo regionem devaſtat. S. Chryſoſtomus in campo erigit crucem, & ecce! altera die leo ad pedem crucis mortuus invenitur. Ginther Unus pro omn. conſ. 26. n. 5.

Juvenis inter barbaros captivus e ſumma turri in acervum cinerum cruce ſignatus ſine nocumento deſilit. In fuga contra inſequentes barbaros crucem format, & inviſibilem ſe reddit. D. 4. 52.

59. Eſt



### 59. *Eſt neceſſaria ad ſalutem.*

S. Auguſtinus Chriſtum proponit ita loquentem: regnum cælorum venale habeo. Quo emitur? reſpondet: paupertate regnum, dolore gaudium, labore requies, vilitate gloria, morte vita. In hac vita attenditur æqualitas pretii, non ibi, ubi pro momentaneo datur æternum. S. punct. 147. fol. 459. [S. Aug. in Pſ. 91.]

Pro crucigero, id eſt, pro cruce emitur cælum; ſic latro emit: qui in cruce eſt, ait Chryſoſt. pedem extendat ſolum, & in cælo eſt. S. punct. 27. fol. 661. Vide titulum *BEATITUDO*. [S. Chryſ. hom. de divite.]

Qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, ubi Hugo: ſuam dixit, ne putares Chriſti crucem ſufficere ſine tua. S. punct. 26. fol. 657. [Hugo Card. in Joann. 9.]

S. Thomas Villanova nomine Chriſti ita loquitur: Non peto ſanguinem a te Chriſtiane, non ulcera, non tormenta, non ſpinas, & verbera, ſed tolle crucem tuam, &c. S. punct. 26. fol. 658. [S. Thom. Villanov. 3. de uno Mart.]

*Ecce quod remanſit, pone ante te.* Quid ergo remanſit? ut ipſe crucem tuam feras. S. punct. 27. fol. 661.

S. Auguſtinus: ſive vir ſive mulier, ſive is qui præeſt, ſive ille, qui alteri paret ... & univerſa Eccleſia audire debet: *Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, &c.* S. punct. 27. fol. 661. [S. Aug. hom. 47. de diverſ.]

Cum quondam Chriſtiani ad portam æternitatis pervenient, repetetur illa quæſtio, hi qui ſunt & unde venerunt? nec prius aperietur porta cœli, quam reſpondere poſſit illud ipſum: Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione.

### 60. *Eſt ſignum, & teſſera Chriſtiani.*

*Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce* ait Apoſtolus: ubi S. Aug. Poterat gloriari Apoſtolus in ſapientia Chriſti, in majeſtate, in poteſtate: ſed dixit: In cruce: ubi humilitas, ibi majeſtas, ubi infirmitas, ibi poteſtas, ubi mors, ibi vita &c. ideo in fronte tanquam ſede pudoris ſignum crucis accepiſti. S. punct. 27. f. 661. [Gal. 6.] [S. Aug. Ser. 20. de Verb. Ap.]

Simeon Salus aliquando inter mendicos ſedens dixit: ecce! faciam vobis riſum, efficiam enim ut huic Judæo vitriario, quem videtis vitra conflare, vitra omnia in fruſta diſſiliant. Quoties igitur Judæus vitrum e furno protulit, S. Simeon crucem formabat, & vitrum ruptum eſt. Ridebant mendici, & tandem Judæo cauſam ſui riſus aperiebant: iſte cum in ſanctum Virum fuſe invehi vellet, audit ab eo hæc verba: Mi Hebræe, vitra tibi deinceps omnia frangentur, niſi Chriſtianus fias. Quod & factum eſt. D. 3. 86.

S. Patritius, cum in quodam Hiberniæ campo invenit imaginem S. Crucis juxta duo ſepulcra recenter effoſſa erectam, de curru ſuo proclamavit: *Quis eſt hic ſepultus?* reſpondit vox de tumulo: Ego ſum gentilis & paganus. Cur ergo, quærebat S. Vir, tibi crux Chriſti adſtituta eſt? Quia (ſubjunxit ſepultus) juxta me homo Chriſtianus humatus eſt, cujus tumulo apponenda crux, meo per errorem infixa eſt. His auditis S. Patritius ſtatim de curru deſiliens crucis locum mutavit, & Chriſtiano ſuum inſigne reddidit. P. Pexenfeld. Conc. Hiſt. p. 3. hiſt. 101. [Ven. Bed. l. 2. Vit.]

Chriſtiani gloriantur in cruce, eamque contra tyrannos & hæreticos publice profitentur. C. in Ezech. 9. v. 4.

### 61. *Dæmonem vincit & fugat.*

David cythara ludens malignum ſpiritum in Saule compeſcit: cythara erat figura crucis Chriſti, extenſio nervorum erant chordæ. S. punct. 30. fol. 705. & M. conc. 22. aſſ. 1. n. 10.

Julianus Apoſtata, cum magicas incantationes faceret, apparentem ſibi habuit terribilem dæmonem: territus repetebat ſignum Crucis, quod apud Chriſtianos didicerat, & monſtrum diſparuit, Magis nil porro efficientibus. D. 4. 26.

S. Chryſoſtomus in illas Matres, quæ ad tollenda puerorum faſcina cinerem, fuliginem, ſalem & vetulas uſurpant, graviter invehitur, illiſque ſuadet uſum ſanctæ crucis. D. 6. 44. [S. Chryſ. hom. 8. in 1. Cor. ad Coloſſ.]

Magi Japonenſes contra cæcum Chriſtianum nomine Tobiam dæmones evocant, ſed iſti omnes a Tobia ſigno crucis in fugam aguntur, Magi terroribus & periculis involvuntur. R. cent. 3. mir. 32.

Juvenis Japonenſis Chriſtianus diu a ſacrificulis ludificatus provocat omnes illorum artes, ut, ſi poſſent, ſibi per dæmones nocerent. Illi fecerunt ſuas incantationes, iſte autem ſigno crucis ſe communiit, & incolumis manſit. Populus omnis exſibilavit infirmitatem Magorum. R. cent. 3. p. 2. mir. 19.

Aſinus S. Reguli a dæmone invadendus, pede in terra crucem format, & ſic dæmonem fugat. E. *Crucis ſignum*, n. 7.

Cyprianus antea Magus non poterit Juſtinam Virginem ad impuros amores inflam-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE

flammare: cauſam quærens ex dœmone, audit, quod illic, id eſt dœmon, Chriſtianis cruce munitis nocere non poſſit. Hæc audiens converſus ad fidem cum S. Virgine Juſtina Martyr factus eſt. *N. 26. Sept.*

### 62. *Variis figuris præſignata.*

Jota unum aut unus apex non præteribunt: ubi S. Chromatius Aquilejenſis: Jota eſt linea recta, apex tranſverſa, adeoque crux. *In Jota & apice crucis Sacramentum poteſt intelligi, quia jota & apex quamdam in ſe crucis imaginem oſtendunt.* Cælum & terra tranſibunt, virtus crucis non deficiet. M. conc. 33. aſſ. 3. n. 3.

Diſputant auctores, ex quo ligno fuerit crux Chriſti: aliqui putant fuiſſe ex palma, alii ex ilice, alii ex lignis Setim; ſed tandem neſcitur cujus generis lignum illud fuerit. Dici poteſt fuiſſe materiam cæleſtem, & immortalem &c. D. 1. 6. VV. art. diſc. ſont. 56. ex. 4.

Altare holocauſtorum fuit figura S. Crucis 1. quia extra tabernaculum in atrio erectum: ita Chriſtus extra caſtra, id eſt, extra Jeruſalem crucifixus: 2. Fuit ex lignis Setim incorruptibilibus: ita caro & crux Chriſti non vidit corruptionem. 3. Altare habuit quatuor cornua, ita crux Chriſti ad quatuor orbis partes diffuſa. 4. In hoc altari quotidie immolabatur agnus: ita Chriſtus in cruce fuit immolatus. C. Exod. c. 27.

In urbe Jeruſalem qui ſignati fuerunt ſigno *Tau*, ſecuri erant ab Angelo exterminatore: O quot ſalvandi ſunt in mundo, cum ipſe mundus, ait S. Hieronymus, plenus ſit crucibus! aves in alto volantes exprimunt figuram crucis, navis antenna cruci eſt aſſimilata, homo brachiis expanſis habet formam crucis. In fine mundi Crux erit ſignum Dei oppoſitum ſigno beſtiæ, id eſt, Antichriſti: Beati, qui crucem fronti, & animo imprimunt, id eſt, qui crucem Chriſti tollunt, paſſiones edomant, erga proximos caritatis paſſione cruciantur. *Signati eſtis in diem Redemptionis!* C. in Ezech. 9. v. 4.

### 63. *Eſt ſumme æſtimabilis.*

*Aſſumpſit duodecim ſuos ſecreto, & ait illis &c.* cur paſſionem ſuam ſecreto illis credidit? S. Chryſ. ait, *quia pretioſior theſaurus reponitur in melioribus locis ſecreto: ideo theſaurum ſuæ crucis committit diſcipulorum cordibus ſecreto.* M. conc. 33. aſſ. 3. n. 4.

De cruce collegerunt SS. Martyres ſuos virtutum, & fortitudinis theſauros, uti S. Felicula, S. Ignatius Martyr, S. Cyprian. S. Vincentius &c. C. in Matt. 27. v. 35.

S. Thomas de Villanova ait: Crux blanda, crux dulcis, crux ſuavis & delicioſa eſt: ſumma opulentia eſt paupertas Chriſti, & ſumma gloria contumelia pro Chriſto. S. punct. 27. fol. 659.

Moſcovitæ crucem e collo pendulam gerunt, & ſi illa ultra pectus dependeat, indignum arbitrantur. Monachi Abyſſiniæ crucem continuo in manibus portant, cæteri in fronte, cum autem in bellum progrediuntur, viginti cruces ſibi præferri curant. Jacobitæ in Armenia infantibus in baptiſmo crucem fronti inurunt. Theodoſius prohibet crucem interra in lapidibus aut ſcripturis formari, ne conculcetur. Idipſum fecerunt Pius IV. S. Carolus Borromæus, & alii. D. 2. 95.

Haud procul ab urbe Meliapor in India invenitur ſaxea Crux, ſupra quam S. Thomas Apoſtolus fuit lancea confoſſus, illa multis miraculis clara magnis in honoribus habetur. R. cent. 3. p. 2. mir. 42.

Beatiſſima Virgo Filium ſuum Divinum S. Agneti de Monte Politiano in brachia dedit, & in ſignum amoris eidem crucem, quæ e collo Filii ſui pendebat, donavit. Hæc crux adhuc ſingulis annis Prima Maji populo oſtenditur. *N. 15. Aug. Suffren 20. April.*

### 64. *Eſt ſolatio in morte.*

Elias fugit mortem, & dum ad arborem venit, optat mori: ubi Rupertus: confugit ad vivificum crucis lignum, illic ambit mortem, illic feſtinat commori Chriſto. M. conc. 41. §. 4. n. 15.

Crux Chriſti ſignificatur per lignum vitæ, quod hominem in paradiſo feciſſet immortalem; ideo morientibus in manus porrigitur, tanquam dux, & teſſera immortalitatis. C. Gen. 2. v. 9.

S. Franciſcus de Paula feria ſexta Paraſceves mortuus, crucem conſtanter manibus tenens, ſpiritum in manus Domini magna cum confidentia & ſolatio emiſit. Vates Regius exclamat: *Exultabunt Sancti in gloria*, ubi S. Hieronymus legit: *Exultabunt Sancti in cruce.* Ginther conſ. 105. n. 5.

In hoc baculo tranſibo Jordanem! Jordanes idem eſt ac judicium, per baculum autem intelligitur S. Crux: O Chriſtiane poſt omnes mundi delitias, & divitias,

in



in morte unicum ſolatium tibi ſupererit ſancta Crux! &c.

Crux in millenas particulas diviſa non decreſcit, adeoque eſt ſymbolum immortalitatis; quid ni etiam ſit teſſera beatæ immortalitatis? Gint. Unus pro om. conſ. 6. n. 4.

## Inſtrumenta Paſſionis.

### 65. *Ubinam locorum aſſerventur.*

CUm Veneti urbem Conſtantinopolitanam, a Saracenis liberarunt, & Imperator Balduinus pecuniam non haberet, qua ſuos liberatores præmiaretur, lanceam, ſpongiam, & fruſtum crucis quibuſdam mercatoribus oppignoravit pro ingenti pecunia, quam dein Venetis diſtribuit. At S. Ludovicus Rex Galliæ redemit ſacrum theſaurum, & Pariſiis in ſacello regio depoſuit, cui eodem anno Balduinus Imperator, etiam coronam ſpineam donavit. F. p. 3. l. 6. f. 181.

Lancea. Spongia. Fruſtum crucis. — Corona ſpinea.

Syndon ſepulturæ. Sacra Syndon, in qua Chriſti corpus ſepultum erat, Taurini in Sabaudia aſſervatur. Ginther, Unus pro omn. conſid. 44. n. 3. D. 1. 6.

Tunica Chriſti. Tunica interior, quam Beata Virgo conſuit, & cum Chriſto crevit, aſſervatur Treviris. Ginth. Unus pro omn. conſ. 68. n. 3.

Columna flagellationis. Joannes Columna Cardinalis ab Honorio Pontifice Chriſtiani exercitus legatus, in Ægypto Heliopolim expugnat, & Romam trophæum reportat, videlicet columnam, in qua Chriſtus flagris cæſus fuit, quam in templo Sanctæ Praxedis erexit. C. Iſa. c. 50. v. 6.

Clavus. Conſtantin. Imperator clavum Chriſti in frænum ſui equi aptari juſſit. D. 1. 7. D. 4. 46.

Spongia. Spongia una eſt Romæ apud S. Joannem in Laterano, altera Pariſiis, ſanguine tincta. D. 3. 10.

Calix. Spongia. Beda dicit, Solymæ aſſervari calicem, in quo Chriſtus conſecravit in cœna, una cum ſpongia, qua potus illi fuit oblatus, alii putant illum calicem eſſe Valentiæ in Hiſpania. Pelvis. Pelvis, in qua Chriſtus lavit Apoſtolorum pedes, facta eſt in Crucifixi imaginem cupream, aſſervatam in Inſula Rhodus.

Mappa menſæ. Mappa menſæ in cœna adhibita eſt Uliſſipone. D. 6. 38.

Zonæ & pallii particula. Bizantii in templo S. Joannis oſtenditur particula de Zona Chriſti.

Apud PP. Carthuſianos S. Mariæ de Arriago, particula de pallio Chriſti, cujus fimbriæ tactu mulier ſanata fuit. D. 9. 96.

Clavus. In Monaſterio S. Nicolai in Sicilia, quod plane inter Monaſteria, quæ Ordo S. Benedicti habet, nulli pulchritudine cedit, aſſervatur clavus, quo Chriſtus Dominus fuit cruci affixus.

Aqua cum ſanguine. Cum Chriſtus Dominus de cruce fuit depoſitus, vulneratum corpus B. V. Nicodemus & alii aqua lavarunt, & eam in ſubjecta pelvi aſſervarunt, quæ temporis deinde ſucceſſu concreta, & in maſſam redacta ſanguineam, admixto hinc inde aqueo colore, ſuis Brugenſibus in Flandriam Balduinus Rex Hieroſolymor. ex Palæſtina per Abbatem S. Bertini tranſmiſit. Brugenſes ſumma induſtria, hunc theſaurum, adjuvante Deo, contra Geuſeorum furorem aſſervarunt, & hodie aſſervant, & venerantur. Coſterus de Paſſ. Dom. med. 49.

## CRUCIFIXUS.

### 66. *Dedocet peccatum ſua Paſſione.*

SAnctus Vincent. Ferr. parabolam affert: fuiſſe duos fures, qui in urbe furandi cauſa tenderent, cum vero foris in patibulo ipſius Prætoris filium pendere cernerent, rigoroſa juſtitia territi regreſſi ſunt. Dei Filius cur in crucis patibulo pendet? propter noſtra peccata, *quem propoſuit ad oſtenſionem juſtitiæ.* B. Serm. 5. nu. 29. 30. Item Ser. 12. n. 14. *ad Phil. 1.*

Tres amici venientes ad Jobum nec verbulo illi colloquuntur: Quare? quia obſtupeſcentes cogitabant: ſi Deus cum innocente tam ſevere agit, quid nobis metuendum erit? B. Ser. 13. §. 9.

Rex Moabitarum, dum in mœnibus filium immolat, hoſtes obſidentes fugat: tu dum vides immolari Filium Dei non fugis peccata. S. punct. 27. fol. 691.

Cum Abſalon in prœlio fuit fuſus, & in fuga ex ilice capillis hæſit, nunciavit hoc quidam Joabo: *Vidi Abſalon pendere de quercu.* Cui Joab: ſi vidiſti, quare non confodiſti eum cum terra, & ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos, & unum baltheum? Nuntius autem repoſuit: ſi appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis. Sic tu, mi Chriſtiane, comparatus eſto: vides in cruce pendere, non rebellem Abſalonem, ſed mitiſſimum Patrem, ah! pro toto mundo non mitte manum tuam in illum, id eſt, non offende peccato; filius enim Regis eſt, & Redemptor tuus &c. *2. Reg. 18.*

Filii Jacob innocentem fraterculum Joſeph exitiali odio perſecuti, illum in ſervitutem vendiderunt, utque crudele facinus palliarent, tunicam illius ſanguine intinctam

flammare: cauſam quærens ex dœmone, audit, quod ille, id eſt dœmon, Chriſtianis cruce munitis nocere non poſſit. Hæc audiens converſus ad fidem cum S. Virgine Juſtina Martyr factus eſt. *N. 26. Sept.*

*62. Variis figuris præſignata.*

Jota unum aut unus apex non præteribunt: ubi S. Chromatius Aquilejenſis: Jota eſt linea recta, apex tranſverſa, adeoque crux. *In Jota & apice crucis Sacramentum poteſt intelligi, quia jota & apex quamdam in ſe crucis imaginem oſtendunt.* Cælum & terra tranſibunt, virtus crucis non deficiet. M. conc. 33. aſſ. 3. n. 3.

Diſputant auctores, ex quo ligno fuerit crux Chriſti: aliqui putant fuiſſe ex palma, alii ex ilice, alii ex lignis Setim; ſed tandem neſcitur cujus generis lignum illud fuerit. Dici poteſt fuiſſe materiam cæleſtem, & immortalem &c. D. 1. 6. VV. art. diſc. font. 56. ex. 1.

Altare holocauſtorum fuit figura S. Crucis 1. quia extra tabernaculum in atrio erectum: ita Chriſtus extra caſtra, id eſt, extra Jeruſalem crucifixus: 2. Fuit ex lignis Setim incorruptibilibus: ita caro & crux Chriſti non vidit corruptionem. 3. Altare habuit quatuor cornua, ita crux Chriſti ad quatuor orbis partes diffuſa. 4. In hoc altari quotidie immolabatur agnus: ita Chriſtus in cruce fuit immolatus. C. Exod. c. 27.

In urbe Jeruſalem qui ſignati fuerunt ſigno *Tau*, ſecuri erant ab Angelo exterminatore: O quot ſalvandi ſunt in mundo, cum ipſe mundus, ait S. Hieronymus, plenus ſit crucibus! aves in alto volantes exprimunt figuram crucis, navis antenna cruci eſt aſſimilata, homo brachiis expanſis habet formam crucis. In fine mundi Crux erit ſignum Dei oppoſitum ſigno beſtiæ, id eſt, Antichriſti: Beati, qui crucem fronti, & animo imprimunt, id eſt, qui crucem Chriſti tollunt, paſſiones edomant, erga proximos caritatis paſſione cruciantur. *Signati eſtis in diem Redemptionis!* C. in Ezech. 9. v. 4.

*63. Eſt ſumme æſtimabilis.*

*Aſſumpſit duodecim ſuos ſecreto, & ait illis &c.* cur paſſionem ſuam ſecreto illis credidit? S. Chryſ. ait, *quia pretioſior theſaurus reponitur in melioribus locis ſecreto: ideo theſaurum ſuæ crucis committit diſcipulorum cordibus ſecreto.* M. conc. 33. aſſ. 3. n. 4.

De cruce collegerunt SS. Martyres ſuos virtutum, & fortitudinis theſauros, uti S. Felicula, S. Ignatius Martyr, S. Cyprian. S. Vincentius &c. C. in Matt. 27. v. 35.

S. Thomas de Villanova ait: Crux blanda, crux dulcis, crux ſuavis & delicioſa eſt: ſumma opulentia eſt paupertas Chriſti, & ſumma gloria contumelia pro Chriſto. S. punct. 27. fol. 659.

Moſcovitæ crucem e collo pendulam gerunt, & ſi illa ultra pectus dependeat, indignum arbitrantur. Monachi Abyſſiniæ crucem continuo in manibus portant, cæteri in fronte, cum autem in bellum progrediuntur, viginti cruces ſibi præferri curant. Jacobitæ in Armenia infantibus in baptiſmo crucem fronti inurunt. Theodoſius prohibet crucem in terra in lapidibus aut ſcripturis formari, ne conculcetur. Idipſum fecerunt Pius IV. S. Carolus Borromæus, & alii. D. 2. 95.

Haud procul ab urbe Meliapor in India invenitur ſaxea Crux, ſupra quam S. Thomas Apoſtolus fuit lancea confoſſus, illa multis miraculis clara magnis in honoribus habetur. R. cent. 3. p. 2. mir. 42.

Beatiſſima Virgo Filium ſuum Divinum S. Agneti de Monte Politiano in brachia dedit, & in ſignum amoris eidem crucem, quæ e collo Filii ſui pendebat, donavit. Hæc crux adhuc ſingulis annis Prima Maji populo oſtenditur. *N. 15. Aug. Suffren 20. April.*

*64. Eſt ſolatio in morte.*

Elias fugit mortem, & dum ad arborem venit, optat mori: ubi Rupertus: confugit ad vivificum crucis lignum, illic ambit mortem, illic feſtinat commori Chriſto. M. conc. 41. §. 4. n. 15.

Crux Chriſti ſignificatur per lignum vitæ, quod hominem in paradiſo feciſſet immortalem; ideo morientibus in manus porrigitur, tanquam dux, & teſſera immortalitatis. C. Gen. 2. v. 9.

S. Franciſcus de Paula feria ſexta Paraſceves mortuus, crucem conſtanter manibus tenens, ſpiritum in manus Domini magna cum confidentia & ſolatio emiſit. Vates Regius exclamat: *Exultabunt Sancti in gloria*, ubi S. Hieronymus legit: *Exultabunt Sancti in cruce.* Ginther conſ. 105. n. 5.

In hoc baculo tranſibo Jordanem! Jordanes idem eſt ac judicium, per baculum autem intelligitur S. Crux! O Chriſtiane poſt omnes mundi delitias, & divitias,

in



in morte unicum ſolatium tibi ſupererit ſancta Crux! &c.

Crux in millenas particulas diviſa non decreſcit, adeoque eſt ſymbolum immortalitatis; quid ni etiam ſit teſſera beatæ immortalitatis? Gint. Unus pro om. conſ. 6. n. 4.

Inſtrumenta Paſſionis.

*65. Ubinam locorum aſſerventur.*

CUm Veneti urbem Conſtantinopolitanam, a Saracenis liberarunt, & Imperator Balduinus pecuniam non haberet, qua ſuos liberatores præmiaretur, lanceam, ſpongiam, & fruſtum crucis quibuſdam mercatoribus oppignoravit pro ingenti pecunia, quam dein Venetis diſtribuit. At S. Ludovicus Rex Galliæ redemit ſacrum theſaurum, & Pariſiis in ſacello regio depoſuit, cui eodem anno Balduinus Imperator, etiam coronam ſpineam donavit. F. p. 3. l. 6. f. 181.

Lancea Spongia Fruſtum crucis.

Corona ſpinea.

Syndon ſepulturæ. Sacra Syndon, in qua Chriſti corpus ſepultum erat, Taurini in Sabaudia aſſervatur. Ginther, Unus pro omn. conſid. 44. n. 3. D. 1. 6.

Tunica Chriſti. Tunica interior, quam Beata Virgo conſuit, & cum Chriſto crevit, aſſervatur Treviris. Ginth. Unus pro omn. conſ. 68. n. 3.

Columna flagellationis. Joannes Columna Cardinalis ab Honorio Pontifice Chriſtiani exercitus legatus, in Ægypto Heliopolim expugnat, & Romam trophæum reportat, videlicet columnam, in qua Chriſtus flagris cæſus fuit, quam in templo Sanctæ Praxedis erexit. C. Iſa. c. 50. v. 6.

Clavus. Conſtantin. Imperator clavum Chriſti in frænum ſui equi aptari juſſit. D. 1. 7. D. 4. 46.

Spongia. Spongia una eſt Romæ apud S. Joannem in Laterano, altera Pariſiis, ſanguine tincta. D. 3. 10.

Calix. Beda dicit, Solymæ aſſervari calicem, in quo Chriſtus conſecravit in cœna, u na cum ſpongia, qua potus illi fuit oblatus, alii putant illum calicem eſſe Valentiæ in Hiſpania. Pelvis, in qua Chriſtus lavit Apoſtolorum pedes, facta eſt in Crucifixi imaginem cupream, aſſervatam in Inſula Rhodus.

Spongia.

Pelvis.

Mappa menſæ. Mappa menſæ in cœna adhibita eſt Uliſſipone. D. 6. 38.

Zonæ & pallii particula. Bizantii in templo S. Joannis oſtenditur particula de Zona Chriſti.

Apud PP. Carthuſianos S. Mariæ de Arriago, particula de pallio Chriſti, cujus fimbriæ tactu mulier ſanata fuit. D. 9. 96.

Clavus. In Monaſterio S. Nicolai in Sicilia, quod plane inter Monaſteria, quæ Ordo S. Benedicti habet, nulli pulchritudine cedit, aſſervatur clavus, quo Chriſtus Dominus fuit cruci affixus.

Aqua cum ſanguine. Cum Chriſtus Dominus de cruce fuit depoſitus, vulneratum corpus B. V. Nicodemus & alii aqua lavarunt, & eam in ſubjecta pelvi aſſervarunt, quæ temporis deinde ſucceſſu concreta, & in maſſam redacta ſanguineam, admixto hinc inde aqueo colore, ſuis Brugenſibus in Flandriam Balduinus Rex Hieroſolymor. ex Palæſtina per Abbatem S. Bertini tranſmiſit. Brugenſes ſumma induſtria, hunc theſaurum, adjuvante Deo, contra Geiſeorum furorem aſſervarunt, & hodie aſſervant, & venerantur. Coſterus de Paſſ. Dom. med. 49.

CRUCIFIXUS.

*66. Dedocet peccatum ſua Paſſione.*

SAnctus Vincent. Ferr. parabolam affert: fuiſſe duos fures, qui in urbe furandi cauſa tenderent, cum vero foris in patibulo ipſius Prætoris filium pendere cernerent, rigoroſa juſtitia territi regreſſi ſunt. Dei Filius cur in crucis patibulo pendet? propter noſtra peccata, *quem propoſuit ad oſtenſionem juſtitiæ.* B. Serm. 5. nu. 29. 30. Item Ser. 12. n. 14. *ad Phil. 1.*

Tres amici venientes ad Jobum nec verbulo illi colloquuntur: Quare? quia obſtupeſcentes cogitabant: ſi Deus cum innocente tam ſevere agit, quid nobis metuendum erit? B. Ser. 13. §. 9.

Rex Moabitarum, dum in mœnibus filium immolat, hoſtes obſidentes fugat: tu dum vides immolari Filium Dei non fugis peccata. S. punct. 27. fol. 691.

Cum Abſalon in prœlio fuit fuſus, & in fuga ex ilice capillis hæſit, nunciavit hoc quidam Joabo: *Vidi Abſalon pendere de quercu.* Cui Joab: ſi vidiſti, quare non confodiſti eum cum terra, & ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos, & unum baltheum? Nuntius autem repoſuit: ſi appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis. Sic tu, mi Chriſtiane, comparatus eſto: vides in cruce pendere, non rebellem Abſalonem, ſed mitiſſimum Patrem, ah! pro toto mundo non mitte manum tuam in illum, id eſt, non offende peccato; filius enim Regis eſt, & Redemptor tuus &c. *2. Reg. 18.*

Filii Jacob innocentem fraterculum Joſeph exitiali odio perſecuti, illum in ſervitutem vendiderunt, atque crudele facinus palliarent, tunicam illius ſanguine intinctam

ctam Patri exhibuerunt, dicentes: Fera peſſima devoravit filium tuum! Mendacium hoc erat, ſed ponamus verum fuiſſe! O quam implacabili odio exarſiſſet Jacob contra feram hanc peſſimam! nonne cum tota familia conſilia agitaſſet, totamque viciniam in opem vocaſſet ad perſequendam hanc, & extinguendam belluam, quæ amabiliſſimum filiolum ſuum occidiſſet! En! Innocentiſſimus Dei Filius in cruce mortuus pendet! Quis illum occidit? fera peſſima, peccatum! O! quiſquis igitur Deum amat, ſtudeat ulciſci hoc facinus, & perſequi, ac exterminare peccatum tam in ſe, quam in aliis viribus omnibus collaboret!

ALERE FLAMMAM VERITATIS

*67. Docet nos patientiam & perſeverantiam.*

Chriſtus ad ſannas, & opprobria Judæorum non deſcendit de cruce, quamvis promitterent, ſe credituros in eum: Quare non deſcendit? Reſpondit S. Hieronym. quia non fuiſſent credituri: ſi enim non crediderunt Chriſto Lazarum, alioſque mortuos ſuſcitanti, utique non credidiſſent, ſeipſum a morte liberanti. Reſpondet S. Bernardus: Non deſcendit, ne daret occaſionem ſurripiendæ nobis perſeverantiæ, quæ ſola coronatur. Et ne faceret obmuteſcere prædicatorum linguas, conſolantium puſillanimes, & dicentium ſingulis: Tu locum tuum ne deſeras, quod ſine dubio ſequeretur, ſi reſpondere poſſent: Quia Chriſtus ſuum deſeruit. C. in Matth. 27. v. 41.

Chriſtus fuit Rex Martyrum, injurias enim, vulnera, dolores, ipſamque mortem ſine omni reſiſtentia tolerando, docuit Martyres patientiam perfectam. C. in Matth. 5. 37. & ſeq.

Sicut armiger Jonathan ad caſtra Philiſtæorum reptando aſcendentem ſecutus eſt; ita Chriſtum cruce onuſtum omnes Martyres ſecuti ſunt: *Nihil ſic elucet, ſicut caput Martyrum*, ait S. Auguſtinus, *parum erat, Dominum hortari Martyres verbo, niſi firmaret exemplo*. Ginther, Unus pro om. conſ. 143. n. 3.

*68. Semper præ oculis habendus.*

*Xenoph. l. 3. de juſt. Cyr.* Illa ſponſa nunquam avertit oculos a ſponſo, qui eam ſua morte e carcere liberare voluit. S. punct. 154. fol. 503. A. lect. 8. §. 11.

Hoc exercitium ſemper habuerunt Sancti: Abbas Stephanus inter fratrum colloquia totus abſorptus, cum de reſponſo urgeretur repoſuit: ignoſcite non advert[i] quid locuti ſitis, quia diu noctuque nihil aliud aſpicio niſi Dominum JESUM in ligno pendentem. Sancta Therefia dolores, & ærumnas Domini ſemper in mente volvebat. A. lect. 8. §. 11.

Optandum eſſet, ut Chriſtianorum corda eſſent ſimilia illi fructui in Braſilia, qui ab incolis dicitur *Niceſſi*: Naſcitur in arundine inter duo folia prægrandia, & ſpeciem refert mali citrini, aut cucumeris: cum autem in medio diſcinditur, imaginem Crucifixi perfecte repræſentatam in ſe continet. P. Carli in ſuo Æthiope c. 5.

Fuit in cruce quaſi ſignum ad ſagittam poſitum, in quod odia gentilium & Judæorum collimabant, non alium in finem, quam ut Chriſtianus pari promptitudine, & patientia adverſitates exciperet tam externas, quam internas, a dœmone, a carne, ab amicis, ab inimicis, a morbis &c. C. Thren. 3. v. 13.

Hic Deus e cruce pendens ab æterno te amavit, & dum adhuc lateres in tuo nihilo curam tui habuit, ibi omnes gratias ac beneficia ad tuam ſalutem diſpoſuit, & pro te mori decrevit. In ipſa paſſione & cruce tui memor fuit, ac ſi tibi ſoli viveret, tibi ſoli moreretur, an non æquiſſimum putas, ut viciſſim Deum tam amantem tui in corde, in memoria, in intellectu, & voluntate continuo habeas?

*69. Eſt magnes noſtri amoris.*

S. Bernardus ait: Non eſt elevatus in crucem, ut ſe difficilem præberet accedere ad eum volentibus, ſed magis, ut omnibus poſſet paratior inveniri: accedens ergo cum fiducia ſuſcipe affectum paratum ad tuos, & te ad ſuos invitantis amplexus, & quodammodo miſerabiliter, miſericorditerque clamantis: *Revertere, revertere, ut intueamur te, &c.* Conformaveram te imagini Divinitatis meæ, cum te crearem: conformatus ſum imagini humanitatis tuæ, ut te reformarem: Tu ergo, qui non retinuiſti formam Divinitatis meæ tibi impreſſam in tua formatione, retine ſaltem formam humanitatis tuæ mihi impreſſam in tua recreatione, &c. S. punct. 27. fol. 667. & ſeq. *S. Bern. l. de Paſſ. Dom. c. 41.*

*In manibus meis deſcripſi te.* Qualis hæc Scriptura? reſpondet Ven. Avila: calamus ſunt clavi: atramentum ſanguis ipſius ſcribentis, papyrus caro: & lemmatis loco hæc verba: *In caritate perpetua dilexi te, ideo* *Iſa. 49.*

ideo



*ideo attraxi te miſerans.* In Vit. Avilæ mihi fol. 124.

Exaltatus in cruce omnia traxit ad ſe ipſum; traxit Angelos amareſcentes: traxit cælum cum ſole & luna obnubilatis: traxit Inferos, quia multi poſt ejus obitum reſurrexerunt: traxit Juſtos, & inter hos Joſephum Arimathæum, & Nicodemum: traxit peccatores, latronem & percutientes pectora ſua, &c. Ginther, Unus pro om. conſ. 107. n. 3.

*70. Eſt liber in quo omnes legere poſſunt.*

*S. Laur. Juſt. de triumph. Chriſti agone c. 10.* Scriptus eſt hic liber *intus & foris*, ait S. Laur. Juſtinianus: a Judæis & gentibus liber hic depictus eſt *foris*: legat hic ſimplex & indoctus: *Intus* ſcriptus eſt ſapientia Patris, legat hic ſpiritualis & perfectus &c. S. punct. 27. f. 691.

In cathedra crucis Chriſtus factus eſt magiſter omnium. Ibi erudivit centurionem, latronem, & percutientes pectora ſua. S. punct. 27. fol. 692. & 768.

*S. Aug. tr. 119. in Joan.* *Lignum, in quo fixa ſunt membra patientis, etiam cathedra fuit Magiſtri docentis*, ait S. Auguſtin. In hac cathedra docuit Chriſtus 1. ſummum ſuum in homines amorem. 2. Gravitatem peccati. 3. Acerbitatem pœnarum infernalium. 4. Pretium humanæ animæ, & 5. magnitudinem præmii cæleſtis. C. in Matth. 27. v. 35.

*Ezech. 2.* Ezechiel mirabilem vidit librum, qui ſcriptus erat intus & foris, ſcripta autem erant in eo, *Lamentationes, carmen & væ*, hic liber a Propheta guſtatus factus eſt in ore ejus ſicut mel dulcis. Liber hic eſt Crucifixus, amarus & dulcis: ſicut in quolibet libro ſunt quinque vocales; ita in Chriſto quinque vulnera &c. Ginther, Unus pro om. conſ. 152. n. 5. Et conſ. 158. n. 4.

Quot ſunt myſteria Paſſionis, tot ſunt capitula pro Chriſtiano in lectione hujus libri: ſi deſolatione animi angeris, lege & conſidera triſtitiam Chriſti in horto: ſi avaritia tentaris, conſidera iniquiſſimam venditionem per Judam: ſi infrunita libertate diffluis, conſidera funium & catenarum vincula: ſi impatienter fers paupertatem, conſidera denudationem ignominioſiſſimam. Si a mortificatione abhorres, conſidera corpus flagellis vulneratum: ſi ſuperbia extolleris, conſidera ſpineam coronam: ſi adverſitate premeris, conſidera gravem crucis portatæ ſarcinam: ſi rancore erga inimicos exardeſcis, conſidera orationem Chriſti pro crucifixoribus: ſi voluptate in eſu & potu excedis, conſidera fel & acetum: ſi acedia torpeſcis, conſidera terræ motum ſoliſque & lunæ tenebras, & dic tibi ipſi: ſi ſaxa rumpuntur, æquum eſt, ut & cor meum ſaxeum contritione ſcindatur! &c.

*71. Refugium noſtrum in omnibus adverſis.*

Miles clypeo, quo tela excipere ſolebat, pro cymba uſus eſt, ad trajiciendum fluvium, cumque exoſculans dixit: hic verus & ſolus mihi amicus fuit, cum premerer ſolo, & ſalo. Ita vere ad Chriſtum crucifixum dici poteſt. C. Gen. fol. 159. col. 1.

Chriſtianus non obſtante mandato Patris, potuit ſibi eligere mortis genus, quodcunque voluiſſet, elegit tamen mortem crucis 1. ut ex ligno, unde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. 2. Ut factus pro nobis maledictum de maledicto nos redimeret. 3. Ut inter cælum & terram pendens fieret Mediator inter Deum, & hominem. Ut ad quatuor mundi partes ſe redemptione extenderet. 5. Ut ſemper nos inſtrumentum Redemptionis nobiſcum ferre poſſimus, manu formando crucem contra inimicas poteſtates. 6. Ut omnia elementa & præſertim aerem mundaret. 7. Ut crux omnibus eſſet aſylum, prout loquitur S. Leo: *Crux tua* Domine, *omnium fons benedictionum, omnium eſt cauſa gratiarum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte*. Ginther, Unus pro omn. conſ. 54. *S. Leo Papa ſer. 8. de Paſſ. Dom.*

S. Bernardus Novitio de tentationum importunitate conquerenti ſuaſit, ut toties quoties animum oculoſque ad Crucifixum elevaret. Et profuit certe conſilium! S. f. 529. Et fol. 693. Utinam afflicti in omnibus adverſis Crucifixum intuerentur, certe ibi præſentaneum malorum remedium invenirent!

*72. Refugium tentationibus concupiſcentiæ.*

Moyſes erexit ſerpentem æneum, cujus aſpectu vulnerati ſanabantur: ſed cur hic ſerpens æneus non omnino extinxit colubros? hoc non expediebat, ait Greg. Nyſſ. nam Iſraelitæ potuiſſent fieri deſides, & ſtatim oblviſci ſui benefactoris. Igitur ut ſemper in populo maneret confidentia in aſpectu, *Feræ non ſunt deſtructæ*. B. Serm. 33. n. 13. C. Num. 21. v. 8. *S. Greg. Nyſſ. de vit. Moyſ.*

Sæpe ad viſionem vexilli hoſtes fugantur: id ait Origenes certum eſt, quia ubi mors Chriſti in animo circumfertur, non poteſt regnare peccatum: eſt enim tanta *Orig. in [illegible] ad Rom.*

vis crucis Chriſti, ut ſi ante oculos ponatur, nulla concupiſcentia, nulla libido ſuperſit. S. punct. 153. fol. 491.

Juvenis in ſæculo delicate nutritus, in Ordinem S. Franciſci conceſſit, in quo cum in Novitiatu duriuſcule haberetur, in propoſito vacillare, & regredi in ſæculum decrevit. Cum autem ante abitum coram Crucifixo impenſius oraret, ab eodem interrogatus fuit: *Cur fugam meditaris?* reſpondit ille ſe imparem eſſe aſpero vitæ rigori! Cui Dominus: Reſpice manus meas, pedes meos, & latus transfixum. Fecit hoc tyro, & in propoſito ſancto conſtanter perſeveravit. Gint. Unus pro omn. Conf. 118. n. 7. Dicat igitur Chriſtianus in tentationibus ſibi ipſi, ſimul oculos convertendo in Crucifixum, dicat: Redemptor meus JESUS inter tormenta & vulnera in cruce pendet, & ego voluptatibus fruar? ſic ſic ad pacem animi redibit, & tentatorem in fugam aget! &c.

*73. Recipit peccatores graviſſimos.*

Longinus pro mercede crudelitatis fidem, & ſalutem recipit. B. Ser. 52. n. 27.

Deſperavit anima illa ob multitudinem peccatorum: tunc vocem ad cor audiit: *Recordare paupertatis, & transgreſſionis meæ, abſinthii, & fellis.* Memorare, quod propter te pauper & nudus natus ſim: recordare exceſſum amoris mei &c. S. punct. 24. fol. 95. & ſeq. Thren. 3.

Vexillum erectum magnam præſtat militibus fiduciam &c. ita illi qui criminum ſuorum gravitate diffidunt, in crucis vexillum oculos erigant. S. punct. 53. f. 489.

Chriſtus in cruce expandit brachia, ut peccatores amplectatur. S. punct. 27. f. 663.

Comparatur arbori Therebinto, quia ex hac liquor ſalutaris fluit: ita ex Chriſti latere fluxerunt Sacramenta in peccatorum ſalutem. B. Ser. 70. n. 6.

De ſeipſo dicit: *Ego ſum flos campi!* Quare? Non ſolum ideo, quia omnibus patet acceſſus ad eum, ideo enim non voluit comparari flori horti, ſed campi: verum hac etiam de cauſa, quia ſuos fragrantiam ſpirat, dum abſcinditur. Vulneratores Chriſti convertuntur, crucifixores reſipiſcunt, latrones ſalvantur, & idipſum adhuc hodie experimur. A. 1. lect. 2. n. 21.

Recepit Chriſtus Magdalenam pœnitentem, Petrum flentem, latronem confitentem, paratus etiam recipere Judam proditorem, ſi ille ad arborem Crucis, quam ad arborem funis confugere maluiſſet, &c.

*74. Eſt ſingulare motivum confidentiæ.*

Sunamitis ad Eliſæi pedes provoluta magna cum fiducia rogabat, ut filium redivivum reciperet: Ita fidelis anima ad Crucifixi pedes neceſſitates ſuas deferat, inquiens: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* S. punct. 6. fol. 35. & punct. 24. f. 95.

Chriſtus in cruce mori noluit, donec conſummaretur Scriptura ad ultimum apicem. Quid igitur diffidis de auxilio toties in Scripturis promiſſo? S. punct. 22. fol. 91. & punct. 24. fol. 96. & ſeq. Item punct. 153. fol. 489. in fine.

Notarius quidam a Mago ſeductus, cum coram infernali Æthiope Chriſtum negare noluit, poſtea in templum intrans a Crucifixo benignis oculis, ubicunque ſtaret, reſpectus eſt. E. *Crucis Virtus*, n. 2.

Chriſtus in cruce mortuus eſt inclinato capite: 1. ut onus peccatorum, quibus gravabatur, demonſtraret. 2. Ut ſignificaret ſe mori ex obedientia. 3. Ut Patri ſe humiliaret. 4. Ut mundo ultimum vale diceret. 5. Ut vale diceret Matri. 6. Ut locum lanceæ deſignaret. 7. Ut oſtenderet ſe peccatoribus reconciliatum. 8. Ut viſcera miſericordiæ ſuæ nobis exhiberet. 9. Ut titulo crucis caput inclinaret, &c. C. in Matth. 27. v. 50. Dicat ergo ſibi ipſi Peccator pœnitens, JESUS meus in cruce pendet, inclinato capite, expanſis ad amplexandum brachiis, aperto pectore, orans pro perſecutoribus: hæc non ſunt ſigna iracundiæ, ſed pacis & amicitiæ! confugiam ergo ad umbram crucis tanquam aſylum tutiſſimum peccatricis animæ! &c.

*75. Copioſa Redemptione ſe totum dedit.*

An non unica guttula ſuffeciſſet ad ſalutem mille mundorum? Omnino: reſpondet S. Auguſt. Domine ſatis ſaluti, ſed non ſatis amori. S. punct. 153. f. 490. Nihilominus omnes guttulas effudit, ut oſtenderet Divinum cor non amplius eſſe iratum: ira enim eſt accenſio ſanguinis circa cor. S. punct. 153. fol. 491.

Non gutta, ſed unda, ait S. Bernardus, quod ſi minus ſufficiebat Redemptioni, non ſatis erat amori. S. punct. 27. f. 666. S. Bern. Serm. 22. in Cant.

Notatum digniſſimum eſt teſtamentum, quod Chriſtus in cruce condidit: Peccatoribus dedit veniam: latroni regnum cæleſte: Ioanni Diſcipulo Matrem: Militibus





bus veſtes: Nicodemo ampullam Divini ſanguinis: Centurioni linteamina: Crucem ſuam Eccleſiæ: Divinæ Matri Corpus: Divino Patri animam. Ginther, Unus pro om. conſ. 28. n. 2.

In infantia ab Herode occidi noluit; quamquam enim hæc mors ſuffeciſſet Redemptioni, tamen non ſuffecit caritati! conſtituit, per triginta tres annos immenſas adverſitates, paupertatem, famem, ſitim, frigus & æſtum, ac tandem mortem crucis perpeti! ſanguinem omnem effudit, ut ſibi nihil reſervaret. Idem.

Poſt mortem vulnus Divini pectoris accepit, ex quo profluxit ſanguis & aqua. Cur autem primum poſt mortem? ut demonſtraret, quod nullam ſanguinis guttulam ſibi reſervarit. Idem.

*76. Movet cor ad pœnitentiam.*

Jonas Propheta in una die convertit urbem Ninive ad pœnitentiam. Cur verba illius fuerunt tam efficacia? Quia recens venit ex ventre piſcis, pallidus, tremens, & cadaveri, quam homini ſimilior. Aſpice, mi peccator, Chriſtum crucifixum, pallidum, exhauſtum, vulneratum, & hic aſpectus cor tuum commovebit ad pœnitentiam. Ginther, Unus pro omn. conſ. 34. n. 4.

Chriſtus Dominus in monte Oliveti conſolatorem habuit Angelum, in cruce non habuit: Quare? quia in cruce ſat ſolatii illi fuit latro pœnitens, & qui revertebantur percutientes pectora ſua. O peccator vis lenire dolores Redemptoris tui, quos pro te patitur? age pœnitentiam de peccatis tuis. Ginther, Unus pro om. conſ. 55. n. 6.

Chriſtus inclinato capite in cruce mortuus eſt, ut nobis peccatorum veniam offerret. *Caput flexit ad veniam, inclinavit ad indulgentiam*, ait S. Laurentius Juſtin. Ginther, Unus pro om. conſ. 84. n. 6.

Propheta Jonas, ubi inaudiit, propter ſe, ſuamque inobedientiam exortam eſſe tempeſtatem, voluit projici in mare: Mi peccator intuere Crucifixum, & cogita, propter tua peccata Chriſtum in ſanguinolentam paſſionis ſuæ tempeſtatem incidiſſe, certe commovebitur animus tuus, ut in lacrymarum mare demergi deſideres! M. conc. 41. §. 5. n. 3.

*77. Moritur ob peccata noſtra.*

Legitur frequenter in hiſtoriis, quod prodigioſæ Crucifixi imagines ſanguinem copioſum ſudarint. Quare hoc? Explico a comparatione: Cadavera occiſorum in præſentia homicidæ ſanguinant; hinc cum antiquitus, præſertim in bello factum eſt homicidium, ſtatim convocabatur tota legio, e qua quivis militum cadaver tranſire, & manum vulneri imponere cogebatur: ad cujus deinde tactum ſanguis ebulliebat, is commiſſi criminis damnabatur, & condigno ſupplicio afficiebatur. VV. art. diſc. font. 8. Ex. 2. O mi Peccator, in tua præſentia ſanguinem ſi ſudaret Crucifixus, quid mirum foret? tua peccata illum occiderunt.

Quicunque ad mortem Chriſti cooperati ſunt, volunt eſſe innocentes: Judas voluit eſſe innocens, quia in tempore retulit triginta argenteos, dicens: Peccavi tradens ſanguinem juſtum! Phariſæi voluerunt eſſe innocentes, dicentes: Nobis non licet occidere quemquam. Pilatus voluit eſſe innocens lavando manus, & proteſtando: Innocens ſum a ſanguine Juſti hujus! Diabolus vult eſſe innocens, quia per ſomnium miſit uxorem Pilati ad illum, dehortando: Nil tibi, & Juſto illi. Verum peccator non poteſt ſe excuſare, cum ajat de Chriſto Propheta: *Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra!* Iſa. 53.

Cum tempore peſtis graſſantis homo etiam optime valens, veſtem peſtiferi induit, certe contagioſam luem contrahit, in momenta ſingula morti obnoxius: Sic JESUS ſanctiſſimus Dei Filius, habitu inventus ut homo, peccata noſtra tulit, voluntarie peccati luem aſſumpſit, & mortuus eſt, ut nos ab hac peſte, & a morte perpetua redimeret, &c.

*78. In ſuis imaginibus mirabilis.*

Quidam Fratres ex Ord. S. Franc. in loco, ubi Crucifixus pendebat, inſolentius ridebant. Et ecce! Crucifixus horrendum clamare, & facie exardeſcere cæpit. Aliqui præ horrore paulo poſt mortui ſunt, alii modeſtiores facti. T. n. 110.

Imago Crucifixi in Luſitania anno 1253. fratrem ex Monaſterio ob difficultatem rigoris abiturientem, oſtenſione ſacrorum vulnerum confortat. *Menolog. PP. Franciſc. 6. Nov. N. ibid.*

Chriſtus Crucifixus in aere apparet Alphonſo Regi Portugalliæ de immenſa hoſtium copia trepidanti, eumque ad pugnam animat. Alphonſus non tantum victoriam retulit, ſed & barbarorum terras ad

fidem convertit, Ginther, Unus pro om. conſ. 16. n. 3.

In pago Reithenberg Epiſcopatus Hildesheimenſis nonnulli Acatholici jaculatoriam in cœmeterio exercebant, inter quos Lutherani Prædicantis filius, Nomine Bodo, Crucifixi imaginem haud procul ibi erectam globo vulneravit. Et ecce! Crucifixus brachio ſauciatus ex vulnere copioſum ſanguinem fudit. Hæc ſacra Crux poſtea a Comite Tillio Imperatoris Belliduce in arcem Sturvvaldenſem translata eſt, ubi hodiedum pie aſſervatur. Ginther, Unus pro om. conſ. 6. n. 5. Item conſ. 20. n. 5.

*Randaus in Sjan. ſeph. l. 45. ſu. 12.*

Lucæ in Italia aſſervatur Crucifixi imago a Nicodemo efformata, quæ paupercuIo homini, ſubſidium in ſua paupertate exoranti, calceum argenteum in ſinum projecit. Ginth. Unus pro om. conſ. 7. n. 6.

Imagines Crucifixi in petra & ſaxis ab ipſa natura expreſſe inventæ ſunt, uti Romæ, Madriti, & alibi. Ginth. Unus pro om. conſ. 20. n. 4.

B. Peregrinus, tabido pede laborans, a Medicis conclamatus fuit, ita ut fuerit ſtatutum, pedem putreſcentem altera die eſſe amputandum. Noctu Beatus collectis viribus e lecto prorepit ad Crucifixum, a quo tactu manus in momento fuit ſanatus. Ginther, Unus pro omn. conſ. 21. n. 4.

*In Actis Serv. B. V. cent. 3. l. 3. c. 11.*

In Povegia, quæ Inſula eſt haud procul ab urbe Veneta, quidam ſuo compatri coram Crucifixi imagine magnam pecuniæ ſummam mutuam dedit. Cum tempore negavit debitor ſe pecuniam accepiſſe. Iſte vero deficiente probationis ſuffragio provocavit ad eam Crucifixi imaginem. Et ecce! Crucifixus annutu capitis ſignum veri teſtimonii dedit, unde ad uſque hæc tempora caput habet ad pectus demiſſum. Ginth. Unus pro om. conſ. 21. n. 5.

Cum haud procul ab urbe Alexandrina immanis leo greges, hominesque dilaniaret, nec eſſet malo remedium, incolæ ſuaſu S. Chryſoſtomi in medio campo Crucifixi imaginem erexerunt. Et ecce! altera die leo ad pedem crucis mortuus inventus eſt. Ginth. Unus pro om. conſ. 26. n. 5.

Drepani in Sicilia paupercula Mater filiolum famentem, & panem rogantem mittit ad Crucifixi imaginem. It puer, & puerili ſimplicitate petit panem. Et ecce! Crucifixus ſoluto a cruce brachio dedit illi candidiſſimum panem. Gint. conſ. 50. n. 5.

In urbe Syriæ nomine Berito Judæus a Chriſtiano domum emerat, & dum emptæ poſſeſſionem capit, videt ibi in cubili relictam a Chriſtiano imaginem. Convocat ſuos aſſeclas, qui huic imagini omnia ea tormenta intulere, quæ audierant a ſuis progenitoribus fuiſſe illata Chriſto. Dum ſacrum latus vulnerant, ingens ſanguinis copia effluxit. Quo portento Judæi contremuere, & ſacrum Baptiſma ſuſceperunt. D. 1. 50.

Princeps Peruanus oſtenſam ſibi a Chriſtiano milite Crucifixi imaginem contemnit, & conſpuit. Quid fit? Imago oculos & faciem ad iracundiam componit, & ſubito Princeps una cum trecentis proceribus humi proſternitur. R. cent. 3. mir. 42.

Quidam Japonenſis, poſtquam ad fidem fuit converſus, multas tribulationes paſſus eſt, præſertim ejus uxor compluribus partubus mortuas proles edidit. Gentiles ſacrificuli culpam hujus rei refundebant in ejus converſionem, cumque uxor iterum paritura erat, cum multis ſannis & ſarcaſmis eum oneraſſent, perſuaſerunt ut ad Xacam & Amidam rediret. Infelix homo perverſus cultum arripit, & Crucifixi imaginem, quam antea coluerat, confodit: ſed ſuo malo; nam proles in lucem edita immane vulnus habebat ea parte corporis, qua imaginem laſerat: agnovit peccatum, pœnituit, ad fidem rediit. R. cent. 3. p. 2. mir. 13.

Brunsbergæ in Pruſſia Crucifixi imago a Sueco milite tribus globis ſauciata, ſanguinem fundere viſa eſt. In ſacello ſuburbano a Polonis magna in veneratione habetur. *Ex Faſtis S. J. 3. Maji.*

In Monaſterio S. Benedicti Valliſoleti in Hiſpania viſitur inſignis Crucifixi imago, quæ e vite pulcherrime abſque humanæ manus artificio excrevit, omniaque membra perfecte repræſentat. D. 5. 25.

Sacerdos pientiſſimus S. J. quotidie devotiſſime venerabatur agonem Chriſti Domini: Et ecce! dum in hora mortis hanc ipſam devotionem pie repetebat, Crucifixus ſolutis a cruce brachiis amanter illum amplexabatur. Ginther, Unus pro om. conſ. 65. n. 8.

Avarus quidam fuit pauperum oſor, quorum rogantium clamores ut non deberet audire, in remotiore ædium conclavi ſolebat habitare. Illuxit illi ſuprema dies, dum cadaver in templum infertur, Crucifixi imago, quoties Sacerdos in ſacro pronuntiabat verba: *Dominus vobiſcum*, ſolutis e cruce manibus utramque aurem obturabat. Gint. Unus pro om. conſ. 65. n. 7.

Somnolento oratori tergum obvertit, dormienti, deſcendens de cruce, alapam infringit. Gint. Unus pro om. conſ. 70. n. 5.

Crucifixus, dum ab impio luſore, qui luſu omnes pecunias perdidit, pugione in vultu & oculis impie ſauciatur, ſanguinem & lacrymas fudit. Ginther, Unus pro om. conſ. 76. n. 6.



Peſſimi Nebulones Crucifixi imaginem, quam Pius V. Pont. M. pie oſculari ſolebat, veneno infecerunt: Et ecce! dum Pontifex hoc obſequii genus Crucifixo vult exhibere, iſte pedem retraxit. Gint. conſ. 115. n. 7.

Anno 1627. Imago Crucifixi in via ſub dio ſtans, a Thoma Fradeo Canonico in ſpecum Manreſanum, ubi S. Ignatius commoratus eſt, translata fuit, ubi ſpectante populo ſanguinem e vulneribus fudit. *Ex Faſtis S. J. 30. Jul.*

Imago Crucifixi, quæ ad S. Thomam de Villanova hæc verba dixit: *In Feſto Nativitatis Matris meæ mecum eris!* in hodiernam diem os adhuc patulum habet, videntur in eo pulcherrimi duo ordines dentium. *N. 18. Sept.*

Imago Berythenſis a Judæis conſputa, flagellata, vulnerata, ex vulnere liquorem ægris ſalutarem fudit. Eo miraculo converſi ſunt Judæi &c. *Ex Actis Nicæn. Syn. II. N. 9. Nov.* Item Ginther, Unus pro om. conſ. 53. n. 6.

Zamoræ in Caſtilia cum Religioſi poſt completorium meditationi vacarent, audierunt a Crucifixo hæc verba: *Fugite fratres!* cumque illi illuſionem hanc dæmonis putarent, Crucifixus altiori voce repetiit hæc verba: *Fugite fratres!* fugam ergo arripuerunt, cumque vix ultimus pedem e choro extulit, ecce! tota templi fornax corruit, ubi Religioſi laudes Deo dixerunt, quod ab hoc periculo fuerint liberati: Imago hæc Crucifixi in hodiernam diem ibi aſſervata prodigiis claret. Ginth. Unus pro om. conſ. 118. n. 6.

Bocherii, quod oppidum eſt provinciæ Syricuſanæ, cum concionator in peccatores ardentius inveheretur, eiſque Dei ſupplicia intentaret, Crucifixus ex adverſo ſuggeſtus pendens manum a ligno ſolvit, eamque minitantis in morem in altum erexit. Contremuit populus, & pœnitentiam promiſit, ſicque Chriſtus manum retraxit. Ginth. Unus pro om. conſ. 159. n. 5.

Crux Caravacenſis in regno Murciæ ab Angelis de cælo Sacerdoti ſacrificaturo affertur, quo viſo Rex Agarenus cum tota aula & regno fuit converſus. Hæc crux hodiedum ibi colitur, & prodigiis clareſcit. Ginth. Unus pro om. conſ. 22. n. 4.

## Sacra Vulnera Chriſti.

### 79. *Recipiuntur a Chriſto amore noſtri.*

CHriſtus comparatur aquilæ, quæ pullos ſupra alas portat, ut ſagittæ venatoris in ſe, non in illos penetrent. B. Ser. 20. n. 23. Et Ser. 85. n. 6.

Regina quædam Angliæ mariti venenatum ulcus exſugit: ita Chriſtus venenum peccati, ejuſque pœnam in ſe ſuſcepit. S. punct. 153. f. 488.

Landſpergius, qui alapas, pugnos, ſputa, flagella, ſpinarum aculeos, aliosque crudelitatis ictus computat, ait Chriſtum toto corpore recepiſſe vulnera quinquies mille, quadringenta, & ſeptuaginta quinque: Cur tantam multitudinem? an non unicum vulnus, unica guttula ſuffeciſſet? Reſpondetur: ſuffeciſſet Redemptioni, non ſuffecit amori. S. punct. 254. fol. 497.

*Landſperg. Serm. de præſ. & Virt. in Paſſ. Nobis exhib.*

Chriſtus aſcendens in cælum retinet ſacra Vulnera, ubi Angeli quinquies illi acclamarunt: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Quare quinquies? S. Auguſt. ait: *Pro numero vulnerum acclamant ei regiam dignitatem!* Unde autem regia dignitas ex vulneribus? quia ex amore ſunt voluntarie accepta! Gint. Unus pro om. conſ. 155. n. 6.

*S. Aug. Ser. 178. de temp.*

*In paradiſi medio aſcendebat fons irrigans ſuperficiem terræ.* Hic fons eſt Divinus Sanguis, qui per quinque vulnera in ſalutem totius univerſi fluebat, prout explicat Devotiſſimus Landſpergius. Gint. conſ. 113. n. 2.

*Gen. 2.*

*Landſper. Hom. 14. de Paſſ. Dom.*

### 80. *Intercedunt pro nobis ad Deum.*

S. Petrus Damiani ait: *Quia per oris organum forte non poſſunt audire clamorem, de toto corpore linguam fecit.* B. Ser. 85. nu. 6.

*Pet. Dam. Ep. 33.*

Rupertus: Singulæ plagæ grandem vocem habuerunt. Si de Lazari plagis, inquit Chryſol. in admonendo divite tot fuiſſe pauperis ora, quot vulnera, quid dicendum de Chriſti plagis melius ſequentibus. S. punct. 37. fol. 771.

*Rupert. l. 11. in Joan. Chryſol. Ser. 121.*

Antipater Dux cum apud Cæſarem perduellionis accuſaretur, nil aliud fecit, aut dixit, niſi vulnera pro Cæſare accepta oſtendit: exclamavit his viſis Cæſar, hæc non ſunt ſigna proditionis, ſed fidelitatis. Si vulnera hominis placando Imperatori ſatis fuerunt, quanto magis Chriſti placando Deo. M. conc. 44. aſſ. 3. n. 3.

Manlius Romanus Belli-Dux, qui Gallos

los hoſtes a mœnibus Capitolii repulit, ad mortem a Senatu condemnatus exclamavit: Siccine condemnatis, qui pro ſalute patriæ paratus fuit mori? ſimul his dictis oſtendit cicatrices vulnerum, & mox præter vitæ gratiam priſtino honori reſtitutus eſt. Ginth. Unus pro omn. conſ. 114. n. 4. Item Conſ. 145. n. 5.

Poſt diluvium Deus pactum iniit cum Noe & ejus poſteritate, quod velit in nubibus ponere arcum, ſeu iridem, tanquam teſſeram pacti: *Recordabor fœderis ſempiterni*. Arcus ille præſignavit Chriſtum Crucifixum, nunc glorioſum in cælis, cujus vulnera cum Divinus Pater reſpicit, recordatur manſuetudinis & pacis æternæ. Ideo Chriſtus reſurgens in glorificato corpore retinuit hæc vulnera, ait S. Cyprianus, *Ut ſemper ſervatæ in corpore plagæ, ſalutis humanæ exigant pretium*. Ginther conſ. 145. num. 5.

81. *Sunt refugium in tribulationibus corporis & animæ.*

Alphonſo Regi Portugalliæ, viſa immenſa hoſtium multitudine trepido, apparuit in aere Crucifixus, eique victoriam appromiſit. Ex eo tempore Reges Portugalliæ crucem cum quinque SS. Vulneribus Inſignibus ſuis inſeruerunt. Ginther, Unus pro om. conſ. 16. n. 5.

B. Angela horrendis tentationibus, & ſcrupulis vexata, jubetur a Chriſto reſpicere ad ſua vulnera. Fecit illa quæ juſſa eſt, & ex eo tempore vel tentatione caruit, vel ſemper victrix extitit. Gint. conſ. 24. n. 5.

Quid ſunt Vulnera Chriſti? Sunt quinque fontes paradiſi, qui irrigant univerſam faciem terræ! Sunt refugium peccatorum! Sunt quinque limpidiſſimi lapides contra infernalem Goliath! Sunt foramina petræ ſecuriſſima! Sunt theſaurus incomparabilis Eccleſiæ! &c. Ginther conſ. 136. n. 2. & ſeq.

Chriſtus Dominus etiam poſt reſurrectionem quinque vulnera in glorioſo corpore retinere voluit, ut ſint aſylus & refugium, portæ ſalutis, & arcus pacis poſt diluvium, &c. Ginth. conſ. 145. n. 6. &c.

Prov. 8. *Beatus Vir, qui vigilat ad fores meas*
S. Bonav. *quotidie, & obſervat ad poſtes oſtii mei.*
T. 7. ſtim. Hæ fores & poſtes ad beatitudinem ſunt
am. c. 1. SS. Vulnera: ubi S. Bonaventura ait: *An ignoratis, quod Chriſtus eſt gaudium Beatorum? cur tardatis per ſui corporis foramina in illud gaudium introire?* S. Franciſcus de Paula, in ipſa Feria ſexta Paraſceves hora undecima moriens, ubi mortem ſibi vicinam ſenſit, arripuit Crucifixi imaginem, inquiens: Hæc mihi clavis erit ad cæleſtem paradiſum! Ginth. conſ. 105. n. 4. & ſeq. Item conſ. 113. n. 5.

82. *Sunt fontes gratiarum.*

Quatuor flumina e paradiſo egredientia irrigabant terram: Ita ait Greg. Naz. fluebat regius ſanguis, & de paradiſo illo cæleſti cruoris flumina manabant. S. punct. 4. f. 548. — S. Greg. Naz. orat. de Chr. pat.

Paralyticus ille ad piſcinam vehementer deſipuit, quod aquam petierit, cum hunc ſanguinem petere debuiſſet. M. conc. 41. aſſ. 2. n. 11.

B. Joanni de Incontris ex Ord. Eremitarum S. Aug. ad ſæculum ob rigorem Ordinis redituro apparet Chriſtus Dominus, illique ſuadet, ut rigorem illum in ſuis vulneribus intingeret. Fecit ille, & omnia illi dulcia facta ſunt. T. n. 159.

Ezechiel vidit mirabilem librum ſcriptum intus & foris, qui guſtatus, in ore Prophetæ factus eſt ſicut mel dulcis. Liber hic eſt Crucifixus amarus per compaſſionem, dulcis per devotionem. Et ſicut in quolibet libro ſunt quinque vocales, ita in Chriſto ſunt quinque Vulnera, quæ ſic poſſunt interpretari: A, quia ſunt Aſylum omnibus in ſe ſperantibus. E, quia ſunt Epiſtola credentialis ad Patrem cæleſtem. I, quia ſunt Indulgentiæ plenariæ pro peccatis noſtris. O, quia ſunt Oſtium vitæ æternæ. U, quia ſunt Ubera, quibus lactamur, & nutrimur præſertim in SS. Euchariſtia. Ginther, Unus pro om. conſ. 142. n. 5. Et conſ. 113. n. 2.

Ex his fontibus etiam animabus purgantibus remedium, & redemptio profluit: B. Joannes de Alvernia, dum SS. Vulnera adorat, videt ſcintillas ſurſum ad cælum evolare. Oratio S. Gertrudis in honorem SS. Vulnerum efficax valde pro animabus purgantibus. S. punct. 37. f. 776.

83. *Sunt pie adoranda.*

Beatam Joannam Ludovici undecimi Galliarum Regis Filiam, Beatiſſima Dei Mater edocuit, ut quotidie quinquies Pater & Ave in honorem SS. Vulnerum devote recitaret, ea intentione, qua ipſa ſtans ſub Cruce Dilectiſſimum Filium quinque plagis ſaucium æterno Patri pro mundi ſalute obtulit. Ginh. Unus pro om. conſ. 113. n. 6.

B. Am-



B. Angelæ Fulginati apparuit Crucifixus, eamque inſtruxit, ut in ſua SS. Vulnera ſæpius reſpiceret, ſubjungens, qui vult gratiam invenire, non levet oculos a cruce. Ginther, Unus pro om. conſ. 16. n. 4.

Vulnera Judæ Machabæi pro patria accepta univerſum populum commoverunt ad compaſſionem & lacrymas: hinc omnes exclamabant, quomodo cecidit, qui ſalvum faciebat populum Iſrael? Similem effectum poſt ſe trahere debent Vulnera Chriſti pro nobis accepta. Ginth. conſ. 114. n. 1.

B. Joanna Ludovici XI. Galliarum Regis filia ab ipſa Beatiſſima Dei Matre edocta eſt, ut ſingulis diebus quinquies Pater & Ave in honorem SS. quinque Vulnerum offerret, ea mentis intentione, qua ipſa ſtans ſub cruce Dilectiſſimum Filium ſuis quinque Vulneribus ſauciatum Divino Patri obtulit. Ginther conſ. 113. & ſeq.

Nec ſolum ore, ſed etiam opere adoranda ſunt ſacra Vulnera: Pius quidam Sacerdos adverſa omnia, quæ paſſus eſt, ſchedulæ inſcripta in ſacratiſſimum Crucifixi Vulnus repoſuit, quæ praxis illi ad vitæ ſanctitatem inſigniter profuit. Poſt mortem illius in ſacro pectoris vulnere inventæ ſunt ſchedulæ cum inſcriptione: *Perſecutio, infirmitas, ignominia, dolores!* & aliæ ſimiles: Tu, mi Chriſtiane, fac ſimiliter! &c.

84. *Sunt medicina qua curantur vitia.*

S. Aug. in 1. contra quinque hæreſ. S. Ber. Ser. 3. de Nat. — S. Aug. ait: Fuſus eſt ſanguis medici, & factum eſt medicamentum phrenetici: Et S. Bernard. Filius Dei altiſſimi jubetur occidi, ut vulneribus meis pretioſo ſui ſanguinis balſamo mederetur. S. punct. 37. fol. 772.

Hæc ſunt illa piſcina quinque porticus habens, ſanans omnes. S. Ibid.

Non tantum avertunt morbos animæ, ſed & prævertunt: S. Auguſt. enim ait: cum me pulſat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Chriſti. Ib. f. 773. — S. Aug. in Man. c. 22.

S. Petrus Dam. Vulnera Redemptoris quinque ſunt, quia nos fueramus quinque ſenſuum vulneribus ſauciati, & per has quinque plagas ſaluti perpetuo ſumus reſtituti. M. conc. 44. aſſ. 3. n. 4.

Sicut eſt ſol fons ſplendoris, ardoris, & generationis ſeu fœcunditatis terræ: Ita Sacra Vulnera *Intellectum* illuminant, *Affectum* inflammant, & in anima generant *Virtutem*. S. punct. 37. f. 769. & ſeq.

Deus reformaturus orbem dedit viſibiliter S. Franciſco Seraphico ſacra vulnera. Eandem gratiam etiam fecit S. Catharinæ Senenſi, B. Joannæ Bonhomiæ Abbatiſſæ Ord. S. Ben. in Italia.

Non caſu ſunt lanceæ & clavorum quinque vulnera in Chriſto; quia in quinque ſenſibus ſauciat, & per quinque vulnera ſanati ſumus. Gint. Unus pro om. conſ. 38. n. 2.

85. *Proſunt contra tentationes diaboli.*

David pugnaturus contra Goliath quinque lapides in ſua pera recondidit, iiſque Nomen Abrahæ, Iſaac, Jacob, Moyſis, & Joſue inſcripſit, quorum ultimo gigantem, percuſſa fronte, ſtravit. Tu, mi Chriſtiane, in tentatione, quinque hos lapides tibi commendatos habe, & præſertim ultimo Joſue (per anagramma O JESU) vinces tentatorem. Ginther, Unus pro omn. conſ. 17. n. 2.

Sic Chriſtus ipſe B. Margaritam de Cortona inſtruxit: ſi vis puritatem cuſtodire, fer tecum quinque lapides meorum Vulnerum, ſic infernalem Goliath in fronte percuties. Ginther conſ. 136. n. 4.

Exod. 12. — Angelus percuſſor, ubi in limine poſtium aſperſum vidit ſanguinem Agni Paſchalis, ſine læſione tranſiit. Eandem virtutem habet ſanguis Agni immaculati in tentationibus carnis: audi S. Auguſtinum: *Cum me pulſat aliqua turpis cogitatio, recurro ad Vulnera Chriſti: ... In omnibus adverſitatibus non inveni tam efficax remedium, quam Vulnera Chriſti*. Ginth. conſ. 109. num. 3. — S. Aug. in Man. c. 22.

B. Angela Vidua horrendis tentationibus & ſcrupulis vexata, confugit ad Crucifixum, remedium exorans, a quo audivit: *Reſpice in vulnera mea!* obſecundans monito, pacem animi conſecuta eſt. S. Henricus in ſimili afflictione juſſus eſt a Crucifixo, ut relicto ſæculi faſtu vitam ſolitariam ageret: Paruit Henricus, & deinde a Chriſto audire meruit: *Henrice, inſcriptus es in libro vitæ*. S. Reynaldo Epiſcopo, S. Pachomio, S. Antonio & aliis apparuit dæmon ſub forma Chriſti Domini, ſed illi ad Crucem, & SS. Vulnera confugientes, ſycophantam in fugam dederunt. Ginther conſ. 24. n. 5. & ſeq.

86. *Eorum cultus promovet ad ſanctitatem & ſalutem.*

Ignem veni mittere in terram. Sed unde hic ignis caritatis? Ex SS. Vulneribus: *Hic ignis*, ait Ven. Vincentius Caraffa S. J. Præpoſitus, *prodiit ex quinque fornacibus accenſis, quæ ſunt Divina Vulnera*. Ginth. Unus pro om. conſ. 33. n. 3.

*D. Claus Spicil. univerſ. Pars I.*

 Bea-

Beatus Vir, qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſervat ad poſtes oſtii mei! quænam ſunt hæ fores? ſunt SS. Vulnera per quæ, & præſertim per poſtes oſtii, id eſt per vulnus lateris intrare debemus ad vitam. Ginther, Unus pro om. conſ. 105. n. 4.

Samaritanus viſis vulneribus miſerandi hominis, qui incidit in latrones, miſericordia motus, curam illius habuit, atque ejus vulnera emplaſtris & medicinis ſanare ſtuduit. Eundem compaſſionis affectum in nobis excitare debent conſiderata Vulnera Chriſti! Pia anima his viſis Domino compati, conarique debet, ut dolores & tormenta illi ſanctis obſequiis compenſet.

Chriſtus Dei Filius venit in mundum quærere, & ſalvum facere, quod perierat. Remedium ad hoc illi fuit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut accendatur?* Sed unde hic ignis amoris & ſanctitatis? Nempe ex SS. Vulneribus, ait V. Vincentius Caraffa Præpoſ. Gen. S. J. *Dominus ad inflammandum mundum ſumpſit ignem Divini amoris ex quinque fornacibus, quæ ſunt vulnera Divina.* Ginther conſ. 33. n. 3.

### Vulnus Lateris.

#### 87. *Semper apertum peccatori refugium.*

QUale diſcrimen inter Vulnus, quod vivo corpori, & aliud quod mortuo infligitur? nempe iſtud eſt diſcrimen: primum ſanari poteſt, non alterum: Ideo inquit Silveira: *Chriſtus voluit lateris vulnus ſemper apertum, & patens.* B. Ser. 10. n. 10. Et Serm. 85. n. 18.

S. Ber. Ser. 61. in Cant. *Veni columba mea in foraminibus petræ,* ubi S. Aug. & Bern. hoc vulnus noſtrum aſylum eſt, in quo tuta ſecuritas, & requies. S. punct. 137. f. 430.

Cum Seraphico exclama: O latus! O latus apertum! O vulnus mei piiſſimi Redemptoris, hic, hic volo acquieſcere, requieſcere, dormire, mori! *Hæc requies mea* S. punct. 153. fol. 489.

S. Catharina Senenſis a dæmone per deſperationem tentata ad ſacra Vulnera confugit. S. punct. 37. fol. 773.

Hic porta in arcam Noe, ſibi ad negligentiam imputet, qui non ingreditur, ſi apertum novit introitum, ait Simon de Caſſia. S. punct. 37. fol. 773. & 774.

De Vulnere Lateris non dicitur *Percuſſit*, aut vulneravit, ſed *aperuit*, ut illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, ait S. Auguſtinus. Ginther, Unus pro om. conſ. 103. n. 6.

B. Joannes de Incontris mundo valedicens, & Ordinem S. Auguſtini ingreſſus, in Novitiatu terribiles tentationes paſſus retroſpicere, & in mundum regredi decrevit. Cum in procinctu erat egrediendi, allocutus eſt eum Crucifixus, inquiens: *Fili, ſi cibus tibi aridior, lectus durior, vigiliæ moleſtæ ſint, ingredere in vulnus hoc, & dulceſcent tibi omnia.* Ginth. conſ. 103. n. 7.

#### 88. *Demonſtrat Deum plene eſſe reconciliatum.*

Cur guttas omnes ſanguinis uſque ad aquam Chriſtus per pectoris vulnus effudit? ut oſtendat Divinum cor ſuum non amplius eſſe iratum; ita enim eſt accenſio ſanguinis circa cor. S. punct. 153. f. 492.

Amor ultimas guttulas popoſcit effundi in ſignum plenæ reconciliationis. S. punct. 153. f. 490.

Sicut ſol per ſciſſuram nubis radium emittit, ita aperto vulnere cor Chriſti illuminat, & ad gratiam invitat. S. punct. 37. fol. 769. & 775.

Apertum eſt cor, ut etiam intus videretur Chriſtum eſſe agnum innocentiſſimum, ait Athanaſ. M. conc. 33. aſſ. 1. n. 4.

Diſputant auctores, cui lateri hoc vulnus fuerit impactum, verum S. Bernardus & S. Auguſtinus non dubitant fuiſſe impactum lateri dextro; quia erat ſignum miſerationis, refugium peccatorum, & teſſera propitiationis: *Dextrum ſibi propter me paſſus eſt latus fodi, quod videlicet non niſi in dextera parare vellet locum refugii,* S. Ber. Ser. 7. ſuper Pſ. qui habitat. ita Bernardus: *Non incredibiliter dicitur latronem, qui tunc credidit juxta Dominum crucifixum aqua illa, quæ de vulnere lateris ejus emicuit, tanquam ſacratiſſimo Baptiſmo fuiſſe perfuſum.* Ita Auguſt. D. 4. 43.

Chriſtus Dominus poſt mortem accepit Vulnus pectoris, *& continuo exivit ſanguis & aqua:* Aqua exivit, ait S. Ambroſius: *ut mundaret:* Sanguis, ut redimeret. Ginth. conſ. 103. n. 2.

#### 89. *Eſt refugium & ſpei noſtræ ſalutis.*

Per latus Adami dormientis gloria clauſa eſt (quia ex ejus latere mulier deceptrix creata) per latus Chriſti mortui felicitas noſtra aperta, ait Procopius. M. conc. 8. aſſ. 3. n. 1. Procop. in Gen. 2.

Cur dextrum latus perfodi voluit? Reſpondet Bernardus, quia in dextra parare locum refugii vult, ſiniſtra enim locus iræ eſt. M. conc. 41. aſſ. 4. n. 17.





S. Longinus per hoc ſanctum Vulnus, quod ipſe aperuit, ſalutem invenit, adeo amavit Dominum, ut illum crucifixum ſine lacrymis intueri non potuerit. Miſſos a Pilato, qui caput Longini referrent, peramanter hoſpitio excepit, & ſeipſum prodidit, tum veſte alba ſe induens, animam cælo, caput Pilato ferendum dedit. *Metaph.*

S. Elzearius Comes Conjugi Delphinæ, cum qua in continua Virginitate vixit, reſcripſit: Quære me in Vulnere lateris Chriſti! ibi habito. N. 14. Maii.

Holofernes Urbem Bethuliam expugnaturus præcidit aquæ ductum. Et certe hac arte ſubjugaſſet urbem, niſi aliter Deus illi ſubveniſſet! Væ nobis, ſi infernalis Holofernes hunc fontem gratiarum nobis obſtruat, per quem ex Divino corde cæleſtes gratiæ nobis affluunt. Ginther, Unus pro omn. conſ. 142. n. 2.

Sicut timens ac tremens lepuſculus a canibus venaticis impetitus confugit ad cavernam maceriæ; ita anima Chriſtiana in omnibus mundi tribulationibus, & præſertim in morte ad Sacra Vulnera Chriſti, contra infernales perſecutores confugiat. &c.

#### 90. *Eſt refugium in omnibus neceſſitatibus.*

Quinque erant civitates refugii. S. Auguſtinus ait: In omnibus neceſſitatibus non inveni tam efficax remedium, quam Vulnera Chriſti. S. punct. 37. fol. 774.

Sibi imputet, qui non ingreditur, ſi apertum videt introitum, ait Simon de Caſſia. Ibid.

Hic habitavit Elzearius, qui uxori reſpondit: Quære me in latere Chriſti, ibi habito. Ib. fol. 775.

*Bonum eſt nos hic eſſe,* ubi S. Bonaventura: Faciamus tria tabernacula, unum in manibus, alterum in pedibus, tertium in latere. Ib. fol. 775.

Paralyticus non ad piſcinam, ſed ad hujus vulneris ſanguinem confugere debuiſſet. M. conc. 41. aſſ. 2. n. 11.

Quinque erant civitates refugii in Ægypto, & una vocabatur *civitas ſolis.* Hæ quinque urbes ſunt quinque Vulnera Chriſti, & civitas ſolis eſt Vulnus lateris! Pio cuidam Religioſo Vulnus lateris Crucifixi pro nocturno lumine luxit: Ita univerſim Vulnus hoc ſacrum noſtrum intellectum illuminat, ut agnoſcat, quid in proſperis, & quid in adverſis agendum ſit. Ginther, Unus pro om. conſ. 145. n. 2.

Quidquid homini Chriſtiano adverſitatis accidit, ſemper hoc ſolatio ſeſe erigit, quod Divinus Redemptor amet nos amore infinito, & conſequenter omnes tribulationes corporis, & animæ ad ſalutem noſtram dirigat. Amor Chriſti erga nos eſt fundamentum ſpei noſtræ! Ubi autem reſidet hic amor in Chriſto? in corde JESU! igitur, cum cor JESU apertum ſit, in omnibus malis confugiamus ad amabiliſſimum Cor JESU tanquam aſylum, & ex ejus amore ſpem & ſolamen capiamus omnium ærumnarum! &c.

# LIBER TERTIUS
## DE
# SS. VIRGINE MATRE DEI.

MARIA VIRGO.
- *Comparationes B. Virginis:*
  - *Comparatur Platano.*
  - *Lucernæ. Nebulæ.*
  - *Iridi. Auroræ. Soli. Lunæ.*
  - *Arcæ Noe. Arcæ teſtamenti.*
  - *Turri David. Cedro.*
  - *Columbæ. Mari.*
  - *Virgæ Moyſis. Stellis. Palmæ.*
  - *Nomen* MARIÆ.
  - *Reliquiæ Veſtium, &c.*

CULTUS BEATISSIMÆ VIRGINIS.
- *Roſarium B. Virginis.*
- *Scapulare. Templa B. V.*
- *Imago Beatiſſimæ Virginis.*

EXCELLENTIÆ B. V. QUOAD CORPUS.

EXCELLENTIÆ B. V. QUOAD ANIMAM.

PATROCINIUM B. V.
- *Patrocinium erga peccatores.*
- *Patrocinium in neceſſitatib. temporalibus.*
- *Patrocinium in morte & Judicio.*
- *Patrocinium erga animas purgantes.*

VIRTUTES BEATISSIMÆ VIRGINIS.
- *Caſtitas, Virginitas. Fides.*
- *Fortitudo, ſeu Martyrium ſub Cruce.*
- *Humilitas.*

Beatus Vir, qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſervat ad poſtes oſtii mei! quænam ſunt hæ fores? ſunt SS. Vulnera per quæ, & præſertim per poſtes oſtii, id eſt per vulnus lateris intrare debemus ad vitam. Ginther, Unus pro om. conſ. 105. n. 4.

Samaritanus viſis vulneribus miſerandi hominis, qui incidit in latrones, miſericordia motus, curam illius habuit, atque ejus vulnera emplaſtris & medicinis ſanare ſtuduit. Eundem compaſſionis affectum in nobis excitare debent conſiderata Vulnera Chriſti! Pia anima his viſis Domino compati, conarique debet, ut dolores & tormenta illi ſanctis obſequiis compenſet.

Chriſtus Dei Filius venit in mundum quærere, & ſalvum facere, quod perierat. Remedium ad hoc illi fuit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut accendatur?* Sed unde hic ignis amoris & ſanctitatis? Nempe ex SS. Vulneribus, ait V. Vincentius Caraffa Præpoſ. Gen. S. J. *Dominus ad inflammandum mundum ſumpſit ignem Divini amoris ex quinque fornacibus, quæ ſunt vulnera Divina.* Ginther conſ. 33. n. 3.

### Vulnus Lateris.

*87. Semper apertum peccatori refugium.*

QUale diſcrimen inter Vulnus, quod vivo corpori, & aliud quod mortuo infligitur? nempe iſtud eſt diſcrimen: primum ſanari poteſt, non alterum: Ideo inquit Silveira: *Chriſtus voluit lateris vulnus ſemper apertum, & patens.* B. Ser. 10. n. 10. Et Serm. 85. n. 18.

S. Ber. Ser. 61. in Cant. *Veni columba mea in foraminibus petræ*, ubi S. Aug. & Bern. hoc vulnus noſtrum aſylum eſt, in quo tuta ſecuritas, & requies. S. punct. 137. f. 430.

Cum Seraphico exclama: O latus! O latus apertum! O vulnus mei piiſſimi Redemptoris, hic, hic volo acquieſcere, requieſcere, dormire, mori! *Hæc requies mea* S. punct. 153. fol. 489.

S. Catharina Senenſis a dœmone per deſperationem tentata ad ſacra Vulnera confugit. S. punct. 37. fol. 773.

Hic porta in arcam Noe, ſibi ad negligentiam imputet, qui non ingreditur, ſi apertum novit introitum, ait Simon de Caſſia. S. punct. 37. fol. 773. & 774.

De Vulnere Lateris non dicitur *Percuſſit*, aut vulneravit, ſed *aperuit*, ut illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, ait S. Auguſtinus. Ginther, Unus pro om. conſ. 103. n. 6.

B. Joannes de Incontris mundo valedicens, & Ordinem S. Auguſtini ingreſſus, in Novitiatu terribiles tentationes paſſus retroſpicere, & in mundum regredi decrevit. Cum in procinctu erat egrediendi, allocutus eſt eum Crucifixus, inquiens: *Fili, ſi cibus tibi aridior, lectus durior, vigiliæ moleſtæ ſint, ingredere in vulnus hoc, & dulceſcent tibi omnia.* Ginth. conſ. 103. n. 7.

*88. Demonſtrat Deum plene eſſe reconciliatum.*

Cur guttas omnes ſanguinis uſque ad aquam Chriſtus per pectoris vulnus effudit? ut oſtendat Divinum cor ſuum non amplius eſſe iratum; ita enim eſt accenſio ſanguinis circa cor. S. punct. 153. f. 492.

Amor ultimas guttulas popoſcit effundi in ſignum plenæ reconciliationis. S. punct. 153. f. 490.

Sicut ſol per ſciſſuram nubis radium emittit, ita aperto vulnere cor Chriſti illuminat, & ad gratiam invitat. S. punct. 37. fol. 769. & 775.

Apertum eſt cor, ut etiam intus videretur Chriſtum eſſe agnum innocentiſſimum, ait Athanaſ. M. conc. 33. aſſ. 1. n. 4.

Diſputant auctores, cui lateri hoc vulnus fuerit impactum, verum S. Bernardus & S. Auguſtinus non dubitant fuiſſe impactum lateri dextro; quia erat ſignum miſerationis, refugium peccatorum, & teſſera propitiationis: *Dextrum ſibi propter me paſſus eſt latus fodi, quod videlicet non niſi in dextera parare vellet locum refugii*, ita Bernardus: *Non incredibiliter dicitur latronem, qui tunc credidit juxta Dominum crucifixum aqua illa, quæ de vulnere lateris ejus emicuit, tanquam ſacratiſſimo Baptiſmo fuiſſe perfuſum.* Ita Auguſt. D. 4. 43. S. B. r. Ser. 7. ſuper Pſ. qui habitat.

Chriſtus Dominus poſt mortem accepit Vulnus pectoris, *& continuo exivit ſanguis & aqua:* Aqua exivit, ait S. Ambroſius: *ut mundaret:* Sanguis, ut redimeret. Ginth. conſ. 103. n. 2.

*89. Eſt refugium & ſpei noſtræ ſalutis.*

Per latus Adami dormientis gloria clauſa eſt (quia ex ejus latere mulier deceptrix creata) per latus Chriſti mortui felicitas noſtra aperta, ait Procopius. M. conc. 8. aſſ. 3. n. 1. Procop. in Gen. 2.

Cur dextrum latus perfodi voluit? Reſpondet Bernardus, quia in dextra parare locum refugii vult, ſiniſtra enim locus iræ eſt. M. conc. 41. aſſ. 4. n. 17.

S. Lon-



S. Longinus per hoc ſanctum Vulnus, quod ipſe aperuit, ſalutem invenit, adeo amavit Dominum, ut illum crucifixum ſine lacrymis intueri non potuerit. Miſſos a Pilato, qui caput Longini referrent, peramanter hoſpitio excepit, & ſeipſum prodidit, tum veſte alba ſe induens, animam cælo, caput Pilato ferendum dedit. *Metaph.*

S. Elzearius Comes Conjugi Delphinæ, cum qua in continua Virginitate vixit, reſcripſit: Quære me in Vulnere lateris Chriſti! ibi habito. N. 14. Maii.

Holofernes Urbem Bethuliam expugnaturus præcidit aquæ ductum. Et certe hac arte ſubjugaſſet urbem, niſi aliter Deus illi ſubveniſſet! Væ nobis, ſi infernalis Holofernes hunc fontem gratiarum nobis obſtruat, per quem ex Divino corde cæleſtes gratiæ nobis affluunt. Ginther, Unus pro omn. conſ. 142. n. 2.

Sicut timens ac tremens lepuſculus a canibus venaticis impetitus confugit ad cavernam maceriæ; ita anima Chriſtiana in omnibus mundi tribulationibus, & præſertim in morte ad Sacra Vulnera Chriſti, contra infernales perſecutores confugiat. &c.

*90. Eſt refugium in omnibus neceſſitatibus.*

Quinque erant civitates refugii. S. Auguſtinus ait: In omnibus neceſſitatibus non inveni tam efficax remedium, quam Vulnera Chriſti. S. punct. 37. fol. 774.

Sibi imputet, qui non ingreditur, ſi apertum videt introitum, ait Simon de Caſſia. Ibid.

Hic habitavit Elzearius, qui uxori reſpondit: Quære me in latere Chriſti, ibi habito. Ib. fol. 775.

*Bonum eſt nos hic eſſe*, ubi S. Bonaventura: Faciamus tria tabernacula, unum in manibus, alterum in pedibus, tertium in latere. Ib. fol. 775.

Paralyticus non ad piſcinam, ſed ad hujus vulneris ſanguinem confugere debuiſſet. M. conc. 41. aſſ. 2. n. 11.

Quinque erant civitates refugii in Ægypto, & una vocabatur *civitas ſolis*. Hæ quinque urbes ſunt quinque Vulnera Chriſti, & civitas ſolis eſt Vulnus lateris! Pio cuidam Religioſo Vulnus lateris Crucifixi pro nocturno lumine luxit: Ita univerſim Vulnus hoc ſacrum noſtrum intellectum illuminat, ut agnoſcat, quid in proſperis, & quid in adverſis agendum ſit. Ginther, Unus pro om. conſ. 145. n. 2.

Quidquid homini Chriſtiano adverſitatis accidit, ſemper hoc ſolatio ſeſe erigit, quod Divinus Redemptor amet nos amore infinito, & conſequenter omnes tribulationes corporis, & animæ ad ſalutem noſtram dirigat. Amor Chriſti erga nos eſt fundamentum ſpei noſtræ! Ubi autem reſidet hic amor in Chriſto? in corde JESU! igitur, cum cor JESU apertum ſit, in omnibus malis confugiamus ad amabiliſſimum Cor JESU tanquam aſylum, & ex ejus amore ſpem & ſolamen capiamus omnium ærumnarum! &c.

# LIBER TERTIUS
## DE
## SS. VIRGINE MATRE DEI.

MARIA VIRGO.
- *Comparationes B. Virginis:*
  - *Comparatur Platano.*
  - *Lucernæ. Nebulæ.*
  - *Iridi. Auroræ. Soli. Lunæ.*
  - *Arcæ Noe. Arcæ teſtamenti.*
  - *Turri David. Cedro.*
  - *Columbæ. Mari.*
  - *Virgæ Moyſis. Stellis. Palmæ.*
  - *Nomen MARIÆ.*
  - *Reliquiæ Veſtium, &c.*

CULTUS BEATISSIMÆ VIRGINIS.
- *Roſarium B. Virginis.*
- *Scapulare. Templa B. V.*
- *Imago Beatiſſimæ Virginis.*

EXCELLENTIÆ B. V. QUOAD CORPUS.

EXCELLENTIÆ B. V. QUOAD ANIMAM.

PATROCINIUM B. V.
- *Patrocinium erga peccatores.*
- *Patrocinium in neceſſitatib. temporalibus.*
- *Patrocinium in morte & Judicio.*
- *Patrocinium erga animas purgantes.*

VIRTUTES BEATISSIMÆ VIRGINIS.
- *Caſtitas, Virginitas. Fides.*
- *Fortitudo, ſeu Martyrium ſub Cruce.*
- *Humilitas.*

 MA-

# M A R I A.

*1. Facta eſt Mater Dei propter peccatores.*

*S. Anſel. de Excell. Virg. c. 4.*

SAnctus Anſelmus ait: Si illa propter peccatores, ſcilicet propter me, meique ſimiles facta eſt Mater Dei, cur non illam erga me propitiam parentem fore ſperabo. S. punct. 32. fol. 738.

*S. Ber. Ser. 3. ſuper Miſſus eſt.*

S. Bernardus: *Non eſt fas dicere, O Domina te poſſe deſerere eum, qui ſpem in te ponit. Tu Mater Dei & hominis, cum ſis Mater utriuſque, diſcordiam inter filios tuos ſuſtinere nequis.* Et S. Chryſoſtom. *Ideo tu Mater Dei præelecta es ab æterno, ut quem Deus ſalvare non poteſt per ſuam juſtitiam, tu per tuam ſalvares pietatem & miſericordiam.* H. Serm. 15. fol. 144.

*S. Chryſ. in Hyp. Domini.*

*S. Athan. Serm. in Evang. de Deipar.*

S. Athanaſ. *Dum Mater facta eſt Creatoris, omnium quoque creaturarum Mater eſt effecta.* H. Serm. 16. fol. 156.

*S. Bern. Hom. 4. in Aſſumpt. B. V.*

S. Bernardus ait, ex titulo Matris Dei, ortum eſſe titulum Matris miſericordiæ, de quo ita diſcurrit: Nos ſervuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi, ſed in hoc potius nobis ipſis: Laudamus Virginitatem, humilitatem miramur, ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius, Miſericordiam amplectimur carius, recordamur ſæpius, crebrius invocamus. Hæc eſt enim, quæ totius mundi reparationem obtinuit, ſalutem omnium impetravit, &c.

*2. Tenerrime amatur a Deo, & Dei Filio.*

Cur Magi orientis, & quomodo invenerunt JESUM? quia ſtella ſtetit ſupra, ubi erat puer. Ubi erat ergo puer? in ſinu Matris. *Stetit ſtella ſupra ſtellam.* En! qui Mariam habet, JESUM habet ſemper ſibi conjunctiſſimum. M. Serm. 16. §. 1. n. 2.

Signa, quod Princeps aliquem amet, ſunt 1. Ei familiarem eſſe & cum ipſo ſemper inveniri: Maria ſemper fuit apud Filium in Incarnatione, in adoratione Magorum, in Ægypto, in cruce. Si aliis Sanctis Chriſtus promiſit: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis*, quanto amicior erit Matri? 2. Si Princeps cuipiam multa donet, eumque exaltet. Mariam autem Deus præ omnibus honoravit. *Fecit mihi magna, qui potens eſt.* 3. Si Princeps exigat, ut is, quem amat, etiam ab aliis honoretur, ſicut contigit Joſepho a Pharaone, Mardochæo ab Aſſuero, Danieli a Nabuchodonoſore. Deus autem vult honorari Mariam, ab Angelis, & ab omnibus Sanctis, & a tota Eccleſia militante, &c. H. Ser. 10. fol. 91. & ſeq.

*Jo. 15.*

*Luc. 1.*

Beatiſs. Mater a Deo, & Filio ſuo honoratur innumeris miraculis, & locis per totum orbem celeberrimis. H. Serm. 10. fol. 95.

Dei Filius injurias Matri ſuæ illatas luculentius punit, quam proprias. Quæritur, cur B. V. in Paſſione Domini, & juxta crucem ſtans a petulantiſſimis militibus nulla injuria fuerit affecta? Nempe ſingularis hæc fuit providentia, quia, ſi Divina Mater fuiſſet injurioſe habita, certe Chriſtus Dominus, illius honorem zelatus, contra injuriatores luculentis pœnis ſine mora advertiſſet: cum autem hæc vindicta viſa fuiſſet contrariari illis precibus: *Pater dimitte illis*, ideo ſua providentia ita diſpoſuit, ut nulla Virgineæ Matri injuria fuerit irrogata, &c.

*3. Eſt Regina cæli & terræ.*

Flaviobrigæ in Hiſpania eſt Statua B. V. cum titulo *de Begonna*. Hanc fur ſpoliare aggreſſus rapuit primo pretioſa cimelia, & toleravit Virgo: at ubi coronam illi auferre tentavit, Statua extenſa manu tenuit furem. H. 2. fol. 16.

Ravæ in Bohemia cum miles Suecicus B. V. auream coronam auferre vult, lapſus de ſcala cervicem fregit. Alter odeum ingreſſus, dum ultra cancellos ſe protendit, de feneſtra cecidit, & pavimento illiſus paulo poſt animam exhalavit. H. 2. f. 61.

*Pſ. 44.*

*Adſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.* Tanta eſt auctoritas Virginis, ut quæ Deus ex poteſtate propria, illa poſſit ex poteſtate communicata; hinc S. Bernard. de Aſſumptione Mariæ dicit: *Aſcendens in altum Virgo Beata dabit ipſa quoque dona bona hominibus, ſiquidem nec facultas ei deeſſe poterit, nec voluntas.* Profecto non minor eſt amor Chriſti erga Mariam, quam fuerit Salomonis erga Matrem Bethſabæam, & Aſſueri erga Eſther, cui dimidium regni adminiſtrandum dedit. Clamemus ergo ad Virginem: Ave Regina cælorum, Ave Domina Angelorum, &c.

*S. Ber. Ser. 1. de Aſſ. B. V.*

Si dignitas Matris, uti par eſt, æſtimatur ex dignitate filii, tanto utique major, & glorioſior eſt B. Virgo omnibus Imperatricibus, & Reginis, quanto dignior ac potentior eſt filius ejus Chriſtus omnibus Imperatoribus, ac Regibus totius mun-



*Pſalm. 2.*

*Apoc. 19.*

mundi; *ipſe enim conſtitutus eſt a Deo Rex ſuper omnem terram. Ipſe eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium!*

Chriſtus Dominus eſt Rex Angelorum, & totius Mundi: hanc dignitatem Maria a filio participat; Regis enim Mater Regina eſt; hinc ab Eccleſia ſalutatur: *Regina cæli & terræ.* 2. B. V. habet dominium rerum omnium titulo Deiparæ, tanta enim eſt dignitas Matris Dei, ut poſcat dominium rerum omnium, quæ Deo ſubſunt. 3. Chriſtus ſumme amat Matrem, ideoque hoc dominium illi ultro communicat. C. Prov. 8. v. 16.

*4. Excellentiſſima ejus dignitas ex Maternitate Dei.*

Chriſtus potius noluit videri Filius Dei, quam non videri Filius Mariæ: de cruce non deſcendit; quia ſi deſcendiſſet, Filius quidem Dei fuiſſet habitus, ſed non Mariæ: *Ut te veram Matrem oſtenderet, ſeque tuum filium declararet, noluit de cruce deſcendere.* Ait S. Ildephonſus. M. conc. 32. aſſ. 2. n. 11.

*S. Ildeph. de Laud. Virg.*

*S. Thom. p. 1. q. 25. a. 6. ad 4.*

S. Thomas ait: *Beata Virgo ex hoc, quod eſt Mater Dei, habet quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod Deus eſt.* Calamat. Mar. Serm. 3. n. 12.

Deus ipſe obſtrictus eſt Virgini ex eo, quod illi carnem dederit: hinc ait S. Methodius: *Euge Mater Dei, qui illum habes debitorem, qui omnibus mutuo dat: Deo namque debemus univerſi, tibi vero ille debet.* Calamat. Mar. Serm. 3. n. 15.

Hæc dignitas Matris fuit formalis ratio, propter quam Dei Filius erat ſubditus Mariæ: *Deus, cui Angeli ſubditi ſunt, ſubditus erat Mariæ*, ait S. Bernardus. Calamat. Mar. Serm. 3. n. 16.

*S. Bern. S. 1. ſupra Salve.*

*S. Joan. Damaſc. lib. 4. de fi. Orth.*

*Jerem. 31.*

Propter hanc ipſam Maternitatem facta eſt Domina cæli & terræ: S. Joannes Damaſcenus ait: *Maria Domina facta eſt omnium creaturarum, cum Conditoris omnium facta eſt Mater.* Calamat. Ser. 3. n. 18.

*Novum creavit Dominus ſuper terram.* Hæc verba intelligi poſſunt de Matre Dei: in quo autem illa dicitur aliquid novum? in hoc, ait Richardus a S. Laurentio, *quod integritati Virginitatis accederet fœcunditas prolis, ut manens Virgo integra fieret Mater fœcunda.* Eſſe Matrem & eſſe ſimul Virginem inauditum eſt miraculum Omnipotentiæ Dei. Calamat. Serm. 6. fol. 86. & ſeq.

*Richard. a S. Laurent.*

Deus per infinitam potentiam ſuam non poteſt creare majorem Matrem. Calamat. Serm. 6. fol. 89. n. 1.

Moyſes antequam ingrederetur terram promiſſam, præmiſit exploratores, & iſti ſecum retulerunt ingentem botrum, ex quo populus Iſrael deſumere poterat fertilitatem terræ. Siquis ſcire cupit, quæ, quantaque ſit Mater Dei, intueatur fructum Ventris ejus, id eſt JESUM &c. Calamat. Serm. 6. fol. 91.

*S. Bern. Serm. de Nativ. Virg.*

Angeli gloriantur, quod Miniſtri ſint Numinis, quid ergo dicendum de Matre? Audiamus S. Bernardum: *Magnum eſt Angelo, ut Miniſter ſit Domini, ſed Maria ſublimius quid meruit, ut ſit Mater Dei.* Nulli Angelorum fas fuit Chriſtum habere agnatum, ſicut Mariæ licuit dicere: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Calamat. Serm. 6. fol. 95.

Ex titulo Maternitatis Divinæ profluunt omnes Mariæ prærogativæ, omnis veneratio, omnia præconia ab hominibus illi exhibita, omnia obſequia Angelorum. H. Serm. 28. fol. 273. & ſeq.

Ex eo, quod facta eſt Dei Mater, ſimul facta eſt Mater omnium Fidelium & Sanctorum. C. in Eccli c. 15. n. 2.

*Solo Deo excepto cunctis ſuperior exiſtit.* Quia nimirum Dei Mater eſt, quæ eſt dignitas immenſa. Prov. 31. v. 29.

*5. Odit, & averſatur peccatores impœnitentes.*

Multi ſibi imaginantur, quamvis impie vivant, ſi tamen Mariam colant, ſalva eſſe omnia, quia illa, ut ajunt, eſt Mater peccatorum. Sed error iſte eſt graviſſimus. In Scriptura quidem legitur, *In plenitudine Sanctorum detentio mea*: Sed nullibi legitur, in plenitudine peccatorum detentio mea: apud eos, qui pleni ſanctitate, non apud illos, qui pleni ſunt iniquitate, Maria libenter verſatur, ait S. Bonaventura. Paciuch. in Cant. B. V. excit. 19. n. 5.

*S. Bonav. in Spec. Virg. c. 7.*

In Confeſſione Generali etiam confitemur Beatæ Mariæ ſemper Virgini, quia illa non minus, quam ejus Filius per peccatum offenditur. Ibid. n. 6.

Siquis Regius Princeps Matri ſuæ diceret: O Mater, famuli tui graviſſime me perſequuntur, an mirum foret Reginam famulis ſuis infenſam fieri? At ecce! Chriſtus ait: *Filii Matris meæ pugnaverunt contra me.* Ibid. n. 6.

*Thomas Cantipr. l. 2.*

Beata Virgo Sanctæ Lutgardi apparet vultu lugubri, cauſam quæſita reſpondit: *Ecce ab hæreticis & Pſeudochriſtianis rurſus crucifigitur Filius meus.* En injuriæ filii etiam offendunt Matrem. Ibid. n. 8.

Ab-

*Pratum ſpirit. c. 40.* Abbas Cyriacus in ſomno videbat Beatam Virginem cum SS. Joanne Evangeliſta, & Baptiſta: invitavit eam in cellam ſuam, illa autem detrectans ingredi ſevere reſpondit: Habes in cella tua inimicum meum, & vis, ut ingrediar? His dictis abſceſſit. Inimicus autem ille erat liber impii Neſtorii, quem a B. Iſychio mutuatum inſcius in ſua cella habebat Cyriacus. Dic o peccator, an putas Maria tecum erit, ſi in corde habeas peccatum, inimicum capitalem Virginis? Ibid. n. 8.

*S. Anſel. Lib. Miſer.* *Impoſſibile eſt*, ait S. Anſelmus, *quod illi, a quibus Virgo Maria oculos ſuæ Miſericordiæ avertit, ſalvetur*. Ergo ſunt aliqui, a quibus Maria oculos avertit? Sunt! quinam illi? utique peccatores.

Pictor Florentiæ in peccato mortali conſtitutus non potuit, utut ſæpius tentarit, pingere imaginem B. V. ab Angelo ſalutatæ. Abit ergo, & peccatum confitetur. Dumque redit, videt faciem Beatiſſimæ Angelico pennicillo expreſſam, T. n. 227.

Fere ſimile quid legitur in vita Ven. P. Martini Alberti S. J. Valentiæ juſſit pictorem imaginem Deiparæ, quæ ſibi apparuerat, pingere. Pinxit, pictam oſtendit: cui Albertus, immane quantum aberraſti: Virgo, non niſi pura manu, ut par eſt, vult depingi: elue ſordes, tum operi demo manum admove. Paruit pictor, animum abluit, opus ita emendavit, ut Divina manu pictum videretur. Extat adhuc imago in Collegio Valentino. Ex Faſtis S. J. 1. Sept.

Aretii in Italia Statua B. V. lacrymas fudit, quarum veſtigia hodiedum viſuntur. Et de qua alia cauſa, quam propter malitiam, & perniciem peccatorum? H. 2. f. 31.

Drepani in Sicilia imago B. V. ex orientali Alabaſtro, ter mille & amplius librarum pondere, amabiliſſima facie eſt, verum quibuſdam amœna, aliis minas & ſevera apparet. H. 2. fol. 51.

Perneggii in Styria imago B. V. faciem mutat: nunc pallida & triſtis, nunc læta & rubicunda apparet, idque non ab uno aut aliquibus, ſed ab omnibus obſervatur. H. 2. fol. 56. c. 1.

Maria ab Eccleſia quidem ſalutatur ut *Refugium peccatorum*, verum adverte: dum Refugia ſeu Aſyla facinoroſis hominibus conſtituta ſunt, ab illis excluduntur enormiter criminoſi v. g. qui admiſerunt crimina excepta, latrocinii, qui prædones fuere publici, qui devaſtarunt ſegetes, qui commiſerunt aſſaſſinia, qui rei ſunt læſæ Majeſtatis, & quæ ſunt ſimilia. Eundem in modum Maria aſylum eſt peccatorum, ſed non eorum, qui obſtinate perſeverant in malitia &c.

### *6. Odit ſummopere peccatum.*

Beatiſſima Dei Genitrix interrogavit Virginem Muſam, an vellet cæleſti Virginum choro aſſociari? affirmante illa precepit, ut quaſdam levitates pueriles corrigeret, correxit Muſa mira morum gravitate, & trigeſima die mortua eſt. E. *Maria* n. 1.

Toleti in Hiſpania dum Archiepiſcopus in Feſto Aſſumptionis Miſſam celebrat, repente ſtatua B. V. in hæc verba erupit: Ecce gens Judaica Filium meum denuo crucifigere conatur! Audiit has voces populus: indagatum eſt in domibus Judæorum, inventumque, quod Judæi Chriſti effigiem, conviciis & ludibriis injuriatam cruci affigere voluerint. Quoties peccatum fit, Chriſtus de novo crucifigitur! O quantum lamentatur Mater. H. 2. f. 20.

Saris in Bohemia cœnobium Virginum eſt, ubi rebellium caput Ziſca cum exercitu ſuo caſtra fixit. Inter alias crudelitates ſeptem Moniales in templo truculenter excarnificavit. Et ecce! Statua B. V. in ara clamare cæpit: *Amice! quid agis?* ſed & Chriſtus Filius manum ſuſtulit, & ori minabundus impoſuit, atque hic geſtus hodiedum in imagine conſpicitur. H. B. fol. 61. O quoties B. V. clamat ad peccatorem: Quid agis?

Statua Soſſavienſis B. V. ter locum mutat ob latrocinia, aliaque peccata. H. 2. f. 75.

Tridenti Imago B. V. ſæpius mutavit vultum; nunc lætum, nunc triſtem, nunc amœnum, nunc auſterum exhibuit, qualem merebantur intuentes. H. 2. fol. 82. & 83.

### *7. Odit & averſatur infideles & hæreticos.*

Ubi Chriſtiani a Turcis Damaſco fuerunt expulſi, etiam B. V. Statua ibi benefica in Inſulam Rhodum profugit, ubi in littore cum ſua lampade ardente inventa & agnita, ac demum poſt expugnatam etiam Rhodum in Inſulam Melitam tranſlata eſt. H. 2. fol. 10.

Romæ haud procul a porta Flaminia, nunc dicta *a populo* ſtetit Nux annoſa, & arbor multorum ſæculorum, ubi ſedem fixerunt mali dæmones ſpecie corvorum, incolis oppido importuni. Tunc B. V. apparuit Paſchali II. Pont. Max. eique revelavit, quod ſubtus hanc arborem laterent oſſa Neronis tyrannici Imperatoris: auferret ergo arborem & oſſa, ſibique



que ibi Eccleſiam ædificaret. Factum ut præceptum! exhumata ſunt oſſa & in mare projecta, atque ædificata Eccleſia, & ceſſavit furor immundorum ſpirituum. H. 2. fol. 42. c. 2.

B. V. Veronæ ex ſua ſtatua promittit S. Petro Martyri: *Petre rogavi pro te, ut non deficiat fides tua!* Poſtliminio Petrus ab hæretico, valde naſuto, repetiit ea, quæ prius ipſi objecerat: verum ille quaſi bos obmutuit. H. 2. fol. 46.

Imago B. V. pictori Acatholico renovanda data eſt. Is cum jocos & blaſphemias in Dei Matrem ſpueret, nec monitus deſiſteret, repente fulmine tactus eſt, quo manus pingentis illi denigrata, & aduſta fuit. H. 2. fol. 59.

In Franconia quatuor leucis ab Herbipoli *Ad fagum*, in qua B. V. Statua colebatur, nullus Judæorum accedere potuit, occulta vi repulſus. Unus audacior vim vi penetrans, ſtricto gladio imaginem vulneravit. Auditus eſt ejulatus imaginis, & ipſe obrigeſcens, cum gladio ſanguineo deprehenſus ad judicem tractus eſt. H. 2. fol. 87.

Zurovvicii in Lithuania imago B. V. non ea facie, qua Catholicis videtur, ſed longe alia ſe hæreticis, aut etiam peccatoribus exhibet, nempe colore fuſco, aut etiam nigro, aut quaſi ſub velo. H. 2. fol. 123.

### *8. Punit graviſſime ſuos injuriatores.*

Hoſpes quidam in ſua caupona tolerat quoſdam temulentos, qui Virginem blaſphemabant: iſti ſtatim a Deo repentinis mortibus puniuntur. Hoſpiti autem apparens Virgo in ſomno ſimilem pœnam minatur: procidit ille, & veniam rogat: Virgo mortis pœnam quidem remittit, interim vimine, quod manu tenebat, genua ejus percutit: Et ecce! evigilans Vir invenit membra illa a corpore abrupta, & copioſum ſanguinem manantia: hoc miſerando habitu juſtum Dei judicium ad aliorum exemplum promulgavit. Marchant. in expoſ. Salut. Ang. *Verbis illis, Benedicta tu in mulieribus*, in fine.

Femina hæretica in Feſto Aſſumptionis B. V. balneum ſibi parari præcipit: reſiſtente ancilla Catholica & Feſtum Mariæ cauſante, blaſpheme latrat: Tua Maria mulier eſt, me & aliis nec hilo melior. Quid evenit? domus a ſummo faſtigio conflagrare cæpit, & ut tanto luculentius ſupplicium Numinis appareret, illa ligni ſarmenta, quæ ab ancilla Catholica fornaci erant ſubdita, manſerunt illæſa. Lucian. p. 2. conc. 75. in fine.

Blaſphemum contra Deum contumelioſe jurantem, diu patienter ſuſtinuit Dominus: verum cum ille & contra Beatiſſimam Virginem blaſphemias ſpuere incæpit, terribili vulnere cælitus inflicto punitus animam evomuit: ſimulque defunctorum aliquis itineranti apparuit, inquiens, quod Deus injurias ſuæ Matris difficilius quam proprias remittat. E. Verbo *Blaſphemia* n. 4.

Hæretica mulier in partu Beatiſſimam invocare juſſa, ex odio illam ſcrofam blaſpheme appellavit. Et continuo nigras aliquot ſuculas peperit. E. *Maria* n. 52.

Monaſterium quotidie officium B. V. recitare ſolitum, ubi diſcolo aliquo Monacho ſuadente, hanc devotionem omiſit, mille infortuniis obrutum, fere ad incitas redactum eſt: ſed monitum ab eremita pio reaſſumpſit Officii Mariani devotionem, & in pace iterum floruit. E. *Officium B. V.*

Hæretici Hallas prope Bruxellas obſidebant, cum quidam joculator auſus blaſphemare: Ego meis manibus Hallenſi muliérculæ (ita B. V. vocitabat) naſum abſcindam. Vix elocutus eſt blaſphemiam, cum glans plumbea ex urbe miſſa illi naſum abſtulit. Fuit & inter ſuos ludibrio.

Hollandi ex quo B. V. Sichenenſis ſacellum expilarunt, Oſtendam perdiderunt, omniaque infeliciter illis ceſſerunt. Inter illos fuit eques, qui equo cæcutienti inſidens jocatus dixit: ſi Maria hic miracula facit, illuminet meum equum. Audiit Virgo blaſphemiam, moxque equo viſum reſtituit, ipſum vero blaſphemum excæcavit. C. Lev. 24. ad fin.

Cum Apoſtoli ex toto terrarum orbem in morte Beatiſſimæ Virginis convocati, ejus SS. Corpus ad ſepulcrum ſuis humeris portarent, adfuit perfidus Judæus, qui in ejus feretrum, hanc pompam impediturus, involaret: ſed punitus a Deo, manus feretro adhærentes non potuit retrahere, donec ſeria pœnitentia, ac fletu ſuum crimen deteſtatus eſt. H. Serm. 6. fol. 48.

*Qui in me peccaverit, lædet animam ſuam, omnes qui me oderunt, diligunt mortem*. Ib. fol. 143.

*Cæſarius l. 7. Mir. rac. c. 1.* Cæſarius de Maria: *Diligenter ſe diligit, & contemnentes ſe, quia juſta eſt, punit, & humiliat*. H. Serm. 28. f. 277.

Julianus Apoſtata in Dei Filium & Dei Matrem injurioſus, juſſu B. Virg. a S. Mercurio Martyre in bello Perſico, lancea confoditur. H. 2. fol. 6. v. *Cæſarea*.

Anno 1620 Calviniſtæ in Gallia deſtruxerunt templum B. V. prodigioſæ in urbe

urbe Gignaco: idque dum fecerunt duo ludificatores per jocum petierunt a B. V. ut ſibi miraculum operaretur. Et ecce! ingens ſaxum ex alto lapſum, ambos oppreſſit. H. 2. fol. 24.

Lugduni luſor Statuam B. V. lapide vulnerat, & ecce ex vulnere ſanguis ubertim effluxit, malefactori autem facies retrorſum contorta eſt. Damnatus ille ad mortem, juſſuſque prius a B. V. veniam rogare, cum id ſerio cum lacrymis fecit, facies illi in priſtinum locum reſtituta, & illi vitæ gratia data eſt. H. 2. f. 25. ſeq.

Neapoli itidem luſor imaginem B. V. quinque vulneribus ſauciavit. Dein Florentiam profugiens homicidii, de quo innocens erat, ſuſpectus, in vincula tractus, confeſſus eſt crimen Neapoli commiſſum, & digno ſupplicio affectus eſt. H. 2. f. 38.

Statua B. V. Viennæ apud PP. Franciſcanos rogo impoſita ab iconoclaſtis illæſa permanet, cum vero unus eam in partes diffindere aggrederetur, jamque vulnus ei inflixiſſet, ea die adhuc funus fuit, & alter, qui id præceperat, per quinquaginta annos in carcere inſanus vixit. H. 2. f. 53.

Wimpaſingæ in Auſtria, durante Viennenſi obſidione, Turca B. V. Statuæ caput amputavit, ſed ſuo Capitaneo pœnas dedit. Is Statuam poſtea ſecum abſtulit, ſed in via morbo proſtratus, non prius convaluit, quam Statuam reſtituit. H. 2. f. 54.

Bechini in Bohemia miles vulnerans & blaſphemans B. V. mox delirus in terram concidit, & inſtar bovis mugiit. In carcerem delatus, & contra dæmones opem clamans poſt aliquot dies infeliciter mortuus eſt. H. 2. fol. 57.

Pragæ B. V. Statua furem, qui illam deſpoliare voluit, tamdiu manu tenuit, donec ille a Magiſtratu captus fuit. Amputata eſt illi manus, quæ hodiedum in templo e catena pendens viſitur. H. 2. fol. 60.

Berntiedæ in Bavaria ruſticana mulier videns B. V. Statuam in altari pervetuſtam & obſoletam, in corde ſuo deſpexit illam, indignamque veneratione reputavit. Et ecce! repente cæca facta eſt! domum deducta, hortantibus aliis veniam a B. V. rogavit, & luminis uſum recepit. H. 2. fol. 65.

Kozingæ in Bavaria quidam mendicus Acatholicus B. Virginis Statuam in annoſa quercu collocatam in flumen projecit, ſed cum altera die illam ad quercum reverſam vidiſſet, Statuam in multas partes diffractam ac diſſectam in via diſperſit. Verum & illæ partes a Catholicis collectæ coaluerunt, & tanto majorem venerationem Catholicorum Statuæ in quercum repoſitæ conciliarunt. Vidit hoc ſervus Acatholicus, & indignatus dixit, projecturum ſe lapidem in hoc idolum ſi præſentes abeſſent: vix hæc verba elocutus, quaſi fulmine tactus in terram concidit. Alius hic tranſiens ſocio fatigato per jocum reſpondit, iret, & apud quercum alios pedes poſtularet. Sed & iſte verba vix elocutus concidit, nec prius uſum pedum recuperavit, quam pœnitens duos ligneos pedes ſuæ culpæ teſtes appendit. H. 2. fol. 68.

Bingæ in Franconia miles B. V. imagini quinque adamantes furari voluit: primos quatuor Virgo auferri impune permiſit: at ubi ſceleratus quintum in ipſo pectore abripere voluit, imago magnam lactis copiam profudit, quod dum territus fur ſuperſtrato pulvere pyrio conatur celare, repente in rabiem verſus, indeque profugiens in fluvium ſe præcipitavit. H. 2. f. 87.

Judæus imaginem B. V. gladio vulnerat. Hoc facto auditi ſunt ejulatus imaginis, Hebræus vero obriguit, & tamdiu immotus ſtetit, donec conſpecto in apice gladii recenti ſanguine ad judicem abreptus eſt. H. 2. fol. 87.

Moguntiæ luſor blaſphemus multis gladii ictibus in Matrem doloroſam ſævit. Effudit Statua copioſum ſanguinem, ille autem ad rogum raptus eſt. H. 2. fol. 90. ſeq.

Camberone Judæus, fictus Chriſtianus, imaginem B. V. bipenni aliquoties vulnerat; fluxit copioſus ſanguis ex vulneribus, auditaque imago clamorem tollere. Judæus omnia pernegans, demum convictus, igne combuſtus eſt. H. 2. fol. 120.

Quidam Conſtantinus miles lapidem in Statuam B. V. conjecit, eamque contrivit. Apparuit illi in ſomno B. V. & ſcis, ajebat, quid mihi feceris, idque in caput tuum? paulo poſt conclamatur ad arma, currit ad muros defendendos Conſtantinus. Et ecce! lapis e machina excuſſus caput illi contrivit. H. 2. fol. 113.

## Comparationes Beatæ Virginis.

### 9. *Comparatur variis rebus.*

Platano. QUia Platanus æſtum folis umbra mitigat: ita B. V. iram Filii precibus temperat. B. Serm. 71. n. 9. & 11.

Platani folia ſunt ſimilia ſcuto, ut ſignificetur, quod B. V. ſcutum ſit, & protectrix totius Chriſtianitatis. H. Serm. 22. f. 211.

Platani folia proficua ovibus contra ſcabiem, alioſque morbos: Ita exempla

B. V.



B. V. proſunt fidelibus. H. Ser. 26. fol. 256.

Sicut platanus virentibus foliis peregrinantes & laborantes obumbrat, & contra æſtum ſolis defendit; ita B. V. de ſeipſa teſtatur, *quaſi platanus exaltata ſum*; quia peccatores ab æſtu, a turbine, a pluvia protegit. Picinelli Mund. Symb. l. 9. n. 389. (Eccl. 24.)

Lucernæ poſturnæ. Vita Sanctorum vocatur Vigilia, & præſertim vita B. V. lucenti comparatur Lucernæ. 1. Quia diu noctuque orationi & bonis operibus vacabat, juxta illud: *Ego dormio & cor meum vigilat.* (Cant. 5.) 2. Quia in nocte Paſſionis, dum Apoſtoli fugiebant, & hæſitabant, lumen fidei in ſola Dei Matre remanſit. 3. Quia dum moreretur illico reſurrexit, corpore & anima in cælum aſſumpta. 4. Quia pro omnium ſalute perdia, & pernox pervigilat. C. in Prov. 31. v. 18. Ipſa eſt Pharus luminibus circumdata, lucens navigantibus in procelloſo mundi mari. Ibid.

Nebulæ. Quia ſicut Nebula tegit terram, & ab æſtu defendit: ita Maria protegit clientes, & ab æſtu iræ Dei tuetur. B. Serm. 75. num. 7.

Sicut nubes temperat æſtum ſolis, & iridem ſuſcipit tanquam ſignum pacis: ita Maria ab æſtu Divinæ indignationis defendit, & pacem ſanxit inter Deum & hominem. Calamat. Mar. Diſc. 4. fol. 57.

Sicut nubecula viſa ab Elia crevit in immenſum: ſic humilitas Mariæ adeo crevit, ut illum conceperit, quem cælum & terra capere non poſſunt. Et ſicut illa nubecula abundantiſſimas pluvias terræ dedit, ita Maria quotidie dat Eccleſiæ gratiarum imbres. Calamat. Mar. Diſc. 4. fol. 58. ſeq. Item C. Eccli 21. v. 6.

Ibid. Quia ſicut laqueare ſuſtentat ædificium, ita Maria ſuſtentat mundum. B. Ser. 75. n. 8. Sicut iris fuit ſignum fœderis, ita Maria propitiationis. M. conc. 18. aſſ. 2. n. 6.

Scaliger dicit iridem matutinam portendere pluvias, veſpertinam ſerenitatem: ita B. V. vel pluvias lacrymarum, vel in morte beatitudinem affert. C. in Gen. fol. 125. in fine.

Sicut Iris ſolius naturæ artificium eſt, ita ut humanæ artis induſtria non accedat; Ita B. V. tripliciter pulcherrima fuit, Pulchra facie, Pulchra mente, Pulchra corpore, quam pulchritudinem a ſolo Deo habuit, nihil conferente exteriori ornatu. S. Vincentius Fer. ait: *Beata Virgo non curabat de ornamentis*. Picinelli Mund. Symb. l. 2. n. 258.

Sicut Iris ſuo circulo orbem immenſum circumdat: Ita B. V. Filio Divino gravida, ut ait S. Petrus Dam. Immenſum concepit, æternum genuit, genitum ante ſæcula parturivit. Picinel. Ibid. nu. 276.

Sicut Aurora lucet media inter diem ac noctem, ita B. V. ſingulariter patrona eſt pœnitentium, qui quaſi ſunt medii inter diem gratiæ, & noctem peccati. B. Serm. 75. n. 15. Auroræ.

Sicut Aurora roſas parit, ita B. V. Chriſtum primam novi Teſtamenti roſam. M. conc. 25. aſſ. 1. n. 7.

Sicut Aurora ſuccurrit Jacobo luctanti, ita B. V. nobis decertantibus in hujus vitæ prælio. M. conc. 39. aſſ. 3. n. 7. Vide Analogias B. V. & auroræ deſcriptas apud Corn. a Lap. in Cant. fol. 279. col. 2.

Sicut Aurora rorem ſpargit, ſic Maria exſiccatis cordibus rorem gratiæ aſpergit. H. Serm. 26. fol. 252.

Ipſa finis fuit Judaiſmi & Gentiliſmi adeoque Eccleſiæ aurora. C. in Prov. 4. v. 18.

Quia juſtorum exemplar eſt. B. Ser. 75. n. 15. Soli.

Quia in omnes univerſim benefica eſt. M. conc. 28. aſſ. 1. num. 7. 8. & aſſ. 3. n. 8. & conc. 32. aſſ. 1.

Quia Maria eſt præſtantiſſimus cæli oculus, illuminat omnem hominem, ac Divinæ iræ tenebras in gratiarum lumen convertit. Calamat. Mar. Ser. 1. in Exord.

Sicut Sol calefacit, inflammat, fœcundat: ita B. V. corda hominum &c. H. Serm. 26. fol. 253.

Sicut Sol non exſpectat preces, ut oriatur: ita B. V. ut ait Richardus a S. Vict. velocius occurrit ſua pietate, quam invocetur, & cauſas miſerorum anticipat. Picinelli Mund. Symb. l. 1. n. 55.

Sicut Sol ſplendore excedit omnes Planetas; ita B. V. dignitatis & virtutum excellentia ſuperat omnes Sanctos. Picinelli ibid. n. 75.

Sicut Luna in nocte, ita B. V. etiam peccatoribus prodeſt. B. Ser. 75. n. 15. Lunæ.

Sicut Luna ex omnibus Planetis eſt nobis vicinior, ita B. V. nobis intimior. M. conc. 18. aſſ. 2. n. 2. Item C. in Apoc. 12. v. 1. Et Apoc. 43. v. 7.

Sicut Luna omnes influxus, quos a Sole recipit, terræ communicat: ita B. V. omnes gratiarum theſauros a Filio receptos nobis elargitur. M. conc. 25. aſſ. 3. n. 4.

Maria eſt in cœlo ſupremo, Luna in infimo, ideo calcatur Luna. M. conc. 32. aſſ. 1. n. 10.

Luna plus lucis participat a Sole quam ceteræ Stellæ: ita Maria plus ſanctitatis participat a Chriſto, quam omnes Sancti. H. Serm. 22. fol. 212. & 252.

Sicut Luna inter omnes Stellas plena orbita emicat; ita B. V. inter omnes Sanctos, quippe qui huic comparati, non niſi Stellulæ videntur. Picin. Mund. Symb. l. 1. n. 215.

Quia.

Arca Noe. Quia ad ſe confugientes conſervat. B. Serm. 75. n. 1.

Quia ex communi diluvio peccati originalis erepta fuit. M. conc. 4. aſſ. 2. n. 4.

Sicut Arca Noe communis diſcriminis in cataclyſmo expers fuit; ita B. V. omnibus Adami poſteris intra labis originariæ diluvium ſepultis, ſola tantam tempeſtatem immunis evaſit. Picinelli Mund. Symb. l. 20. n. 14.

Sicut Arca Noe pecudes & homines ſalvavit; ita B. V. juſtos & peccatores: hinc Heſychius: *Arca eſt, Arca Noe latior, longior, illuſtrior*. Picinel. ib. n. 16.

Maria Navis eſt de longe portans panem, 1. quia omni virtute plena fuit. 2. Etiam dormiens merita auxit. 3. Animavit Sanctos contra hæreſes. C. in Prov. 31. v. 14.

Arca Testamenti. Quia bonis prodeſt, malis nocet. B. Serm. 75. n. 22.

Quia ſervat peccatorem, ſicut Arca ſervavit Abiathar. B. Serm. 48. n. 35. M. conc. 32. aſſ. 3. n. 11.

Quia Deus mira per illam operatur, ait S. Bern. C. Gen. fol. 509. col. 1.

Propter munditiam, virginitatem fœcundam, & interceſſionem. C. Exod. 25. v. 10. fol. 509. col. 1.

Arca contecta fuit Propitiatorio, quod proprie erat operculum illius ex auro: intus in Arca aſſervabantur tabulæ, & Virga Moyſis, & Manna, ut intelligas ſi propitiatione Beatæ Virginis frui velis, opus eſſe obſervatione mandatorum, mortificatione, & SS. Communionis uſu. C. Ex. 25. v. 17.

Turri Davidis armatæ. Quia quemlibet tuetur, & facilem ad ſe concedit aditum. S. punct. 131. f. 407.

Hac de cauſa etiam vocatur caſtrorum acies ordinata, quia terribilis eſt dæmonibus. H. Serm. 26. fol. 254.

Sicut milites ad bellum accincti a vicina turri plurimum animantur: Ita B. V. veluti Turris Davidica, & turris eburnea Chriſtianis militibus generoſam mentem inſpirat, & ad illuſtria trophæa promovet; hinc a S. Auguſtino vocatur, *Virtus pugnantium, & palma victorum*. Picinelli Mund. Symb. l. 23. n. 230.

Sicut turris & litus opportunitate, & armorum apparatu eſt militum tutiſſima ſtatio; Ita Mater Dei non tantum ſuper omnes creaturas inſtar turris eminet, ſed inſuper ædificata eſt cum propugnaculis, & mille clypeis, ut ſuos clientes adverſus hoſtium impetum ſecuros reddat. Picinelli ibid. n. 232.

Cedro. Quia lignum Cedrinum ſerpentes fugat; ita B. V. morſum originalis peccati. M. conc. 4. aſſ. 3. n. 3. 4. & ſeq.

Sicut Cedrus ſemper vireſcit; ita Maria nullum virtutis vigorem unquam perdidit. Sicut Cedrus nunquam putreſcit; ita Maria omni peccati putredini ſemper reſtitit. Sicut Cedrus in altitudine montium creſcit: Ita Maria in montibus juſtitiæ primitivæ fondamentum poſuit. Calamat. Mar. Serm. 2. fol. 32.

Sicut Cedrus odore ſuo lætificat, & ſerpentes fugat; ita Maria &c. H. Serm. 26. fol. 254.

Cedrus conjunctos ſimul fert fructus & flores; ita B. V. Virginitatis flori conjunxit Maternitatis fructum; hinc S. Petrus Chryſol. acquiſivit honorem Matris, & Virginitatis gloriam non amiſit Picinelli l. 9. n. 137.

Columbæ. Quia ſicut Columba ramum olivæ, & pacis portat: Ita B. V. pacem affert peccatoribus. M. conc. 18. aſſ. 2. n. 2. Et Picinelli l. 4. n. 263.

Sicut Columba ante Arcam Noemiticam volitans, ramo olivæ pacem annuntiavit; ita B. V. in cælos aſſumpta æternæ beatitatis quietem non ſibi duntaxat aſſecuta eſt, ſed inſuper omnes ſuos clientes ad illam promovet. Picinelli l. 4. n. 273.

Columbæ leguntur nonnunquam in obſidionibus urbium, pendulis e collo litteris, caduceatorum munus obiiſſe, & pacem ſanxiſſe; Ita B. V. precum ſuarum interventu Deum nobis iratum conciliat. Picinelli ibid. n. 283.

Columba ſuper aquas in montis cacumine reſidens contra accipitrem ſecura eſt, nam ab umbra volitantis hoſtis in aquis viſa monetur, ut intra petram ſe recipiat; Ita B. V. ſuos famulos monet de impendente periculo. Picinelli ib. n. 287.

Mari. Quia ſicut e Mari omnia flumina ſcaturiunt, ita a Maria omnes gratiæ. M. conc. 18. aſſ. 3. n. 1. Et Calamat. Mar. Serm. 2. fol. 28. & ſeq.

Sicut Mare inexhauribile eſt; ita miſericordia Mariæ. M. conc. 18. aſſ. 3. n. 1. Eodem ſenſu vocatur etiam puteus aquarum. M. conc. 32. aſſ. 3. n. 3. Et amaritudo maris. Vid. infr. *Nomen Mariæ*.

Sicut per Mare pacificum ſecure navigatur, ita per Mariam ſecure ad cælum pervenitur; ait Barradius. Lucian. Inſtr. Catech. p. 2. conc. 75. n. 2.

Sicut in mari datur compendium viarum, quibus cito de loco in locum ſine ambagibus venitur: ita per Mariam compendioſe venitur ad cælum. Lucian. ib. n. 5.

Sicut guttæ Maris dinumerari non poſſunt, ita nec gratiæ Mariæ. H. Serm. 22. fol. 216.



Virga Moyſis. Quia ſicut Virga Moyſis devoravit Virgas Ægyptiorum, ita Maria hæreſes vicit. M. conc. 25. aſſ. 1. n. 3. Et devorat potentiam ſpirituum tenebrarum. M. conc. 39. aſſ. 3. n. 8.

Virga inſtar ſceptri a Deo Moyſi data eſt, tanquam ſymbolum poteſtatis, qua Moyſes percuſſit Ægyptios, & rexit ac gubernavit Hebræos; Parem in modum Deus conſtituit Mariam, ut amabilem fidelibus, & ut terribilem heterodoxis. C. Exod. 4. v. 2.

Virga Moyſis figura erat Crucis Chriſti, quam adeo amavit Maria, ut ab ea uſque ad mortem Filii non receſſerit, imo uſque ad mortem propriam. Significare per hoc vult, quod qui patrocinio ſuo frui velit, non ſit crucifuga &c. C. in Exod. 4. v. 2.

Stellis. Sicut Stella abſque ſui læſione emittit radium, ita B. V. Filium. M. conc. 32. aſſ. 1. n. 12.

Sicut nautæ ad Stellam polarem attendunt; ſic nos in mari mundi Mariam attendamus. Ibid. n. 13.

Sicut Stellæ ſunt ex materia incorruptibili; ita Maria ſemper incorrupta a peccato. M. conc. 39. aſſ. 1. n. 10.

Stella polaris magnetem nauticum regit, & viam monſtrat: Ita Maria ferrea pectora trahit. H. Serm. 22. fol. 216.

Stella ſplendoris ſui radio ad ipſum uſque infimum hunc orbem demittitur: Ita B. V. Verbo Divino gravida, inſtar Stellæ, terram cælo mira concordia univit, *in ſe recancilians ima ſu omis*. Picinelli l. 1. n. 337.

Umbra, quam Sol infra orbem lucens, ſurſum ad Stellas proiicit, Stellam non attingit: Ita B. V. ab umbra peccati immunis fuit. Picinell. ibid. n. 343.

Palma. Maria eſt *Palma umbroſa ad requiem, honorabilis ad triumphos, ſemper virens, ſemper veſtita foliis, atque ideo non marceſcit*. M. conc. 39. aſ. 3. n. 1. Et C. Eccli 24. v. 18.

Niceph. l. 2. Hiſt. c. 21. Beatiſſima de imminente morte per Archangelum Gabrielem fuit præmonita, qui illi ramum Palmæ obtulit, tanquam victoriæ mortis trophæum. H. Serm. 1. fol. 9.

Palma eſt ſignum victoriæ; unde SS. Martyres Palmas gerunt in manibus. Ita devotio erga B. V. eſt ſignum victoriæ finalis. H. Ser. 26. fol. 255.

Palma verſus alteram Palmam ramos extendens epigraphen habet: *Intacta maritor!* ſic B. V. ſine Viro gravidatur: Viri neſciam ſermo Dei maritat. Picinelli l. 9. n. 336.

Palma ab hyeme non læditur: Ita B. V. ſub cruce heroina imperturbabilis ſtetit. Picinelli ibid. n. 347.

## Nomen Mariæ.

### 10. *Potens contra tentationes.*

AVicula edocta has voces, *Ave Maria*, cum olim e cavea elapſa a Milvo oppugnaretur, has voces clamavit, & milvum repente occidit: ita prodeſt Mariæ nomen contra dæmones. B. Serm. 62. n. 30.

Maria in Canticis ſub figura terribilis exercitus proponitur, qui ad pugnam inſtructus hoſtes conterret, & repellit; ait enim Cardinalis Hugo: *Ad ejus memoriam dæmones contremiſcunt &c.* Calamat. Mar. Diſc. 5. f. 78.

S. Bern. hom. 2. ſuper miſſus eſt. S. Bernardus ait: Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum, reſpice ſtellam, voca Mariam! ſi jactaris ſuperbiæ undis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis, reſpice ſtellam, voca Mariam! In periculis, in anguſtiis, in dubiis Mariam cogita, Mariam invoca! Non recedat ab ore, non recedat a corde! ... Ipſam ſequens non devias, ipſam rogans non deſperas, ipſam cogitans non erras! ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia pervenis! C. in Mich. 6. v. 4.

S. Bonav. 3. Spec. Virginit. 1. S. Bonaventura ait: *Non ſic hoſtes viſibiles timent caſtrorum multitudinem copioſam, ſicut poteſtates, Mariæ vocabulum. Fluunt & pereunt velut a facie ignis, ubicunque inveniunt hujus Nominis devotam invocationem*. C. in Prov. 31. v. 25.

S. Bern. Ser. 52. a. 3. c. 2. *Sicut magnus ignis effugat muſcas, ſic ab ardentiſſima Virginis mente effugantur dæmones &c.* C. Ibid.

### 11. *Eſt teſſera ſalutis.*

Piſces in diluvio non perierunt: Quare? quia in mari fuerunt, & ſervati propter æqualitatem nominis, *congregationes aquarum vocavit Maria*. B. Serm. 81. n. 1 3. 4.

S. Anſelm. l. de excell. Virg. c. 6. S. Anſelmus ait: *Velocior eſt nonnunquam ſalus memorato nomine Mariæ, quam invocato Nomine Domini JESU*. B. Ser. 71. n. 8.

Dignum plane eſt animadverſione, quod Chriſtus Dominus in Evangelio ſingulariter ſe beneficium exhibuerit erga Samaritanos: diu collocutus eſt cum muliere, quæ exiit de Samaria ad fontem Sichar: laudavit leproſum de Samaria propter ſuam gratitudinem: non paſſus eſt, ut Apoſtoli ignem de cælo evocarent ſuper Samaritanos, aliaque beneficia illis contulit, quæ non contulit Judæis. Quare? reſponderi poteſt, quia

quia urbs Samaria conformitatem nominis habet cum nomine Maria.

Maria non tantum mari comparatur, ſed ejus etiam nomen interpretatur 1. *Amaritudo maris*; quia ipſa mare, id eſt, Chriſtum ambiit, qui omnem amaritudinem humani generis dulcoravit. 2. *Myrrha maris*, quia tam magnum fuit mare doloris & amoris ſub cruce, ut ipſa paſſionem Chriſti pectore ſuo concluſerit. 3. *Deſtrix maris*; quia ipſa eſt illuminatrix, quæ omnes in hoc procelloſo ſæculi mari ſe invocantes illuminat. 4. *Pluvia maris*; quia gratiarum copiam e cælo in homines depluit. 5. *Domina maris*; quia terra, marique dominium habet totius mundi. 6. *Celſitudo maris*, quia omnes hujus ſæculi ærumnas ſuperat, & omnes afflictos exhilarat. C. in Prov. 8. v. 29.

### 12. *Eſt nomen proficuum & ſalutare peccatoribus.*

Sanctus Bernardus audet quinque litteras Mariani nominis comparare quinque ſacris Vulneribus; ſicut illa ſunt fontes ſalutis, ita iſtæ totidem canales, per quos gratiarum unda affluit. *[S. Bern. apud Pel. in ſpec. 5. 273.]* *Sicut Chriſtus quinque Vulneribus ſuis contulit plene remedia mundo, ita B.V. ſuo Sanctiſſimo nomine, quod quinque litteris conſtat, confert quotidie veniam peccatoribus.* Paoletti in Feſt. Nat. n. 16.

Peccator intelligitur per viatorem Jerichuntinum, per oleum autem ejus vulneribus infuſum intelligitur Mariæ Nomen. Paoletti Ibid. n. 15.

Initio creationis terra fuit maledicta: econtra ſupra aquas ferebatur Spiritus Dei: cur non & aqua fuit maledicta? Carthagena ait, id fuiſſe factum in reverentiam nominis Mariæ; nam congregationes aquarum vocatæ ſunt Maria. Lucian. Inſtr. Catech. p. 2. conc. 75. n. 3.

S. Bernardus hortatur, ut nomen Mariæ ſemper in ore, præſertim in periculis & neceſſitatibus feramus: *[S. Bern. Serm. de Aſſumpt.]* *Si ingenti peccatorum multitudine turbaris, Mariam invoca, & quietaberis: ſi conſcientiæ turpitudine confunderis, Dei Matrem accede, & ſerenaberis &c.* Calamat. Mar. Diſc. 5. f. 84.

*Oleum effuſum nomen tuum.* Oleum ſupernatat liquoribus: Ita miſericordia Maria ſuperat omnes Sanctos. Oleum rigida emollit: ita Maria peccatorum pectora ad pœnitentiam flectit. Oleum contracta membra relaxat: ita Maria claudos in via mandatorum Dei roborat. Oleum cibos condit: ita Maria miſerias hujus vitæ dulcorat. Oleum vires reſtaurat: ita Maria, qui laborant, & onerati ſunt, reficit. Oleum in lampade ignem nutrit: ita Maria caritatis flammam auget &c. H. Serm. 14. fol. 137.

S. Bernardus ait: *[S. Bern. Ser. 4. de Aſſumpt.]* Si criminum immanitate turbatus, ſi conſcientiæ fœditate confuſus, ſi judicii horrore perterritus, barathro deſperationis abſorberis, Mariam cogita, Mariam invoca! non recedat a corde, non recedat ab ore! .... & ſic in temetipſo experiri poteris quam merito dictum ſit, & nomen Virginis Maria!

### 13. *Honoratur a Sanctis.*

S. Gerardus Martyr & Epiſcopus Canadienſis in Hungaria ita amabat Mariam, ut ſiquis familiarium veniam ab ipſo peteret nomine Mariæ, mox lacrymis perfuſus, non ſolum veniam dare, ſed viciſſim, ac ſi ipſe reus eſſet, veniam rogare cæperit. H. Serm. 27. fol. 269. *[Surius in Vit. 24.]*

S. Odilo Abbas Cluniacenſis quoties Nomen Mariæ pronunciari audivit, ſe profundiſſime inclinavit: Idem hoc fecit ſub verbis Hymni Ambroſiani: Non horruiſti Virginis uterum. H. Ser. 27. f. 271. *[S. Petr. Dam. in Vita.]*

B. Hermannus Ord. Præmonſt. qui a B. V. in ſponſum fuit electus adjecto ei nomine Joſeph, nomen Mariæ nec audire, nec pronuntiare voluit, niſi in terram proſtratus. N. 7. April.

B. V. in morte Apoſtolorum & Angelorum cantu, ac ſplendoribus honoratur. Ubi Judæus invidens Mariæ hanc gloriam, dum feretrum evertere tentat, ariditate & ingenti dolore manus punitur. Bagatta l. 1. §. 5. n. 3.

Honoratur Beatiſſima in locis ac peregrinationibus ſibi propriis: Talis eſt in Hiſpania *Mons Serratus*, ubi S. Ignatius vitæ mutationem auſpicatus eſt. In Gallia *Laudunum*, ubi Statua Deiparæ Angelicis manibus facta. In Italia *Lauretum*, ubi extat Domus Nazaretana, quæ angelicis manibus bis alio translata fuit. In Auſtria *Cellæ*, ubi Henricus Marchio in gratitudinem recuperatæ valetudinis inſignem Eccleſiam conſtruxit. In Bohemia *Boleſlavia*, in Bavaria *Vetus Ottinga*, in Helvetia *Eremus* vulgo Einſidlen, & alibi, ubi Nomen Mariæ millenis laudibus celebratur, Nomen, inquam, Angelis amabile, dæmonibus terribile, Juſtis conſolabile, & peccatoribus ſalutare &c.





### 14. *Eſt auditu dulce, & potens in adverſis.*

Angeli quærunt ter, *quæ eſt iſta?* an non noverunt? utique noverunt ſuam Dominam, reſpondet Richardus a S. Laur. *[Rich. a S. Laur. l. 1. de Laud. Virg. c. 2.]* *Dulce nomen ſibi deſiderant reſponderi.* B. Serm. 75. n. 6.

S. Bernardinus ait: *Da mihi Virgo virtutem, ingenium, & ſermonem, ut fidelibus poſſim nuntiare gloriam nominis tui.* conc. 18. aſſ. 3. n. 1.

Sanctus Joſephus in ſua perplexitate erigitur per Nomen Mariæ. Paoletti Feſt. Nat. n. 20. Item Magdalena a Chriſto in ſpecie hortulani apparente hac ipſa ex cauſa vocatur: *Maria &c.* Ibid. n. 23.

Oportet univerſos Chriſticolas inter *[S. Bern. Ser. 4. de Aſſumpt.]* fluctus hujus ſæculi navigantes attendere hanc *maris ſtellam*; & reſpectu ejus exempli ejus vitæ curſum dirigere, .... ſic proſpere veniet ad portum quietis æternæ, ait S. Bernardus.

Anno 1320. Menſe Junio terribilis tempeſtas Urbi Viterbienſi exitium minabatur. Concurrerant ergo cives ad Sacellum S. Annæ & ibi Beatam Virginem in imagine ſua prodigioſam invocabant, repetito iterum, iterumque Nomine Mariæ. Et ecce rediit ſerenitas, auditaque in aere imperioſa vox, qua dæmones in infernum redire jubebantur. Bagatta l. 3. c. 2. §. 1. n. 29.

Itinerans quidam nocte incumbente in diverſorium latronibus infeſtum ſe recepit. Componit ſe ad ſomnum, invocato prius Nomine Mariæ. Et ecce! advenantes latrones tota nocte aditum illius tugurii invenire non potuerunt. Bagatta l. 2. c. 3. §. 3. n. 14.

### 15. *Reverenter debet tractari.*

In Polonia nulli feminæ imponitur nomen Mariæ propter reverentiam. Continno in Mariali tract. 4. conſ. 5. n. 12. & tract. 15. conſ. 4. n. 4.

Quomodo autem vel maxime reverenter tractari poteſt? reſpondeo, per æmulationem virtutum Marianarum, præſertim caſtimoniæ: Non ſine myſterio in illo textu dicitur: *Et Nomen Virginis Maria.* Cur non dicitur & Nomen Matris &c. quia hæc duo ſemper conjungenda ſunt, *eſſe Virginem, & vocari Mariam &c.* Paoletti in Feſt. Nativ. n. 28.

Ex duobus Indis, exorta gravi tempeſtate, unus devote invocabat, alter deridebat Nomen Mariæ: Et ecce! primus incolumis evaſit, alter fulmine tactus, & exuſtus eſt. Bagatta Lib. 3. c. 2. §. 1. n. 12.

Annulum, quo B.V. a S. Joſepho fuit deſponſata, Peruſii quædam femina, nomine VValdrada, digito ſuo temerarie inſeruit, & digitus eo momento exaruit. Bagatta Lib. 5. c. 3. §. 4. n. 1. En! reverentiam & devotionem exigit Virgo.

Cum ſub Leone Iſaurico Saraceni urbem Conſtantinopolim fruſtra obſiderent, in reditu per Ægeum mare Dux eorum Nomen Mariæ horrendum in morem blaſphemavit. Et ecce! claſſis eorum per igneam grandinem deſtructa eſt, naves in mediis aquis arſerunt. Bagatta l. 3. c. 2. §. 1. n. 27.

## Reliquiæ Veſtium B.V.

### 16. *Ubi locorum aſſerventur.*

Ludovicus ſextus Rex Galliæ urbem Carnutenſem (Chartres) incendio peſſumire decreverat, quia rebellaverat: Cives cum victrici Regi reſiſtere non poſſent, armato obviam ibant, & Clerus in conto portabat togam, quam B.V. in vita geſſerat: Rex hoc aſpectu manſuefactus veniam dedit. F. p. 3. L. 6. f. 170. in fine. Et D. 4. c. 76.

Immolæ in Monaſterio Patrum Montis Oliveti aſſervatur velum capitis B.V. quo ſolemni ritu ad locum delato, ubi immanis draco ſtabulabatur, hominibus, & gregibus infeſtus, data benedictione occiſus eſt. Hujus beneficii memoria in hodiernam uſque diem quotidie renovatur per pulſum campanulæ ad id deſtinatæ. Bagatta Lib. 7. c. 1. §. 18. n. 9.

Aquisgrani faſcia, qua Chriſtum involvit, item B.V. ſubucula, & ſacri capilli. Atlas Mar. Schereri. f. 93. Toga, peplum & tibialia Ratisbonæ in Nobili Parthenone vulgo Nidermunſter. D. 1. 6. ultra medium. Lac in Monaſterio S. Claræ Aſſyſii: Capilli Romæ in Eccleſia S. Crucis, & Ratisbonæ ad S. Emeramum. Lecti pars ad S. Mariam Majorem Romæ. Subucula Aquisgrani: tunicæ duæ e terra ſancta Conſtantinopolim aſtu transferuntur, ubi Eccleſia ædificatur in earum honorem &c. D. 4. 76. E. *Reliquiæ* n. 3. Zona B. V. tempore Leonis Imperatoris fuit Conſtantinopoli, per quam Zoe Imperatrix fuit ſanitati reſtituta. E. *Reliquiæ* n. 2.

Tunica B. V. a Candido & Galbino fratribus Patriciis ex Galilæa Conſtantinopolim translata fuit. In ejus honorem Im-

perator rotundum templum extruxit, ubi plurima facta ſunt miracula. H. Serm. 2. fol. 18.

Manica B. V. Forolivii in templo S. J. ex Ducatu Brunſvvicenſi illuc allata. H. 2. fol. 34.

Annulus, quo B. V. a S. Joſepho fuit deſponſata, aſſervatur Peruſii in Italia, ibique miraculis claret, præſertim ad partus facilitatem, & ad componentium conjugum animos valet. Bagatta Lib. 5. c. 3. §. 4. n. 1.

## De Cultu B. V.

### 17. *Liberat peccatorem ab interitu.*

Osor. Ser. 4. de dev. ad B. V.

ABiathar a Salomone fuiſſet damnatus ad mortem, niſi in humeris portaſſet arcam Domini. Ubi Oſorius: *Ita multi ad infernum jam eſſent detruſi, niſi hanc portaſſent arcam in corde ſuo.* B. Serm. 48. n. 35.

Quidam Mexicanus, ob indignæ communionis & aliorum ſcelerum conſcientiam in deſperationem delapſus, latrociniis ſe dedit. Aliquando in ſilva errantem puellam occupavit, eamque honore ac vita exuere conſtituit. Miſera in his anguſtiis roſarium extrahit, & per Mariæ nomen miſericordiam orat. Latro audito hoc nomine parcit puellæ, dein repente ardentiſſima contritione inflammatus confeſſionem facit, & ſalutem conſequitur. R. cent. 3. p. 2. mir. 25.

Hinc Cultus Beatiſſimæ eſt ſignum prædeſtinationis. Sicut certiſſimum impietatis, & reprobationis ſignum eſt, cultum Mariæ impedire, aut obſcurare: ita, ait S. Bernardus, *Certiſſimum ſignum, nos eſſe cum S. Michaele, & Angelis ejus, eſt illud, præliari adverſus eos, qui dignitatem Mariæ diminuunt aut extenuant.* H. Ser. 1. in Exord.

S. Bern. ſuper ſignum Magnum.

Beatiſſima Virgo dixit B. Alano: Recitare cum guſtu, & devotione Angelicam ſalutationem, eſt ſignum æternæ prædeſtinationis. *Kiſelius f. 193. in Fav. N. 9. Jul. &c.*

Peregrinus Viator in regione incognita ſubito intempeſta nocte obruitur: in cæca hac caligine neſcit, quo vadat! Audit ſibila latronum, ululatus luporum, rugitus leonum, & in nubibus tonitrua. Quid agit? lamentatur, ingemiſcit, deſperat. Verum ecce! ſubito argenteam lunam oriri videt, quæ regionem ita illuminat, ut viam proſequi, & ad terminum pertingere poſſit. Peccator lumine gratiæ orbatus in tenebris ambulans, non habet, in quo ſperet, niſi lunam Mariam! hac opitulante, viam ad patriam invenit &c.

### 18. *Se ſolo non prodeſt ſine pœnitentia.*

Cum Chriſtus Dominus de cruce Matrem ſuam Joanni commendavit, *Ecce Mater tua,* non eum nomine compellavit: imo etiam Sanctus Evangeliſta tantum ait: *Deinde dicit Diſcipulo,* cur non nomine vocat? reſpondet Oſorius: Quia qui Mariam Matrem habere vult, diſcipulus Chriſti eſſe debet. *Non eum nomine proprio appellat, ſed generali vocabulo diſcipulum dicit, quia in quantum diſcipulus, filius eſt Mariæ.* B. Serm. 48. n. 36.

Osor. T. 4. Serm. de devot. ad B. V.

Beatiſſima Virgo vocatur *ſpeculum:* ſpeculum non repræſentat vocem, ſed motum: hinc ſola invocatio B. V. nihil prodeſt, niſi accedant opera emendationis. B. Ser. 67. n. 20. Et Serm. 71. n. 13.

Sunt aliqui ex Chriſtianis, qui putant, ſi confraternitati B. V. nomen dent, ſi eam certo cultu aut jejunio venerentur, ſe non poſſe perire: ſed plane deceptio eſt: Judæi Jeroſolymitani temere confidebant in templo ſuo, ſed a Jeremia Propheta moniti ſunt: *Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Urbs deinde non obſtante templo everſa eſt. Beata Virgo dicitur *templum Domini, ſacrarium Spiritus Sancti:* verum nolite temere confidere, advocata quidem peccatorum, ſed non impœnitentium eſt. Paciuch. in Cant. B. V. Excit. 19. n. 10.

Jerem. 5.

S. Bernardus ait: In anguſtiis, in rebus dubiis Mariam invoca: *Et ut impetres ejus orationis ſuffragium, non deſeras converſationis exemplum.*

S. Bern. Hom. 2. ſuper miſſus eſt.

### 19. *B. V. vult in ſuis imaginibus honorari.*

Biterræ Statuam B. V. magni ponderis, nempe duodecim centenariorum, ex templo ardente unus homo ſuis humeris exportat. H. 2. fol. 23. c. 1.

Gignaci in Gallia B. V. cæcum orantem ſubito illuminavit, eique percepit, ut hoc prodigio teſte, diceret Magiſtratui, ſe in hoc loco in ſua Statua velle honorari. Ædificatum eſt templum, cumque urbs ſumptibus par non eſſet, in partem venit Joannes Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei. H. 2. fol. 24.

Lugduni haud procul ab urbe Statua prodigioſa eſt B. V. quæ muto a Nativitate loquelam dedit. Vovit ille, quot ſingulis annis B. V. in hac Statua viſitare & honorare velit: quotquot ergo diebus diu-



diutius promiſſum diſtulit, tot ſemper diebus mutus fuit. H. 2. fol. 25.

Monte Leonis, oppido Galliæ apparuit B. V. puellæ oviculas ad paſcua educenti, dicens: Vade ad patrem, & dic illi, ut oppidanis referat, velle me, ut in hoc loco mihi templum exſtruant. Ivit puella, ivit pater, ſed pro reſponſo riſum retulit. Interim puella illa abiens rogavit B. V. ut interea temporis oviculas, & panem, quem nigrum habebat, curaret. Cum ergo Deiparæ reſponſum oppidanorum retulit, illa puellæ panem reſtituit, ſed candiſſimum. Hoc ſigno pater commovit oppidanos, extructum eſt templum. H. 2. fol. 26.

Pientiſſimus Rex Arragoniæ Jacobus Beatiſſimæ Virginis honori duo templorum millia ædificavit. N. 27. Jul.

Deipara Virgo B. Lidvvinæ ſertum de cælo affert, præcipitque ut illud quod erat mirifici odoris, ſuæ imagini in Eccleſia imponeretur. Bagatta L. 6. c. 2. §. 1. n. 5.

### 20. *Utiliſſimus ad impetranda quævis dona.*

Turris David mille pendentes habebat clypeos: S. Ambr. legit, mille oſtia, ut colligas, quam facilis ſit aditus: turres mundi tantum unicum oſtium, & clauſum habent, at aliter perfugium ad Mariam: devotio iſta oſtium eſt, corona oſtium eſt, officium oſtium eſt &c. S. punct. 131. fol. 407.

S. Anſel. l. de Excell. Virg. c. 6.

S. Anſelmus ait: *Nihil utilius poſt Deum memoria Matris ejus, nihil ſalubrius ejus cultu, nihil fructuoſius ejus invocatione; Ideo namque Filius ejus ipſam in cæleſtibus regnis exaltavit ... ut Chriſti in terris relictæ militanti Eccleſiæ & fidelibus omnibus interceſſione ſua patrocinioque auxilium, opemque exhiberet.* H. Ser. 9. f. 75.

Mirabilis eſt virtus lapidum ſeu unionum. Lapis ſelenites, viridis coloris, in medio habet imaginem lunæ, candido colore depictam, quæ creſcente luna creſcit, & decreſcente decreſcit: illud autem mirum, quod phthyſicis, in quibus humor vitalis deficere videtur, plurimum proſit, eoſque conſervet. Sic devotio erga Beatiſſimam aridis peccatoribus novum ſuccum & vigorem ſubminiſtrat; illa enim pulchra eſt ut luna. H. Serm. 20. fol. 199.

B. V. ſervos ſuos veſtit duplicibus; quia illis in hac vita gratiam, in altera autem ſpecialem gloriam impetrat, vi cujus illi, qui B. V. in hac vita ſingulariter ſervierunt, peculiari gloriæ veſte, velut famuli Reginæ diſcriminabuntur. C. in Prov. 31. v. 21.

### 21. *Deo & B. V. eſt gratiſſimus.*

Cum S. Ildefonſus Epiſcopus Toletanus ſepulcrum S. Leocadiæ veneraretur, Sancta e ſepulcro viſibilis prodiit, illique grates retulit, quod B. V. honorem contra hæreticos ſtrenue defenderet. Cum Sancta ad tumulum redire vellet, Ildefonſus partem e velo capitis illius abſcidit, quæ hodiedum Toleti in memoriam miraculi aſſervatur. R. cent. 2. part. 2. mir. 6.

S. Bernardus ait: *Totis medullis cordium ... & votis omnibus Mariam veneremur; quia ſic eſt voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam.* H. Serm. 28. fol. 277.

S. Bern. Serm. de aquæductu.

Cultus Beatiſſimæ Matris redundat in Filium, ita expreſſe Rupertus Tuitienſis: Totus honor impenſus Matri ſine dubio redundat in gloriam Filii; qui enim dixit, Honora Patrem tuum & Matrem tuam, non dubium, quin & ipſemet honoret, & ab omnibus amicis ſuis, ſuam velit honorari Matrem. H. Ser. 7. fol. 59.

Rupert. l. 6. in Cant.

S. Caſimirus Poloniæ Princeps a teneris Mariam ardentiſſime amavit. In ejus honorem hymnum compoſuit, quem quotidie recitavit. Unde in Sanctorum numerum relatus, miraculis a Deo honoratus eſt. Corpus ejus incorruptum, una cum hymno illo poſt plurimos annos repertum fuit. H. Serm. 26. fol. 258.

S. Stanislaus Epiſcopus tenerrime amans Mariam, & tenerrime amatus a Maria. H. Serm. 26. fol. 258.

S. Hedvvigis cum iconcula B. V. quam ſemper ſecum geſtabat, mira patrat. S. Cunigunda vix nata carmen *Ave Regina cælorum* cantat. H. Ibid.

S. Henricus Imp. in quamcunque urbem veniret, primam noctem in illa æde orando conſumpſit, quam B. V. ſacram eſſe intellexit. Eccleſiam Cathedralem Bambergenſem B. V. ædificavit. Unde in ipſo Matrimonio prodigium Virginalis caſtitatis fuit. H. Serm. 27. fol. 268.

S. Stephanus Hungariæ Rex univerſum Regnum Virginis tutelæ conſignavit, cique Albæ inſignem Baſilicam ædificavit. H. Serm. 27. fol. 268.

S. Eleazarius Comes a teneris Mariam in patronam elegit, & quotidie ſe ejus patrocinio commendavit. Hinc Chriſtus illius Nutrici Garſendæ dixit: Huic juveni, pro quo oras, Matrem meam dedit Magiſtram, nihil de illo dubites. H. Serm. 27. fol. 270.

Surius in vita c. 14.

perator rotundum templum extruxit, ubi plurima facta ſunt miracula. H. Serm. 2. fol. 18.

Manica B. V. Forolivii in templo S. J. ex Ducatu Brunſvvicenſi illuc allata. H. 2. fol. 34.

Annulus, quo B. V. a S. Joſepho fuit deſponſata, aſſervatur Peruſii in Italia, ibique miraculis claret, præſertim ad partus facilitatem, & ad componentium conjugum animos valet. Bagatta Lib. 5. c. 3. §. 4. n. 1.

## De Cultu B. V.

### 17. *Liberat peccatorem ab interitu.*

Oſor. Ser. 4. de devot. ad B. V.

ABiathar a Salomone fuiſſet damnatus ad mortem, niſi in humeris portaſſet arcam Domini. Ubi Oſorius: *Ita multi ad infernum jam eſſent detruſi, niſi hanc portaſſent arcam in corde ſuo.* B. Serm. 48. n. 35.

Quidam Mexicanus, ob indignæ communionis & aliorum ſcelerum conſcientiam in deſperationem delapſus, latrociniis ſe dedit. Aliquando in ſilva errantem puellam occupavit, eamque honore ac vita exuere conſtituit. Miſera in his anguſtiis roſarium extrahit, & per Mariæ nomen miſericordiam orat. Latro audito hoc nomine parcit puellæ, dein repente ardentiſſima contritione inflammatus confeſſionem facit, & ſalutem conſequitur. R. cent. 3. p. 2. mir. 25.

Hinc Cultus Beatiſſimæ eſt ſignum prædeſtinationis. Sicut certiſſimum impietatis, & reprobationis ſignum eſt, cultum Mariæ impedire, aut obſcurare: ita, ait S. Bernardus, *Certiſſimum ſignum, nos eſſe cum S. Michaele, & Angelis ejus, eſt illud, præliari adverſus eos, qui dignitatem Mariæ diminuunt aut extenuant.* H. Ser. 1. in Exord.

S. Bern. ſuper ſignum Magnum.

Beatiſſima Virgo dixit B. Alano: Recitare cum guſtu, & devotione Angelicam ſalutationem, eſt ſignum æternæ prædeſtinationis. *Kiſelius f. 193. in Fav. N. 9. Jul. &c.*

Peregrinus Viator in regione incognita ſubito intempeſta nocte obruitur: in cæca hac caligine neſcit, quo vadat! Audit ſibila latronum, ululatus luporum, rugitus leonum, & in nubibus tonitrua. Quid agit? lamentatur, ingemiſcit, deſperat. Verum ecce! ſubito argenteam lunam oriri videt, quæ regionem ita illuminat, ut viam proſequi, & ad terminum pertingere poſſit. Peccator lumine gratiæ orbatus in tenebris ambulans, non habet, in quo ſperet, niſi lunam Mariam! hac opitulante, viam ad patriam invenit &c.

### 18. *Se ſolo non prodeſt ſine pœnitentia.*

Cum Chriſtus Dominus de cruce Matrem ſuam Joanni commendavit, *Ecce Mater tua*, non eum nomine compellavit: imo etiam Sanctus Evangeliſta tantum ait: *Deinde dicit Diſcipulo*, cur non nomine vocat? reſpondet Oſorius: Quia qui Mariam Matrem habere vult, diſcipulus Chriſti eſſe debet. *Non eum nomine proprio appellat, ſed generali vocabulo diſcipulum dicit, quia in quantum diſcipulus, filius eſt Mariæ.* B. Serm. 48. n. 36.

Oſor. T. 4. Serm. de devot. ad B. V.

Beatiſſima Virgo vocatur *ſpeculum*: ſpeculum non repræſentat vocem, ſed motum: hinc ſola invocatio B. V. nihil prodeſt, niſi accedant opera emendationis. B. Ser. 67. n. 20. Et Serm. 71. n. 13.

Sunt aliqui ex Chriſtianis, qui putant, ſi confraternitati B. V. nomen dent, ſi eam certo cultu aut jejunio venerentur, ſe non poſſe perire: ſed plane deceptio eſt: Judæi Jeroſolymitani temere confidebant in templo ſuo, ſed a Jeremia Propheta moniti ſunt: *Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Urbs deinde non obſtante templo everſa eſt. Beata Virgo dicitur *templum Domini, ſacrarium Spiritus Sancti*: verum nolite temere confidere, advocata quidem peccatorum, ſed non impœnitentium eſt. Paciuch. in Cant. B. V. Excit. 19. n. 10.

Jerem. 5.

S. Bernardus ait: In anguſtiis, in rebus dubiis Mariam invoca: *Et ut impetres ejus orationis ſuffragium, non deſeras converſationis exemplum.*

S. Bern. Hom. 2. ſuper miſſus eſt.

### 19. *B. V. vult in ſuis imaginibus honorari.*

Biterræ Statuam B. V. magni ponderis, nempe duodecim centenariorum, ex templo ardente unus homo ſuis humeris exportat. H. 2. fol. 23. c. 1.

Gignaci in Gallia B. V. cæcum orantem ſubito illuminavit, eique percepit, ut hoc prodigio teſte, diceret Magiſtratui, ſe in hoc loco in ſua Statua velle honorari. Ædificatum eſt templum, cumque urbs ſumptibus par non eſſet, in partem venit Joannes Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei. H. 2. fol. 24.

Lugduni haud procul ab urbe Statua prodigioſa eſt B. V. quæ muto a Nativitate loquelam dedit. Vovit ille, quot ſingulis annis B. V. in hac Statua viſitare & honorare velit: quotquot ergo diebus diutius promiſſum diſtulit, tot ſemper diebus mutus fuit. H. 2. fol. 25.



Monte Leonis, oppido Galliæ apparuit B. V. puellæ oviculas ad paſcua educenti, dicens: Vade ad patrem, & dic illi, ut oppidanis referat, velle me, ut in hoc loco mihi templum exſtruant. Ivit puella, ivit pater, ſed pro reſponſo riſum retulit. Interim puella illa abiens rogavit B. V. ut interea temporis oviculas, & panem, quem nigrum habebat, curaret. Cum ergo Deiparæ reſponſum oppidanorum retulit, illa puellæ panem reſtituit, ſed candiſſimum. Hoc ſigno pater commovit oppidanos, extructum eſt templum. H. 2. fol. 26.

Pientiſſimus Rex Arragoniæ Jacobus Beatiſſimæ Virginis honori duo templorum millia ædificavit. N. 27. Jul.

Deipara Virgo B. Lidvvinæ ſertum de cælo affert, præcipitque ut illud quod erat mirifici odoris, ſuæ imagini in Eccleſia imponeretur. Bagatta L. 6. c. 2. §. 1. n. 5.

### 20. *Utiliſſimus ad impetranda quævis dona.*

Turris David mille pendentes habebat clypeos: S. Ambr. legit, mille oſtia, ut colligas, quam facilis ſit aditus: turres mundi tantum unicum oſtium, & clauſum habent, at aliter perfugium ad Mariam: devotio iſta oſtium eſt, corona oſtium eſt, officium oſtium eſt &c. S. punct. 131. fol. 407.

S. Anſelmus ait: *Nihil utilius poſt Deum memoria Matris ejus, nihil ſalubrius ejus cultu, nihil fructuoſius ejus invocatione; Ideo namque Filius ejus ipſam in cæleſtibus regnis exaltavit ... ut Chriſti in terris relictæ militanti Eccleſiæ & fidelibus omnibus interceſſione ſua patrocinioque auxilium, opemque exhiberet.* H. Ser. 9. f. 75.

S. Anſel. l. de excell. Virg. c. 6.

Mirabilis eſt virtus lapidum ſeu unionum. Lapis ſelenites, viridis coloris, in medio habet imaginem lunæ, candido colore depictam, quæ creſcente luna creſcit, & decreſcente decreſcit: illud autem mirum, quod phthyſicis, in quibus humor vitalis deficere videtur, plurimum proſit, eoſque conſervet. Sic devotio erga Beatiſſimam aridis peccatoribus novum ſuccum & vigorem ſubminiſtrat; illa enim pulchra eſt ut luna. H. Serm. 20. fol. 199.

B. V. ſervos ſuos veſtit duplicibus; quia illis in hac vita gratiam, in altera autem ſpecialem gloriam impetrat, vi cujus illi, qui B. V. in hac vita ſingulariter ſervierunt, peculiari gloriæ veſte, velut famuli Reginæ diſcriminabuntur. C. in Prov. 31. v. 21.

### 21. *Deo & B. V. eſt gratiſſimus.*

Cum S. Ildefonſus Epiſcopus Toletanus ſepulcrum S. Leocadiæ veneraretur, Sancta e ſepulcro viſibilis prodiit, illique grates retulit, quod B. V. honorem contra hæreticos ſtrenue defenderet. Cum Sancta ad tumulum redire vellet, Ildefonſus partem e velo capitis illius abſcidit, quæ hodiedum Toleti in memoriam miraculi aſſervatur. R. cent. 2. part. 2. mir. 6.

S. Bernardus ait: *Totis medullis cordium ... & votis omnibus Mariam veneremur; quia ſic eſt voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam.* H. Serm. 28. fol. 277.

S. Bern. Serm. de aquæductu.

Cultus Beatiſſimæ Matris redundat in Filium, ita expreſſe Rupertus Tuitienſis: Totus honor impenſus Matri ſine dubio redundat in gloriam Filii; qui enim dixit, Honora Patrem tuum & Matrem tuam, non dubium, quin & ipſemet honoret, & ab omnibus amicis ſuis, ſuam velit honorari Matrem. H. Ser. 7. fol. 59.

Rupert. l. 6. in Cant.

S. Caſimirus Poloniæ Princeps a teneris Mariam ardentiſſime amavit. In ejus honorem hymnum compoſuit, quem quotidie recitavit. Unde in Sanctorum numerum relatus, miraculis a Deo honoratus eſt. Corpus ejus incorruptum, una cum hymno illo poſt plurimos annos repertum fuit. H. Serm. 26. fol. 258.

S. Stanislaus Epiſcopus tenerrime amans Mariam, & tenerrime amatus a Maria. H. Serm. 26. fol. 258.

S. Hedvvigis cum iconcula B. V. quam ſemper ſecum geſtabat, mira patrat. S. Cunigunda vix nata carmen *Ave Regina cælorum* cantat. H. Ibid.

S. Henricus Imp. in quamcunque urbem veniret, primam noctem in illa æde orando conſumpſit, quam B. V. ſacram eſſe intellexit. Eccleſiam Cathedralem Bambergenſem B. V. ædificavit. Unde in ipſo Matrimonio prodigium Virginalis caſtitatis fuit. H. Serm. 27. fol. 268.

S. Stephanus Hungariæ Rex univerſum Regnum Virginis tutelæ conſignavit, cique Albæ inſignem Baſilicam ædificavit. H. Serm. 27. fol. 268.

S. Eleazarius Comes a teneris Mariam in patronam elegit, & quotidie ſe ejus patrocinio commendavit. Hinc Chriſtus illius Nutrici Garſendæ dixit: Huic juveni, pro quo oras, Matrem meam dedit Magiſtram, nihil de illo dubites. H. Serm. 27. fol. 270.

Surius in vita c. 14.

Honor Beatiſſimæ Virginis redundat
Eccli. 3. in Filium: *Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filii pater ſine honore*. Sicut gaudemus parentes noſtros honorari, ita ægerrime ferimus eorum contemptum. Hinc venerationem parentum, quam natura tantopere impreſſit, etiam præcepto confirmavit Deus: *Honora Patrem tuum & Matrem tuam*. Quomodo autem Chriſtus dicetur honorare Matrem ſuam, ſi nollet eam a nobis honorari? Henr. Scherer Atlas Mar. in Procemio.

Sochus Eremita, quoties ad loca ſacra viſenda exibat, Statuæ B. V. quam in ſua ſpecu habebat, ſemper cereum accendit. Reverſus ſemper cereum ardentem, nec in minimo conſumptum invenit. H. fol. 7. c. 1.

Beatiſſima Virgo VVilhelmo Abbati Viconienſi, cum illi templum ædificare cogitabat, ipſa ideam ædificandi templi tradidit. *N. 14. Aug.*

*22. Si deficiat eſt ſignum peſſimum reprobationis.*

Holofernes Bethuliam obſeſſurus juſſit aquæductus & canales incidi, ſperans, ſic facillime poſſe expugnari urbem. Sic diabolus facit: cum devotionem erga B. V. nobis eripit, ſperat, quod in omne genus flagitiorum nos præcipites agere, & in infernum detrahere poſſit. H. Ser. 28. fol. 275.

Sicut ramus, qui ſuccum radicis non attrahit, exareſcit; ita Chriſtianus, in cujus pectore devotio, & amor Virginis extinguitur &c. H. Ser. 28. fol. 279.

Hieroſolymis in monte Olivarum pius Eremicola Imaginem B. V. colebat. Hic cum graviſſimis tentationibus moleſtaretur, apparuit illi dæmon, promiſitque, quod illi porro moleſtus eſſe non velit, ſi imaginem Deiparæ e ſua cella deponeret. Eremicola dæmonis fraudem exploſit. Ecce! dæmon ſatagit impedire cultum Deiparæ. H. 2. fol. 6. c. 2.

Sodalis Marianus declinavit conventum recreationis cauſa, monitus a conſodale ut ſecum pergeret ad congregationem, repoſuit: *Non teneor!* perrexit ergo piſcatum. Et ecce! in cymbula qua vehebatur fluctuari, & de ſubmerſione periclitari cœpit. Clamavit ergo in cælum: O Maria adjuva me! Et ex aere vocem audiit: *Non teneor!* Sic clamabunt fruſtra in morte, qui in cultu Mariæ deficiunt.

S. Germ. Hom. de *Nullus eſt*, ait S. Germanus, *qui ſalvus fiat, niſi per te O Sanctiſſima!* Non Porta Deiparæ. autem gratis B. V. hoc tantum obſequium cuiquam impendit!

*23. Prodeſt in caſibus adverſis.*

Haud procul ab Urbe Rhemenſi ſolebant ex proximis villis agricolæ annuatim poſt Paſcha publica ſupplicatione in urbem venire, & ibi Beatam Virginem pro incremento & incolumitate fructuum in ſua prodigioſa imagine invocare: & horum agri & vineæ ſemper fructificarunt. Econtra alii in proximis villis hanc devotionem neglexerunt, & horum agri, & vineæ toties quoties grandinibus obtritæ ſunt. Bagatta l. 3. c. 2. §. 1. n. 18.

Navigabant in Anglico mari quidam cum Reliquiis B. V. cum ſubito viderunt piratas ſibi imminentes: Presbyter unus aſſumens ſacra Lipſana in locum navis ſuperiorem aſcendit, cum iis crucem contra hoſtem format, & ecce! ſubito exortus eſt ventus contrarius, qui piratas cum ſua navi procul abripuit. Fractus etiam malus navigii unum ex illis in mare excuſſit. Bagatta L. 3. c. 7. §. 1. n. 3.

Cum in Hiſpania agri & vineæ inſolita ſiccitate exurerentur, populus in ea afflictione imaginem B. V. quam Hiſpanus quidam ex regno Chilenſi ſecum attulerat, ſolemni ſupplicatione circumtulit. Et ecce! mox collectæ cæli nubes ſalutiferum imbrem effuderunt. Bagatta L. 3. c. 2. §. 1. n. 36.

*24. Debet eſſe ardens & zeloſus.*

Beatus Hermannus ardentiſſime amabat Virginem, cum autem ad officium ſacriſtiæ adhiberetur, ob negotia cœpit ſolitas devotiones imminuere. Et ecce! Beata Virgo obſoleto habitu in ſpecie vilis anus ei apparuit, exprobravit ei tepiditatem, & dixit, quod in ejus corde olim quidem fuerit ſpecioſa, nunc autem adeo, uti cerneret, deformis. R. cent. 2. part. 2. mir. 37.

Cum Thomas de Kempis ſua pietatis exercitia negligentius perſolveret, B. V. illi in ſomnis apparuit, beneque omnibus Canonicis precata eſt, quam gratiam cum ille etiam expectaret, vidit B. Virginem tranſire, & ſibi iraſci. Illa torporem illi exprobravit, cohortata, ut deinceps majori ſtudio ſe coleret. *N. 25. Jul.*

Juvat hic aliquot ſchemata Cultus Mariani annectere.





SCHEMA.

*Cultus quotidiani.*

1. *Quotidie propoſitum concipere amandi B. V. eamque Formula Votiva ſingulis diebus in Matrem eligere.* Exemplo Berchmanni, qui quotidie Formulam renovavit, & inter alia ſcriptum reliquit: *Actuabo me ſæpe in his actibus, velle me amare B. Virginem. Ceparius in vita.*

2. *Horis ſingulis eam verbis Archangeli Gabrielis, vel aliis ſalutare.* Adeo accepta erat Virgini devotio, qua Alphonſus Rodriquez ſingulis horis B. V. ſalutabat, ut de nocte eum in finem illum Virgo excitaret. *In vita.* S. Xaverius ſæpe de die *dicebat. Mater Dei memento mei.*

3. *Quotidie Roſarium devote recitare.* Quidam Religioſus a plebe, cui quotidianam Roſarii recitationem ſæpe inculcabat, *Jacobus de Corona* nuncupatus, viſus eſt recta in Cælum evolare, Beatorum Corona ſtipatus, ea præcipue de cauſa, quia ſæpiſſime Corollam Marianam decurrebat. *Pinnamonti in Conſid. de corde Mariæ.*

4. *Quotidie Officium B. V. minus, vel etiam majus devote recitare.* S. Carolus Borromæus licet plurimis occuparetur negotiis, tamen ſingulis diebus Officium majus, & ſemper flexis genibus recitabat. *In vita.*

5. *Mane & noctu ante ſomnum a Dei parente maternam petere Benedictionem.* Exemplo B. Stanislai, & Berchmanni. Formulam ſuggerit S. Ignatius Martyr his verbis. *Mater vera Salvatoris, Mater adoptata peccatoris in gremio Materno pietatis tuæ claude me.* S. Edmundus in lecto ante ſomnum nomina JESU & MARIÆ in fronte digito ſignabat.

6. *Ad ſignum ſalutationis Angelicæ devote orare.* Joannes Ximenius, cum ingens ſaxum per declivem pontem volveret, audito ſalutationis Angelicæ ſigno, omnibus, uti ſolebat, omiſſis, Virginem ſalutavit, ſaxea interim mole immota, & in aere ſuſpenſa. *In vita.*

7. *In actionibus quotidianis poſt Deum nihil aliud ſpectare, quam honorem B. V. & actiones omnes per eandem DEO offerre.* Cujuſdam Studioſi anima in ſinu Deiparæ, ſpecie candidiſſimæ Columbæ viſa eſt recta ad cælum tendere, quod omnes actiones ſuas ſecundum Deum, ad Dei Parentem retuliſſet. *Pinnamonti.*

8. *Coronam B. V. in collo, vel brachio geſtare.* Marianum Roſarium non tantum pro armilla, ſed etiam pro torque Berchmanno fuit, nam ſomnum capere amabat Roſario circum brachium convoluto, & ultimis vitæ diebus ſuſpenſum e collo torquis inſtar portavit. *Ceparius in vita.*

9. *Imaginem Deiparæ ſecum ferre.* Ferdinandus Marchio Lauretanæ Virginis effigiem, ex argento expreſſam, perpetuo ſuſpenſam geſtavit e collo, ſeu miraculi monumentum, ſeu vitæ præſidium. *Turſellinus in Hiſt. Laur. l. 2. c. 7.*

10. Conſalvus Martyr S. J. imagines Deiparæ, in quas forte incidebat, demiſſis oculis, capitis inflexione, flexis etiam non raro genibus venerabatur. *Godingus in vita.* S. Bernardus, imaginem Virginis cernens, dicere ſolebat: *Ave Maria*, cui illa aliquando reſpondit: *Ave Bernarde.*

11. *Domi ad Pulpitum, menſam, aut oratorium affigere imaginem Deiparæ.* S. Edmundus Archiep. Cantuar. cum libris operam daret, eburneam Deiparæ imaginem ante ſe habebat, ut cum lectione preces ad eam conjungeret. *In vita.*

12. *In ingreſſu, & egreſſu domus, aut cubiculi Deiparam ſalutare.* Exemplo B. Stanislai. Quod ipſum faciendum monet Landſpergius. *Rediens ad cellam*, inquit, *paulisper ſubſiſte ad imaginem B. Virginis; cellam ingreſſus, primum ſit, ut in Oratorio procidas, B. V. ſalutaturus. Landſp. de ratione vir.*

13. *E Cubili ſalutare B. V.* B. Stanislaus e cubili ſuo, facie ad Eccleſiam B. Virginis converſa flexo poplite optimæ voluntatis deſiderio magnæ Matri obſequia ſua tranſmittebat, quæ corporeis paſſibus deforte non poterat. *Segneri in libello Devotus Mariæ.*

14. *Imagines Deiparæ frequenter, reverenter, & amanter oſculari.* S. Bernardinus Senen. adoleſcens Virginis iconi, quæ Senis etiamnum religioſe aſſervatur, ſæpius intra diem oſcula libabat. *Surius in ejus vita.* Decies, aut duodecies intra diem imaginem B. V. parieti affixam oſculabatur Berchmannus. *Cepar. in vita.*

15. *Conſcientiam quotidie, uti præcipiunt leges Marianæ, diligenter examinare.* Studium examinandi conſcientiam quam gratum ſit Virgini, hinc diſce. Cuidam Sodali Monacenſi, ſolicite ſe examinanti, cœlitus pagellam demiſit, cui peccatum quoddam occultum erat inſcriptum. *Ann. Mon.*

16. *In negotiis, majoris præſertim momenti, ſemper ad Virginem recurrere.* Catharina Suecica ſuper majoris momenti negotio conſulta, priuſquam mentem ſuam ex-

poneret, flexis genibus B.V. ſemper invocabat. *Pinnamonti in Confid.* Suarius in difficillimis quæſtionibus ad MARIAM recurrebat. *In vita.*

17. *Singulis diebus invocare B. V. ad impetrandam bonam mortem.* S. Joannes de Deo, cum morti proximus ad B. V. recurrerat, vidit eam lecto adſtantem, & abſtergentem e fronte mortis ſudorem, iſtaque verba percepit: *Macte animo Joannes, nunquam deſero Clientes meos in hora mortis. Pinnamonti.*

18. *Quotidie recitare quinque Pſalmos, quorum initiales litteræ exprimunt nomen* MARIÆ, nimirum *Magnificat, Ad Dominum, Retribue, In convertendo, Ad te Domine.* B. Joſcio ſingulis diebus hos Pſalmos recitabat: hinc poſt ejus obitum duæ Roſæ ex oculis, totidem ex auribus, una ex ore germinavit, quarum quælibet expreſſam habebat litteram nominis MARIÆ. *Pinnamonti.*

19. *Sanctos, B.V. Sanguine junctos, ſpeciali cultu proſequi.* Neapoli 1648. cuidam e Mauris converſo præcepit Virgo, ut ſacro Baptiſmatis fonte ablutus ſponſi ſui Joſephi nomine inſigniretur. *Chryſ. in mund. Mar. p. 2.* P. Balthaſari Alvarez S.J. in æde Lauretana oranti, aſpectabili ſpecie apparuit, eique erga S. Joſephum pietatem commendavit. *Jac. Caniſ.*

20. *Quotidie novies recitare hanc precatiunculam: Beata Viſcera MARIÆ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium &c.* Berchmannus in honorem novem menſium, quibus Deipara Virgineo utero geſtavit Chriſtum Dominum, eam quotidie devote recitabat. *Caniſ.*

### Schema.

*Cultus Hebdomadarii.*

21. D*iebus Sabbati jejunare, vel ſaltem extra tempora refectionis ab omni cibo, & potu abſtinere.* Henricus II. Rex Angliæ circa annum 1170. diebus Sabbati, & Pervigiliis Feſtorum Deiparæ Anglis jejunium præcepit. *Roger. in Ann. Angl.* S. Nicolaus Tolent. Sabbatis omnibus ſolo pane, & aqua contentus erat. Idipſum facere ſolebat S. Eliſabetha Luſitaniæ Regina. *De Balinghem in Mar. Calend.* Huc facit exemplum ipſiuſmet B. V. quæ hebdomadatim una tantum vice lac ſugebat. *Nicephorus l. 1.*

22. *Diebus Sabbati Lucernam Deiparæ accendere.* Alutarius Lulenſis ad imaginem B. V. quam religioſe colebat, ſingulis Sabbati diebus Lucernam accendebat. Hæc pietas in quodam diluvio vitam illi ſervavit. *Benc. in Ann. Luſit.* 1589.

23. Diebus Sabbati in honorem B. V. cilicium geſtare, aut aliter corpus affligere. Berchmannus natus Sabbato, Sabbatho ætatis 21. denatus, in eo præter ſolemne jejunium alias corporis afflictationes adhibebat. *Cepar. in vita.*

24. *Conventus ordinarios, quando commode fieri poteſt, frequentare.* Juſto Lipſio vel ſemel a Congregationibus abfuiſſe piaculo fuiſſet, etiamſi e mediis quandoque menſis ſurgendum illi fuerit. *Lechner. in Sol. Parthen. l. 1. c. 9.* Eos negligens naufragium paſſus eſt; alius pugione trajectus, alius miſere dilaniatus &c. contra conventus frequentantes variis beneficiis a B.V. ſunt affecti. Idem l. 3. c. 1. Mutius Vitelleſchus S.J. Præpoſitus Generalis ab Euſtadianis Sodalibus 1616. conſultus reſpondit: non gaudere Sodalitatis gratiis, Indulgentiis, ac Privilegiis, qui abſque legitimo impedimento non frequentant; gaudere autem, ſi legitimum habeant impedimentum. Idem l. 2. c. 9. Eſt autem Præpoſitorum Generalium S. J. Statuta Congregationis, quæ Primariæ Romanæ ſunt conjunctæ, examinare, approbare, improbare, dubia reſolvere, *ut habet Bulla Greg. XIII. & Sixti V. apud Lechnerum L. 1. c. 4.*

### Schema.

*Cultus Menſtrui & per annum.*

25. P*Ervigiliis Feſtorum B. V. jejunare,* Didacus Lopeſius in Academia Salmanticenſi Juris Profeſſor, deinde Judex Regius, ad B.V. dies feſtos duorum dierum jejunio ſe comparabat. *Ex hiſt. Coll. Medin.*

26. *Eiſdem corpus durius tractare.* Alexander Urſinus Card. tum ſe ad ſanguinem uſque flagellabat. *March. 1. Jul. B.V.*

27. *Feſtis B.V. communicare.* S. Carolus Borromæus hanc devotionem ſuorum Mediolanenſium animis tam profunde impreſſit, ut ob numerum SS. Euchariſtiam Feſtis B. V. accedentium nihil a diebus Paſchalibus differre viderentur. *In vita.*

28. *Eiſdem aliquod tempus dare meditationi.* P. Suarez ſolemnioribus B. V. Feſtivitatibus duas horas exigebat meditando eximias, & ſingulares Dotes B.V. *P. Segn.*

29. *Tota octava Feſtorum B. V. ſingulis diebus recitare trigeſies quinquies ſalutationem Angelicam in honorem annorum, quibus*





*Chriſtus fuit in utero Virginis, & Virgo in utero S. Annæ.* Hanc devotionem docuit B.V. S. Gertrudem, & devote recitantibus magnum præmium promiſit. *Pinnamonti.*

30. *Se totum Virgini offerre in Clientem, Servum, mancipium.* VValtherus de Birbach Conſanguineus Ducis Lovanienſis ſingulis annis ſe Deiparæ ad ejus aram pendente e collo fune, tanquam cervum Glebæ ſiſtebat, & de capite ſuo cenſum ſolvebat, qualem ſervi Originarii ſolvere conſueverunt. *Cæſar. l. 7. c. 39.*

31. *Singulis annis ad Mariæ templum peregrinari.* Maria de Oegnies Eccleſiam Deiparæ Oegniacienſem duobus milliaribus diſtantem, brumali tempore nudis pedibus inviſebat, & in ea totam noctem pervigil exigebat. *Jac. Card. Vitr. in vita.*

32. *In honorem Deiparæ votum caſtitatis emittere ſaltem ad tempus, & e conſilio Confeſſarii.* B. Aloyſius vix decennis Florentiæ votum virginitatis perpetuæ nuncupavit coram celebri imagine Virginis ab Angelo ſalutatæ. *In vita.*

33. *Annulo ſe Deiparæ deſponſare.* S. Edmundus Philoſophiæ Studioſus Dei Genitricem emiſſo prius caſtitatis voto in ſponſam elegit, & annulum, cui inſcriptum erat *Ave Maria*, ejus digito infixit. Quo ex tempore in neceſſitatibus præſentiſſimam ab illa expertus eſt opem. *Sur. in vita.*

34. *Immaculatam Conceptionem defendere.* Exemplo Berchmanni, poſt cujus mortem inventa eſt ſyngrapha ejus ſanguine ſubſcripta, in qua Immaculatam Conceptionem ſe ſemper defenſurum, jure jurando confirmavit. *Cornel. a Lapide S. J. Sacrarum Litterarum in Colleg. Rom. tum Profeſſor, & hujus ſyngraphæ teſtis oculatus, ut habet Caniſius in Hip. Mar.*

35. *Deiparæ gloriam palam prædicare.* P. Martinus Gutierius S. J. ut B.V. exiſtimationem palam promoveret, egit cum P. Franciſco Suarez, ut publica quæſtione probaret, gratiam Virginis Dominæ noſtræ Maiorem eſſe, quam omnium Sanctorum ſimul, tam Angelorum, quam hominum, morem geſſit P. Suarius, tum Deipara P. Martino apparens, grates ei egit, quod hanc quæſtionem voluiſſet tractari. *Ludovicus de Ponte in vita P. Balthas. Alvar.*

36. *Ad Deiparæ cultum alios inflammare.* S. Anno, tametſi Archiepiſcopus, & Imperii Princeps eſſet, tamen Aulicos, famulos, & alios ſubditos ſuos frequentiſſime admonebat, incitabatque, ut totos ſe Mariæ ſervitio, ac patrocinio ſubmitterent. *In vita l. 1. c. 31.*

37. *In honorem B. V. a luſu abſtinere, & ludendi conſuetudinem deponere.* S. Andreas Feſulanus Corſino letaliter decumbenti aiebat: *Si ſanari vis, opus eſt, ut jejunio, & precibus S. Mariam concilies, ac imprimis voto nuncupato ludendi conſuetudinem extermines. Sur. Tom. 2.*

38. *In honorem B. V. a peccato abſtinere.* S. Bernardus Nobili adoleſcenti vitio carnis aſſueto conſuluit, ut ſaltem tres dies in honorem B. V. ab hoc peccato abſtineret; abſtinuit, & tantas vires recepit, ut porro conſtanter abſtineret. *Pinnamonti.*

39. *In Honorem B. V. Miſſas legi curare.* Priuſquam Societatem JESU ingrederetur Berchmannus, viginti quinque florenos, quos in paupertino ſuo ærario habebat, tres in partes diviſit; unam pauperibus erogavit, alteram Lovanium miſit, ut in æde S. Petri ad aram Marianam legerentur ſacra, tertiam in aſperum collem ad exorandam illic, totidem ſacris, B.V. opem, deferri juſſit. *Caniſ. in Hipper. Mar.*

40. *De laudibus Deiparæ libenter audire, & loqui.* In laudibus B.V. enarrandis B. Staniſlaus creberrime occupabatur, nova ſemper, & magnificentiſſima nomina, quibus eam appellaret, excogitans, & gradus altiſſimos, in quibus eam collocaret. *Sanc. in vita.*

41. *B. Virginem eligere in litterarum, Studiorumque Præſidem, ac Patronam.* Quanto operæ pretio eligatur in Studiorum Patronam, grati fatentur Albertus M. S. Thomas, Alberti M. Diſcipulus, S. Bernardus, S. Hermannus, Cognomento Joſeph, Suarez, Thomas Sanchez, & alii plurimi, qui omnem ſcientiam ſuam adſcribunt B. V. ſuæ in litteris Præſidi.

42. *Deiparæ conſecrare laborem ſuorum Studiorum.* Juſtus Lipſius argenteam ſuam pennam, tot illuſtrium voluminum lucubratricem, Deiparæ venerabundus appendit, ſimulque omnia ingenii ſui monumenta. *In vita.*

43. *Cœtus Marianos æſtimare, iiſque adſcribi.* Dux populenſis morti vicinus proteſtatus eſt ſe, ſiquid virtutis haberet, id totum a Sodalitate hauſiſſe, ſimul filio ad ſe vocato, *& tu*, inquit, *Sodales exora, ut te in ſuum conſortium admittant. Hac hereditate nihil eſt præſtantius, quod tibi relinquam. Lech. l. 1. c. 5.* Juſtus Lipſius morti proximus P. Leſſio S. JESU candide profeſſus eſt, *ſe nulla re in extremo vitæ puncto magis delectari, quam quod ſodalis eſſet. Idem l. 1. c. 9.*

44. *Præſcriptis a ſodalitate diebus con-*

*fiteri*, *& communicare*. Quoties leges Confeſſionem præſcribebant, & ad ſacrum epulum advocabant, parebat Juſtus Lipſius modeſtiſſime, ac ſtudioſiſſime. *Lechn. ibidem*.

45. *In tentationibus cogitare, ſe Sodalem, & Clientem Marianum eſſe*. Frexenalenſis nobili genere oriundus e Sodalitio V. Immac. mulierculæ illecebris provocatus cogitabat. *Sodalis B. V. ſum. Si, qui vitam politiorem profitentur, agreſtes habentur, cum verbo, factove immodeſtiore contra urbanitatem peccant, profecto ſodalis non eſt, qui vita, factis, & dictis alius eſt, ac Immaculatæ Virginis Sodalem deceat*. *Lechn. l. 2. cap. 8.*

46. *Idipſum cogitare in condonandis injuriis*. Cæſar Auguſtæ Sodalis, alapa ignominioſe cæſus, *inter Marianos*, inquit, *Sodales numeror. Unde & hanc injuriam, & alia multa exſorbenda mihi eſſe judico*. *Lechn. l. 2. c. 11.* ubi multa ſimilia habet exempla.

47. *Ad vilia Sodalitii officia ſe demittere*. Mediolani e prima nobilitate Sodalis, cum Marianum Oratorium expurgaſſet, holoſerico pallio purgamenta extulit. Spectabant Sodales, & cavillabantur, quod præ verecundia ſordes pallio occultaret. *Impudens ſim*, reponebat, *ſi famulatum Marianum erubeſcendum mihi eſſe ducam*. Ac poſtea cum ad idem opus faciendum rediiſſet, rejecto pallio, & pileo, in atrium clara die ramenta deportavit. *Lechn. l. 2.* S. R. I. Princeps Razivilius Dilingæ Sodalis, cum ſpiritualibus exercitiis vacaſſet, duodecim Elephantiacos convocavit, lautoque epulo exceptis, cinctus ipſe horrendo cilicio, miniſtravit. *Ann. Cong. Dil.*

48. *Amare animi puritatem, & virtutem Angelicam, utpote Sodalium Characteriſticam, diligentiſſime cuſtodire*. E Sodalibus Dilinganis fuere, qui, ut animum ſervarent incontaminatum, Divorum Benedicti, & Franciſci exemplo in ſpinas, ac nives ſe abjicerent, aut digitum in ignem extenderent, aut pectora ſaxo tunderent, aut pugnis faciem impeterent. Viginti ſex diebus, noctibuſque unus aſperitate ſetarum ſe attrivit, alius retundendis laſciviæ inſultibus ipſas decem horas ſub gravi, quod poſuerat, ſaxo diſtentus, in formam crucis jacuit; alius morſibus vexabat linguam. *Lech. l. 2. c. 9. & Annales Congreg.* quæ hæc, & alia plura habent virtutis heroicæ exempla, ac documenta, quod puritatis lilium amet eſſe inter ſpinas. Præterea non pauci in lecto ante ſomnum ad ſervandam puritatem quinque ſenſus cruce ſignant, identidem repetendo hanc precatiunculam. *Per ſanctiſſimam Virginitatem, & Immaculatam Conceptionem tuam, O puriſſima Virgo, emunda cor & carnem meam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*.

49. *SS. Menſtruos in Congregatione acceptos venerari*. Biturigibus quidam Juris Prudentiæ Studioſus, cum morti proximus eſſet, adſerri juſſit Sanctos, qui in menſtrua ſortitione illi obtigerunt, ut illis ſe ultimo commendaret. *Lechn. l. 2. c. 5.* D. L. B. a S. Vincentio Sereniſſ. Princ. Aug. Conſil. Intim. ſeptuagenario major, & ſexaginta annorum Sodalis, SS. Menſtruos, quos toto vitæ tempore diligentiſſime aſſervavit, Dilingæ ante quadriennium piiſſime, uti vixerat, decedens, feretro imponi, & tumulo ſecum inferri voluit.

50. *Deiparæ virtutes imitari*. Exemplo plurimorum, imo eorum omnium quotquot veros ſe Mariæ Clientes profitentur; nam amor aut pares invenit, aut pares facit. Qui ſtabilem Virginis amorem vult mereri, ejus virtutes imitetur, neceſſe eſt, ut eadem ſit unio morum, quæ eſt animorum. Unde cum Doctore Seraphico finio has 50. praxes. *Dei Matrem tanquam bonus filius in omnibus pro poſſe ſtudeas imitari, tunc enim procul dubio illa te, tanquam ſuum filium veraciter adjuvabit*. *Bonav. in Stim. D. amoris 17.*

SYNOPSIS LEGUM MARIANARUM.

1. SOdales non modo B. V. præcipua veneratione, atque honore proſequantur, ſed etiam vitæ, morumque integritate virtutum illius præſtantiſſimarum exempla imitari conentur.

2. Antequam recipiantur, confiteantur a tota vita, ſi id nunquam egiſſent, vel certe a poſtrema generali. Præterea Natali Chriſti die, Circumciſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Corporis Domini, die Imm. Conc. B. V. Natali, Feſto Annunt. Purif. & Aſſumpt. Die Natali S. Joan. Bapt. vel Apoſt. SS. Petri, & Pauli, ac SS. omnium. Item prima quavis Dominica cujuſque menſis, ita tamen, ut ex diebus enumeratis loco primæ Dominicæ aliquis ſumi poſſit, ſi in eundem diem Dominicum incidat, aut ab illo non procul abſit.

3. Quo-



3. Quotidie Miſſæ ſacrificio interſint, & quotidie mane, gratiis Deo actis ter Orationem Dominicam, & ter Salutationem Angelicam in honorem SS. Trinitatis recitent, ſemelque Symbolum Apoſtolorum, & Salve Regina. Veſperi autem ante cubitum Conſcientiam examinent, & ter *Pater & Ave* recitent, ac ſemel Pſalmum *De profundis* pro animabus in Purgatorio.

4. Cum aliquem Sodalium contigerit e vita diſcedere, per octo dies Pſalmum *De profundis* cum oratione pro defunctis pro illo dicant ſinguli per octiduum.

5. Quoniam majorem perfectionem, quam cæteri profitentur, ſuadetur omnibus, ut majus quoque ſtudium in actionibus piis, & Chriſtianis adhibeant, cujuſmodi eſſent, ſæpius confiteri, & communicare, Officium B. V. & Roſarium recitare, Orationi mentali nonnihil temporis tribuere, chriſtianæ doctrinæ elementa rudibus explicare, aliaque id genus pia munia obire &c.

6. Curet quiſque, ubicunque fuerit, ut ſe verum filium Sodalitatis oſtendat, & morum integritate exemploque vitæ omnes ædificare, & ad virtutem, pietatemque conetur allicere.

7. Conentur omnes, ut in dies in veris, Chriſtianiſque virtutibus progreſſum faciant. Ut hoc autem facilius aſſequantur, plurimum proderit, Sodalitatis conventus frequentare, cum iis crebro verſari, a quibus juvari poſſunt, improborum conſuetudines, & quaſcunque peccandi occaſiones vitare, quales ſunt ludi, rixæ, contentiones, murmurationes &c. & alia, quæ bonum Sodalitii nomen labefactant. Sed enitantur potius, ut in actionibus omnibus ita ſe gerant, ut eos dignos eſſe quilibet arbitretur, qui ſint in B. V. tutela, in cujus Congregatione verſantur.

25. *Quomodo conſtitutus eſſe debeat ut placeat.*

Prov. 8. *Beatus Homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & qui obſervat ad poſtes oſtii mei*. Devotio erga Beatam Virginem tres habet gradus: Primus eſt amore illius renunciare peccato: & hic indicatur per illud: *Qui audit me*. Secundus eſt, fugæ peccati adjungere obſequium ſpeciale, uti jejunii ſabbatini, coronæ &c. & hic indicatur per illud: *Vigilat ad fores meas quotidie*. Tertius eſt, huic obſequio addere imitationem virtutis: & hoc intelligitur per illud: *Et obſervat ad poſtes oſtii mei &c.* Segn. Manna 5. Aug. n. 1. ſeq.

Gratiſſimus cultus Beatiſſimæ eſt imitatio virtutum illius: *Tunc eam vere colitis*, ait S. Hieronymus, *ſi imitari velitis de toto corde, quam laudatis*. Videtur Maria clientes ſuos alloqui verbis Apoſtoli: *Eſtote imitatores mei*. Terrenis Dominis illi maxime famuli placent, qui non tantum illis ſerviunt, ſed & imitantur. Ergo & Beatiſſimæ maxime placent ſui imitatores: hunc in ſenſum ait S. Bernardus: *Virgo prope eſt invocantibus ſe, præſertim his, quos videt ſibi conformes in caſtitate, & humilitate*. Calamat. Mar. Diſc. 4. fol. 65. & ſeq.

S. Hier. Serm. de Aſſumpt.

1. Cor. 2.

S. Bern. Serm. de Aquæduct.

Sicut nonnullæ herbæ motum ſolis, ita aliæ motum lunæ ſequuntur, ideoque lunariæ vocantur. De natura harum ita ſcribit P. Athanaſius Kircherus: Lunaria, ſeu Boriza foliis aſſimilatur Majoranæ, colore eſt cæruleo, dicitur lunaria; quia creſcit, & decreſcit ad lunæ viciſſitudines. Cum luna habet ætatem unius diei, planta uno quoque folio augetur, durante hoc continuo foliorum augmento uſque ad decimam quartam lunam: lunæ vero decreſcentis dies tandem ordine ſequitur foliorum acquiſitorum caſus: Interlunii tempore omnibus orba foliis, ſe condens luctum agit. W. Art. diſc. font. 11. Ex. 30. Ita imitando Mariam debes æmulari ejus virtutes, illi in luctu compati: verbo; quia Maria luna eſt, te oportet eſſe lunariam &c.

Optimus cultus B. V. conſiſtit in imitatione virtutum illius, id quod omnes Sancti Patres ſuadent: S. Ambroſius ait: *Talis fuit Maria, ut ejus unius vita omnium diſciplina ſit*. Diſce Virginem moribus, diſce Virginem verecundia, diſce Virginem oraculo: ſolam in penetralibus ſolus Angelus reperit, ſolam ſine comite, ſolam ſine teſte, ne quo indigno damnaretur affatu! &c. *Quicunque ſibi Mariæ optat præmium, imitetur exemplum!* S. Ambr. de Virg.

26. *Eſt ſignum æternæ ſalutis.*

*In Jacob inhabita, in Iſrael hereditare, & in Electis meis mitte radices*: In quorum corda B. V. radices ſuæ devotionis, & amoris mittit, illi ſunt *Electi*.

2. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*. Quid eſt Mariam elucidare? Eſt, honorem ejus, & devotionem amplificare, preces, laudes, jejunia ſabbatina illi conſecrare, imagines & ſtatuas honorare &c. hæc enim omnia elucidant gloriam B. V. ſicut ergo illi, qui ſerviunt Prin- Eccli. 24.

cipi,

cipi, ſperant promotionem; ita cultores Mariæ habent, quod ſperent promotionem ad æternam ſalutem.

S. Anſel. 3. *Beatus homo, qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſervat ad poſtes oſtii mei.* Ego diligentes me diligo.

4. *In viis juſtitiæ ambulo, .... ut ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam.*

5. *Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem a Domino.*

Prov. 8. in Med. 6. S. Anſelm. ait: *Sicut o Beatiſſima omnis a te averſus, & a te deſpectus neceſſe eſt ut intereat: ita omnis ad te converſus, & a te reſpectus impoſſibile eſt ut pereat... Tu parens es ſalutis, & Salvatorum.* Eundem in ſenſum loquitur S. Bernardus, S. Chryſoſt. & alii. H. Ser. 13. f. 144.

Hugo a S. Vict. in emoj. Cant. c. 39. Item Hugo a S. Victore: *Si accedam ad judicium, & Matrem miſericordiæ mecum habuero, in cauſa mea, quis judicem negabit propitium.*

S. Ignat. M. in ep. ad B. V. Denique S. Ignatius Martyr. *Impoſſibile eſt aliquem peccatorem ſalvari, niſi per tuum, O Virgo, auxilium.*

7. B. V. potens eſt contra diabolum, ejuſque vires, quas contra nos in ultimo agone exercit, frangit ac conterit. Ib. f. 146.

3. Reg. 2. 8. Salomon dicebat ad Abiathar, qui partes Adoniæ adjuverat: *Equidem vir mortis es tu, ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei, coram David Patre meo.* Sic Chriſtus multis peccatoribus parcit, quia hanc Arcam Dei, Mariam, in corde portarunt. H. Ser. 29. f. 286.

9. S. Germanus ait: Sicut reſpiratio eſt ſignum vitæ, ita devotio erga B. V. eſt ſignum ſalutis.

10. Omnes Sancti amarunt, & honorarunt Virginem, & ſpem ſuæ ſalutis in ea poſuerunt. H. Serm. 29. f. 288.

## Roſarium B. V.

### 27. *Efficax contra Dæmonem.*

VIrga Moyſis Pharaonem devicit, & poſtera die flores progerminavit; ita Maria, quæ roſarum flores produxit, dæmonem debellat. M. conc. 25. aſſ. 1. n. 8. 11.

Juvenis quidam laſcivus, quia B. V. oratione colit, non rapitur a dæmone, velut ſuus in ſcelere ſocius. B. Ser. 19. n. 35.

Diabolus Juveni cuidam Peruano ſpecie venuſtæ Virginis apparet, eique exprobrat ſuperſtitionem, ut ajebat, Roſarii, quod ille e collo gereret. Juvene laudante devotionem hanc, Virgo in infernale monſtrum transformata minatur illi mille neces, ni confeſtim Roſarium abjiceret. Verum cum Juvenis confidenter roſarium arripit, idque tanquam ſcutum tentatori objicit, iſte ſubito diſparuit. R. cent. 3. p. 2. mir. 46.

Quidam impura verba blaterans ſubito a convivio evocatur, egreſſus a larvis infernalibus circumdatur, periiſſet, ni extracto Roſario dœmones fugaſſet. R. cent. 3. p. 2. mir. 46.

Puella a dæmone obſeſſa injecto ſacro Roſario confeſtim liberatur. R. cent. 3. p. 2. mir. 46.

Roſæ radices contra rabidi canis morſum valent: ſic & Roſarium contra dæmonem. VV. art. diſc. font. 58. ex. 3.

Pia Virgo Mariæ cultui addictiſſima docuit aviculam, quam in cavea alebat, articulate pronuntiare ea verba: *Ave Maria!* aliquando cum cavea negligentius obſervata non clauderetur, avicula in liberum aerem erupit. Verum mox ab accipitre perſecutionem paſſa, de vita periclitabatur. Revolans ergo iterum iterumque clamitabat: *Ave Maria!* Et ecce! accipiter tanquam fulmine tactus in terram corruit, & avicula læta ac cantans in ſinum ſuæ nutricis reverſa eſt, &c. Vita Theolog. Marian. n. 1317.

### 28. *Prodeſt contra hoſtes, etiam externos.*

Pſalmiſta David Pſalmo 448, ubi nos ad pugnam animat: *Accingere gladio tuo, populi ſub te cadent &c.* præfigit titulum: *Victoria pro roſis.* Quidam comes addictiſſimus cultui B. V. contra Albigenſes pugnans tempore S. Dominici vidit B. V. centum & quinquaginta lapillos in hoſtem projicere, & victoriam reportavit. M. conc. 25. aſſ. 1. n. 9.

Apud Lacedæmones mos erat, ut ituris ad prælium corona præferatur: tu pugna contra hoſtes tuos viſibiles, & inviſibiles prævia hac corona. M. conc. 25. aſſ. 1. n. 10.

Don Garzias Rex Congi a B. V. filium regni heredem impetrat: cumque hunc filium poſtea in bello captum nec vi, nec arte ab hoſtibus impetrare poſſet, tandem interceſſione Patrum Miſſionariorum impetravit. Hoc beneficium plene Beatæ Virgini adſcripſit, cui etiam filium corollam Marianam e collo gerentem ante eius altare in perpetuum mancipium obtulit. R. cent. 3. mir. 29.

Puella Mexicana in manus ferociſſimi latronis, qui ex deſperatione immaniſſimis ſceleribus ſe dederat, delapſa, & jam honore ac vita exuenda, obtentu S. Roſarii ſalvatur; eo enim viſo crudelis homo manſuefactus eſt, & dein pœnitentiam egit. R. cent. 3. p. 2. mir. 25.



Sacerdos Neo-ordinatus ad templum Primitias celebraturus ſe contulit. In Sacriſtia ab irruentibus hæreticis occupatus Roſarium in manus ſumit. Illi eripiunt ei Roſarium & in ignem conjiciunt. Sacerdos occaſionem fugæ nactus in latibulo ſe abſcondit, a nemine viſus & repertus. Poſt decem horas egreſſus ſecure ſeſe ad celebrandum Sacrificium accinxit, & quod mirum, etiam Roſarium in igne illæſum repertum eſt. Bagatta l. 2. c. 1. §. 8. n. 22.

### 29. *Quam gratum & honorificum ſit B. V.*

Maria ab Angelo ſalutatur in Nazareth, qui locus floridus interpretatur, in Nazareth ergo velut roſa, & Regina roſarii erat. M. conc. 25. aſſ. 1. n. 5.

Rubus Moyſis incombuſtus roſetum erat: en Deus in roſeto: hinc Maria ut Mater S. Roſarii Chriſtum genuit. M. conc. 25. aſſ. 1. n. 6.

Cum devotio S. Roſarii valde intepeſceret, Dei Mater apparuit B. Alano, eique Roſarium de cælo afferens præcepit, ut hanc devotionem in ſuum honorem reſuſcitaret: qua teſſera accepta ille cultum B. V. per Roſarium quindecim annis in Belgio, & Germania promovit. Bagatta. L. 5. c. 3. §. 3. n. 14.

Franciſcus ex Ordine Servorum Mariæ in orbem natus & baptizatus apertis oculis attente conſiderat imaginem B. V. pone ſtantem. Dein a B. V. in numerum ſervorum ſuorum vocatur, in gravi deliquio confortatur, in cælum invitatur. Poſt ejus mortem lilium e ſepulcro illius excreſcit, in cujus foliis legebantur verba: *Ave Maria*, hocque in compenſationem tot ſalutationum Angelicarum, & Roſariorum, quæ perſolvit. R. 1. cent. part. 2. mir. 4.

B. Andreas, qui ſanctiſſimam Virginem quotidie Mariano Pſalterio devote venerabatur, plantavit arborem, in qua ſemper quindecim mala creſcebant: tempeſtas decuſſit aliqua, & tamen numerata iterum erant quindecim. Decerpta ſunt aliqua & tamen quindecim conſtanter permanſerunt: voluit Beata Virgo hoc miraculo in arbore ſibi dedicata demonſtrare, quam grata illi fuerit B. Andreæ in recitando Roſario devotio. R. cent. 2. par. 2. mir. 40.

Juvenis quotidie ex floribus fertum contexere, & imagini B. V. imponere ſolebat. Poſtea in Ordinem Religioſum concedens doluit ſe amiſiſſe hanc occaſionem. Verum monitus ut quotidie quinquaginta Ave, interjecta Oratione Dominica recitaret, id fecit. Olim itinerans & recordatus ſe hodiernum penſum necdum perſolviſſe, genuflexus recitavit corollam. Haud procul obſervabat eum latro inſidians, & vidit pulcherrimam Dominam flores ex ejus ore eximere & fertum contexere &c. E. *Maria* n. 39.

### 30. *Liberat ab interitu.*

Aſſuerus mortis ſententiam decreverat in totum genus Judaicum inſtinctu Amani: ſed Eſtheris pulchritudo gratiam populo, & necem Amano tulit. Quæ erat hæc pulchritudo? *Roſeo colore vultum perfuſa* erat. O quam multi peccatores interirent, niſi Maria roſas oſtenderet, id eſt roſaria ſibi recitata. M. conc. 25. aſſ. 1. 11.

B. V. ſub Cruce Chriſti advocata humani generis conſtituitur, quia guttis Chriſti patientis tanquam roſis conſpergitur. Ib. n. 12.

P. Michael a Fuentes in Regno Peruano cum aliquot Indis itinerabat, cum terribilis tempeſtas orta eſt. Pater ſeceſſit in ſpecum, ibique Roſarium recitare cæpit, qui eum ſecuti ſunt orando, incolumes evaſerunt, qui extra ſpecum manſere, fulmine conſumpti ſunt. R. cent. 3. p. 2. mir. 46.

Hugo Hetruriæ Princeps vitam agebat turpiſſimis vitiis inquinatam, id tamen boni retinuit, ut B. V. quotidie devote veneraretur. Quondam in ſilvis cum arida ſiti adigeretur, apparuit illi Puella forma ſuper humanam excellens, obtulitque illi fructus pulcherrimos in ſcutella ſordidiſſima. Accepit quidem Hugo fructum, ſed ſimul nauſeabat ſorditiem ſcutellæ: Eundem in modum, ait Puella, Beatiſſima Virgo nauſeat tuas devotiones propter fœditatem tuæ conſcientiæ. Cum hac viſione Hugo nondum reſipiſceret, alia vice in venatione, cum propter horrendam tempeſtatem, ad ſpelæum confugit, incidit ibi in infernales fabros, qui membra humana, neſcio cujus facinoroſi, igne & malleis contundebant. Periiſſet Hugo, niſi ante venationem, Beatiſſimam Virginem modica devotione coluiſſet. Segneri Hom. Chr. p. 3. diſc. 14. n. 18.

### 31. *Quomodo cum myſteriis recitandum ſit.*

In myſteriis gaudioſis apud primum conſidera 1. in Annuntiatione puritatem.

2. in

2. In Viſitatione humilitatem. 3. In Nativitate Virginitatem, 4. in Purificatione obſervantiam legis. 5. In inventione Filii perditi lætitiam ſpiritualem.

In doloroſis diſce 1. in horto modum orandi. 2. In columna modum patiendi. 3. In coronatione modum ſuſtinendi. 4. In bajulatione crucis modum laborandi. 5. In crucifixione modum plorandi.

In glorioſis, 1. in Reſurrectione reſurge a vitiis, 2. in Aſcenſione depone amorem terrenorum. 3. In Miſſione Spiritus Sancti cor præpara ad inſpirationes Divinas. 4. In aſſumptione B. V. affectu ſequere. 5. In coronatione B. V. gratiam finalem roga &c. M. conc. 25. aſſ. 1. n. 13. & ſeq.

B. V. Novitium, qui ad ſæculum redire ideo voluit, ut liberius Virginem colere poſſit, inſtruit in S. Roſario cum myſteriis recitando. Bagatta T. 2. l. 5. c. 4. §. 7. n. 20.

Juvenis ex voto ad recitandum quotidie Roſarium obſtrictus, ex negligentia illud vel ex ſomno inter mille diſtractiones mutilabat. Et ecce! corollam precatoriam ita præter ordinem permixtam invenit, ut in una ſtrophula duos, in altera tres, in alia duodecim, aut ſedecim globulos inveniret. Revocat igitur corollam ad ordinem! ſed paſſo poſt facta eſt eadem confuſio! agnovit ergo monitum cæleſte! pœnitentiam egit, & ad vitam Religioſam animum adjecit. Bagatta p. 2. l. 5. c. 4. §. 7. n. 27.

### Scapulare B. V.

32. *Confert innumerabiles gratias hic & ibi.*

PRotoparentibus minatus eſt Deus, in quacunque die comederitis, moriemini, comederunt, & mortui non ſunt. Quare? quia fecerunt ſibi perizomata, quæ erant figura ſacri Scapularis. M. conc. 39. aſſ. 2. n. 3.

B. Simoni de StocK Beatiſſima Virgo Sacrum Scapulare de cælo affert, promittens, quod, quiſquis in hac ſacra confraternitatis veſte moriturus ſit, non ſit periturus. Bagatta L. 1. c. 1. §. 6. n. 13.

Veſtimentorum fragrantia, quibus Rebecca filium Jacob natu minorem induit, profuit illi, ut Parens Iſaac benedictionem paternam, omnemque hereditatem contulerit. Parem in modum ſic prodeſt S. Scapulare coram Divino Judice. Reynaudus de S. Scap. p. 1. c. 6.

*Gyrum cæli circuivi, ſola in fluctibus maris ambulavi, & profundum abyſſi penetravi.* Cur ita circuit B. V.? Reſpondeo ſi ſuos confratres in cælo non videat, ad purgatorium vadit, & eruit: ita Clemens VII. in Bulla ait, confratres S. Scapularis proximo poſt obitum Sabbato a B. V. liberatum iri. M. conc. 39. aſſ. 2. n. 4.

Joſephus Ægyptius, polymita veſtitus, plus aliis fratribus a patre Jacobo amabatur: Hæc polymita S. Scapulare eſt, qua B. V. indutos ſuos fratres plus aliis clientibus amat.

Hic ipſe Joſephus jam Ægypti Prorex præcepit fratribus ſuis, ut Benjamin natu minimum fratrem ſecum in Ægyptum adducerent. Adduxerunt! Et ecce! Sacer textus ait, quod Joſephus a longe proſpiciens inter fratres adventantes *viderit Benjamin fratrem ſuum*. Quare hunc præ ceteris vidit? Quia *Morale eſt*, ait S. Ambroſius, *ut quos diligimus, præ cæteris videamus.* Sic B. V. fratres ſuos S. Scapulari veſtitos præ cæteris videt, &c.

Elias ingentes Dei favores expertus eſt, & tamen Eliſæus duplicem ejus ſpiritum petiit: Cur duplicem? quia pallium Eliæ obtinuit: pallium hoc veſtis Carmelitana, S. Scapulare eſt. M. conc. 39. aſſ. 2. n. 5.

Prodeſt omnino contra tentationes impuras: ſicut enim Galenus Medicorum anteſignanus cuidam nocturnis Veneris illuſionibus vexato, ſubſtratas in lecto renibus roſas refrigerationis cauſa ſuaſit: VV. art. diſc. ſont. 58. Ex. 3. Ita Beatiſſimæ Virginis, quæ vocatur Roſa Myſtica, imago in Sacro Scapulari eandem habet Virtutem, ut extinguat ſtygii tentatoris ardores.

In vita S. Philippi Nerii legitur de Stephano Calcinardi, quod Romæ ab aliqua femina ad nefas invitatus jam in procinctu ſteterit, paratus illam adire geſtans in pectore nonnullos capillos de hoc Sancto, & fruſtula quædam panni ſanguine illius tincti, cum ecce! in pectore paſſus eſt ictum quaſi mallei ab his ſanctis reliquiis: concidit in deliquium, ſimulque vocem audit hujus Sancti: cave ne facias &c. Manſi Tract. 87. de Sacris Reliquiis Diſcurſ. 9. n. 5. applicentur ad S. Scapulare: non ſenſiſti o peccator quod te moneat? &c.

33. *Sine interna devotione nihil prodeſt.*

Chriſtus increpavit Phariſæos, quod dilatent philacteria ſua, & magnificent fimbrias. Hæ fimbriæ, & philacteria erant quædam ſchedulæ, quarum ſigno e veſtimentis ſuſpenſo volebant videri ſtrictiores, devotiores, & accuratiores: *Non intelligentes*, ait S. Hieronym. *quod hæc in corde portanda ſunt, non in corpore: alioquin & armaria habent libros, & notitiam Dei non habent.* D. 4. 79.



Ne dicas: Membrum ſum ſacræ confraternitatis, Mariæ Filius ſum! igitur, etiamſi peccator ſim, non poſſum perire! Erras! ſi ſalvari cupis, obſervanda ſunt mandata! in hac lege nemini diſpenſatur! an quæris, ad quid ergo prodeſt S. Scapulare? Reſpondeo: prodeſt, ut Mandata Dei ſolertius, & accuratius obſerves! Ladislaus Rex Poloniæ effigiem ſui Genitoris ſemper e collo pendulam geſtavit, hanc in arduis regni negotiis ſemper conſilio adhibuit, inquiens, abſit a me, o parens, ut aliquid te indignum geram! Sic tu mi Chriſtiane, in tentationibus Mariam, cujus effigiem in S. Scapulari geris, pie alloquere: Abſit a me, ut aliquid te indignum agam! &c.

Proditores in bello, qui urbem v. gr. Imperatoris explorare, eamque in manus hoſtium conſignare ſatagunt, externe quidem ſignum militare Imperatoris in pileo aut in pectore gerunt, & ſic amicitiam ſimulant, intus autem in animo ſunt ſycophantæ, & impoſtores. Ita pro dolor! multi gerunt in pectore Sac. Scapulare, ſimulant ſe extrinſecus amicos Dei & Deiparæ, intrinſecus autem ſunt ſcelerati peccatores, conſequenter Divini Filii, & Divinæ Matris perſecutores, de quibus merito Chriſtus & Maria dicere poſſunt: Hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me! &c.

### Templa B. V.

34. *Ædificantur a magnatibus non ſine prodigio.*

GOthofredus Dux Lotharingiæ ad templum B. V. Verduni propriis humeris ſaxa, cæmenta, & ligna apportat. F. L. 6. fol. 164. in fine. Philippus II. Rex Galliæ fundat Abbatiam B. V. de Victoria, poſtquam ab Anglis inſignem triumphum reportavit. F. L. 6. f. 176.

Dum Romæ indicio nivium Baſilica B. V. ædificari cœpta eſt, fundamenta ſpectante Pontifice & toto populo, ſeſe ultro aperuerunt. Bagatta Lib. 2. c. 5. §. 1. n. 5.

Cum in monte Berico prope Vincentiam Eccleſia B. V. ædificabatur, pluvia ingens de cælo cadens, non attigit cæmentum, non attigit operas, non attigit Eccleſiam, ut ædificatio non impediretur. Bagatta Lib. 3. c. 3. §. 3. n. 1.

In ædificatione Eccleſiæ B. V. apud Tungros cum materialia, id eſt, lapides, arena, cæmentum, & alia deeſſent, hæc in una nocte advecta ſunt: non ſunt viſi currus & equi, ſed una candida mulier, quæ totum hunc apparatum diſponebat. Bagatta Lib. 4. c. 1. §. 8. n. 24.

In Sacellum B. V. Haslacenſe a S. Ottone dedicatum, nulla fera, ſeu domeſtica ſeu ſilveſtris ingreditur, licet illud ſemper ſtet apertum. Quod ſi brutum compellatur ad ingreſſum, vel ſtatim perit, vel oculis excæcatur. Bagatta L. 7. c. 3. §. 2. n. 17.

Devoto Seni prope civitatem Roſſanenſem B. V. apparet, atque ab eo petit, ut in proximo colle ſibi Eccleſiam ædificaret. Cauſanti ſuam paupertatem, annulum in teſtimonium ſuæ voluntatis donavit. Paulo poſt advenit Comes Rogerius, qui audita hac apparitione B. V. templum ibi extruxit. Bagatta Lib. 5. c. 3. §. 4. n. 7.

### Imago B. V.

35. *Si inhonoretur manifeſtam pœnam poſt ſe trahit.*

CUm Hollandi Hallas oppidum, ubi miraculoſa Beatæ Virginis imago aſſervatur, obſiderent, quidam Joannes ZvvicKius aiebat: Ego meis manibus naſum abſcindam Hallenſi mulierculæ (B. V. per opprobrium denotabat) ecce! extemplo ab urbe volat globus, qui eum denaſavit: fuit tota vita ingenti ludibrio, & averſioni, etiam ſuis. C. in Gen. f. 744. col. 2.

Beatiſſima Virgo bene comparatur Arcæ teſtamenti: ſicut enim Arca Obededom ſalutaris, Ozæ fatalis fuit: ita B. V. clientes ſuos felices reddit, injuriatores graviter punit: Neſtorius negans eſſe Deiparam ita punitur, ut lingua illi a vermibus corroſa, vivens computruerit. Conſtantinus Copronymus comparans illam Burſæ, quæ exempto auro non niſi vilis eſt burſa, carbunculo ictus vociferatur vivum ſe igni traditum eſſe propter Mariam Deiparam. Cajanus Mimus blaſphemans B. Virginem, ab eadem in ſomnis correptus, cum ſe non corrigeret, manibus & pedibus mane truncatus repertus eſt. C. 2. Reg. 6. v. 7. fol. 21. d. 1. D. 3. c. 70. in fine.

Judæus ficte baptiſmum ſuſcipit, dein imaginem B. V. haſta lauciat, accuſatur, ſed pertinaciter negat facinus. Interim paralyticus æger primo ab Angelo, dein ab ipſa

Bea-

Beatiſſima monetur, ut injuriam Virginis vindicaret: provocat ille Judæum ad certamen, & miro prorſus modo æger ſanum, debilis fortem vincit. Rapitur Judæus ad furcam, canibus laceratur, concrematur. D. 4. 93.

Vir Cyprius in urbe Conſtantia armentarius, ubi in ſacello imaginem Beatiſſimæ vidit, coloribus in pariete expreſsam, ſtimulo, quo boves agebat, ſublato, illi dextrum oculum eruit. Egreſſus deinde cum pecus pungeret, ſtimulus confractus, & pars cui ferrum infixum erat, in dextrum hominis oculum involans, illum oculo privavit. E. *Imago* n. 3.

Conſtantiæ in Inſula Cypro bubulcus imagini B. V. ferreo cuſpide oculum effodit, & cum poſtea bovem agitaret, cuſpis in ejus manu diffractus, & in oculum ejus reflexus monoculum, pœna talionis fecit. H. 2. f. 5. c. 1.

### 36. *Prænunciat Dei ſupplicium.*

Segæ in Bohemia Statua B. V. jam per quatuor ſæcula colitur, quæ in bello Huſſitico in muro abſcondita indicio ſtellæ anno integro apparentis reperta eſt. Ante bellum hæc Statua per inſolitum ſceptri motum, aliaque ſigna de ingruentibus malis præmonuit. H. 2. f. 62.

VVartæ in Bohemia B. V. Nobili juveni ſuam imaginem donat. ibi incolis apparuit, illiſque bellum Huſſiticum, ruinaſque prædixit. Exuſto templo & cœnobio hæc Statua illæſa manſit, & hodiedum miraculis claret. H. 2. f. 62.

Anno 1620. Condini in Diœceſi Tridentina imago B. V. viſa eſt lacrymari. Quam funeſta tempora ſubſecuta ſint, notum eſt. H. 2. fol. 80.

Kenzingæ Statua B. V. ante bellum Suecicum, & triginta annorum, quo tota fere Alſatia devaſtata fuit, lacrymari viſa eſt. H. 2. fol. 90.

Embricæ Statua B. V. lacrymas fudit: ſecutum eſt bellum Germanicum, & clades, quam Catholica Religio paſſa eſt in Belgio. H. 2. fol. 94. c. 2.

Poſſonii imago B. V. ante mortem Ferdinandi II. Imp. amare fleviſſe viſa eſt. Idem conſtat de imagine B. V. Pozii (Petſch) quæ nunc in aula Cæſarea aſſervatur. H. 2. fol. 108.

Brazzæ in Dalmatia in pervetuſto Deiparæ templo pictura eſt obſcura, quæ in Feſto S. Sebaſtiani quotannis ſub ſacrificio clareſcit. Et JESUM populo benedicentem, atque Dei Matrem: & S. Joannem Bapt. repræſentat, & iterum obſcuratur. Inſuper ex die muri templi ſudorem ſpargunt. Quod ſi hæc portenta alio tempore contingant, mala peſſima, uti tempeſtates terribiles, famem, perſecutionem Turcicam, aut alia præſignant. H. 2. f. 110. ſeq.

### 37. *Deſignat locum ſui cultus.*

Anglus Mercator imaginem B. V. ſecum navi in Luſitaniam vehit: ibi noctu in vicino monte inſolitam lucem videns aſcendit montem: Et ecce! ibi Statuam B. V. quam ſecum ex Anglia attulerat, invenit. Quapropter ſacellum ibi extruens, ex Mercatore factus eſt eremicola. H. 2. f. 15. c. 1.

Legione in Hiſpania Statua eſt Deiparæ, dictæ *de Regula* quam ipſa apparens Religioſo, quingentis annis defoſſam juſſit ex terra erui, & venerationi exponi. Eſt hæc Statua una ex præcipuis totius Hiſpaniæ, imo orbis. H. 2. fol. 17.

Cum Epiſcopus e Monteferrato Statuam B. V. transferre vellet, in eo loco, ubi Guarinus Comitis filiam a dæmone liberatam violavit, & occidit, conſiſtere coactus eſt. Ibi S. Ignatius Loyola S. J. fundator converſionis ſuæ initia jecit. H. 2. fol. 18.

Imago B. V. ex oppido Alfaro clam ablata, & Pampelonam translata eſt. Requirentibus Alfarenſibus quidem reſtituta fuit, ſed paucos poſt dies Pampelonam imago rediit. H. 2. f. 19.

Religioſi in Inſula Minorica Statuam B. V. ex monte ad Caſtellum S. Agathæ ductu tauri transferunt, ſed illa ad priſtinum locum rediit, unde templum ibi ædificatum eſt. H. 2. fol. 21.

Salmurii urbe Galliæ Ruſticus in agro iconem B. V. doloroſæ invenit, quam domum aſportatam, ſemper deprehendit in agrum rediiſſe: ideoque re rite examinata templum B. V. ibi ædificatum eſt, ubi multa miracula patrantur. H. 2. f. 28. c. 1.

Nanceji in Lotharingia Collegium Buxerianum Nobilium Virginum templum Deiparæ habet ab ipſo Chriſto, ſpectantibus tribus Epiſcopis conſecratum: Cum S. Gincelino Epiſcopo ad abſolvendam templi fabricam impenſæ deficerent. B. V. in ſomnis admonuit Reginam Franciæ, ut camelum pecuniis onuſtum illuc dimitteret, quo ire vellet. Camelus ubi ad flumen Murtam pervenit, a lembo ab ulteriore ripa ſe ultro ſolvente exceptus eſt, id ubi mutus quidam vidit, ad S. Epiſcopum currens, illi adventum cameli articulatis vocibus nunciavit. Exinde conſuetudo tenet in hæc uſque tempora, ut in tanti prodigii memoriam ſemper aliquis mutus a ſacro Virginum Collegio alatur. H. 2. fol. 30.

Genuæ Imago B. V. naufragio erepta & in templo S. Petri *in Arena* dicto collocata, bis ad templum S. Michaelis ſeceſſit, ubi hodiedum benefica eſt. H. 2. f. 35.

Liburni Paſtor in campo ſuo nomine vocatus, invenit prægrande ſaxum, in quo Imago B. V. inſculpta erat. Hoc ſaxum juſſus eſt in proximum montem deportare. Et ſolus deportavit, cui plures non fuiſſent pares, indicavitque Senatui, qui templum ædificavit. H. 2. fol. 35.

Statua, cujus facies ab Angelis efformata, ab urbe Ariminenſi, navi ultro ſe movente Venetias navigat, ubi in ejus adventus ſtatim cæcus viſum, & mutus loquelam recepit. H. 2. fol. 45.

Statua B. V. ex Inſula Cypro a Templariis Drepanum delata, nulla hic amplius arte loco moveri, aut alio transferri potuit. Claret inſignibus miraculis. H. 2. f. 51.

Statua B. V. quæ Rottenburgi ab Acatholicis in rogum injecta per duodecim horas illæſa manſit, dein Pragam allata, & in crypta apud PP. Capuccinos collocata, juſſu Rudolphi II. Imp. in tertiam vicem in ſacello aulico collocari juſſa, ſemper ad PP. Capuccinos rediit. H. 2. fol. 61.

Bogenbergæ Statua lapidea B. V. prodigioſo natatu Danubium tranſiit, & ad radicem collis Bogenbergenſis in littore ſtetit, ubi dein templum ædificatum. H. 2. f. 65.

Haud procul Ratiſbona Statua B. V. ſex pedes alta aſſervatur, quæ in flumine Naba erecta defluxit. & ad juniperum conſiſtit. Deſignatum illi fuit templum, in altera fluminis parte, ſed Statua ad juniperum rediit, ubi ædificatum templum, in quo hodiedum arbuſtula illa vireſcit. H. 2. f. 74.

Paderbonæ auriga infantem ex incuria curru obtriverat, quamvis ergo a judice indemnis abierit, tamen pœnitentiæ loco Statuam B. V. Romam, & Roma iterum Paderbonam tulit. In reditu vero haud procul ab urbe, Statuam, quam quietis cauſa parumper depoſuerat, levare nulla arte amplius potuit. Ædificatum ibi templum. Et hæc eſt Statua illa, apud quam P. Athanaſ. Kircherus duplici malo una nocte liberatus eſt, incurabili pſora, & hernia. H. 2. f. 97.

Statua B. V. Tungrenſis de cælo allata, ter aut quater ex horto toparchæ Hectoris ad templum parochiale toties ad hortum rediit, & ultima vice ab Angelis translata inter cæleſtem ſplendorem, odorem & muſicam extructum in horto inſigne templum. Ex privilegio Pontificio in hæc uſque tempora perſeverat annua, eaque nocturna proceſſio ſecunda Februarii. H. 2. f. 106.

### 38. *Operatur mirabiles converſiones peccatorum.*

Tres e Gallia Nobiles in bello contra Saracenos capti, atque in Ægyptum deducti, ab Iſmeria Sultani filia in carcere inviſuntur. Dumque illi de fide Catholica, & Beatæ Virginis patrocinio multa loquuntur, dein per Angelicas manus imaginem Beatiſſimæ recipiunt, cujus ope Iſmeria mirabiliter convertitur, & in Galliam transfertur. R. cent. 2. part. 2. mir. 30.

Inſula Tanariffe, quæ una eſt ex Canariis, imago B. V. in ſpecu inventa, & per varia ſigna mirabilis, ab illis barbaris primo incognita colitur, dein cum ab uno eorum, qui a Chriſtianis in bello captus ad eam Inſulam redierat, inſtruerentur, quid imaginis illud eſſet, ad fidem converſi ſunt. R. cent. 3. p. 2. mir. 38.

Adanæ quæ Urbs eſt Ciliciæ illud templum Deiparæ eſt Theophili converſione celebre, quem ipſa a poteſtate dæmonis liberavit. Henr. Scherer Atl. Mar. f. 5.

Juvenis Leodii impie vivens, luſu, luxu, & luxuria depauperatus, ſcelerati famuli conſilio dæmoni ſe mancipat, Deum negat, ſed non Mariam. Dein in impietatem & miſeriam ſuam agnoſcens ad ſacellum ac imaginem B. V. confugit. Et ecce! Benigniſſima Dei Mater collapſam rem ita reſtituit, ut juvenis bona ſua vendita ab emptore Capitaneo non tantum recuperarit, ſed & pœnitentiæ gratiam a Deo impetrarit. R. cent. 2. p. 4. mir. 22.

### 39. *Miraculis claret.*

Haud procul ab urbe Damaſco, in templo rurali, nomine Sadaneida, in lignea tabula picta eſt B. V. imago, quæ oleo odorifero manat, de quo oleo Chriſtiani, Saraceni, & Judæi a variis languoribus curabantur, oleum quantumcunque inde ſumitur, nunquam minuitur. Baron. To. 10. ad an. 870.

Conſtantinopoli imago B. V. a perfido Judæo conſpurcata, cum a Chriſtiano a ſordibus mundaretur, ex omnibus membris olei ſudorem effudit. Alia ejuſmodi imago B. V. in civitate Sozopolitana olei odora- Ven. Beda de locis terra ſan. l. 3.

ratiſſimi liquore ſudabat, quem etiam oranti S. Theodoro Archimandritæ B. V. in faciem conſperſit. H. Ser. 14. f. 135. & ſeq. Ex eo dicta fuit Imago de oleo. H. 2. f. 5. c. 1.

Damaſci urbe Syriæ imago B. V. oleo fluit, quod paſſim per orbem morbis medebatur. H. 2. f. 6.

Florentiæ Imago B. V. Annuntiatæ, dum pictor obdormiſcit, facie Angelicis manibus efformata, perficitur. Hodiedum multis miraculis coruſcat. H. 2. f. 33.

Conſtantinopoli dum ab Iconoclaſtis imagines comburuntur, imago B. V. ex igne in altum evolat, & in ſinum Catholicæ feminæ decidit. Dein Patavium in templum S. Juſtinæ translata ibi miraculis fulget. H. 2. f. 39.

Ripæ in Tyroli ruſticus currum agens, & illo filiolum vehens, hunc, dum curſus in lapidem impegerat, e curru excuſſit, & obtrivit. Ubi vidit filium mortuum, cum lacrymis B. V. cujus imago pone in columna ſtabat, ſupplex factus filium ſanum recepit. H. 2. f. 81.

Bambergæ in apice montis ſilveſtris inventa B. V. Statua. Dum in radice montis illi ſacellum paratur, materia ædificationis noctu una cum laboratoribus in ſomno ad apicem montis transferuntur. Hæc Statua dein, ubi in monte intepuit devotio, Bambergam translata, oleo ſalutifero fluxit. H. 2. f. 86. ſeq.

Cracoviæ aſſervatur imago lapidea B. V. ſex pedes alta, quam S. Hyacinthus irruptioni Tartarorum una cum Sanctiſſimo ſubduxit, & manibus trans flumen portavit. *Menolog. Dominic. N. 16. Aug.*

Imagines B. V. in igne non læduntur: coram illis cerei Divinitus accenduntur: ſanguinem prodigioſe ſudant: depictæ in muro ultro moventur: Lapideæ ionatant aquis, &c. Bagatta L. 1. c. 1. §. 5. n. 5. & ſeq.

EXCELLENTIÆ B. V.

Quoad corpus.

*40. Pulchritudo ejus maxima, & admiranda.*

SAnctus Dionyſius Athenis uſque Jeruſalem proficiſcitur, ut B. V. videret, vidit, & ad S. Paulum ſcripſit, crediturum ſe quod Deam vidiſſet, niſi fides contrarium doceret. B. Ser. 5. n. 43. H. Ser. 21. in Exord.

Sicut lucerna cryſtallina, utut ex ſe pulchra, tamen ſi lumen inſeratur, ſplendidior eſt; ita B. V. cum concepit Deum pulchra facta eſt pulchritudine Divina. M. conc. 41. aſſ. 2. n. 3.

Sicut Deus pulcherrimus eſt per naturam, ita Maria per gratiam. Corn. a Lap. in Cant. 1. fol. 69.

Clericus quidam libenter oculos perdit, ut poſſit videre Mariam. Lohneri Bibliothec. Verbo *Hyperdulia* §. 4. n. 34. Calamat. Mar. fol. 18.

Antequam Maria Mater Dei facta eſt, mirabundus dixit Deus: *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es.* Ubi inſignis auctor: *Si tam pulchra, quia amica, quam erit pulchra, quia Mater? ſi admirabilis ejus pulchritudo conditori, quam admirabilis creaturæ?* M. conc. 11. aſſ. 2. n. 2. *Aloyſ. Navarr. Umb. Ven. n. 2. 94.*

Si Moyſes ex conſortio, & alloquio Dei ſplenduit, quid B. V. ex perpetua converſatione? Ib. n. 4.

*Nihil tam excellens fecerunt opera digitorum Dei, ut eſt Virgo Dei Genitrix, cujus pulchritudinem ſol, & luna mirantur.* Ait Petrus Damiani. M. conc. 32. aſſ. 1. n. 3. *S. Petr. Dam. ſer. de, Virg.*

*Pulchra es amica mea:* ubi Rupertus: *O pulchritudo admirabilis, quam ſic admiratur pulcherrimus auctor pulchritudinis.* Apud Manincor. f. 69. *Rup. l. 3. in Cant.*

Pulchritudo Mariæ debuit eſſe proportionata Maternitati: ſicut ergo Maternitas fuit dignitas excellentiſſima, ita & pulchritudo ejus fuit maxima. Calamat. Mar. Ser. 1. a fol. 4. ſeq. Hinc ait Richardus a S. Victore: *Tota pulchra dicitur, quia pulchra facie, & pulchra mente fuit.* Ib. f. 7. Connaturale eſt cauſis generare ſibi ſimile: ergo Chriſtus fuit ſimilis Matri: ſicut ergo Chriſtus omnes homines venuſtate exceſſit, ſic & Maria, ait Albertus Magnus. Ibid. fol. 9. Figuratum debet quodammodo ſuperare figuram; cum ergo Veteris Teſtamenti feminæ pulcherrimæ, uti Rebecca, Rachel, Eſther fuerint figura Beatiſſimæ, ſequitur, quod hæc omnes alias venuſtate ſuperarit. Ib. fol. 10. *Albert. M. ſuper Miſ. ſus 98.* Sicut Senxes picturus imaginem Junonis ab omnibus puellis ſingularem pulchritudinem commendicavit, eaſque omnes in imagine Junonis collegit: ita ait Gullielmus Pariſienſis: *Pulchritudo quælibet reperta in creaturis omnibus tota colligitur in beatam, & pulcherrimam mulierum.* Ib. f. 11. Sicut igitur inſigne aliquod artificium commendat Magiſtrum: ita Maria factorem ſuum Deum, qui in illa tantam perfectionem collocavit. Ib. fol. 14. *Guil. Pariſ. in Cant. 6.*

Cur Chriſtus non emiſit Matrem ad evangelizandum ſicut Apoſtolos? Quia facile

pa-



potuiſſet error contingere, cum illa ob ſuam pulchritudinem Dea fuiſſet credita. Ib. fol. 16.

VVintoniæ vana mulier diu ad ſpeculum ſe exornans interrogavit ancillam: Nunquid valde pulchra ſum? Repoſuit ancilla: Pulcherrima es, ita ut nec Dei Matrem talem fuiſſe credam! complacuit mulieri laus; ſed ut in templum venit, omnibus leproſa apparuit. Unde humiliari didicit. H. 2. f. 126.

*41. Extinxit in aſpicientibus libidinem.*

*Sicut lilium inter ſpinas*, quia aliæ pulchritudines ſpinæ ſunt, pungunt aſpicientes, ſed Maria ſemper ad pudicitiam allexit. M. conc. 11. aſſ. 2. n. 5.

Ioſeph in Ægyptum cum Maria abiens non cautelam illam adhibuit ſicut Abraham: *Dic, ut ſoror mea ſis*; quia Maria neminem ad impudentiam traxit aſpectu. M. Ibid. n. 6.

*Gerſon. de Concept. Virg.* Joannes Gerſon ait: *Phyſiognomia Virginis movebat aſpicientes ad omnem caſtitatem, & luxurioſas extinguebat cogitationes.* S. Bonaventura teſtatur: *Cum eſſet pulcherrima, tamen a nullo unquam fuit viro concupita.* Calamat. Mar. fol. 20. Aliarum Virginum etiam ſanctarum venuſtas fuit ſæpe occaſio concupiſcentiæ, & Martyriorum; ſic S. Catharina amata fuit a Maxentio: S. Agnes a Præſidis Simpurii filio: S. Agatha a Quintiliano: S. Lucia a Paſchaſio &c. Verum de Beatiſſima ait Dionyſ. Carthuſianus: *Intuentium corda ſic penetravit ſua inæſtimabili caſtitate, quod a nullo potuerit concupiſci.* Profecto aliæ formæ fuerunt ſpinæ, forma Mariæ fuit lilium. Ib. f. 21. Joſephus in Ægyptum itinerans non eam cautionem cum Maria adhibet, quam Abraham cum Sara, videlicet, ut illa ſe ſororem, non uxorem diceret: quia ex aſpectu Mariæ nulla libido erat metuenda ſicut ex aſpectu Saræ. Ib. f. 21. ſeq. *Dionyſ. Carth. in Cant. 2.*

Lutherus, quia fuit impudiciſſimus, dicere ſolebat: Nullum feſtum magis odi, quam Feſtum Immaculatæ Conceptionis, quare? quia puriſſima Virgo humiliter invocata extinguit, vel compeſcit furorem libidinis in exorantibus ſe; teſtatur enim Pientiſſimus Joannes Avila Chriſtianæ perfectionis Magiſter, eos qui importunis carnis ſtimulis infeſtantur, ſi ardentes preces in honorem Immaculatæ Conceptionis ad Deum fundant, a libidinis igne certo liberandos eſſe. Igitur illi, qui importunis tentationibus hac ex parte infeſtantur, aſſueſcant ſanctæ illi precatiunculæ, cujus efficaciam multi experti ſunt, & hodiedum experiuntur: *Per ſanctam Virginitatem & Immaculatam Conceptionem tuam, Puriſſima Virgo, emunda cor & carnem meam, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* *Exeleg. Ilus Feſt.*

Beatiſſima Virgo in terris exiſtens omnium in ſe rapuit oculos & admirationem, quia fuit pulchra pulchritudine Divina. S. Joſeph *non cognovit eam*, quia, ut ait S. Vincentius Ferrerius, velut puriſſimum cryſtallum Divinitatis in utero latentis radios emittebat, &c. Si ergo tam pulchra fuit in terris, quæ erit in cælis? Calamat. Mar. f. 17. Objectum quaſi beatificum in cælis, poſt Deum, erit Maria, cujus aſpectu Beati nunquam ſaturabuntur. Aliquis Clericus libenter perdit utrumque oculum, modo ſibi intueri liceat venuſtatem Beatiſſimæ. Ib. f. 18. & ſeq. E. Verbo *Maria* n. 33. Vid. tit. Excellentia quoad animam.

Beatiſſima Virgo non ſolum anima, ſed & corpore aſſumpta eſt in cælos! cum enim S. Thomas Apoſtolus, eo tempore, quo in morte B. V. omnes Apoſtoli ex toto orbe terrarum fuerunt Hieroſolymam congregati, ſero veniſset, cum lacrymis petiit, ut ſepulcrum B. V. ad videndum Ven. ejus corpus aperiretur. Apertum eſt, ſed non inventum ejus corpus, ſed tantum linteamina cum incomparabili odore. Ex quo patuit, B. V. anima & corpore tenus fuiſse aſſumptam in cælos. H. Ser. 8. per totum.

Beatiſſima Virgo Maria in terris converſata eminenter habuit in ſe ſanctitatem omnium Sanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & Viduarum: igitur etiam omnium eorum gloriam habet in cælis, ita ut etiam Angeli mirentur ejus gloriæ excellentiam, quia ſicut ſol omnia ſydera, ita illa omnes Sanctos tranſcendit, dicentes: Quæ eſt iſta, quæ progreditur ſicut ſol, pulchra ut luna &c.

EXCELLENTIÆ B. V.

Quoad animam.

*43. Fuit præſervata a peccato originali.*

FUſe id aſſeritur ex Sacra Scriptura, SS. Patribus, Theologis, Canoniſtis,



 va-

vaticiniis, ac rationibus apud M. conc. 4. per totam. Item conc. 39. aſſ. 1.

Lege ſtatutum eſt, quod *Imperator ea privilegia, quæ ipſe habet, concedat Auguſtæ:* ſicut ergo Imperator cælorum Chriſtus immunis fuit a peccato, ita & Imperatrix cæli Maria.

*Quoties de alicujus libertate judicatur, ſemper in libertatis favorem ſententia proferenda eſt.* Sed in hac controverſia de libertate, & immunitate Virginis agitur: conſequenter illa libera & immunis pronuntianda eſt.

Dominium duorum in ſolidum communiter improbatur: ergo diabolus nunquam potuit habuiſſe jus in Virginem, quia Dominus Deus *poſſedit illam in initio viarum ſuarum &c.* M. conc. 4. aſſ. 1.

B. V. comparatur Arcæ Noe, quia ſicut illa a diluvio, ita iſta a peccato immunis fuit. M. conc. 4. aſſ. 2. n. 4.

B. V. bis dicitur pulchra: *Ecce tu pulchra es amica mea, tu pulchra es.* Ubi Galatinus advertit, ideo Dominum Deum

*Gala. l. 3. c. 5.*

bis mentionem feciſſe de pulchritudine Virginis, *ut oſtenderet ipſam dupliciter pulchram id eſt puram & in conceptione ſine originali, & in vita ſine actuali fuiſſe.* M. conc. 4. aſſ. 2. n. 7. & 8.

Neque dicas: Beatam Virginem tali modo non fuiſſe redemptam: fuit enim redempta longe excellentiori modo, nempe per præſervationem: quod autem præſervatio proprie ſit redemptio, patet ex Pſalmiſta: *Redemiſti ſervum tuum de gladio maligno.* Ubi Caſſiodorus advertit: *Intelligendus eſt de gladio Goliath, non quod vulneravit eum gladio ſuo prius Goliath, ſed quia præſervavit eum Dominus de tali gladio.* M. conc. 4. aſſ. 2. n. 10.

B. V. frequenter comparatur Cedro Libani, cur? non tantum quia lignum cedrinum non verminat, ſed etiam ideo, quia contra ſerpentes valet: audiamus S. Bonaventuram: *Ideo Beata Virgo frequenter Cedris Libani comparatur, quæ ſerpentes fugant, & occidunt, quia ipſa ſtatim in ſua conceptione contrivit Draconis caput.* In hunc ſenſum a Deo dictum eſt primitus: *Inimicitias ponam inter te & mulierem:* Quomodo autem inimica eſſet Virgo ſtygio ſerpenti, ſi quidem illi aliquando amice conſenſiſſet? M. conc. 4. aſſ. 3. n. 2. 5. & ſeq.

*S. Bonav. Ser. 4. de concept.*

Cum S. Ildephonſus in templo S. Leocadiæ Sacrificium Miſſæ faceret, S. Leocadia e tumulo ſurrexit cæleſti ornatu inſignis, eique gratias egit quod Immaculatam Conceptionem B. V. ſtrenue defenderet. In ejus rei ſignum S. Ildephonſus fruſtum de velo capitis ejus abſcidit. Sanchez 6. part. c. 5. f. 759.

Conveniens erat, ut Angelorum Domina non eſſet Angelis puritate inferior: hinc S. Anſelmus: *Decens erat, ut ea puritate, qua major ſub Deo nequit intelligi, Virgo niteret.* Calamat. Mar. Ser. 3. n. 4.

Franciſcus Muletus Minoreſſæ in agro Barcinonenſi Canonicus, in ipſo templo pugione confoſſus reviviſcit, & hanc veritatem publice aſſerit. T. n. 62.

Vide Paoletti in Feſto Conceptionis B. V. in Adventuali.

### 44. *Fuit opus Dei perfectiſſimum.*

Deus in Beatiſſima omnes creaturarum excellentias adunavit: ita Joannes Damaſcenus: *Oportebat Dei Matrem, ea quæ ſunt Filii poſſidere: Filius res omnes conditas Matri in ſervitutem addixit.* Calamat. Mar. Serm. 3. n. 1.

*Joan. Damaſcen. 2. de Aſſumpt.*

Ab æterno deſtinata fuit, ut omnium creaturarum excellentias ſuperaret: hinc dicitur *una eſt columba mea, perfecta mea.* Joannes Damaſcenus hac de cauſa exclamat: *Te Deus rerum omnium digniorem præcognoſcens amavit, amatam prædeſtinavit.* Calamat. Mar. Ser. 3. n. 2.

*S. Damaſc. Orat. de Nat. Vir.*

Moyſes aureum vas præparari juſſit ad conſervandum Manna, ideo vas illud tam pretioſo cibo proportionatum eſſe debuit. Parem in modum, quia Maria Deum concepit, debuit habere proportionem ad tantum filium, & conſequenter perfectionem maximam, &c. Calamat. Ser. 6. f. 87. &c. In omnibus creaturis, ut in Angelis & hominibus Deus exhibuit ſuam potentiam, ſed in Maria quodammodo exhauſit, quia Majorem Matrem facere non poteſt, prout ait Doctor Angelicus. Calamat. Ser. 6. f. 89. Angeli tantæ ſunt perfectionis, ut cum inferioribus creaturis comparari non valeant: cum igitur Maria ſit conſtituta Regina Angelorum, non eſt dubitandum, quod omnes Angelorum perfectiones eminenter complectatur, &c. Calamat. Ser. 6. f. 89. & ſeq.

S. Bernard. ait: *Quod vel mortalium paucis conſtat fuiſſe collatum, fas certe non eſt ſuſpicari, tantæ Virgini eſſe negatum.* Ex quo ſequitur Mariam poſſediſſe perfectiones & dona omnium creaturarum, &c. Calamat. Ser. 6. f. 97.

*S. Ber. Epiſt. 174.*

S. Hieron. *Ceteris per partes, Mariæ ſe tota infudit gratiæ plenitudo.* H. Ser. 27. f. 97.

*S. Hier. Ser. ad Paulam & Euſtoch.*





Deus creavit, & poſſedit B. V. utpote Chriſti Matrem quaſi principium viarum, id eſt, operum ſuorum; quia Mater non fuit disjuncta a Filio etiam in electione Divina. Igitur ab æterno fuit prædeſtinata 1. ut eſſet principium, id eſt, prima Princeps & Domina omnium operum Dei. 2. Ut eſſet idea ſanctitatis, juxta quam SS. Angeli, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, & Virgines ſuam efformarent. 3. Principatum gratiæ & gloriæ ei decrevit, ut eſſet Regina & Domina creaturarum. 4. Deus eam fecit primitias operum ſuorum; hinc Rupertus ejus Nomine: *Priusquam naſcerer, Deo præſens aderam: Elegit me ante mundi conſtitutionem, ut eſſem ſancta & immaculata in conſpectu ejus.* Et S. Bonaventura: *Quidquid poſt Deum pulchrius, quidquid dulcius, quidquid jucundius eſt in gloria, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam eſt.* C. Prov. 8. v. 22.

*Rupert. in c. 9. Cant.*

*S. Bonav. in Spec. B. V. c. 6.*

### 45. *Ejus gloria poſt Deum maxima.*

Deus Angelis in primo creationis inſtanti Chriſtum ex Virgine naſciturum revelavit, & ſtatim illum tanquam Dominum ſuum adorarunt: conſequenter etiam Matrem Dei ut talem venerati ſunt. Calamat. Mar. Ser. 3. n. 3.

Omnium Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, Hominum & Angelorum gratiam & gloriam in ſe complectitur; quia hanc fidelibus copioſe communicat: *Hæc eſt voluntas Dei, qui totum nos habere voluit per Mariam,* ait S. Bernardus. Andreas Cretenſis inquit: *O Sancta, & Sanctis ſanctior, & omnis ſanctitatis ſanctiſſime theſaure.* S. Chryſoſt. vocat *incomparabiliter glorioſiorem, quam Seraphim.* Sic paſſim loquuntur alii ſancti Patres. C. Prov. 8. v. 18. Et Prov. 31. v. 29.

*S. Ber. Ser. de Nativ.*

*And. Cret. de Aſſumt. Virg.*

*Solo Deo excepto, cunctis ſuperior exiſtit,* ait S. Epiphanius. Ratio eſt, quia B. V. colitur ut Mater Dei, quæ eſt dignitas immenſa omnes alias longe tranſcendens. C. Prov. 31. v. 29.

Quemadmodum ſpeculum, quod ſolis radios capit, tanto ſplendore ſicut ipſe ſol luceſcit, ita ut humanus oculus inter ſpeculum illuſtratum, & ſolem illuſtrantem diſcernere non poſſit. Ita B. V. immenſa Filii pulchritudine, quam omnem in ſe reſorbet, tanquam Divino fulgore reſplendet. Si S. Dionyſ. Areopag. de Maria in terris ambulante dicere eſt auſus, ſe Deam illam fuiſſe crediturum, niſi fides ſibi obſtitiſſet, quanta nunc in cælis erit illius gloria?

### 46. *Habuit donum miraculorum.*

Quoties B. V. in Evangelio legitur fuiſſe locuta, toties ſtupendum contigit miraculum: Quando ſalutanti Angelo reſpondit, *Fiat mihi ſecundum Verbum tuum,* eo ipſo inſtanti incarnatus eſt Dei Filius: Quando ſalutavit Eliſabeth, ſanctificatus eſt Joannes: quando quærebat Filium in templo inquiens: *Fili quid feciſti nobis ſic,* Deus ſubditus eſt creaturæ. Quando in nuptiis interceſſit, vinum ex aqua factum eſt, &c. Calamat. Mar. Ser. 3. num. 14.

Ipſa Virgo fuit miraculum miraculorum Dei: præ omnibus collibus fuit mons in vertice montium, quia *ut ad conceptionem Verbi pertingeret, meritorum verticem ſuper omnes Angelorum choros uſque ad ſolium Deitatis erexit,* ait S. Damaſcenus. Ideo fuit idea ſanctitatis omnium Sanctorum; illa enim habet puriorem Virginitatem, quam omnes Virgines, majorem ſcientiam, quam omnes Doctores: fortiorem patientiam, quam omnes Martyres: clarius lumen propheticum, quam omnes Prophetæ: ardentiorem zelum quam Apoſtoli: denique ſanctitatem majorem, quam omnes Sancti. *Ceteris datur gratia per partes, Mariæ vero tota gratiarum plenitudo infunditur.* C. Prov. 8. n. 25.

*S. Joan. Damaſc. Or. 1. de Nat.*

B. V. vocatur *negotium omnium ſæculorum,* Primo paſſive & objective; quia ad ipſam tendunt omnia ſæcula, ut ad eam ornandam & coronandam laborando concurrant. Secundo etiam active, quia ipſa eſt negotium, id eſt, negotiatrix apud Deum pro Fidelibus cujuſvis ſæculi; ita enim cordi habet cujuſvis ſalutis negotium, ac ſi ſua propria res ageretur. C. in Prov. 31. v. 18.

### 47. *Eſt perfectior in gratia quam omnes Sancti.*

Beatiſſima habuit omnes Sanctorum gratias, dignitates, laureolas, habuit gratias antecedentes, conſequentes, diſponentes, gratificantes, ſanctificantes, & glorificantes: unde S. Baſilius: *Univerſa, quæ mundi ambitu continentur, cum Virginis dignitate comparari non valent.* Sicut vellus Gedeonis rore cæli maduit reliqua terra non madefacta: ita cæteri Sancti videntur aridi reſpectu Virginis cæleſtibus donis repletæ. Calamat. Mar. Ser. 2. fol. 28. ſeq.

*S. Baſil. Epiſt. Seleuc. or. 5.*

S. Bonav. in ſpec. c. 5.

S. Bonavent. *Maria mare eſt gratia affluendo; nam ſicut omnia flumina intrant in mare; ſic omnia gratiarum genera, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, & reliquorum Sanctorum influunt in Mariam.* Et Albertus Magnus: *Congregationem aquarum vocavit Maria: Locus autem omnium gratiarum vocatur Maria.* H. Ser. 22. f. 216.

In plenitudine Sanctorum detentio Virginis: 1. Quia meritis ſuis tranſcendit merita omnium Sanctorum, *cui nec fides defuit Patriarcharum, nec Spiritus Prophetarum, nec Zelus Apoſtolorum, nec conſtantia Martyrum, nec ſobrietas Confeſſorum, nec caſtitas Virginum, nec fœcunditas conjugatorum, nec puritas Angelorum*, ait S. Bernard. 2. Sicut habuit plenitudinem gratiæ, ita etiam habet plenitudinem gloriæ omnium Sanctorum. Hinc exclamat Andr. Cretenſis: *O Sancta Sanctis ſanctior, & omnis ſanctitatis ſanctiſſime theſaure.*

And. Cret. de dormit. Virg.

B. V. in primo creationis inſtanti majorem habuit gratiam, quam ſupremus Angelus, hanc gratiam dein ſingulis momentis duplicavit & centuplicavit, ita Deus plus illam amet & æſtimet, quam omnes Sanctos ſimul ſumptos. C. Luc. c. 1. v. 27.

*Fundamenta ejus in montibus Sanctis*; quia initium Mariæ plus placuit Deo, quam finis omnium Sanctorum. M. conc. 11. aſſ. 1. n. 3.

B. V. etiam dormiens merebatur, & ideo ſingulis momentis in immenſum augebat merita. M. ib. n. 4. Calam. Mar. Ser. 3. n. 9.

Vocatur ſoror noſtra parvula; quia microcoſmus eſt, qui continet perfectiones omnium Sanctorum. M. Ibid. n. 6.

Omnia flumina intrant in mare: ubi S. Bonavent. ait: omnia chariſmata intrant in Mariam; flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum: flumen gratiæ Apoſtolorum, & Martyrum &c. M. conc. 11. aſſ. 1. nu. 9.

Iſa. 2.

*Erit in noviſſimis diebus præparatus mons Domus Domini in vertice montium.* Per montes intelliguntur Sancti & Sanctæ Dei, per montem autem ſuperiorem montibus intelligitur Beatiſſima Virgo, quæ omnes Sanctos ſuperat meritis. Nam ut docet S. Auguſtinus, illa per unicum actum amoris, & ſpeciatim per illum actum Reſignationis: *Fiat mihi ſecundum Verbum tuum*, plus meruit, quam omnes Sancti. Calamat. Mar. Ser. 2. f. 25.

S. Bon. in Spec. Virg.

Beatiſſima Virgo, quia fuit vas immenſæ capacitatis, utpote quæ illum complectebatur, quem cæli & terra capere non poſſunt, ideo etiam immenſa fuit gratia, qua plena erat. Hinc in gratia ſuperavit omnes Sanctos. *In plenitudine Sanctorum detentio mea*, ait, quia habuit eminenter omnes virtutes, prærogativas, ac privilegia Sanctorum. *Gratia plena appellata es*, ait S. Athanaſius, *utpote, quæ omni gratia abundas.* Maria mare vocatur; ſicut enim mare omnia flumina recipit, & non redundat; ita Maria omnium Sanctorum, & Angelorum chariſmata complectitur: *Quidquid eſt, minus eſt Virgine, ſolus Opifex opus iſtud ſupergreditur.* Ib. f. 27.

S. Athan. Ser. de S. Deipar.

S. Petr. Dam. Ser. 1. de Nat. B. V.

*48. Illius dona, ac gratiæ ſunt incomprehenſibiles.*

Angelus ad Mariam dixit: *Ave gratia plena.* Quænam hæc eſt plenitudo? reſpondeo, ex capacitate debet deſumi: quem cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti; capacitatis ergo, & gratiæ immenſæ fuit. M. conc. 11. aſſ. 1. n. 7.

S. Bernardinus Sen. ait: Tanta fuit perfectio Virginis, ut ſoli Deo cognoſcenda reſervetur. M. ibid. n. 8.

Ne quære, cur ſancti Evangeliſtæ vitam Virginis non deſcripſerint? nam S. Tho. ait: *Quia Virginis gloria magis cogitari poterat, quam deſcribi.* M. Ibid. n. 9.

Ipſa ſacratiſſima Virgo ſuam perfectionem, & gratiarum dona explicare non poteſt, hinc quaſi abruptim tantum dicit: *Fecit mihi magna &c.* M. Ibid. n. 10.

Imo ipſe Deus vix explicare poſſe videtur magnam ſuæ Matris perfectionem, ideo ait: *Secretum meum mihi.* M. Ib. n. 11.

Dum Deus creavit hominem, dixit: Faciamus hominem ad imaginem noſtram; ſed in creatione Virginis dixit Sanctiſſima Trinitas: *Quid faciemus ſorori noſtræ?* ubi Card. Hugo: *Hæc quærit ſanctiſſima Trinitas, non dubitans, ſed exaggerans, quaſi dicat, magna faciemus ei.* M. Ibid. n. 11. & 12.

Cant. 8.

*Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* Cur dicitur *Dominus*, cur non *Deus*? Reſpondeo, quia Deus, dum operatur ut Deus, certis legibus ſtringitur, quas ipſe ſibi poſuit. At ut *Dominus* nulla lege arctatur; dicitur itaque *Dominus poſſedit me*, ut indicetur, Deum modo prorſus illimitato Virgini contuliſſe privilegia: Erat formata ex carne, ſed abſque fomite: erat infans, ſed cum uſu rationis: Erat fœcunda, ſed abſque violatione: erat incorrupta, ſed ſine ſterilitate: erat gravida, ſed ſine onere, erat pulchra, ſed ſine offendiculo videntium, erat moribunda, ſed ſine cruciatu, erat mortua, ſed ſine putrefactione &c. Segn. Manna 8. Sept. n. 2.

Prov. 8.



Beatiſſima Virgo nomine ſuo merito vocatur *Maria*, id eſt Domina maris; quia habuit plenitudinem *ſufficientiæ*, quæ reddidit Virginem plenam in ſe. Plenitudinem *abundantiæ*, quæ reddidit plenam pro ſe, & pro aliis. Plenitudinem *excellentiæ*, quæ reddidit plenam in ſe, plenam pro aliis, & plenam ſuper omnes alios ſimul ſumptos, &c. Segn. Manna 17. Sept.

Deus eſt infinite potens, infinite ſapiens: & tamen dicit S. Bernardinus Senenſis: *Nec potentiora, nec ſapientiora Deus facere potuit, quam quæ in Virgine fecit.* Calamat. Mar. Ser. 2. f. 30.

S. Ber. Sen. To. 3. Ser. 6. a. 1. c. 1.

S. Thomas ait: *Beata Virgo ex hoc, quod eſt Mater Dei, habet quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod Deus eſt.* Calamat. Mar. Serm. 3. n. 12.

*Fecit mihi magna qui potens eſt.* Supra hæc verba quærit S. Auguſt. *Quæ tibi magna fecit, O Domina!* & reſpondet: *ut creatura ederet creatorem, ut per te mundum Deus redimeret.* Propterea facta eſt Regina cæli & terræ, & data eſt illi omnis poteſtas, &c. Calamat. Mar. Diſc. 4. f. 56.

Luc. 1. S. Aug. in expoſ. Cant. Magnif.

S. Antoninus: *Maria interpretatur mare, quia ſicut nullus valet guttas maris dinumerare; ſic Miſericordiam, gratiæ excellentiam, gloriamque Mariæ nullus valet exprimere.* H. Ser. 22. f. 216.

S. Ant. p. 4. tit. 15. c. 14.

*49. Eſt præ omnibus creatis Deo ſimillima.*

Beatiſſima Virgo, teſte Andrea Hieroſolymitano, eſt *depicta archetypi Divini imago.* Nam primo, ſicut Deus Rex eſt omnium creaturarum; ita Maria Regina. Secundo, ſicut Deus eſt potentiſſimus; ita Mariæ *data eſt poteſtas in cælo, & in terra.* Tertio ſicut Deus eſt immenſus; ita donorum immenſitatem in Maria nemo poteſt comprehendere. Quarto ſicut Deus eſt pulcherrimus; ita Mariæ pulchritudinem ſol & luna mirantur. Quinto ſicut Deus Miſericors eſt; ita miſericordiæ Mariæ non eſt finis aut numerus. Sexto ſicut Deus eſt fons & origo omnium bonorum; ita de plenitudine Mariæ participant omnes creaturæ. Septimo ſicut Deus eſt ſanctiſſimus; ita Maria eſt Sanctis ſanctior, & ſanctitatis theſaurus, &c. Calamat. Mar. Diſc. 4. f. 52. & ſeq.

Andr. Hieroſol. orat. 2. de Aſſumpt.

S. Ber. Ser. 1. ſupra Salve.

Chriſtus figuratus fuit per arcam teſtamenti, & Maria per illud exemplar arcæ, quod Moyſi in monte monſtratum eſt; fuit enim Filio ſuo ſimillima. Illius nativitas ab Angelo nunciatur, fuit ab omni peccato immunis, in templo præſentata, ab Angelis nutrita, eſt advocata humani generis &c. aliaque habet dona, in quibus cum Filio convenit. Calamat. Diſc. 4. f. 60. & ſeq.

*In plenitudine Sanctorum detentio mea*: ait de ſeipſa B. V. Quid vult dicere? Nota! Sancti in cælis coruſcant ſanctitate ſua characteriſtica: Patriarchæ excellunt in fide, Prophetæ in ſpe, Apoſtoli in caritate, Martyres in fortitudine, confeſſores in vitæ auſteritate, Virgines in caſtitate. Vult ergo dicere Beatiſſima de ſe, quod omnem hanc plenitudinem ſanctitatis in ſe contineat, & proxima ad Deum accedat, &c.

Eccl. 24.

## PATROCINIUM B. V.

*50. Neminem ſe invocantem reſpuit.*

SAnctus Bernardus ait: *Ille ſolus, o Virgo, tuas laudes ſileat, qui te fideliter invocatam ſenſerit unquam in ſuis neceſſitatibus ſibi defuiſſe.* B. Ser. 75. n. 6.

S. Ber. Ser. 4. de Aſſumpt.

Neſcirem quonam refugerem, ait iterum Bernar. ſi non me totum Mariæ gratiæ commendarem. S. punct. 131. fol. 414.

S. Ber. l. de dulced. &c.

Rebecca non tantum famulo Iſaaci, ſed & camelis potum dedit: ſic Maria ſuam clementiam invocantibus impendit cum abundantia. M. conc. 18. §. 3. n. 3. ſeq.

*Maria omnibus omnia facta eſt*, ait S. Bernardus, *omnibus miſericordiæ ſinum aperit, ... omnium neceſſitates ampliſſimo quodam miſeratur affectu.* H. Ser. 28. f. 276.

S. Ber. Ser. ſup. miſſus eſt.

Maria dicitur veſtita eſſe duplicibus, id eſt, caritate Dei & proximi: unde ſicut ad Dei, ita & ad proximi obſequium ſemper parata eſt, cupitque eadem duplici veſte ornare ſibi devotos: ſed opus eſt, ut Mariæ virtutes æmulemur, juxta illud: *Mariam induite, quotquot diligitis eam; hæc luceat in manibus, ſplendeat in actionibus.* C. in Proverb. 31. v. 21.

S. Bonav. in Pſalt.

Lex clementiæ, id eſt, pietatis affectus, & beneficentia in lingua ejus; quia fuit, & eſt clementiſſima: *Manſuetiſſima fuit per lenitatem, patientiſſima contra omnem adverſitatem*, ait S. Bonav. C. in Prov. 31. n. 26.

S. Bonav. in Spec. c. 8.

*51. Invocantes ſe velociſſime exaudit.*

B. V. ſæpe comparatur lunæ: quia hic Planeta omnibus aliis velocior eſt curſu. Ita B. V. &c. B. Ser. 81. n. 7.

Duo ubera B. V. dicuntur hinnuli, quia uno juſtis gratiam, altero reis veniam velociſſime impetrat. M. conc. 39. art. 3. n. 6.

S. Bonav. in ſpec. c. 5.

S. Bonavent. *Maria mare eſt gratia affluendo; nam ſicut omnia flumina intrant in mare; ſic omnia gratiarum genera, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, & reliquorum Sanctorum influunt in Mariam.* Et Albertus Magnus: *Congregationem aquarum vocavit Maria: Locus autem omnium gratiarum vocatur Maria.* H. Ser. 22. f. 216.

In plenitudine Sanctorum detentio Virginis: 1. Quia meritis ſuis tranſcendit merita omnium Sanctorum, *cui nec fides defuit Patriarcharum, nec Spiritus Prophetarum, nec Zelus Apoſtolorum, nec conſtantia Martyrum, nec ſobrietas Confeſſorum, nec caſtitas Virginum, nec fœcunditas conjugatorum, nec puritas Angelorum*, ait S. Bernard. 2. Sicut habuit plenitudinem gratiæ, ita etiam habet plenitudinem gloriæ omnium Sanctorum. Hinc exclamat Andr. Cretenſis: *O Sancta Sanctis ſanctior, & omnis ſanctitatis ſanctiſſime theſaure.*

And. Cret. de dormit. Virg.

B. V. in primo creationis inſtanti majorem habuit gratiam, quam ſupremus Angelus, hanc gratiam dein ſingulis momentis duplicavit & centuplicavit, ita Deus plus illam amet & æſtimet, quam omnes Sanctos ſimul ſumptos. C. Luc. c. 1. v. 27.

*Fundamenta ejus in montibus Sanctis*; quia initium Mariæ plus placuit Deo, quam finis omnium Sanctorum. M. conc. 11. aſſ. 1. n. 3.

B. V. etiam dormiens merebatur, & ideo ſingulis momentis in immenſum augebat merita. M. ib. n. 4. Calam. Mar. Ser. 3. n. 9.

Vocatur ſoror noſtra parvula; quia microcoſmus eſt, qui continet perfectiones omnium Sanctorum. M. Ibid. n. 6.

Omnia flumina intrant in mare: ubi S. Bonavent. ait: omnia chariſmata intrant in Mariam: flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum: flumen gratiæ Apoſtolorum, & Martyrum &c. M. conc. 11. aſſ. 1. nu. 9.

Iſa. 2.

*Erit in noviſſimis diebus præparatus mons Domus Domini in vertice montium.* Per montes intelliguntur Sancti & Sanctæ Dei, per montem autem ſuperiorem montibus intelligitur Beatiſſima Virgo, quæ omnes Sanctos ſuperat meritis. Nam ut docet S. Auguſtinus, illa per unicum actum amoris, & ſpeciatim per illum actum Reſignationis: *Fiat mihi ſecundum Verbum tuum*, plus meruit, quam omnes Sancti. Calamat. Mar. Ser. 2. f. 25.

S. Bon. in Spec. Virg.

Beatiſſima Virgo, quia fuit vas immenſæ capacitatis, utpote quæ illum complectebatur, quem cæli & terra capere non poſſunt, ideo etiam immenſa fuit gratia, qua plena erat. Hinc in gratia ſuperavit omnes Sanctos. *In plenitudine Sanctorum detentio mea*, ait, quia habuit eminenter omnes virtutes, prærogativas, ac privilegia Sanctorum. *Gratia plena appellata es*, ait S. Athanaſius, *utpote, quæ omni gratia abundas.* Maria mare vocatur; ſicut enim mare omnia flumina recipit, & non redundat; ita Maria omnium Sanctorum, & Angelorum chariſmata complectitur: *Quidquid eſt, minus eſt Virgine, ſolus Opifex opus iſtud ſupergreditur.* Ib. f. 27.

S. Athan. Ser. de S. Deipar.

S. Petr. Dam. Ser. 1. de Nat. B. V.

### 48. *Illius dona, ac gratiæ ſunt incomprehenſibiles.*

Angelus ad Mariam dixit: *Ave gratia plena.* Quænam hæc eſt plenitudo? reſpondeo, ex capacitate debet deſumi: quem cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti; capacitatis ergo, & gratiæ immenſæ fuit. M. conc. 11. aſſ. 1. n. 7.

S. Bernardinus Sen. ait: Tanta fuit perfectio Virginis, ut ſoli Deo cognoſcenda reſervetur. M. ibid. n. 8.

Ne quære, cur ſancti Evangeliſtæ vitam Virginis non deſcripſerint? nam S. Tho. ait: *Quia Virginis gloria magis cogitari poterat, quam deſcribi.* M. Ibid. n. 9.

Ipſa ſacratiſſima Virgo ſuam perfectionem, & gratiarum dona explicare non poteſt, hinc quaſi abruptim tantum dicit: *Fecit mihi magna &c.* M. Ibid. n. 10.

Imo ipſe Deus vix explicare poſſe videtur magnam ſuæ Matris perfectionem, ideo ait: *Secretum meum mihi.* M. Ib. n. 11.

Dum Deus creavit hominem, dixit: Faciamus hominem ad imaginem noſtram; ſed in creatione Virginis dixit Sanctiſſima Trinitas: *Quid faciemus ſorori noſtræ?* ubi Card. Hugo: *Hæc quærit ſanctiſſima Trinitas, non dubitans, ſed exaggerans, quaſi dicat, magna faciemus ei.* M. Ibid. n. 11. & 12.

Cant. 8.

*Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* Cur dicitur *Dominus*, cur non *Deus*? Reſpondeo, quia Deus, dum operatur ut Deus, certis legibus ſtringitur, quas ipſe ſibi poſuit. At ut *Dominus* nulla lege arctatur; dicitur itaque *Dominus poſſedit me*, ut indicetur, Deum modo prorſus illimitato Virgini contuliſſe privilegia: Erat formata ex carne, ſed abſque fomite: erat infans, ſed cum uſu rationis: Erat fœcunda, ſed abſque violatione: erat incorrupta, ſed ſine ſterilitate: erat gravida, ſed ſine onere, erat pulchra, ſed ſine offendiculo videntium, erat moribunda, ſed ſine cruciatu, erat mortua, ſed ſine putrefactione &c. Segn. Manna 8. Sept. n. 2.

Prov. 8.





Beatiſſima Virgo nomine ſuo merito vocatur *Maria*, id eſt Domina maris; quia habuit plenitudinem *ſufficientiæ*, quæ reddidit Virginem plenam in ſe. Plenitudinem *abundantiæ*, quæ reddidit plenam pro ſe, & pro aliis. Plenitudinem *excellentiæ*, quæ reddidit plenam in ſe, plenam pro aliis, & plenam ſuper omnes alios ſimul ſumptos, &c. Segn. Manna 17. Sept.

S. Ber. Sen. To. 3. Ser. 6. a. 1. c. 1.

Deus eſt infinite potens, infinite ſapiens: & tamen dicit S. Bernardinus Senenſis: *Nec potentiora, nec ſapientiora Deus facere potuit, quam quæ in Virgine fecit.* Calamat. Mar. Ser. 2. f. 30.

S. Thomas ait: *Beata Virgo ex hoc, quod eſt Mater Dei, habet quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod Deus eſt.* Calamat. Mar. Serm. 3. n. 12.

Luc. 1. S. Aug. in expoſ. Cant. Magnif.

*Fecit mihi magna qui potens eſt.* Supra hæc verba quærit S. Auguſt. *Quæ tibi magna fecit, O Domina!* & reſpondet: *ut creatura ederet creatorem, ut per te mundum Deus redimeret.* Propterea facta eſt Regina cæli & terræ, & data eſt illi omnis poteſtas, &c. Calamat. Mar. Diſc. 4. f. 56.

S. Ant. p. 4. tit. 15. c. 14.

S. Antoninus: *Maria interpretatur mare, quia ſicut nullus valet guttas maris dinumerare; ſic Miſericordiam, gratiæ excellentiam, gloriamque Mariæ nullus valet exprimere.* H. Ser. 22. f. 216.

### 49. *Eſt præ omnibus creatis Deo ſimillima.*

Andr. Hieroſol. orat. 2. de Aſſumpt.

Beatiſſima Virgo, teſte Andrea Hieroſolymitano, eſt *depicta archetypi Divini imago.* Nam primo, ſicut Deus Rex eſt omnium creaturarum; ita Maria Regina. Secundo, ſicut Deus eſt potentiſſimus; ita Mariæ *data eſt poteſtas in cælo, & in terra.* Tertio ſicut Deus eſt immenſus; ita donorum immenſitatem in Maria nemo poteſt comprehendere. Quarto ſicut Deus eſt pulcherrimus; ita Mariæ pulchritudinem ſol & luna mirantur. Quinto ſicut Deus Miſericors eſt; ita miſericordiæ Mariæ non eſt finis aut numerus. Sexto ſicut Deus eſt fons & origo omnium bonorum; ita de plenitudine Mariæ participant omnes creaturæ. Septimo ſicut Deus eſt ſanctiſſimus; ita Maria eſt Sanctis ſanctior, & ſanctitatis theſaurus, &c. Calamat. Mar. Diſc. 4. f. 52. & ſeq.

S. Ber. Ser. 1. ſupra Salve.

Chriſtus figuratus fuit per arcam teſtamenti, & Maria per illud exemplar arcæ, quod Moyſi in monte monſtratum eſt; fuit enim Filio ſuo ſimillima. Illius nativitas ab Angelo nunciatur, fuit ab omni peccato immunis, in templo præſentata, ab Angelis nutrita, eſt advocata humani generis &c. aliaque habet dona, in quibus cum Filio convenit. Calamat. Diſc. 4. f. 60. & ſeq.

Eccl. 24.

*In plenitudine Sanctorum detentio mea:* ait de ſeipſa B. V. Quid vult dicere? Nota! Sancti in cælis coruſcant ſanctitate ſua characteriſtica: Patriarchæ excellunt in fide, Prophetæ in ſpe, Apoſtoli in caritate, Martyres in fortitudine, confeſſores in vitæ auſteritate, Virgines in caſtitate. Vult ergo dicere Beatiſſima de ſe, quod omnem hanc plenitudinem ſanctitatis in ſe contineat, & proxima ad Deum accedat, &c.

## Patrocinium B. V.

### 50. *Neminem ſe invocantem reſpuit.*

S. Ber. Ser. 4. de Aſſumpt.

Sanctus Bernardus ait: *Ille ſolus, o Virgo, tuas laudes ſileat, qui te fideliter invocatam ſenſerit unquam in ſuis neceſſitatibus ſibi defuiſſe.* B. Ser. 75. n. 6.

S. Ber. lib. de dulced. ac.

Neſcirem quonam refugerem, ait iterum Bernar. ſi non me totum Mariæ gratiæ commendarem. S. punct. 131. fol. 414.

Rebecca non tantum famulo Iſaaci, ſed & camelis potum dedit: ſic Maria ſuam clementiam invocantibus impendit cum abundantia. M. conc. 18. §. 3. n. 3. ſeq.

S. Ber. Ser. ſuper Signum magnum.

*Maria omnibus omnia facta eſt*, ait S. Bernardus, *omnibus miſericordiæ ſinum aperit, ... omnium neceſſitates ampliſſimo quodam miſeratur affectu.* H. Ser. 28. f. 276.

Maria dicitur veſtita eſſe duplicibus, id eſt, caritate Dei & proximi: unde ſicut ad Dei, ita & ad proximi obſequium ſemper parata eſt, cupitque eadem duplici veſte ornare ſibi devotos: ſed opus eſt, ut Mariæ virtutes æmulemur, juxta illud: *Mariam induite, quotquot diligitis eam: hæc luceat in manibus, ſplendeat in actionibus.* C. in Proverb. 31. v. 21.

S. Bonav. in Pſalt.

Lex clementiæ, id eſt, pietatis affectus, & beneficentia in lingua ejus; quia fuit, & eſt clementiſſima: *Manſuetiſſima fuit per lenitatem, patientiſſima contra omnem adverſitatem*, ait S. Bonav. C. in Prov. 31. n. 26.

S. Bonav. in Spec. c. 8.

### 51. *Invocantes ſe velociſſime exaudit.*

B. V. ſæpe comparatur lunæ: quia hic Planeta omnibus aliis velocior eſt curſu. Ita B. V. &c. B. Ser. 81. n. 7.

Duo ubera B. V. dicuntur hinnuli, quia uno juſtis gratiam, altero reis veniam velociſſime impetrat. M. conc. 39. aſſ. 3. n. 6.

Sacerdos a pueritia caſtus in adulta jam ætate impuriſſimis tentationibus vexatus eſt. Confugiens ergo ad B.V. cum ab illa non ſtatim exaudiretur, aliquando coram altari orans, vidit imaginem Beatiſſimæ, & Sanctæ Gertrudis: igitur minari etiam auſus eſt, quod aureum diadema Beatiſſimæ, niſi eum mox adjuvaret, auferre, & S. Gertrudi imponere vellet. Placuit Dei Genitrici ſimplicitas, & eum ab omni carnis ſtimulo liberavit. E. *Maria* n. 47.

Mercator haud procul ab urbe Mergenthal a latronibus exſpoliatus, & jam excarnificandus invocat opem B. V. Latrones mitiores facti illum alligant arbori: apparet illi B.V. vincula ſolvit, & eum momento in patriam transfert. H. 2. fol. 91.

Præſertim cum animæ ſalutem concernit, Maria ſine mora fert auxilium. *In montana ad Eliſabeth abiit cum feſtinatione.* Sed quare cum feſtinatione? 1. ait S. Ambroſius, ne extra domum diu in publico verſaretur, quod Virgines dedecet. 2. Quia plena erat gaudio & Spiritu Sancto: *Neſcit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.* Sunt hæ bonæ rationes, ſed præplacet tertia: quia Joannem in utero ſanctificare, & a peccato purgare feſtinabat. C. in Luc. 1. verſ. 39.

*52. Erga famules ſuos prodigioſe benefica.*

Damaſci Imago B. V. aſſervatur ubi S. Joann. Damaſcenus amputatam manum integram recepit. H. 2. fol. 6.

Petrus Martinez in Africa captivus a Deipara ſibi apparente monitus eſt, ut cum in Luſitaniam redierit, ubi lucem inſolitam deprehenſurus eſſet, templum ſibi conderet. Simul atque hoc dixit Virgo Petrus adhuc compedibus vinctus in patria conſtitit: lucem jam ab aliis viſam haud procul Uliſſipone vidit, Deiparæ Statuam invenit, & templum ædificavit. H. 2. fol. 15.

Cordubæ Statua B. V. ſub radicibus ficulneæ effoditur, & ſtatim fonticulus ibi naſcitur ægris ſalutaris. ibi P. Th. Sanchez adhuc juvenis linguæ balbutientis impedimentum depoſuit. H. 2. fol. 17. c. 1.

Ramirius Dynaſta Hiſpanus, Maurorum multitudine obſeſſus, duas filias potius Deiparæ ſacrificat, quam illas libidini hoſtium relinquat. Dein præter ſpem Mauros vincit, & victor redux duas filias vivas invenit. H. 2. fol. 18.

B. Jordanus Generalis Ord. S. Dominici auctor fuit, ut quotidie a ſuis Salve Regina in honorem B. V. cantaretur. Vidit aliquando Beatiſſimam Virginem in altari manum arripere Divini Filii ſui, & cum ea ſibi ac fratribus benedicere. *Barry Ann. Mar. 2. Febr.*

*Manum ſuam aperuit inopi &c.* hæc verba propria ſunt B. V. cujus miſericordiam & liberalitatem celebrant omnium ſæculorum hiſtoriæ. Hinc Eccleſia B.V. ſalutat, *Salve Regina, Mater Miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra!* S. Bernardus ait: *Nihil nos Deus habere voluit, quod per manus Mariæ non tranſiret.* C. in Prov. 31. v. 20. Prov. 31. v. 20.

*53. Eſt refugium tribulatorum.*

B. V. vocatur Platanus exaltata juxta aquam in plateis: ubi Richardus a S. Laur. *Contra æſtum exterioris tribulationis remedium præſtat.* B. Serm. 71. n. 9. 10.

S. Bernardus ait: Omnium neceſſitates materno miſeretur affectu. S. punct. 32. fol. 738.

Joannes ſub cruce Mariæ filius factus eſt, quia paſſionis calicem magis, quam ceteri Apoſtoli bibit. M. conc. 29. aſſ. 2. n. 10.

Maria Apoſtolos inter ærumnas ſua præſentia confortavit; ita hodiedum omnes tribulatos. M. conc. 32. aſſ. 3. n. 7.

Chriſtus ad Apoſtolos dixit: Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis. Quid? an Apoſtoli non laborarunt inter ærumnas? Reſpondeo, Virginis præſentia ita erigebat Apoſtolos, ut laborem non ſentirent ſub umbra Virginis. M. conc. 32. aſſ. 3. n. 7.

Piæ cujusdam Matris filius in bello contra Turcas capitur: Mater non deſinit opem Virginis implorare, & ecce aliquando veſperi ad ædium illius poſtes advenitat filius, turcico habitu indutus, & in manu tenens aureum poculum, quo nobiliſſimo cuidam Turcæ tanquam pincerna ſervierat: fuit autem angelica manu e Turcia Catanam in Sicilia translatus. R. cent. 2. part. 2. mir. 32.

Frater Ciſtercienſis, Eccleſiæ cuſtos & Beatiſſimæ Virgini valde devotus, a dæmone ſpeciem mulieris induto deceptus perſuaſusque eſt, ut aureo argenteoque Eccleſiæ ornatu furtim ablato ſecum profugeret. Fecit id cuſtos, in via alio prætextu rediit dæmon & Monachis furtum prodidit. Ille retractus in Monaſterium & incarceratus invocat Beatiſſimam, & illa compulit dæmonem loco fratris carcerem ſubire cuſtodemque liberavit. E. *Maria* n. 43.

54. Sæ-



*54. Sæpe non exaudit, & cur?*

Si Maria non exaudiat clamantes ad ſe, id maxime fit: 1. Quia oratio non procedit ex caritate. 2. Quia non ſequitur emendatio morum. 3. Quia oratio fit tantum ex amore erga res temporales. B. Serm. 77. n. 26. 27. & 28.

Lackæ haud procul Bruxellis apud Statuam B. V. tredecim peregrini, qui igne ſacro ſive S. Antonii laborabant, ſanati ſunt, excepto uno: hic cum in lamenta & blaſphemias erumperet, quod parem cum aliis ſanitatem non reciperet, illico eodem malo correptus, & conſumptus eſt. H. 2. fol. 98.

Peruſii in Italia annulus, quo B.V. a S. Joſepho fuit deſponſata, miraculis claret, præſertim in partus difficultate, & ad conciliandos conjugum animos valet. Verum cum aliquando mulier, nomine Waldrada, temerario auſu annulum ſuo digito inſeruit, digitus eo momento exaruit. Bagatta l. 5. c. 3. §. 4. n. 1. En! B.V. reverentiam, ac humilitatem exigit, ſine his diſpoſitionibus adeo non exaudit, ut potius noceat!

Dantur loca in agris, & pratis, quæ licet æquali induſtria cum ceteris colantur, præ ceteris tamen ſteriloſcunt. Quare? quia a vicino monte, ædificio, aut nemore plus nimis obumbrantur & ſic infrigidantur. Multæ animæ Chriſtianæ, licet iiſdem fidei remediis cum aliis foveantur, & Mariam invocent, non tamen bonis operibus fœcundantur; quia umbras vanitatis quærunt, & frigide ſolum agunt, quod ferventer agere deberent. &c.

*55. Suo præſidio ſecuros nos reddit.*

Eliſæus flumen trajecturus in expanſo Eliæ pallio ſpem concepit, & feliciter trajecit. Quanto magis fiduciam habere poſſumus in pallio protectionis Beatæ Virginis. S. punct. 23. fol. 95.

Urbs Carnutenſis per togam B.V. ab excidio ſervatur. F. part. 3. L. 6. fol. 170.

S. Giſlenus itinerans veſtes ſuas e palo ſuſpenſas ad ſolem ſiccat, interim venit urſus, qui perſequentibus canibus ſub iis veſtibus ſe recipit, & ſecuritatem mire invenit. Applica! &c. R. cent. 2. p. 1. mir. 21.

VVormirii dum itinerans faber ferrarius coram icone B.V. doloroſæ, in arbore ſtantis orat, B.V. illi apparet, & tres turgentes ſpicas illi oſtendens ait: licet loci hujus incolæ ſuis flagitiis Deum provocarint ad caſtiganda eorum peccata grandine & tempeſtate, ego tamen patrocinio meo obtinui, ut ſi pœnitentiam agant, indemnes perſiſtant. His dictis evanuit! ædificatum eſt ibi ſacellum B.V. incolæ pœnitentiam egerunt, & licet circum circa agri grandine obtriti ſint, eorum tamen ſegetes manſerunt incolumes. H. 2. fol. 93. ſeq.

Si Pater iratus baculo & virga in filiolum immorigerum involat, quid agit iſte? retro Matrem ſe abſcondens ibi refugium quærit. Ita ſi iratus Deus contra peccatorem juſtitiæ romphæam ſtringit, quid illi ſupereſt, niſi ut ad Mariam confugiat, quæ ab Eccleſia dicitur: *Refugium peccatorum &c.*

*56. Eſt Mater omnium noſtrum amantiſſima.*

*Peperit Filium ſuum primogenitum.* Chriſtus eſt primogenitus, nos adoptivi: ergo Mater Dei, ait Anſelmus, eſt Mater noſtra. &c. S. punct. 32. fol. 736. Ideo etiam hereditatem, & dotem hujus magnæ Matris ſperare habemus. Ibid. fol. 737.

Cur Bala vocatur Mater filiorum Nepthali, cum tamen hi non filii, ſed nepotes ejus fuerint? Reſpondeo; quia apud Joſephum pro ceteris interceſſit, ideo hæc pietas Materna dicitur: quid dicendum de Dei Matre, quæ ſemper pro nobis intercedit? nonne Mater noſtra eſt? S. punct. 32. fol. 739.

Hinc B.V. mire nos amat, 1. quia ejus caritas eſt ardentiſſima, a Spiritu Sancto incenſa. 2. Quia eſt Mater Chriſti; ideo omnes materno amore diligit, quos Chriſtus amat. 3. Unus idemque eſt habitus, quo diligitur Deus & proximus; ſicut ergo amor erga Deum fuit maximus in B. V. ita & amor fuit maximus erga proximum. 4. Chriſtum præfecit Mariam Eccleſiæ, & fidelibus, ut ſit eorum Mater, Regina, & patrona: ergo etiam ſummum illi amorem contulit. Denique magnitudinem amoris Virginis erga hominem teſtantur immenſa ejus beneficia, de quibus S. Bernardus: *Sileat miſericordiam tuam o* S. Bern. ſer. 4. de Aſſump.
*Virgo Beata, ſiquis eſt, qui invocatam te in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe.*

*57. Habet poteſtatem omnes adjuvandi.*

Si alii Sancti, uti Abraham, Iſaac, Jacob, Moyſes, placare Deum, & multas ab eo gratias impetrare poterant, quanto magis Mater Dei, quæ adſtat Regina a Dextris Deo. H. Serm. 10. fol. 88.

Quo majus eſt meritum hominis apud Deum, eo magis interceſſione ſua valet.

I 4 Cu-

Cujus autem meritum majus eſt apud Deum, Prov. 5. quam Matris Dei? *Multæ filiæ congregarunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas*. Cum ergo jam ab Angelo fuit ſalutata, *Gratia plena*: quanto magis gratia plena fuerit neceſſe eſt, poſtquam Filius Divinus novem menſibus in ejus corpore requievit? H. Ser. 10. f. 90.

Maternitas Dei eſt dignitas quaſi infinita, ex qua omnia B. V. chariſmata, & privilegia profluunt: ſicut ergo dignitate, ita etiam meritis omnes Sanctos & Angelos ſuperat, conſequenter ejus preces plus valent apud Deum, quam preces omnium hominum & Angelorum, illa enim dignior eſt, quæ exaudiatur, quam omnes Sancti. C. in Prov. 31. v. 29.

Prov. 8. *Mecum ſunt divitiæ, & opes ſuperbæ*, videlicet divitiæ gratiarum omnium. S. punct. 32. f. 737.

*Pete Mater, neque enim fas eſt, ut avertam faciem tuam*: ubi S. Antonin. S. Anton. 4. par. tit. 15. c. 18. §. 4. Oratio Virginis non ſolum innititur gratiæ Dei, ſed etiam juri naturali & juſtitiæ Evangelii, nam filius non tantum tenetur audire Matrem, ſed etiam obedire. S. punct. 32. fol. 739. Repulſam a filio referre non S. Ber. Ser. de Nat. B. V. poteſt, ait S. Bern. S. Ibid. f. 741.

Ab aliis Sanctis hæc vel illa impetrari poſſunt, a Maria omnia. S. punct. 32. f. 742.

*In Jeruſalem poteſtas mea*, id eſt in Eccleſia triumphante, ut ait Richardus, ibi exercet ſuam poteſtatem, ibi omnes introducere poteſt. M. conc. 11. aſſ. 3. n. 2.

Angeli præſunt regnis, provinciis, civitatibus, & domibus. Preces noſtras Deo offerunt. S. Michael Angelus contra Draconem pugnat: Angelus Petrum e carcere liberat, piſcinam movet, Lazarum mendicum in ſinum Abrahæ deportat. An Reginam Angelorum non putabimus habere eandem & majorem poteſtatem, præſertim cum de Sanctis dicatur: Luc. 20. *Erunt in cælo ſicut Angeli Dei*?

Salomon Matri in throno juxta ſe ſedenti: 3. Reg. 2. *Pete a me Mater; non enim eſt æquum, ut avertam faciem tuam*. Quanto magis Filius Dei iſta ad Matrem? H. Ser. 9. f. 82.

Juvat hic annectere incitamenta ad fiduciam in Deipara collocandam, quibus probatur, quod poſſit Maria ſuis cultoribus ſalutem a Chriſto exorare?

1. Chriſtus reſpicit Deiparam, ut filiam a Patre ſuo unice dilectam, cum nullo unquam peccato vel leviſſimo Patrem offenderit, ſed omnem ejus voluntatem ſemper exactiſſime adimpleverit. Igitur Chriſtus in reverentiam Patris debet exaudire Deiparã.

2. Deipara eſt ſponſa Spiritus Sancti: hic enim ex illius puriſſimo ſanguine, quem in cor diffuſa caritas diſtillavit, Chriſti corpus formavit, & ſimul ſponſam ſuam immenſa gratiarum copia ditavit. Hinc ob reverentiam Spiritus Sancti neſcit Chriſtus Deiparæ patrocinanti dare repulſam.

3. Filius Dei agnoſcit, Mariam vere eſſe Matrem ſuam, cui debet ſuam humanitatem, & cum hac omne ſuum meritum, & omnem a Patre ſuo propter ſuum meritum poteſtatem. Et hanc non exerat in gratiam Matris ſuæ?

4. Aliorum filiorum ſtrictiſſima obligatio inter Patrem, & Matrem dividitur: obligatio Chriſti, quoniam Patre humano caruit, ſoli debetur Matri, & huic quidem libere in Chriſti antea prænunciati conceptum conſentienti.

5. Præcepit Chriſtus liberis, ut Patrem, Matremque honorent. An ipſe hanc legem violabit? an vero obſervaret, ſi Matris ſuæ deprecationes contemneret?

6. Sicut Chriſtus recepit omnem poteſtatem imperandi, ſic Matri negare non poteſt omnem poteſtatem impetrandi. Sic Filius honoratur in Matre & Mater in Filio.

7. Pietas Chriſti in Matrem debet eſſe omnium perfectiſſima, cum Chriſtus fuerit exemplar perfectiſſimum omnis virtutis. Ergo ſuperat pietatem Salomonis erga Berſibeam, & omnium Filiorum, qui erga Matres ſuas fuerunt officioſiſſimi, & obſequentiſſimi.

8. An permittet Chriſtus, ut cor, quod amore in Matrem ſuam ardet, inferorum flammis ardeat? an non ipſam Matrem ſuam torqueret?

9. Poſtquam Chriſtus Matrem ſuam decoravit prærogativis, & privilegiis longe maximis, uti ſunt Immaculata Conceptio, anticipatus uſus rationis, intemerata Virginitas &c. Cur rejiceret Matris petitionem, quæ in ſui, ſuæ Matris, & ſervorum hujus gloriam collimat?

10. Chriſtus aquæ potum in nomine ſuo porrectum remunerabitur, & copioſiſſime remuneratus eſt hoſpitium Marthæ, Magdalenæ, & Lazari. An parcior ſit erga Matrem ſuam, quæ in illum omnia ſua contulit?

11. Chriſtus promiſit ſuis Apoſtolis Jo. 14. v. 14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Quid non faciet, ſi ejus ſanctiſſima Mater pro ſervis ſuis intercedat?

1. Si Chriſtus etiam alios Sanctos exaudit, qui tamen ipſi ſuam ſanctitatem Deiparæ in acceptis referunt, dum nempe pro ſuis clientibus ſibi devotis prodigioſas

etiam



etiam gratias impetrant, quanto magis exaudiet Matrem, quæ omnes ſimul reliquos Sanctos ſanctitatis merito antecedit?

13. Chriſtus in nuptiis Canæ Galileæ videbatur petitioni Matris ſuæ reluctari; ſed tanta fuit Matris fides, tanta impetrandi poteſtas, ut Chriſtum etiam quaſi invitum, & ante tempus alias ſibi præfixum, flectere, & inclinare potuerit ad patrandum miraculum. Ex quo autem capite nunc deficiat illa impetrandi poteſtas?

14. Si Chriſtus ſuæ Matri futuræ eas conceſſit gratias, queis de congruo ſibi merita eſt Maternitatem, & dignitatem, cui annexæ ſunt inexplicabiles prærogativæ, an ipſi patrocinanti negabit alia, quæ dignitate Matris ſunt longe inferiora, præſertim cum poſt obtentam Maternitatem ſua merita uſque ad ultimum vitæ ſuæ halitum in immenſum multiplicaverit?

15. Si Chriſtus Matri ſuæ providit Joſephum cuſtodem lectiſſimum, ſi triginta annos fuit Matri ſuæ ſubditus, ſi in cruce tantam Matris curam habuit, ut eam dilectiſſimo ſuo Diſcipulo commendaret, quo ſuam obedientiam, reverentiam, caritatem Matri, & ipſi orbi teſtatam faceret, an minus nunc faciet in cælo, ubi ſe adhuc filium profitetur? ubi in vicino ſibi ſolio Matrem cum corpore, & anima collocavit?

16. Sicut Mater plus omnibus dilexit Chriſtum, ſic Chriſtus plus omnibus hominibus diligit Matrem, & huic neget, quod ſolo nutu, & nullo negotio poteſt concedere? Si verus amicus cum amico ſua omnia communicat, quid oportet facere Filium cum Matre ſibi omni jure cariſſima, cum nihil Materni officii omiſerit?

17. Deipara fuit omnium humillima, quia omnium digniſſima: ergo ſupra omnes alias debet exaltari. An ita vero exaltaretur, ſi Filius Maternam ſupplicationem pro ſervis ſuis interpoſitam repelleret? quis eam porro coleret, ac invocaret, ſi non impetraret?

18. Maria Chriſto Filio ſuo in cruce inter duos latrones morienti aſſiſtere, ſeque ejus eſſe Matrem coram circumfuſa hominum multitudine profiteri non erubuit. Credere poteſt nemo, quod Chriſtus Matrem ſuam coram Patre, & Angelis, & Sanctis non confiteatur. Si confitetur, quomodo rogantem confundet, dando repulſam?

19. Gabriel Archangelus ex ore ipſius mittentis Dei dixit ad Mariam: Ave gratia plena Dominus tecum. An vero Maria eſſet gratia plena, ſi inane foret ipſius patrocinium? An Dominus eſſet cum ipſa, ſi foret contra ipſam?

20. Si Juditha potuit Bethuliam, ſi Eſther potuit totum populum liberare ab excidio, an illa, quam Deus per Gabrielem declaravit benedictam in mulieribus, non poſſit ab æterno interitu vindicare in ſe confidentes?

21. Si ipſi Angeli Romæ peſtis tempore Deiparam Cæli Reginam decantarunt, tunc cum Chriſto cælum regit, & ad cæleſtem aulam magna poteſtate, quam ipſi Chriſtus meritus eſt, adoptat, quibus propitia eſt.

22. Eccleſia in Lauretanis Elogiis vocat Mariam Cæli Januam, quia nempe iis ſe aperit, qui eam ſuis precibus pulſant, & occludit iis, qui eam prætereunt. Hinc eadem Eccleſia de Maria intelligit verba illa. Prov. 8. v. 34. *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſervat ad poſtes oſtii mei, qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem a Domino*.

23. Plurimæ ſunt in orbe imagines Marianæ quotidianis miraculis celeberrimæ. Hæ luculenter probant, Chriſtum Materni honoris eſſe ſtudioſiſſimum, & ad ejus preces ſubſcribendas propenſiſſimum.

24. Dæmones ipſi per energumenos confeſſi ſunt, maximas clades ſibi a Maria infligi, dum illa tot animas, ſpe ſua jam devoratas, ſibi eriperet.

25. Si Abraham meruit, ut Deus ipſi promitteret: quia feciſti hanc rem, & non pepercisti unigenito Filio tuo propter me, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum! An non magis Maria promeruit, quæ unigenitum Filium ſuum cum Patre æterno ſibi communem tradidit, ut fieret Mater omnium viventium, theſauraria Divinæ libertatis, Diſpenſatrix gratiarum, Directrix Divinæ Juſtitiæ, arbitra Divinæ Clementiæ.

58. *Habet voluntatem omnes adjuvandi.*

In Cana Galilææ facta eſt pro omnibus advocata: *Vinum non habent*. Ubi Bernardinus Senenſ. Si hoc non rogata perfecit, quid rogata perficiet; ſi hoc viatrix exiſtens, quid cum regnat in patria? S. punct. 32. fol. 739. & M. conc. 39. aſſ. 3. n. 4.

*Priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti*, ubi S. Bonaventura: Magna erga miſeros fuit miſericordia Mariæ adhuc exulantis in mundo, ſed multo major erga miſeros eſt miſericordia ejus jam regnantis in cælo. S. punct. 32. fol. 739.

In hac vita *Luna* erat, nunc in cælo *Sol* eſt, ſicut ſol lunam ſuperat, ita nunc miſeri-

ſericordia Mariæ in cœlis ſuperat miſericordiam ſuam exiſtentis in terra. S. Ibid.

B.V. comparatur ſoli, quia omnes illuminat. M. conc. 11. aſſ. 3. n. 10. Et quia omnes indiſcriminatim juvat. M. conc. 18. aſſ. 1. n. 7. 8. & conc. 39. aſſ. 3. a n. 2. ſeq.

Gen. 24. Joſue 4. Judic. 9. Jud. 13. 2. Reg. 14. Eſth. 4. S. Bernar. Ser. ſuper Miſſus eſt.

Rebecca dedit Eliezer famulo Abrahæ potum: Rahab Jerichuntina abſcondit exploratores Joſue: Mulier Tebæa confregit Abimelech lapide cervicem. Judith decapitavit Holofernem. Mulier Thecuitis reconciliavit Patri Abſalonem. Eſther interceſſit pro populo. Parem in modum Maria prompta parataque eſt nobis ſuccurrendi in neceſſitatibus. S. Bernardus exclamat: *Sileat miſerationes tuas, o Benedicta, quiſquis te in neceſſitatibus invocatam ſibi meminit unquam defuiſſe.* H. Ser. 13. fol. 120. & ſeq.

Juvat hic annectere incitamenta ad fiduciam in Deipara collocandam, quibus probatur, quod Maria velit ſuis cultoribus ſalutem a Chriſto exorare.

1. Maria, utpote filia omnium pientiſſima, amat Patrem æternum ardentiſſime; & quoniam novit incenſum ejus deſiderium plures habendi filios adoptivos, quibus cum infinitam, & nunquam exhauriendam hereditatem communicet, hic utique volet ad hoc Patris æterni deſiderium complendum ſuam operam conferre.

2. S. Paulus ad Rom. 8. ſcribit: Deus proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quo modo non etiam cum illo omnia nobis donavit? ergo ſicut Pater Filium ſuum voluit nos habere per Mariam, ſic omnia voluit nos habere per Mariam. Si Pater hoc voluit, an filia obſequentiſſima negliget hanc Patris voluntatem? an tergiverſabitur ſuas pro Cultoribus preces interponere?

3. Spiritus Sanctus eſt ipſa Caritas infinita. Maria illius ſponſa flagrantiſſime redamat Spiritum Sanctum. Maximus autem amor Sponſi, & Sponſæ tendit in plures liberos, & hos quidem optime fortunandos.

4. Si Maria ante Filii incarnationem ab Angelo ſalutata eſt gratia plena, per ſupervenientem Spiritum Sanctum debuit illa ſuperimpleri, ut gratias ſuas in alios quoque poſſet effundere. Et hunc fluxum illa volet ſiſtere, & quidem cum diſpendio Divinæ gloriæ, & erga illos, qui hunc fluxum ſitiunt, & anhelant?

5. Filius Dei nos fratres ſuos vocavit. Ergo Patrem ſuum voluit eſſe & noſtrum: Ergo & Matrem ſuam voluit & eſſe noſtram. Si Mater eſt, Materno amore complectitur filios ſuos, qui illam, ut Matrem ſuam venerantur. Matris amor autem quantus ſit in reverentes filios, probat experientia & natura ipſa.

6. Nulla unquam Mater extitit, quæ filios ſuos tam ſapienter, & ardenter amaret, ac nos Mater Dei noſtra, cum iſte amor erga nos ex ſummo ipſius erga Deum amore in ipſa antecedatur.

7. Maria juſſa eſt ab Angelo Filium ſuum vocare JESUM, ſeu Servatorem. Quoties igitur Filium ſuum vocat, aut vocari audit JESUM, toties accenditur deſiderio plures homines ſervandi ab interitu omnium deploratiſſimo, ut ſic Filio ſuo ſe magis conformet.

8. Cum Mater ſanctiſſima, prout decet, æſtimet caritatem Filii ſui pro omnibus mortui, ut omnes ſalvi fiant; an patietur ut fructu Redemptionis excidant & illi, qui ſibi ſunt ſingulariter devoti?

9. Quoniam Chriſtus ſingulari modo redemit Matrem, cum hanc ab omni peccato præſervavit, ideo & Mater ſingulari amore fertur in Filium. Huic autem cum maxime cordi ſit ſalus animarum, an illam Mater in gratiam filii ſui patrocinio ſuo non volet procurare.

10. Chriſtus in Euchariſtia nobis incorporatur, & Spiritus quoque ſuo intime nobis conjungitur. An Mater in nobis deſpiciet ſuum Filium, ſuam carnem, & ſanguinem?

11. Chriſtus in cruce morituriens per ultimam voluntatem ſuam Matri ſuæ in Joanne omnes ſuos Diſcipulos, ceu filios commendavit. Et hos ſuo volet deſtituere auxilio, cum tamen Chriſtus innuerit, ut poſthac Maternam ſolicitudinem ſibi huc uſque præſtitam deinceps in ſubſtitutos filios converteret.

12. Pater dedit pro noſtra ſalute Filium ſuum Unigenitum, Filius ſe totum, & omnia ſua noſtræ ſaluti conſecravit: Spiritus Sanctus, ut & ipſe partem noſtræ ſalutis vindicaret; ſuo adventu Redemptionem noſtram conſummavit. An tanto exemplo animata Deipara non flagrabit deſiderio noſtræ ſalutis?

13. Divina Mater tantis a Deo cumulata eſt beneficiis, ut ipſa ſola nequeat dignas Deo grates, & laudes habere. Unde optat, & curat, ut ſui devoti ſibi in cœlo jungantur, & hi conjunctis gratiis, & laudibus Divinam erga ſe beneficentiam concelebrent.

14. Videt Deipara, quantis in Cœlis, & in



terris a Filio ſuo ornetur honoribus. Igitur non poteſt non viciſſim agere, ut Filii ſui gloria amplificetur per plures beandos, cum ab his ſuprema Filio ſuo gloria deferatur.

15. Si Beatiſſima Virgo propter mundi ſalutem ultro conſenſit, ut Filius ſuus, unice dilectus, ſe desereret, ſe maximis ſolatiis privaret, & vitam ſuam in cruce immolaret, an propter noſtram ſalutem non volet gratias nobis efficaces impetrare, cum facile poſſit? An ejus in nos caritas Materna intepuit? Quin in ſummo adhuc gradu fervet.

16. Nunquid Sanctiſſima Virgo jam Chriſtum in utero ferens per montana feſtinavit ad Joannem, ut hic citius per vocem ſuæ ſalutationis ſanctificaretur. Et modo non volet ſuum dumtaxat Chriſto aperire deſiderium, ut ſuos Clientes a peccatis, & morte perpetua eripiat.

17. Chriſto in cœlum aſcendente Mater ſponte annuit, ut in terris relinqueretur, ſua gloria differretur, cum multis adverſis adhuc luctaretur, non alium in finem, quam ut de Eccleſia militante bene adhuc mereretur. An iſta nunc in Cœlum recepta non volet juvare ſibi addictos, cum ſine omni moleſtia ſua id poſsit?

18. Chriſtus mandavit, ut nos invicem diligamus, ſicut ipſe dilexit nos, etiam ad mortem uſque, hoc mandatum exhauſit Deipara, quando cum Chriſto per doloris gladium pro nobis transfixa, & mortua eſt, non niſi per miraculum vivens. Si tanta pro nobis paſſa eſt, an cauſam noſtræ ſalutis non aget? An ſinet, ut ſui, & Filii ſui dolores ſint fruſtranei?

19. Quot Chriſtus ſpatio novem menſium, quo in utero Virginis formatus eſt, accepit a Matre incrementa ſui corporis, tot viciſsim Matri reddidit incrementa virtutum; cum Chriſti gratiſsimus, & liberaliſsimus animus non potuerit melius quid rependere, præſertim vero auxit Matris miſericordiam, ſi quidem & hanc Mater illi dedit, quia effecit, ut filius Dei antea ſolum pronus ad benefaciendum nunc etiam aptus eſſet ad compatiendum. Quouſque igitur creverit Matris miſericordia? Et hæc ad preces Clientis non movebitur?

20. Si Mater miſericordiæ ſæpius miſeretur eorum, qui ejus patrocinium ne quidem implorant, aut tantum perfunctorie, an deſtituet illos, qui conſtanti affectu eam colunt, & in ea poſt Chriſtum ſuam fiduciam ponunt?

21. Vix eſt ullus Ordo Religioſus in Eccleſia Catholica, qui ſuam originem, ac ſtabilitatem non referat in Deiparam. Inde æſtimari debet zelus, quo ardet, ut ſalvi fiant.

22. Quotidianis exemplis comprobatur, eos, qui erga Divinam Matrem pie ſunt affecti, vel pie vivere, vel ſaltem pie mori. Ergo vult ſuum patrocinium Clientibus ſuis prodeſſe.

23. Verum quidem eſt, magnum eſſe conatum Dæmonis, præſertim in ultima lucta, perdendi hominem. Sed Maria eſt illa mulier Gen. 3. quæ juxta Divinam promiſsionem ſeductoris ſerpentis caput conteret. Capite obtrito, nec mordere, nec nocere ſerpens poteſt.

24. Eſto, quod ſimus peccatores, ſed ipſa miſeria noſtra commovet Maternam commiſerationem; probe enim novit, Chriſtum veniſſe, non ut vocaret juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Unde & novit, quod peccatoribus debeat Divinæ Matris dignitatem.

25. Etſi Deipara in Cœlo pro ſuis Clientibus non amplius oraret, rogavit tamen, & pro ſua maxima fide impetravit iis efficacia ad ſalutem ſubſidia, dum adhuc in terris viveret: extra omne enim dubium ſæpiſsime recitaverit orationem Dominicam a Chriſto traditam, & hanc non tantum pro ſe, ſed pro omnibus generationibus, a quibus ſuo tempore beata eſſet dicenda.

59. *Semper, & ſine differentia temporis omnium miſeretur.*

In nuptiis vinum rogans reſponſum a Filio tulit: *Nondum venit hora mea.* Sed hora Virginis ſemper eſt; Chriſtus enim quidem miſericors, ſed ſimul & juſtus eſt, ideo non poteſt ſemper miſereri, B. V. autem eſt mera Miſericordia, ait Richardus a S. Laur. M. conc. 18. aſſ. 2. n. 9.

Theophilus ex ambitione ſe dæmoni devovens, & ſanguine ſe ſubſcribens, rejectus a Chriſto per B. Virginem veniam & ſalutem impetrat. E. *Maria n. 6.*

*Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie &c.* Qui quærit, & invocat opem B.V. illam illico invenit, & aſſequitur, ſe Maria quaſi ex mari haurit copiam omnium bonorum. S. Eliſabeth ſalutavit Virginem viſitantem, & mox cum prole S. Joanne Baptiſta repleta eſt Spiritu Sancto. Concilium Baſileenſe inſtituens Feſtum Viſitationis, ait: *Ipſa non ſolum ſupplicantes exaudit, ſed ſupplicare volentium preces prævenit.* Hinc etiam illud S. Anſelmi: *Velocior eſt nonnu-* Prov. 8. S. Anſ. l. 4. excell. Virg.

*nunquam ſalus invocato nomine Mariæ, quam memorato Nomine JESU.* Et hoc non ideo, quia illa major, ac potentior ſit, ſed quia filius ejus ſimul Dominus & judex eſt: dum igitur invocatus non exaudit, juſte facit: ſed invocato nomine Matris, etſi merita invocantis non merentur, merita tamen Matris intercedunt, ut exaudiatur. C. in Prov. 8. v. 35.

### 60. *Eſt ſpes noſtræ ſalutis poſt Deum.*

S. Auguſtinus ait: *Facta eſt Maria ſcala cæleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, ut per ipſam homines aſcendere mereantur ad cælos.* Eodem modo, & ſenſu loquitur S. Bernard. & alii: H. Ser. 10. f. 91.

S. Irenæus: *Sicut Eva ſeducta eſt, ut effugeret Deum: ita Maria ſuaſa eſt obedire Deo, ut Evæ fieret Advocata.* H. Ser. 23. fol. 227. [S. Iren. l. 5. cont. hæreſ.]

S. Ambroſius: *Maria glorificata in cælis, terrigenis nunquam patrocinari deſiſtit.* H. Serm. 23. fol. 227.

S. Auguſtinus: Facta eſt Maria ſcala cæleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, ut per ipſum homines aſcendere mereantur ad cælos. H. Ser. 23. fol. 227.

*Dic obſecro, ſoror mea ſis, & vivat anima mea ob gratiam tui;* ubi S. Bonavent. *Ut Ægyptii, id eſt dæmones nos revereantur, Angeli conjungantur, Pater, Filius & Spiritus Sanctus noſtri miſereantur,* dic, o Maria, quod ſoror noſtra ſis. M. conc. 25. aſſ. 3. n. 5. [S. Bonav. in Spec.]

[S. Aug. Serm. 18. de Sanctis.] S. Auguſtinus: *Accipe quod offerimus, redona, quod rogamus, excuſa quod timemus; quia tu es ſpes unica peccatorum. Per te ſperamus peccatorum veniam, in te noſtrorum eſt exſpectatio præmiorum.* H. Ser. 28. fol. 276. & ſeq.

### 61. *Defendit ſuos defenſores.*

Miles ex torneamento monoculus intrans Eccleſiam ad Antiphonam, Salve Regina devote genufleſtebat, id videns Judæus illi cum riſu inſultabat, quod ancillam ſuæ gentis veneraretur. Miles impegit illi alapam, & Judæus clamoſa voce convocavit populum ad vindictam. Miles reverſus ad Eccleſiam invocavit opem B. Virginis, & illa aſſiſtens amiſſum illi oculum reſtituit. Captus miles & extractus ex Eccleſia traditus eſt Judæo, qui illum non agnovit, eo quod duos haberet oculos. Viſo igitur miraculo populus laudavit Dei Genitricem, & in ejus memoriam ſtatuit, ut eodem die ſingulis annis Judæorum aliquis ibi alapa percuteretur. E. *Marra* 46.

Cæſarius ait: *Ipſa eſt tribulatorum conſolatrix, & fida ſibi famulantium defenſatrix.* H. Serm. 28. fol. 277. [Cæſarius lib. 7. Mirac. c. 1.]

S. Nicolaus Epiſcopus in Concilio Niceno Arium hæreticum alapa percutit, & propterea a Patribus pallio ac mitra Epiſcopali fuit privatus. Sed B. V. cum Angelis apparens, pallium illi & mitram reſtituit. H. Ser. 28. fol. 281. [Baron. in Mart. 4. Dec.]

Beatiſſima aſſiſtit & opem fert Belliducibus ſibi devotis, uti Narſeti, Heraclio Imperatori, Pelagio primo Regi Hiſpaniarum, Alphonſo VIII. Caſtellæ Regi, Chriſtianis in terra ſancta prælantibus, & aliis. C. Prov. 8. v. 18.

### 62. *Eſt refugium noſtrum in omnibus afflictionibus.*

S. Bernardus ait: *In periculis, in anguſtiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca: Non recedat ab ore, non recedat a corde, & ut impetres ejus orationis ſuffragium, non deſeras converſationis exemplum.* [S. Bern. hom. 2. ſuper Miſſus eſt.]

Cur Beatiſſima Virgo non fuit cum Filio, cum quo paſſa eſt ſub cruce, in cælos aſſumpta? Cur quindecim adhuc annis in mundo relicta? Reſpondet S. Anſelmus: ut Apoſtolos inſtrueret, Fideles in perſecutionibus confortaret, omnibus eſſet virtutum exemplo. H. Ser. 1. fol. 5. [S. Anſel. l. de Excel. V. c. 9.]

S. Ignatius Martyr vocat Mariam *Miſeris, & afflictis conſflictam,* quia nihil magis illi proprium, quam afflictis ſuccurrere. S. Ambroſius: *Glorificata in cælis nunquam terrigenis patrocinari deſiſtit.* Et S. Bernardus: *Nec facultas ei deeſſe poterit, nec voluntas: Regina cælorum eſt, miſericors eſt, denique Mater eſt Unigeniti Filii Dei.* H. Serm. 13. fol. 123. [S. Ignat. Ep. ad S. Joan. Ev.] [S. Ambr. Serm. de Nat.] [S. Bern. Ser. 1. de Aſſump.]

Ut quis patrocinium alterius ſuſcipiat, tria requiruntur, ſcientia, poteſtas, & voluntas: Omnia hæc habet Maria. H. Serm. 13. fol. 123.

Veſpaſianus Cæſar monitus de nimia liberalitate, repoſuit: *Non oportet aliquem a Cæſaris colloquio triſtem recedere.* Potiori jure id dicendum de Maria. H. Ser. 13. f. 126. [Sueton. in vit.]

B. V. poſt Chriſtum relicta eſt in terris, quia ſub cruce conſtituta eſt Mater omnium noſtrum: ipſa lapſos collegit, afflictos ſolata eſt, dubiis & anxiis conſuluit, Petrum ex lapſu puſillanimem in ſpem erexit, omnes ex morte Chriſti turbatos confirmavit. Facta eſt Eccleſiæ petra & columna, hinc ſalutatur Conſolatrix afflictorum, Auxilium Chriſtianorum, Refugium peccatorum. C. in Joann. 19. v. 26.

63. Suc-



### 63. *Succurrit univerſæ Eccleſiæ, eamque protegit.*

[Euſeb. l. 7. hiſt. c. 22. Niceph. l. 6. c. 27.] Cum Pauli Samoſatheni hæreſis, Arianæ impietati affinis, longe lateque pullularet, B. V. cum S. Joanne Evangeliſta apparuit S. Gregorio Taumaturgo, eique veritatis de Divinitate Filii ſui inſtructionem, ac profeſſionis fidei formulam dedit, qua S. Gregorius innumerabiles in fide confortavit

Cum Julianus Apoſtata Chriſtianam Religionem penitus exſcindere voluit, Beatiſſima Virgo S. Baſilio Cæſareæ in Cappadocia in Eccleſia Dei Matris apparuit. Ibi S. Martyri Mercurio, cujus corpus in ea Eccleſia una cum armis aſſervabatur, arma ſeu lanceam tradidit, ad perimendum Julianum in caſtris contra Perſas agentem. Haud multo poſt compertum eſt, eadem hora Julianum ab ignoto equite interfectum eſſe, arma autem, ſeu lancea in tumba S. Mercurii inventa eſt ſanguine tincta. H. Ser. 9. fol. 83.

Epiſcopi Orientales & Occidentales diſſidebant ob ejectum in exilium Chryſoſtomum, aliis alios excommunicantibus. B. V. apparuit S. Cyrillo Alexandrino, qui erat Chryſoſtomo infenſiſſimus, eumque graviter reprehenſum monuit, ut innocentem Chryſoſtomum defenderet. Fecit Cyrillus quod juſſus eſt, & ejus authoritate Chryſoſtomus reſtitutus eſt. H. Serm. 9. fol. 84.

Tempore Leonis Armeni Iconoclaſtæ vidit ejus Mater in ſomno, ac ſi B. V. in æde ſua Conſtantinopoli præciperet, ut ei propinaretur de Vaſe cruoris Eccleſiæ pavimentum cooperientis, quod cum illa averſaretur, dixit Regina Virgo: Atqui filius tuus non ceſſat perſequi illos, qui me colunt, & ſanguinem eorum perfundere, ideoque iram meam ſentiet: Et ecce! paucos poſt dies Leo in ſanguine ſuo extinctus eſt. H. Serm. 9. fol. 85. & 240. ſeq.

Cum Fridericus II. Imperator, & Saladinus Rex Syriæ Eccleſiam perſequebantur, vidit S. Dominicus Dei Matrem apud Filium intercedentem, & paulo poſt rediit inexſpectata pax, Albigenſes hæretici exterminati ſunt, Mahometani ex Hiſpania depulſi, & multæ regiones in Septentrione ad fidem Catholicam reverſæ ſunt. H. Serm. 9. fol. 85.

Tempore Henrici IV. Imp. ubi terribilia ſigna in omnibus elementis Dei iram ſignificabant, Cremonæ infans recens natus, mirabiliter locutus dixit, Dei Matrem pro humano genere apud Deum in throno ſedentem interceſſiſſe. Et paulo poſt diſſidia inter Pontificem & Imp. compoſita ſunt. H. Serm. 9. fol. 86. & 240.

S. Jacobus Apoſtolus, dum Cæſarauguſtæ exiguum converſarum animarum lucrum deploraret, Beatiſſimam Virginem, adhuc ante ſuam aſſumptionem, ſibi apparentem habuit, quæ illum conſolabatur, promiſitque quod poſt ejus mortem tota Hiſpania in Chriſtum creditura ſit. H. Serm. 11. fol. 105.

Beatiſſima Virgo victoriam ac triumphos Ducibus ac Regibus ſibi devotis largita eſt: Narſeti Juſtiniani Imp. Duci illuſtres contra Gothos victorias conceſſit. Heraclius Imp. deſperatis quaſi Imperii rebus, ſpem ſuam poſt Deum in B. V. poſuit, & ejus ope Coſrohen Regem Perſarum profligavit. Pelagius I. Hiſpan. Rex Saracenos invocata B. V. ope profligavit. Baſilius Imp. Saracenos Chriſto, & Deiparæ inſultantes ejus auſpiciis ad internecionem cæcidit. Chriſtiani terram ſanctam ope Virginis recuperarunt. Alfonſus VIII. Caſtellæ Rex immenſam Maurorum multitudinem Virginis auxilio proſtravit. Pius V. Pont. Max. anno 1571. navalem Victoriam, contra Turcas reportavit &c. C. Prov. 8. v. 18.

Tanta eſt Miſericordia & pietas Mariæ erga Eccleſiam, ut omnes Eccleſiæ ſtatus curæ habeat, & tueatur; hinc in illa verba, in Jacob inhabita, in Iſrael hereditare, & in electis meis mitte radices, ait Richardus: Per Jacob intelliguntur conjugati, per Iſrael Viduæ, per electos Virgines: Omnes defendit Maria. M. conc. 11. §. 3. n. 7.

Maria comparatur ſoli, qui omnes illuminat. M. conc. 11. §. 3. n. 10. Et conc. 23. §. 3.

Gebhardo Epiſcopo Conſtancienſi B. V. paſtoralem virgam porrigit, eique præcipit, ut gregem ſuum ſolicite paſcat. Bagatta. L. 1. c. 1. §. 6. n. 12.

### 64. *Potens contra diabolum.*

Miles ditiſſimus ex prodigalitate depauperatus, cum ſtatui ſuo conformiter vivere non amplius poſſet, ex verecundia receſſit. Obviavit illi eques terribilis promittens, quod ſi ſibi ſervire vellet, ipſum miris divitiis augere vellet, hac ſola conditione, ut ſuam ſibi uxorem huc afferret. Conſenſit in omnibus miles, & invenit in loco a dæmone aſſignato grandem theſaurum. Poſtea aliquando præcepit uxori, ut conſcenſo equo ſecum veniret: paruit.

ruit illa, ſecuta eſt virum, in via autem cum ejus licentia deſcendens intravit ædiculam B. V. cui ſe commendavit. Mox autem rediens, equo conſcenſo venit cum viro locum ſilvæ deſtinatum. Adſuit dæmon ſed fremens & ſtrendens, ac militi exprobrans, quod ipſum deceperit. Petii enim ut uxorem tuam afferres, quam ſtrangulare volui propter injurias multories mihi illatas, & tu nunc affers Dei Genitricem. Hæc dicens cum magno ejulatu receſſit. Sciendum autem eſt, quod B. V. ab uxore pie invocata illius formam induerit, dein militi ſuam impietatem exprobrans præcepit, ut diaboli divitias abjiceret. E. *Maria* 31.

Inter alias ſimilitudines comparatur B. V. cedro, cujus qualitas & virtus ea eſt, quod ſerpentes, & venenoſa animalia in fugam agat. Eundem in morem B. V. defendit ſuos clientes, ut ſerpentem infernalem repellat. S. Bernardus exclamat: ſi inſurgant venti tentationum, voca Mariam! & Hugo Cardinalis: Ad ejus memoriam dæmones contremiſcunt. Calam. Mar. Diſc. 5. fol. 78.

Maria vocatur lux mundi; ſicut enim lux inſidias pandit, latebras illuſtrat: ita Maria inſidias diaboli patefacit, ait Bernardinus de Buſtis. M. conc. 32. aſſ. 1. n. 15.

Induimini arma lucis, quæ ſunt exempla B. V. illa ſequendo tutus eris ab omnibus inferni prædonibus. M. conc. 32. aſſ. 1. n. 16.

Joannes Guarinus a dæmone perſonato eremicola decipitur, inducitur que, ut filiam comitis, quam a malo ſpiritu liberatam turpiter inhonoravit, occideret. Poſtea ad B. V. confugiens ſeptennio pœnitentiam agit, veniam ſigno mirabili impetrat, & etiam occiſa filia ad vitam ope Virginis revocatur. R. 1. part. mir. 50.

Quidam frater Religioſus Beatam Virginem pulcherrima, dæmonem deformiſſima ſpecie pingi curat. Dæmon eam injuriam vindicaturus, perſonatus perſuadet fratri, ut peregrinatum iret, & aliquid argenti ex ſacra ſupellectile Monaſterii pro viatico ſecum acciperet. Id dum facit frater a dæmone apud Abbatem accuſatur, incarceratur. Verum B. V. cogit dæmonem ut ipſe loco fratris vincula ſubire debuerit. Miranti Abbati frater totam rei ſeriem, & B. V. patrocinium enarrat. R. 1. cent. 2. part. mir. 14.

[*S. Petr. Dam. ſerm. 2. in Nat. Virg. S. Bonav. in ſpec. Virg. c. 11.*] B. V. paſſim a ſanctis Patribus vocatur *rebellibus Angelis formidabilis*, & a S. Damiano: *Remedium adverſus dæmones* & S. Bonaventura ait: *Maria eſt Virga virtutis contra inimicos infernales, quibus magna virtute dominatur.* Habet enim continuo penes ſe exercitum Angelorum, quos invocantibus ſe in auxilium ſubmittit &c. Calamat. Mar. Diſc. 5. fol. 77. & ſeq.

Quidam pictor Beatiſſimam Virginem pulcherrime, dæmonem deformiſſime pingens, a dæmone ex alto præcipitatur; ſed ab icone picta B. V. extenſa manu conſervatus fuit. [*Vincent. Bellvac. l. 7. c. 104.*]

Planta mulieris tantam vim habet, ut tangens ſerpentem momento illum enecet. Sic Maria conterit caput diaboli. VV. art. diſc. font. 41. ex. 1. [*Rupert. l. 7. de Trin. c. 10.*]

*65. Eſt nobis quodammodo neceſſarium.*

S. Bernardinus Senenſ. ait: *Maria plus poteſt de Deo, quam Deus de ſeipſo:* Quomodo hoc? Maria ſpeculum vocatur: ſume ſpeculum verſus ſolem, & accendet ſtupam, quam ſol de ſeipſo non accenderat; quia radios colligit &c. M. conc. 32. aſſ. 2. n. 12.

Poteſt a Maria impetrari gratia, quæ a Deo non erat impetranda: S. Philippus Nerius pro valetudine Cæſaris Baronii amici ſui tunc periculoſe ægrotantis coram Crucifixo orabat, ſed reſponſum tulit minus favens: adiit Mariam, & voti compos factus eſt. Leopold. Mancinus, Deus miſericors Demonſt. 10. coroll. 6. fol. 361.

A mundi exordio dixit Deus, non eſt bonum homini eſſe ſolum, faciamus illi adjutorium ſimile: Et tamen Eva fuit poſtea nociva Adamo. Sic ergo Chriſto Domino additum eſt adjutorium, Maria, quæ errorem Evæ emendaret. S. Bernardus ait: *Sufficere quidem nobis poterat Chriſtus; ſiquidem & nunc omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt: ſed nobis bonum non erat eſſe hominem ſolum; congruum magis ut adeſſet noſtræ reparationi ſexus uterque.* H. Serm. 28. fol. 276. &c. [*S. Bern. Ser. ſuper Miſſus eſt.*]

Sicut S. Ignatius Martyr exclamat: Impoſſibile eſt aliquem ſalvari peccatorem niſi per Mariam; ita impoſſibile eſt aliquam aut corpore aut animo tenus a Deo impetrari gratiam, niſi per Mariam; per illam enim impetrat juſtus gratiam, peccator veniam, ſanctus gloriam, & Deus decrevit, quod nullum velit homini conferre beneficium, niſi per Mariam. S. punct. 131. fol. 414.

*66. Maria eſt mera miſericordia ſine ſeveritate.*

Debbora ruentem populum Iſrael erexit, tanquam provida gubernatrix; ſed cur *Mater* Iſrael vocatur, quæ Judex erat? Reſpondeo; quia promptior erat ad amandum ut Mater, quam ad puniendum ut Judex: O Maria vere Debbora es &c. S. Bernardus: Quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? nihil auſterum in ea, nihil terribile. Revolve Evangelicæ hiſtoriæ ſeriem univerſam, & ſiquid forte increpatorium, ſiquid durum denique ſignum vel tenuis indignationis occurret in Maria, de cætero ſuſpectam habeas, & accedere verearis. S. punct. 32. fol. 740. [*S. Bern. in ſig. magn.*]



S. Bernardus: Omnibus miſericordiæ ſinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant univerſi, captivus Redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, juſtus gratiam, Angelus lætitiam, Trinitas gloriam &c. S. ib. & M. conc. 25. aſſ. 3. num. 4. [*S. Bern. in ſig. magn.*]

Præ omnibus titulis Maria æſtimat titulum: *Mater Miſericordiæ*; ſi appelles Imperatricem orbis imperatrix aliquid rigidum habet: ſi reginam, contravenis Beatæ, quæ ſe vocat ancillam &c. præ omnibus ergo amat vocari Mater miſericordiæ, ait Bernardinus de Buſtis. M. conc. 18. in Exord. & conc. 25. aſſ. 3. n. 4. [*Bernardin. de Buſt. in Mar. 3. p. Serm. 3.*]

S. Bernardus: *O Homo ſecurum habes acceſſum ad Deum, ubi habes Matrem ante Filium, Filium ante Patrem: Filius oſtendit Patri vulnera, Mater oſtendit Filio pectus, & ubera: nulla ergo poterit eſſe repulſa, ubi tot ſunt caritatis inſignia.* [*S. Bern. Serm. 10. in Cant.*]

Qui pomum dimidio die manu tenet, reliqua die odorem pomi manu retinebit: ita, quia B. V. miſericordiam & pietatem Dei novem menſibus in utero concluſit, miſericordiam ſemper retinet. H. Serm. 9. fol. 80.

S. Bernardus: *Certe Domina cum te aſpicio, nil niſi miſericordiam cerno; nam pro miſeris Mater Dei facta es ... tibi miſerendi officium eſt commiſſum.* H. Ser. 30. fol. 304. [*S. Bern. Serm. 2. ſuper Sal. ve Regina.*]

*67. Per Mariam omnia poſſumus impetrare.*

Filii Zebedæi non auſi primas ſedes per ſe petere, per Matrem petierunt: rationem dat Abulenſis: quia facilius concedet Chriſtus Matri, quam filiis, quia forte illa aliquando adjuverat Dominam noſtram ad nutriendum Chriſtum. Si igitur erga Matris adjutricem Dominus liberalis eſſe voluit, quid erit erga Matrem? hinc non denegavit petitum, ſed impoſſibilitatem allegavit: *Non eſt meum dare vobis.* S. punct. 23. fol. 743.

Cum Maria in cælis Filio ſupplicat, omnes Sancti cum ea preces conjungunt: ita inſinuare videtur S. Anſelmus: *Te Domina tacente nullus orabit, nullus adjuvabit: te autem orante omnes orabunt, & omnes adjuvabunt.* Calamat. Mar. Diſc. 5. fol. 72.

Ruperto Tuitienſi primitus rudi, & ad litteras inepto ingenium docile dedit, ita ut inter Theologos ſui temporis emineret. E. *Maria* n. 55.

Salomon Matrem Betſabæam in thronum aſſumpſit, dixitque: *Pete a me Mater mea, neque enim fas eſt, ut avertam faciem tuam.* H. Ser. 11. initio. [*3. Reg. 2.*]

Cæſarius ait: *Per ipſam peccatores illuminantur, deſperati ad confeſſionem reparantur, Apoſtatæ a Deo per ipſam mirabiliter reconciliantur &c. Morbos ſanat, dæmones fugat, vincula ſolvit, timores pellit, tentationes compeſcit. Per ipſam puſillanimes conſolantur, torpentes excitantur, ejecti miſericorditer revocantur.* H. Serm. 28. fol. 277. [*Cæſarius l. 7. Mirac. c. 4.*]

*68. Solicita eſt pro noſtris neceſſitatibus.*

Beatiſſima Virgo S. Arnulpho, & Virgini Muſæ diem obitus annuntiat. S. Alphonſo Archiepiſcopo Toletano candidiſſimam caſulam affert, jubetque ut in ea ſacrificaret. S. Heriberto locum deſignat, ubi vellet ſibi Eccleſiam ædificari. Joanni Patritio Romano, & Conjugi præcipit, ut facultates ſuas, ad ædificationem ſuæ Eccleſiæ, quæ hodie dicitur, *Mariæ Majoris*, impenderent. H. Serm. 11. fol. 106.

S. Germanus Patriarcha Conſtantinop. ait: *Quis poſt Filium tuum ita generis humani curam gerit ſicut tu? Quis ita nos defendit in noſtris afflictionibus? Quis in ſupplicationibus adeo pugnat pro peccatoribus? Quis nos ab irruentibus liberat tentationibus?* ſic loquuntur S. Anſelmus, S. Hieronymus, Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis, & ipſa Eccleſia: [*S. Germ. Hom. de Zona Virg.?*]

*Idcirco eam de præſenti ſeculo tranſtuliſti, ut pro peccatis noſtris apud tuam Clementiam fiducialiter intercedat.* H. Ser. 12. fol. 112. ſeq.

Propter Arcam Domus Obededom repleta eſt benedictionibus: Maria domui Zachariæ admiranda Beneficia contulit. H. Serm. 22. fol. 218.

*69. Mundum conſervat ab interitu.*

*Sub quo curvantur, qui portant orbem.* En! hi interdum curvantur, fatigantur, quis

quis vices gerit? Maria: Amore enim Beatæ Virginis totus mundus ſuſtentatur. M. conc. 11. aſſ. 3. n. 4.

Omnis creatura Mariæ obſtricta eſt; poſtquam enim protoparentes in paradiſo peccarunt, certe Deus illos non minus, quam rebelles Angelos æternum puniiſſet, aut iterum in nihilum redegiſſet: ſed intuitu naſcituræ Virginis pepercit: ita S. Bernardinus Senenſis: Mundum ab interitu præſervavit, *quia hæc puella in lumbis erat Adæ ſecundum ſeminalem rationem*. Calamat. Mar. Diſc. 5. fol. 74.

*S. Bern. Sen. T. 1. Serm. 61. art. 1.*

Cæſarius de B. Virgine ait, *Ipſa eſt orbis conſervatrix, & tribulatorum conſolatrix*. H. Serm. 28. fol. 277.

*Cæſarius l. 7. Mirac. c. 1.*

Tanta eſt affectio Mariæ erga genus humanum, ut illa Auguſto Cæſari cum Infante apparuerit in Capitolio, eique Dominicam Nativitatem revelarit. Auguſtus jam antea ex oraculo Apollinis ſciens, naſciturum puerum Hebræum, qui idolorum oraculis ſilentium eſſet indicturus, eidem in Capitolio Aram erexit, cum titulo: *Ara primogeniti Dei?* Ibi dein Conſtantinus Magnus ædificavit templum, dictum: *Ara cæli*, in memoriam hujus viſionis. C. Luc. 2. v. 1.

### 70. *Scit, & obſervat noſtras miſerias, ut juvet.*

Comparatur capreæ, hinnuloque, quia ſunt acutiſſimi viſus. M. conc. 18. aſſ. 1. n. 3.

Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem, ubi S. Bonaventura: Beata Maria eſt, quæ intelligit ſuper egenum & pauperem, quia occultiſſimas noſtras miſerias reſpicit. M. Ibid. n. 6. Item conc. 89. aſſ. 3. a n. 3. ſeq.

Omnes Sancti in cælis, & præprimis B. V. videt Deum, & in Deo tanquam in ſpeculo omnia: hinc S. Gregorius: *Illic omnes communi claritate conſpiciunt Deum. Quid eſt, quod ibi neſciant, ubi ſcientem omnia conſpiciunt Deum?* Si B. V. neſciret noſtras neceſſitates, unde tot miracula per illam omnibus ſæculis impetrata? P. Henr. Scherer Atl. Mar. fol. 2.

*S. Greg. l. 4. Dial. c. 34.*

S. Germanus Patriarcha Conſtantinop. ait: *Quis poſt Filium tuum ita generis humani curam gerit ſicut tu? quis ita nos defendit in noſtris afflictionibus? quis ita pugnat pro peccatoribus ſicut tu?* Si Chriſtus nos fratres ſuos vocavit, certe Patrem ſuum & Patrem noſtrum eſſe voluit: & conſequenter & Matrem ſuam Mariam, Matrem noſtram eſſe deſideravit. Si Maria Mater noſtra eſt, amore materno nos filios ſuos complectitur: probat autem experientia, & ipſa natura, quantus ſit amor Matrum in filios: illæ non tantum pro præſentibus, ſed & pro futuris filiorum periculis vigilant. S. punct. 32. fol. 739. Et M. conc. 25. §. 3. num. 7.

*S. Germ. de Zona Deip.*

### 71. *Peccatoribus quidem benigna eſt, ſed magis juſtis.*

Joſeph inter undecim fratres omnium primo vidit Benjamin, quia hunc præ cæteris diligebat: ita B. V. præ cæteris reſpicit juſtos. M. conc. 18. aſſ. 1. n. 10.

Beatiſſima Virgo oſtendit pauperi Hermanno lapidem, ſub quo ille pro omni neceſſitate inveniebat pecunias: id advertentes illius conſodales ſæpe etiam illum lapidem acceſſerunt, ſed nihil unquam invenerunt &c. R. cent. 2. part. 2. mir. 37.

S. Bernardus ait: in anguſtiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca.... *& ut impetres ejus orationis ſuffragium, non deſeras converſationis exemplum.*

*S. Bern. Ser. 2. ſu. per Miſſus eſt.*

Maria diligentes ſe diligit 1. quia ejus caritas eſt ardentiſſima. 2. Quia eſt Mater Chriſti, adeoque quos Chriſtus adeo dilexit, ut vitam pro iis daret, etiam ipſa tanquam Chriſti filios amat. 3. Quia unus idemque eſt habitus caritatis, quo diligitur Deus & proximus. 4. Quia Chriſtus Deiparam præfecit Eccleſiæ, & Fidelibus, ut ſit eorum Regina. 5. Quia ipſa peperit Chriſtum, qui eſt amor Dei & hominum, eumque quaſi carnem ſuam Deo in cruce obtulit pro ſalute totius mundi. Denique magnitudo amoris B. V. patet ex innumeris beneficiis humano generi collatis, quibus plenæ ſunt hiſtoriæ, & vitæ Sanctorum: hinc S. Bernardus: *Sileat Miſericordiam tuam O Virgo Beata, ſi quis eſt, qui invocatam te in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe*. C. in Prov. c. 8. verſ. 17.

*S. Bern. Ser. 4. de Aſſump.*

Quamquam autem B. V. omnes Chriſtianos, pueros tamen, id eſt, puros, qui a teneris illi ſerviunt, præ cæteris diligit. C. Ib.

### 72. *Omnes gratiæ & beneficia Dei veniunt per Mariam.*

Chriſtus Dominus caput eſt Eccleſiæ, collum Maria: ſicut ergo influxus omnes capitis per collum deſcendunt in corpus, ſic omnes gratiæ per Virginem Mariam. Item: Quod radix eſt in arbore, hoc in Eccleſia eſt Virgo Maria: ſicut radix dividit ſuc-





ſuccum in ramos, & frondes: ſic Virgo plenitudinem ſucci Divinæ gratiæ in fideles clientes diſpergit. H. Ser. 28. f. 278.

S. German. Patriarcha Conſtantinopol. *Nullus eſt, qui ſalvus fiat, niſi per te, O Sanctiſſima*. Et iterum S. Bernardus: *Merito in te, o Maria, reſpiciunt oculi totius creaturæ; quia in te, & per te benigna manus omnipotentis, quidquid creaverat, recreavit*. H. Ser. 23. f. 230.

*S. Germ. Hom. de Zona Deip. S. Ber. Ser. 2. in die Pentec.*

Maria eſt Aquæductus, per quem ex meritis Chriſti omnes gratiæ nobis affluunt. H. Ser. 27. f. 260.

B. V. de ſeipſa deprædicat: *Beatam me dicent omnes generationes*. Quare, & quomodo omnes generationes? 1. Quia B. V. in toto mundo erga omnes gentes beneficam ſe exhibuit; in Europa, in Aſia, in Africa, in America inveniuntur prodigioſæ B. V. imagines, in quibus ſe erga ſuos cultores beneficam exhibuit. 2. Omnes generationes; quia omnes hominum ſtatus, Eccleſiaſticus, Regularis, & ſæcularis confidentiam habent erga B. V. in ſuis neceſſitatibus. 3. Omnes generationes; quia ab ipſa mundi Geneſi Deus per omnia temporum ſæcula homini benefecit propter Mariam.

Cur Noe a diluvio, Abraham ab incendio Chaldæorum, Iſaac a gladio, Jacob a perſecutione fratris, Moyſes ab inſidiis Pharaonis, David a vi gigantis fuerunt præſervati? quia fuerunt progenitores Mariæ. *Omnes liberationes & indulgentias factas in Veteri Teſtamento non ambigo Deum feciſſe propter hujus benedictæ Puellæ reverentiam, & amorem*. Ait S. Bernardin. Calam. Mar. Diſc. 5. f. 71. & ſeq.

*S. Ber. Ser. de Nativ. Mariæ.*

S. Bernardus: *Totius boni plenitudinem poſuit in Maria, ut proinde, ſi quid ſpei in nobis ſit, ab ea noverimus redundare: tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mundum, ubi dies? tolle Mariam, quid niſi caligo involvens?*

*Totis ergo medullis cordium Mariam veneremur, quia eſt voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam.*

Et alibi iterum: *Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non tranſiret*. H. Ser. 23. f. 228. ſeq.

*S. Ber. Ser. 3. de Vig. Nat. Dom. Idiota lib. de contem. Virg. in prolog.*

Piiſſimus Idiota vocat Mariam *theſaurum Domini & theſaurariam gratiarum Dei*. H. Ser. 24. f. 229.

Alii Sancti particulariter pro hoc aut illo rogant, Mariæ *cura eſt de omnibus*. Ibid.

*Prov. 31.*

*Sicut navis inſtitoris de longe portans panem ſuum*. Huic Navi ſimilis eſt Beatiſſima Virgo; nam 1. in domum, id eſt, in Eccleſiam invexit panem vivificum, id eſt, Chriſtum, dum eum in Bethlehem peperit. 2. Sicut navis plena fuit mercibus cæleſtibus, omni virtute, & gratia. 3. Sicut navis etiam dormiens mente vigilabat, intenta orationi & amori Divino. 4. Sicut navis, ita B. V. Eccleſiæ de cælo in omnibus proſpicit, & apud Filium gratias impetrat: S. Athanaſium animavit, ut Eccleſiam defenderet contra Arianos, S. Cyrillum contra Neſtorianos, S. Auguſt. contra Pelagianos &c. &c. C. Prov. 31. v. 14.

### 73. *Æternam ſalutem nobis procurat.*

Beatiſſima merito vocatur ab Eccleſia: *Porta cæli*: per hanc enim debemus ſalvari: plurimi Sancti in cælo ſunt per illam, qui alias non eſſent: *Multi Sancti ſunt in cælis interceſſione ejus, qui nunquam ibi fuiſſent, niſi per eam*, ait Cardinalis Hugo. Calamat. Mar. Diſc. 5. f. 72.

*S. Ber. de Aquæduc.*

S. Bernardus ait: *Filioli, hæc Dei, & Salvatoris noſtri Mater, peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ*. H. Ser. 23. f. 229.

Ut explicetur, quam efficaciter ad ſalutem noſtram cooperetur, comparatur cum variis mulieribus Veteris Teſtamenti: cum Muliere, quæ Abimelech caput confregit: cum Abigail, quæ iratum Davidem placavit: cum Bethſabæa, cui filius Salomon denegare nihil potuit: cum Regina Saba quæ in urbe Hieruſalem immenſas divitias attulit, & plures recepit: cum Thecuitide, quæ Abſalonem reconciliavit cum Patre: cum Vidua Eliſæi oleo abundante, &c. H. Ser. 23. f. 226.

Certum eſt, quod Dei Filius, Pater ac Redemptor noſter, per ſuam paſſionem ac mortem nihil aliud intenderit, quam ut nos ſalvaret: *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis*. In cruce autem moriens Amantiſſimam Matrem ſuam ſub cruce ſtantem, Matrem omnium noſtrum conſtituit: Ergo illa tam ardenter ſalutem noſtram amat, & quærit, ſicut Filius; quia Matres non minus amant proles quam Patres, &c.

## PATROCINIUM B. V. ERGA PECCATORES.

### 74. *Conatur, ut omnes peccatores convertantur.*

CLamat *parturiens, ut pariat*: Quid clamat? nempe clamando magnum deſide-

rium oſtendit, ut omnes peccatores ejus Filii efficiantur. S. punct. 32. f. 738.

Peccatoribus impetrat aquam lacrymarum, ſicut Abigail David aquam dare voluit ad lavandos pedes. M. conc. 11. aſſ. 3. n. 8.

Sicut Chriſtus peccatores non abhorruit, ſed cum illis manducavit: ita & Maria pro illis ſolicita eſt: Adornat remedia conS. Ger. de Zona Vir. verſionis, dicente S. German. *Quis in ſupplicationibus adeo pugnat cum peccatoribus ſicut tu? &c.* Calamat. Mar. Diſc. 5. f. 73.

Hinc ipſamet B. V. invitat omnes peccatores ad ſe: *In me gratia omnis viæ & veritatis*, in me *ſpes omnis vitæ & virtu-* Eccl. 24. *tis. Ego Mater pulchræ dilectionis, mater timoris & agnitionis. Spiritus meus dulcis & hereditas mea ſuper mel & favum.* H. Ser. 16. f. 153.

Rebecca non tantum famulo Eliezer, ſed Gen. 24. & jumentis illius potum dedit: ſic Maria non tantum juſtis, ſed & peccatoribus fontem gratiarum aperit. H. Ser. 25. f. 243.

Job. 39. B. V. comparatur aquilæ, quæ *ponit in arduis nidum ſuum, . . . & ubicunque fuerit cadaver, ſtatim adeſt.* Per cadaver intelligi poteſt anima peccatrix, quæ eſt ſine vita gratiæ. Ubicunque fuerit talis anima, B. V. ſtatim ſuccurrit. H. Ser. 25. f. 244.

Piſtorii puellam ſeptennio ægrotantem ſanat, jubetque, Patrem Auguſtinianum admoneri, ut pœnitentiam urbi prædicaret; imminere enim Dei ſupplicium. Effectus reſpondit vaticinio; paulo poſt peſtis urbem afflixit. H. 2. f. 49.

Lovanii Monialis, Nomine Beatrix ab impuro lenone ſeducta, claves ſui officii, cui ut cuſtos templi præerat, in aram B. V. depoſuit, & profugiens in mundum ſcelerate vixit. Poſt quindecim annos rediens comperit, quod B. V. interea temporis vices ſui officii ſuppleverit; nam Beatiſſima illi apparuit, dixitque: pœnitentiam age, nemo enim novit exceſſum tuum, &c. H. 2. f. 99.

### 75. *Mitigat iram Filii.*

Devotiſſimus Idiota ait: Ipſa Ipſa ſuperbenedicto Filio ſuo irato potentiſſime reconciliavit ſervos ſuos & amatores ſuos. S. punct. 32. f. 739.

Mariæ debemus, quod Chriſtum fratrem noſtrum effecerit, ait S. Anſelm. S. Ib. f. 742.

Sicut iris fuit ſignum reconciliationis, ita Maria &c. M. conc. 18. aſſ. 2. n. 6.

Inter Chriſtum, & Mariam oritur quaſi altercatio amoroſa: Chriſtus dicit: *Ego occidam.* Maria: *Et ego vivere faciam.* Chriſtus: *Ego percutiam.* Maria: *Et ego ſanabo &c.* M. conc. 18. aſſ. 2. n. 10.

B. V. cohibet manum Filii ferire volentis, & peccatori veniam impetrat: ſic ipſe Chriſtus Divæ Birgittæ edixit: *Niſi Matris meæ preces intervenirent, non eſſet ſpes miſericordiæ.* Calamat. Ser. 3. n. 21. Revel. 2. Birg. l. 6. c. 26.

In Veteri Teſtamento Deus auſterus contra peccatores fuit Leo, nunc manſueſcit ut Agnus: Quare? S. Antoninus dat rationem: *Chriſtus erat ut leo rugiens, & ultionum Deus terribiliter puniens peccatores, ſed in uterum Virginis intrans factus eſt totus ſuavis, & benignus.* Calamat. Mar. Diſc. 4. f. 63. in fine. S. Ant. p. 4. tit. 15. c. 21.

Sicut Arca Noe ſalvavit homines in diluvio: ſicut Arcus Iridis fuit ſignum fœderis: ſicut ſcala Jacob aſcenſum præbuit in cælum: ſicut Virga Moyſis elicuit aquam ſitientibus: ſicut Abigail propitiavit Davidem Marito ſuo Nabal: Ita Virgo propitiat Filium ſuum peccatori. H. Serm. 14. fol. 129.

### 76. *Etiam peccatoribus & infidelibus propitia eſt.*

Kiriteni in Bohemia parentes Acatholici invocant B. V. pro ſuo filio per triennium cæco. Et filius oculorum uſum recepit, factus Religioſus in Monaſterio Zaberdunenſi. H. 2. f. 59.

NeuKirchii in Bavaria quidam Bohemus Acatholicus Statuam B. V. poſt multa ſcommata in puteum projicit, ſed redeuntem ad antiquum locum gladio vulnerat. Et ecce! Statua amœniſſimum vultum, in indignabundum convertit, quo hodiedum cernitur. Ea re ſceleratus adeo obſtupuit, ut mentem mutarit, veniam rogarit, & ibidem quotannis reverſus multis lacrymis facinus defleverit. H. 2. fol. 71. c. 1.

Sub pallium Mariæ viſi ſunt non tantum ſe recipere homines, ſed etiam adrepere animalia, Leones id eſt ſuperbi, Crocodili id eſt avari, Porci id eſt luxurioſi, Canes id eſt invidi, Lupi id eſt guloſi, Tygrides id eſt iracundi, Aſini id eſt accedioſi. Verum audite peccatores, ſacra aſyla non omnibus proſunt, excluduntur facinoroſi, qui habent crimina excepta: ita præſidium Mariæ ſperare non poſſunt peccatores inveterati, & enormes.

Betſabæa apud Salomonem Regem interceſſit pro Adonia, & nihil impetravit; ille enim a Rege fuit ad mortem condemnatus. Econtra Eſther interceſſit apud Aſſuerum pro populo Judaico, quem ille ex-



exterminare cogitabat, & gratiam impetravit populo, ita ut etiam Amanus fraudis architectus in furcam fuerit actus. Quæ cauſa hujus differentiæ? Reſpondet Lyranus, quia Eſther fuit typus Beatiſſimæ Virginis, non item Betſabæa, ideo omnia impetravit illa, non iſta &c.

### 77. *Eſt refugium peccatorum.*

Joſue in terra promiſſionis conſtituit aſyla, ſeu civitates refugii. Sic revera Maria eſt aſylum, ſeu refugium peccatorum. H. Ser. 9. f. 78.

B. V. eſt fortiſſima Judith, quæ peccatorem defendit ab infernali Holoferne. Eſt benigna Eſther interveniens apud cæleſtem Aſſuerum. Eſt Tabernaculum in umbraculum diei ab æſtu, &c. H. Ser. 9. f. 78. & ſeq.

Andreas Cretenſis vocat Mariam, *Divinum inter Deum & homines conciliationis perfugium.* H. Ser. 10. f. 91.

S. Auguſt. *Per te, O glorioſa Virgo he-* S. Aug. Ser. de Aſſumpt. *reditamus miſericordiam miſeri, ingrati gratiam, veniam peccatores, Deum homines, mortales vitam, patriam peregrini.* Et Andreas Cretenſis: *Ex quo tranſlata es e terris, te univerſus mundus continet commune propitiatorium.* H. Ser. 14. f. 131.

Beatiſſima Virgo peccatoribus eſt Aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, caſtrorum acies ordinata, Cedrus exaltata, Cypreſſus, Palma, Roſa, Oliva ſpecioſa, Cynnamomum & Balſamum, Myrrha, & Caſtellum, ex quibus omnibus titulis peccatores ſalutis effectus percipiunt. H. Ser. 14. f. 132. ſeq.

S. Aug. Ser. 18. de Sanct. S. Auguſtinus: *Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excuſa quod timemus; quia tu es ſpes unica peccatorum. Per te ſperamus peccatorum veniam, in te noſtrorum eſt exſpectatio præmiorum.* H. Ser. 28. f. 276. & ſeq.

Colmariæ S. Virgo Gertrudis Ord. S. Domin. a B. V. veniam peccatorum rogat, & illam Filius porrecta manu promittit. Manum autem in manu Gertrudis relinquit. H. 2. f. 90.

### 78. *Liberat ab inferno & infernali hoſte.*

Mori debuiſſet Abiathar; verum quia portavit arcam ſalvatus eſt: Multi in infernum fuiſſent detruſi, niſi hanc portaſſent arcam in corde ſuo. M. conc. 32. aſſ. 3. n. 11.

S. Giſlenus itinerans pallium ſuum palo ſuſpenſum ad ſolem ſiccat, interim venit urſus, qui perſequentibus canibus ſub eo pallio ſe recipit: non poterant ei nocere canes, & Rex Dagobertus re comperta juſſit, ut illi parceretur. R. cent. 1. part. 1. mir. 21. Tu mi peccator coram Deo omni urſo es deformior, recipe te ſub pallio Mariæ, & Rex cæli jubebit tibi parci, cohibebit canes infernales, &c.

S. Gertrudis vidit ſub pallio Mariæ ſerpentes ſe abſcondere, quibus illa mire blandiebatur: quæſita quid hoc rei eſſet, repoſuit: ſerpentes ſunt peccatores, qui licet mali ſint, tamen eos diligo, quia Filii mei ſanguine redempti fuerunt. Similiter B. V. Sanctæ Birgittæ edixit de peccatore: *Sit ille quantumvis ſordidus & vilis, non dedignor ejus plagas tangere, ungere, & ſanare; quia vocor, & vere ſum Mater Miſericordiæ.* Calamat. Mar. Diſc. 5. f. 76. & ſeq.

Agnes Monialis deſtructo per hoſtes Monaſterio domum revertitur, ab ipſo patre imprægnatur, parit occulte, & a dæmone ſpecie Monachi decepta filium in flumine mergit. Tum agnita deceptione dæmonis, invocat B. V. & ad ſpem confortata, apud Judæam nutricem agit, inſtruens illam in fide & amore erga Deum & Beatiſſimam. Advertens id Judæus tribus vulneribus Agnetem in ſomno occidit, ſed illa a B. V. reſuſcitata aufugit. Quam ſecuta eſt Judæa paulo poſt baptizata & ſemper conſtans in fide. E. *Maria* num. 9.

### 79. *Exiguum obſequium magna mercede compenſat.*

Miles in itinere puellæ pulchritudine captus eam a parentibus donis extorſit. Sed quoniam puella Virginitati ſuæ illacrymans, dicebat ſe Mariam vocari, & pudicitiam Deo voto conſecraſſe, illam (cum etiam Sabbati dies eſſet) non violavit ſed in Monaſterio depoſuit. Poſtquam autem paucos poſt dies Miles in torneamentis fuit occiſus, Virgini de illius anima ſolicitæ apparuit Beatiſſima Dei Genitrix, & dixit, quod militi in agone propter hoc obſequium ſibi præſtitum, perfectam contritionem, & ſalutem impetraverit. E. *Horæ Can.* n. 3.

In Normannia latro crudelis ab inimicis occupatus capite plexus eſt, qui tamen mori non potuit, niſi confeſſus, quia B. V. illi vitam uſque ad confeſſionem conſervavit propter jejunium Sabbatinum in honorem illius peractum. E. *Maria* n. 11.

Monialis, nomine Beatrix, ferventiſſime ſerviebat Divinæ Matri, dein cum facta eſſet cuſtos, & nacta eſſet occaſionem liberius agendi, ab impuro inſidiatore peſſime ſeducta, repoſuit claves in altari, dicens: Domina reſigno tibi claves, quia tentationes carnis ſuſtinere non amplius poſſum. Sic abiit cum ſeductore, & cum ab hoc paulo poſt eſſet rejecta, per quindecim annos meretricem egit, vivens de quæſtu corporis. Aliquando in habitu ſæculari ad Monaſterium ſuum veniens quæſivit ex portario, an noſſet Monialem Beatricem? Novi, ajebat ille, eſt proba & ſancta. Id cum non intelligeret illa, & abire vellet, apparuit illi B. V. inquiens: Ego per quindecim annos tuæ abſentiæ vices tuas ſupplevi, revertere nunc & pœnitentiam age, quia nemo hominum novit exceſſum tuum; in forma quippe & habitu illius Dei Genitrix vices egerat illius. E. *Maria* n. 19.

Sceleratiſſimus homo id unum boni habuit, ut feſtivis ſolemnitatibus Beatiſſimæ Virgini ſuam ſalutem commendaret. In agone igitur puſillanimis ac fere deſperans, ſubito vidit Beatiſſimam accedere ad Filium pro tribunali ſedentem, ac petere unicam guttulam Divini ſui ſanguinis. Conceſſit Filius ex corde ſuo, quod petiit Mater: & ecce! illa hanc guttulam in lancem juſtitiæ injecit, quæ momento peccatis omnibus præponderavit. Æger ad valetudinem rediit, & vere pœnitentiam egit. H. Ser. 26. f. 158.

Latro propter jejunium Sabbatinum etiam decapitatus non moritur, donec confeſſionem fecerit. Idem legitur de milite in Hungaria in bello occiſo, cujus putrefactum cadaver identidem Confeſſarium articulata voce petiit. H. Ser. 29. f. 293. ſeq.

Leo Imp. adhuc vitam privatam agens cæcum aberrantem in viam reducit, ac ſitim illius aqua reſtinguit: ideo ex voce & promiſſo B. V. coronam Imperii Orientalis conſequitur. H. 2. f. 112. ſeq.

80. *Recipit peccatores, quos filius rejicit.*

Maria Ægyptia graviſſimæ peccatrix voluit intrare templum Salvatoris, verum tanquam indigna per arcanam vim fuit repulſa: iterum tentat aditum, iterum retunditur: terrore obruitur miſera, dein ad Mariam confugit, cujus imaginem ſupra valvas Eccleſiæ conſpexerat, in genua procidit, orat, lacrymatur, emendationem promittit, & ecce! ſurgens abſque ulteriori impedimento intrat Eccleſiam, facta poſtliminio pœnitentiæ, & ſanctitatis exemplar. Galamat. Mar. Diſc. 5. f. 75. H. 2. f. 6. c. 2.

Theophilus quidam ab Epiſc. ſua dignitate privatus dæmonis opem pro recuperando ſuo munere invocat, animamque illi oppignerat. Tum facti pœnitens confugit ad Mariam, a qua graviter objurgatus, bono animo eſſe juſſus eſt. Theophil. ſerio plangit & pœnitentiam agit de peccatis, & ecce! Maria illi adeſt, ſyngrapham, quam dæmoni tradidit, ei reſtituit, & felicem illi mortem prænuntiat, quam tertia poſt die piiſſime obiit. Calam. Mar. Diſc. 5. f. 76. E. *Maria* n. 6. H. 2. f. 5.

Monachus Ciſtercienſis in grave peccatum prolapſus ad glorioſam Dei Matrem confugit, & quamvis a Chriſto avertente vultum veniam impetrare non potuerit, tamen a Dei Matre, quæ filium ab uno brachio ad alterum tranſportat, veniam, gratiamque invenit. E. *Maria* n. 12.

Juvenis dilapidatis bonis ſuis ad paupertatem redactus diabolo pro divitiis ſuadente Villico ſe mancipavit: juſſus a dæmone etiam Mariam negare, conſtanter id facere recuſavit. Redux e ſilva intrat Eccleſiam penes viam, & miſericordiæ Matrem pro venia impetranda invocat, avertit quidem Filius faciem a Matre, ſed tandem reconciliatus eſt. Et ille Nobilis, qui juveni bona divendita pretio emit, illum in ſocerum elegit, bonis omnibus in dotem reſtitutis. E. *Maria* n. 15.

Virgines portam pulſantes repulſam tulerunt, cur? quia tantum invocarunt Sponſum: certe admiſſæ fuiſſent, ſi etiam invocaſſent Sponſam. B. Ser. 71. n. 9. & Ser. 77. n. 27.

Devotiſſimus Idiota vocat Beatam Virginem, ſpem deſperatorum, & merito ait Anſelmus, quia quos non poteſt ſalvare Divina Juſtitia, ſalvat Virginis miſericordia. S. punct. 131. f. 414. *Idiot. de Laud. Vir.*

Qui Deum accedere verentur, Mariam accedant, ait S. Bernard. S. punct. 32. f. 741. *S. Ber. S. de Nat. B. V.*

*Oculi tui columbarum:* Sicut enim columba alienos pullos nutrit, ita Maria peccatores alienos a Deo recipit. M. conc. 12. aſſ. 3. n. 5. Item conc. 18. aſſ. 2. n. 3.

S. Ignat. Martyr ait: *Impoſſibile eſt aliquem ſalvari peccatorem, niſi per tuum, O Virgo, auxilium.* S. punct. 131. f. 414. *S. Ign. M. ep. ad B. V.*

S. Germanus; quis o Mater poſt tuum Filium curam gerit humani generis ſicut tu? S. punct. 32. f. 739. & M. conc. 25. aſſ. 3. n. 7. *S. German. de Zon. B. V.*

San-



*Revel. S. Birg. l. 4. c. 138.* S. Birgittæ revelat B. V. ſe eſſe matrem peccatorum, ſed volentium ſe emendare. S. punct. 32. f. 741.

Ruth collegit ſpicas a meſſoribus relictas: ita Maria animas, ait S. Bonavent. *Ruth in oculis Booz, Maria in oculis Domini hanc gratiam invenit, ut ſpicas, id eſt animas a meſſoribus derelictas colligere poſſit.* M. conc. 18. aſſ. 2. n. 3. *S. Bonav. l. 5. de Laud. Virg.*

Juvenis Leodicenſis depauperatur, a famulo ſeductus Deum negat, ſed non Mariam, per quam dein veniam a Filio, & bonorum venditorum poſſeſſionem a Capitaneo emptore recuperat. R. cent. 2. p. 1. mir. 22.

81. *Velociter exaudit, ſed non ſine noſtra cooperatione.*

B. V. comparatur Lunæ: quia hic Planeta omnibus aliis velocior eſt curſu. B. Ser. 81. n. 7.

Duo ubera B. V. dicuntur ſicut hinnuli; quia in uno juſtis gratiam, altero reis veniam velociſſime impetrat. M. conc. 39. aſſ. 3. n. 6.

Minervam Deam rogavit Miles, ut ſibi in pugna victoriam contra hoſtem tribueret. Abi! reſpondit Minerva, pugna, vinces! abiit ille, & in arena velut truncus immobilis ſtetit. Ab adverſario vulneratus, dixit: Ubi eſt Deorum fides, qui mihi promiſerunt victoriam? & reſponſum accepit: Vinces, ſed ſi cooperceris!

Vis ut Maria ſe monſtret Matrem? tu prius monſtra te eſſe filium: cave, ne illam pœniteat te concepiſſe, ait Guerricus, ſicut Rebeccam pœnituit: *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe erat concipere?* Si ſic conqueri poteſt Maria, timeo, ne melius fuiſſet, ſi conceptus non eſſet homo ille. S. punct. 32. f. 743. *Guer. Ab. Ser. 3. de Annunt.*

Theophilus Oeconomus, deſperans & reſipiſcens, clamat ad Mariam: O Domina mea, te habeo poſt Deum protectionem! ad tuum intuens auxilium, non faciam irrita, quæ tibi ſum pollicitus. H. Ser. 16. f. 157. *Surius in Vita Theoph.*

B. V. ad S. Birgittam quidem edixit: *Ego ſum Mater peccatorum*, ſed ſine mora ſubjunxit: *Emendare ſe volentium.* Ubi ergo nulla emendatio, ubi eadem morum diſſolutio, ubi mera tepiditas & languor, ubi eadem periculoſa familiaritas, ubi nulla fuga peccati, ibi ſperari non poterit peccator, Mariam ſibi Matrem fore propitiam. Ex parte Mariæ non deeſt miſericordia, ſed ex parte peccatoris non debet deeſſe emendatio. *Quicumque ſibi Mariæ optat præmium, imitetur exemplum!* ait S. Ambroſius. *Revel. S. Birg. l. 4. c. 13.*

Patrocinium B. V. in neceſſitatibus temporalibus.

82. *Curam gerit pro alimentis corporis.*

In nuptiis ſolicita fuit de vino, ſi hoc fecit invitata, quid faciet invocata, ait S. Bernard. M. conc. 39. aſſ. 3. n. 4.

In deſerto multitudo hominum paſſa eſt famem: Cur? ideo reſpondet Novarinus, quia *in deſerto non erat cum turbis oculata Virgo, quæ omnium miſerias videt.* M. conc. 39. aſſ. 3. n. 5. *Novar. in Umb. Vir. n. 469.*

Beatiſſima Dei Mater Beato Hermanno egenti puerulo lapidem oſtendit, ſub quo ſemper pro indigentia pecuniam inveniebat. D. 7. 67. R. cent. 2. p. 2. mir. 37.

Architalaſſus Caſtilianus in bello capitur, in carcerem datur tenebris & inedia conficiendus. Ejus uxor Mariæ ſupplicat, illi quotidie candelam accendit, & pauperibus vinum ac panem diſtribuit. Et ecce candela luxit captivo, item panis & vinum in carcerem ei fuit delatum. Re comperta in libertatem fuit dimiſſus. R. 1. cent. 2. par. mir. 41.

Imago B. V. quam P. Antonius a S. Michaele Miſſionarius ſecum in regnum Chinenſe attulit, mira ſtatim patravit. Cum enim Barbaris urbem obſidentibus eſus & potus obſeſſis deficeret, B. V. illis aridum puteum abundantibus aquis fluere, & immenſam copiam avium in urbem volitare fecit, utque tanto luculentius appareret beneficium, ſublata obſidione aquæ, & aves defecerunt. R. cent. 3. mir. 11.

Cum grando circum circa ſegetes obtereret, Moniales ad chorum convolantes inceperunt cantare, Salve Regina. Et ecce! vineæ & ſegetes Monialium omnino intactæ remanſerunt. E. *Maria* 26.

In nuptiis vinum procuravit, ait S. Bernard. *Si pie a nobis pulſata fuerit, non deerit neceſſitati noſtræ, quoniam miſericors eſt, & Mater miſericordiæ.* *S. Bern. Ser. 1. Dom. 1. poſt Epiph.*

Cum Patres Franciſcani ad montem Apenninum, ubi imago prodigioſa B. V. aſſervatur, ob altiſſimas nives alimentis carerent, veſperi in vicina urbe Fabriano audita eſt vox cæleſtis: Quid dormitis Fabrianenſes, dum interim fratres fame pereunt? Mox per nives aperta fuit via, & inventi fratres ante aram Deiparæ orantes, cibo refecti ſunt. H. 2. f. 33.

Catanæ paupercula filiæ, quæ ſacelli B. V. curam habebat, Vir opulentus nubit, qui Panormi innocenter incarceratus,

voto ſe obſtrinxit, quod, ſi libertatem conſequeretur, pauperi filiæ nubere velit. H. 2. fol. 48. c. 2.

Mauſkirchii in Bavaria Statuam B. V. miraculis claram anno 912. Henricus Imperator illuſtriorem fecit, cum barbaros diu Bavariæ infeſtos ope Virginis devicit. Tempore graviſſimæ famis hic cœlum frumentum pluit, guſtoſum & ſalutare. H. 2. fol. 68. c. 2.

*83. Succurrit in morbis corporis.*

Nicolaus Brunus Meſſanenſis, D. Auguſtini Religioſus, a Beata Virgine viſibiliter apparente a pleuritide ſanatur, ibi petiit Beata Virgo deinceps vocari a ſuccurſu. M. conc. 39. aſſ. 3. n. 9.

Anno Domini 1105. Attrebati ſub Lamberto Epiſcopo gravis peſtilentia graſſabatur: poſt multas preces Beata Virgo duobus civibus, quorum unus Itero, alter Normannus vocabatur, apparet, eiſque cereum tradit, cujus cera morbo miſerabili medebatur. Quod mirabiliſſimum eſt, cereus nunquam deficit, & etiam deprompta copioſe cera nunquam decreſcit. D. 4. 92.

Beatiſſima Virgo ſuum Hermannum phlebotomum noctu monet, ut ſuper vulneratum brachium non indormiret, ne periculum effundendi ſanguinis rupta vena incurreret. Alia vice geminos dentes gravi lapſu excuſſos, illi reſtituit, & ſanguinem abſtergit. R. cent. 2. part. 2. mir. 37.

Clericus quotidie & ſemper Beatiſſimam Virginem devote ſalutare ſolitus, cum in rabioſum morbum incideret, ſeipſum morſibus lacerans, a Beatiſſima Dei Genitrice ſibi apparente, guttula lactis ſanatus eſt. E. *Maria* n. 2.

Monachus ſcabioſum habebat caput, ita ut propter illius fetorem Scholares penes ipſum conſidere nollent. Noctu autem in Oratorio, dum ille oraret, apparuit ei B. V. ſedens ante altare, & illum accerſens manum capiti impoſuit, & ſanavit. E. *Maria* n. 18.

*Vit. S. Ber. l. 1. c. 12.* S. Bernardus magnis doloribus ægrotans miſit unum ex fratribus in templum ad orandum: Et ecce! eadem hora adfuit illi Beatiſſima Virgo cum S. Laurentio & S. Benedicto & imponens illi manum, illico ægritudinem depulit.

Marſiaci in Gallia jam maximam civium partem peſtis conſumpſerat, cum B. V. apparuit piæ feminæ, ac juſſit ſibi in eo oppido ſacellum conſtrui: conſtructum eſt, & peſtis ceſſavit. Frequentiſſima hic patrantur miracula. H. 2. f. 26.

Auguſtæ Sueſſionum (Soiſſon) urbe Galliæ cives & incolæ, neſcio quo malo, & intolerabili ardore laborabant. Facta igitur ſupplicatio ad B. V. Et ecce! quotquot in templo rei Divinæ aderant, omnes ſani & incolumes domum redierunt. H. 2. f. 28.

Immolæ dum imago B. V. publica ſupplicatione circumducitur, ad conſpectum illius peſtiferi omnes illico perfectam ſanitatem recipiunt. H. 2. f. 35.

Ab urbe Mantua, dum ſacellum B. V. extra urbem exſtruitur, peſtis avertitur. H. 2. f. 36.

Mulier Deiparæ devota, oleo lampadis ejus, filii miſerrimi pedes inungit: Et ecce! pedes, quorum oſſa inſtar carnis fuere mollia, ita conſolidati ſunt, ut ille ſua ſponte ſurgere, ſtare, & ambulare potuerit. H. 2. f. 49. c. 1.

Henricus Moraviæ Marchio una cum uxore gravi ægritudine afflictus, in ſomno a Viro humana ſpecie anguſtiori repente ſanatus, juſſuſque eſt B. V. Cellæ grates agere. Somnium non fuiſſe inane docuit utriuſque valetudo. Profectus reperit tandem cellam, ædificatoque ibi templo, celeberrimæ peregrinationi initium dedit. H. 2. f. 55.

*84. Succurrit in bellis, hoſtilitatibus, & perſecutionibus.*

Cum S. Bruno cum ſociis in eremum ſe contulit, inſtitutor factus auſteri Ordinis, Romam evocatus, ut Pontifici rationem redderet, indicibile eſt quot calumniis, aculeatis dicteriis & perſecutionibus fuerit proſciſſus. Sed S. Apoſtolus Petrus illi apparuit, promiſitque, quod B. V. illos in aſpero illo loco, ac pœnitentia conſervatura ſit, ſi in ejus honorem preces Virginis horarias legerent, & devote recitarent. His promiſſis Ordo approbatus, confirmatus, & conſervatus eſt. H. Ser. 22. f. 218. *Surius in vita S. Brun.*

Sereniſſimus Bavariæ Dux, Beatiſſimæ Virgini addictiſſimus, ejus ope, celeberrimam victoriam Pragenſem obtinet. Celeberrimus Polimarchy Tillius contra Imperii rebelles, omnes victorias adſcripſit, Beatiſſimæ Virgini, cui erat devotiſſimus. H. Ser. 23. f. 232.

Jacobus Meneſius Luſitanus, imaginem Deiparæ hoſtibus objicit, & innumeram barbarorum multitudinem triumphat. H. 2. f. 7. c. 1. Item C. Prov. 8. v. 18.

Pau-



Paulus Diaz ope B. V. duodecies centena Æthiopum millia vicit & in fugam egit. H. 2. f. 10.

Pictavium Urbs Galliæ per proditionem in manus Anglorum tradenda erat: claves autem urbis, a proditoribus quæſitæ, non ſunt inventæ: territus urbis conſul rem commendat B. V. dumque ad templum feſtinat oraturus, videt, miraturque quod Statua B. V. claves e brachio pendulas habeat. H. 2. f. 27.

Salinum Urbs Galliæ multis belli cladibus olim afflicta, libertatem ſuam debet B. V. cui templum extruxit. Et ecce! dum fabrica templi jam ſupra dimidium eminebat, urbs rurſus ab hoſte obſeſſa interitum metuebat. Id dum fit puellula morti vicina exclamare audita eſt: Ecce! B. V. jam hoſtes fugat! atque hæc effata mortua eſt, hoſtes autem repente territi in fugam abierunt. H. 2. f. 27. ſeq.

Ludovico IV. Imperatori Monachus aut ſub ſpecie Monachi Angelus Statuam illam B. V. quæ hodiedum in Monaſterio Etthalenſi colitur, attulit cum exhauſto ærario in Germaniam redire non potuit. Facto Voto Imperator ædificandi Monaſterium cum templo Deiparæ, feliciorem deinceps in omnibus ſucceſſum habuit. H. 2. fol. 62. in fine.

Eo ipſo tempore, quo Hunni totam fere ſuperiorem Germaniam ferro, & flamma devaſtarunt, S. Rupertus Statuam B. V. Veterem Oetingam attulit, innumeris beneficiis prodigioſam. H. 2. f. 72.

Cum Urbs Rotvilla ab exercitu Suecico obſideretur, & populus ad Statuam B. V. in templo PP. Dominicanorum ſupplex accurreret, viſa eſt Statua oculos movere, eoſque in diverſos, comprimis vero in triſtes variare affectus. Duabus fere horis tenuit prodigium a Catholicis & Acatholicis æque viſum. Quinto poſt die rediit prodigioſa vultus mutatio, jamque lætior apparebat, cum ecce! advenit Cæſareus exercitus, a quo Suecis in fugam actis obſidio ſoluta eſt. H. 2. f. 78. c. 2. ſeq.

Anno 1202. B. V. ſupra oppidum Izeho in Holſatia apparuit, & Stura flumen bis ita intumuit, ut dejectis pontibus, Danis urbem oppugnantibus aditum prohibuerit. H. 2. f. 96.

Avennæ in Hannonia (Averſne) Statua B. V. colitur, de qua fama eſt, quod tempore obſidionis obviam proceſſerit hoſtibus, jamjam in urbem irrumpentibus, eoſque virga candida ita terruerit, ut pedem referre, & obſidionem ſolvere coacti ſint. Celebratur hujus rei memoria quotannis publica ſolemnitate. H. 2. f. 102.

Conſtantinopoli Madrinus pius eremicola coluit B. V. Statuam: hanc, dum Turcæ a tyranno turcico agminatim ad eum occidendum miſſi adventabant, ante portam eremitorii poſuit, quæ ſemper Turcas repulit. Dein hanc Statuam Madrinus Neapolim detulit, unde a Rege in Hiſpaniam translata, & monialem cæcam in ſuo adventu illuminans, nunc una eſt intercelebertimas Hiſpaniæ Statuas. H. 2. f. 114.

Urbs Carnutenſis a Ludovico VI. Rege Galliæ tota everſa fuiſſet propter crimen rebellionis, ſed quia Clerus togam B. V. obviam geſſit, gratiam obtinuit. F. p. 3. l. 6. fol. 170. in fine.

Joannes Comnenus Imperator Orientis pretioſiſſimum triumphum Conſtantinopoli adornat, & imaginem B. V. cui victoriam adſcripſit, cum publico populi applauſu circumducit. Idem fecit Emmanuel Comnenus illius Filius, atque ea imago hodiedum Venetiis aſſervatur, ac in publica neceſſitate cum ſupplicatione circumfertur. D. 5. 37.

Idem legitur de Ferdinando Rege Caſtiliæ, qui expugnationem Hiſpalis B. Virgini in acceptis refert. R. 1. cent. 2. par. mir. 41.

Sacerdoti per terras Albigenſium hæreticorum tranſeunti, & in honorem B. V. ſacrificanti, iidem hæretici linguam amputarunt. Verum ille in Monaſterio Cluniacenſi coram imagine B. V. orans & ingemiſcens apparentem ſibi habuit Dei Matrem, quæ linguam illi integram reſtituit, ita ut alta voce inciperet recitare ſalutationem Angelicam admirantibus Monachis. E. *Maria* n. 17.

Pia Mater filio in captivitatem abrepto rogat B. V. pro ejus liberatione, cumque non ſtatim exaudiretur, pia ſimplicitate imagini Beatiſſimæ abſtulit e manibus JESUM filiolum, eumque domi in arca tamdiu includit, donec B. V. filium viduæ aperto carcere redemit. E. *Maria* n. 22.

Narſeres Virgini devotus contra Gothos victorioſus: Heraclius Imperat. ope Virginis Phocam ſuperat. Georgius Caſtriotus cum quingentis militibus integros Turcarum exercitus in fugam agit, & multas victorias reportat. H. Ser. 13. f. 127. & H. Ser. 23. fol. 231.

*85. Succurrit in infortuniis.*

Quingenti metalli-foſſores a corruente monte obruuntur, & in ſpelunca occlu-



dun-

duntur. Dæmon eis apparet, & exitum promittit, ſi velint illi ſervire: ſed recuſata hac conditione invocant Beatiſſimam. Et ecce! ſubito mons finditur, illiſque commode exitum admittit. R. cent. 3. mir. 44.

S. Joanni Damaſceno abſciſſam manum reſtituit. Idiotæ capacitatem ingenii tribuit. S. Nicolao Mitram & Pontificalia de cælo mittit: S. Anſelmum in foſſam prolapſum eruit. Quotquot ſunt templa Mariana in orbe, fere omnia originem ſumpſere ab hujuſmodi beneficio Mariæ. Calamat. Mar. Diſc. 5. f. 73.

S. Joannes Damaſcenus omni litteratura inſignis incidit in Saracenos, qui eum in Perſidem vendiderunt. Sed nactus Dominum aliquatenus humanum, ejus filium in ſcribendo adeo erudivit, ut nulla eſſet differentia inter ſuum & diſcipuli characterem. Interim Joannes ab Imperatore Theodoſio Conſtantinopolim vocatus, & ab eo permagni æſtimatus fuit. Accidit autem ut Diſcipulus in Perſide relictus, inſtigante dæmone, Epiſtolam proditoriam exararet, eamque in palatio Imperatoris clam reponi juberet. Inventa ea Epiſtola, tradita Imperatori, agnitus Joannis character, cui in pœnam ſtatim amputata, & in ſublimi Eccleſiæ tholo ſuſpenſa eſt manus. Cum ergo Joannes infortunium ſuum deploraret, apparuit illi B. V. reſtituit illi ſanam manum, quo agnito miraculo Theodoſius, veniam rogans, innocentiam illius agnovit. E. *Horæ Can.* n. 4.

Pictor in porticu Eccleſiæ Beatiſſimam Virginem pulcherrime, diabolum autem deformiſſime pinxit: injuriam hanc ulturus dæmon ſuſcitato turbine, concuſſit ſtructuram, cui pictor inſiſtebat: fregiſſet ille cervicem, niſi pictura Beatiſſimæ extenta manu illum ſervaſſet. E. Maria n. 5.

Mercator Normannus a Saracenis captus invocat Deiparam, & ſubito ſentit vincula, & catenam ſibi diſſolvi. Fugit ergo, & annulum ferreum in collo ſecum in patriam portat, qui & Bajoci ante Statuam B. V. fronte ruptus eſt. H. 2. f. 22. c. 2.

Puerulus Judæus cum Catholicis communicans, & ideo a patre in furnum ardentem conjectus, ſervatur illæſus. Cauſam quæſitus repoſuit, ſe a Domina, quæ in templo Chriſtianorum Filiolum in ſinu geſtaret, fuiſſe ſervatum. Chriſtiani deinde domum Judæi in templum converterunt. H. 2. f. 23. c. 1.

Catanæ Sacellum B. V. dictæ *de Dalab*... a paupercula vidua curabatur. Hæc rogabat Dei Matrem pro Filio inter Turcas captivo. Et ecce! Veſperi adeſt filius in habitu Turcico, poculum in manu tenens, quo actualiter Conſtantinopoli Domino ſuo, Baſſæ Turcico, ad menſam miniſtrabat, in momento quaſi in patriam translatus. H. 2. f. 48.

Græcii cum pictor imaginem B. V. contra iterata monita non abſolveret, cæcus factus eſt: voto emiſſo oculorum uſum recepit, & picturam abſolvit. Et ecce! advenit cum catenis e captivitate Turcica, qui dixit B. V. hac ſpecie ſibi apparuiſſe, ſibique mandaſſe apertis portis, ut liber abiret. H. 2. f. 55.

Nobilis Belga apud Saracenos captivus vovet B. V. ſacellum: B. V. apparet illi in ſomno, ac in voto eum confirmans libertatem promittit: expergefactus invenit rupta vincula, & portas apertas: fugit, & venit Hallas in patria, ibique voto ſe exſolvit. H. 2. f. 103.

### 86. *Succurrit in plagis a Deo immiſſis.*

Tropææ, Urbe Calabriæ B. V. monuit Epiſcopum, ut ſuam imaginem, quæ navi olim mirabiliter allata ibi immobiliter hæſit, majori in honore haberet, & illam ad ſummum Altare transferret. Fecit illud Epiſcopus grandi bono; nam paulo poſt omnes fere Calabriæ urbes terribili terræ motu concuſſæ ſunt. Sola Tropæa illæſa manſit. H. 2. f. 45.

Siracuſis imago B. V. in pariete depicta hominem peſte infectum primo, deinde totam urbem ab eo malo liberat. H. 2. f. 51.

Eigenthalii in Helvetia conventum fecerunt Catholici, deliberaturi, qua ratione luem peſtiferam tota regione graſſantem averterent. Apparuit illi ſenex venerandus, nemini notus, ſuaſitque ut B. V. templum eo loco ædificarent, in eoque ter annuatim ſacrificium fieri curarent, unum B. V. alterum S. VVendelino, tertium pro defunctis. Creditus fuit hic ſenex fuiſſe S. VVendelinus, qui & in oculis eorum diſparuit. H. 2. f. 84. c. 2.

Vorsvvirii B. V. apparet oranti tres ſpicas in manu tenens, illique revelat, quod grandinem, quam incolæ ſuis peccatis meruerant, ab eorum agris averterit, ulterius hortata, ut pœnitentiam agerent. H. 2. f. 91.

Valencennas in Hannonia B. V. a peſte liberat, ab eaque urbe jejunium in profeſto ſuæ Nativitatis exigit. H. 2. f. 103.

Ex-



## Patrocinium B. V. in morte, & judicio.

### 87. *Quam potens ſit.*

*Luc. 7.* QUam bonum fuit Juveni illi defuncto apud Lucam, quod piam habuerit Matrem. S. punct. 131. fol. 406.

Beata Virgo inſidiatores dæmones fugat, qui morituriendi ante oculos verſantur. S. ib. fol. 406.

Chriſtus moriens Matrem ſub cruce videre non potuit, niſi prius per ciliorum compreſſionem ſanguinem ex oculis expreſſerit, uti habet Revelatio S. Birgittæ: Et cur? quia ſi ſemper aſpexiſſet Matrem, dolor paſſionis fuiſſet plurimum ſopitus. S. punct. 26. fol. 654.

Terribile erit judicium, ita ut elementa igni calore tabeſcent: quis autem evadet? evadent ſervi B. V. *Erit enim glorioſa Virgo ſervientibus, & amatoribus ſuis in die judicii.* M. conc. 32. aſſ. 3. n. 8.

Maria ſicut auctoritate Materna in vivis poterat Filio imperare; ita eadem adhuc poteſtate viget, & ideo valet ſententiam Judicis immutare: audiamus S. Petrum Damiani: *Quando accedis ad illud reconciliationis humanæ altare, non ſolum rogans, ſed imperans, Domina, non ancilla &c.* Calamat. Serm. 3. n. 29.

Maria eſt potentiſſima contra dæmones, quos a moriente repellit, & in fugam agit. *Horrendos peſſimorum dæmonum aſpectus procul repellit*, ait S. Ephrem. Calamat. Mar. Diſc. 5. fol. 78. H. Serm. 30. *S. Ephrem serm. ad Virg.*

Si Maria ad morientem ſe invocantem deſcendit, ejus potentia major eſt, quam ſi omnes Sancti in cælo tali homini ſubvenirent. Fugiunt dæmones ſicut muſcæ flabello abactæ: audiamus Sanctam Birgittam: *Super omnes malignos ſpiritus ipſam Deus ſic potentem effecit, quod quotieſcunque aliquem hominem Virginis auxilium ex caritate implorantem impugnaverint, ad ipſius Virginis nutum illi pavidi procul diffugiunt.* Calamat. Mar. Diſc. 5. fol. 79.

### 88. *Invocandam eſt ardenter.*

*S. Serm. de Med. Mort.* S. Bernardus ita ſeipſum alloquitur: Anima mea, quid ages exitura ex hac vita? quis erit tuus ſocius itineris? quis te defendet? & concludit: Clamavi ad te, Domina, dixi, tu ſpes mea es. S. punct. 131. fol. 406.

Jacob in morte anxietatem habuit, ne culpam habeat propter occiſionem Filii ſui Joſeph, & in hac anxietate Virginem in ſpiritu præviſam invocavit, ait Bernardinus Senenſ. S. punct. 131. f. 406.

Olim Veſtales Virgines ſi reo ad extremum ſupplicium ducto obviabant, iſte a morte liberabatur. Hoc privilegium hodie habent S. R. E. Cardinales; ſi enim reum purpura aut pileo tangant, iſte liber dimittitur. VV. art. diſc. font. 21. Ex 6. O Beatiſſima Virgo, ſi rei ducimur ad judicium, Tu pallio tuo nos protege! &c.

S. Guilielmus Aquitaniæ Dux a S. Bernardo converſus, in eremo aliquando a dæmonibus terribiliter percuſſus & vulneratus eſt. Invocavit Beatiſſimam, & illa ſtatim auxilio adfuit, illum ad conſtantiam animavit, & duæ cæleſtes Virgines confeſtim ejus vulnera ſanarunt. H. Serm. 5. in fine.

S. Ephrem his verbis clamat ad Virginem: *Sub alis tuis cuſtodi, & protege me! miſerere mei, qui ſum luto inquinatus, qui ſceleribus quam plurimis creatorem Deum meum & Judicem offendi, ne adverſus me glorietur Sathanas &c.* H. Serm. 30. fol. 300. *S. Ephrem in lament. Virg.*

### 89. *Si nos deſerat perditi ſumus.*

Maria terræ comparatur: Cur? quia ſicut Dathan, & Abiron perierunt, quia terra ſe illis ſubtraxit, ita, ſi Maria ſe ſubtrahat nobis, perditi ſumus. M. conc. 11. aſſ. 3. num. 9. & conc. 18. aſſ. 1. num. 12. in fine.

Dum S. Anſelmus iter faciebat, lepuſculus a canibus venaticis anguſtiatus ad eum accurrens ſub ejus equo refugium quærebat: riſerunt venatores, ſed ſanctus Vir ad eos converſus ajebat: Ecce mei boni, ſicut hic lepuſculus, ita anima in agone a dæmonibus perſecutiones extremas patietur &c. quid faciendum? ad Mariam confugiendum eſt. A. lect. 8. n. 28.

Vir ſanctus vidit congregatas ad judicium gentes, & duas ſcalas, unam rubeam, alteram albam a terra ad cælum pertingere. S. Franciſcus in ſummitate rubeæ clamabat fratribus ſuis ut aſcenderent: aſcendentes autem aliqui in ſecundo, alii in tertio aut quarto gradu, alii in medietate deciderunt. Triſtante S. Franciſco repoſuit Judex, hæc eſt ſcala Juſtitiæ, huc pauci veniunt! verum eant ad ſcalam albam, ibi recipientur. Venientibus igitur fratribus ad ſcalam albam, in ſummitate ejus apparuit B. V. & aſcendentes in regnum recepit. E. *Judicium.* n. 7.

Maria comparatur Soli: ſi Sol radios ſuos nobis ſubtrahat, quid ſupereſt nobis niſi teno-

tenebræ, & animi obſcuritas? Maria comparatur Lunæ, ſi Luna ſalutares influxus nobis deneget, quid ſupereſt, niſi ariditas & operum ſterilitas? Maria comparatur Stellæ maris, ſi ſtella hæc in cometam degeneret, quid ſupereſt, niſi tempeſtas horrida, naufragia, & interitus? &c.

*90. Succurrit morientibus.*

Nobilis quidam ex Alſatia potius curioſitatis, quam devotionis cauſa in Sacellum Eremiticum B. V. in Helvetia peregrinatur: rogat ibi Virginem pro felici morte; in reditu a latronibus vulneratur, & decapitatur, nihilominus tamdiu vivit, donec prætereunti Sacerdoti confeſſus fuit, & Sacrum Viaticum ſumpſit. Lucian. p. 2. conc. 78. n. 7.

Matrona, Nomine Victoria, cum in igne ſuſpenſa a tyranno ureretur, & ab ipſo marito & filiis ad cultum idolorum invitaretur, a latere vidit ſibi adeſſe pulcherrimam Virginem, a quo omnes illius dolores mitigabantur. E. Verbo *Affectus* n. 13.

Juvenis in Brabantia ob triplex peccatum damnandus erat, niſi ope B. V. ad ſe fuiſſet revocatus, & confeſſionem feciſſet. E. Verbo *Bona injuſta* n. 5.

Beatiſſima Dei Mater feminam, quæ a juventute peccatum ſubticuit, ad vitam pro confeſſione facienda revocavit; quia illa illius patrocinium quotidie invocavit. E. Verbo *Confeſſio* n. 3.

Pientiſſimum Monachum, cui in extrema ægritudine dæmon inſultans ex grandi libro ſua peccata prolegerat, fere deſperantem B. V. conſolatur, & JESUM Filium ſuum oſtendit, qui abſtulit peccata mundi. E. *Maria* n. 38.

S. Andreas de Chio Trapezuntii per aliquot dies crudeli martyrio excarnificatus, invocat Beatiſſimam, & ſemper ſanitatem, ac lenimentum dolorum recipit. H. Serm. 3. fol. 28.

Carolum Sueciæ Ducem, S. Birgittæ Filium, in judicio contra dæmones defendit, & ejus animam ſub tutelam ſuam recepit. Juvenis agonizans, ad ſe rediens, edixit, in judicio perditam fuiſſe ſuam ſalutem: Verum cum jam traheretur deorſum, Miſericordiæ Matrem clamaſſe: Quo vos illum abripitis? Quid vobis cum illo, qui tot annos mihi in ſodalitio meo ſervivit? H. Serm. 4. n. 37. & fol. 147.

*Hieron. Plat. de bono Relig. l. 2.* B. Reginaldo, ſocio S. Dominici in ultimo morbo Tnaſerunt fratres, ut Sacramento extremæ unctionis ſe communiri curaret. Repoſuit ille: Sacramentum non reſpuo, ſed nec poteſtatem diaboli formido; quia B. V. inviſibili quodam oleo me perunxit, & ad certamen confortavit. H. Serm. 14. in fine.

Cæſarius de B. V. ait: *Diligentes ſe diligit, contemnentes ſe, quia juſta eſt, punit & humiliat, & morientibus aſſiſtit, & mortuorum animas ad vitam perducit æternam.* H. Serm. 28. fol. 277. *Cæſarius lib. 7. Mirac. c. 1.*

Beatiſſima Virgo B. Reginaldum ad extremam luctam oleo inungit. Juveni Carthuſiano cum Prole Divina apparens nuntiat, dimiſſa illi eſſe peccata. Feminam, quæ peccatum in confeſſione reticuit, reviviſcere fecit, ad ſupplendam confeſſionem. Carolum Sueciæ Ducem, S. Birgittæ filium, contra dæmones defendit. H. Serm. 30. fol. 308. ſeq.

S. Andreæ Corſino ſacrificanti in nocte nativitatis Domini apparet, & illum admonet, quod poſt duodecim dies, nempe in Feſto Epiphaniæ Domini eſſet moriturus. *Barry 6. Jan.*

*91. Compeſcit vim tentatoris.*

Sicut initio ſtatim, *invidia diaboli mors intravit in mundum*: Ita hanc invidiam maxime exercet in morte hominis, quia ab hac pendet æternitas. Verum B. V. conteret caput ejus; ſicut mulier Abimelech caput lapide fregit, ſicut Judith Holofernem decapitavit, ſicut Eſther Amani proditioni ſe oppoſuit. H. Ser. 30. fol. 298. ſeq. *Sap. 11.*

S. Ambroſius: *Non ita timent hoſtes viſibiles aciem ordinatam, ſicut dæmones Dei Matrem.* Et Bernardus: *Sicut fluit cera a facie ignis, ſic dæmones ad invocationem Nominis Mariæ.* H. Ser. 30. fol. 299. ſeq. *S. Ambr. Serm. de N. Iun. Virg. S. Bern. Hom. 2. ſup. Miſſus eſt.*

Sicut obſidione cincti gaudent, ſi audiant ſibi contra hoſtem ſuppetias ferri: ita moribundus gaudet, ſi recordetur Mariæ, a qua contra dæmones auxilium ſperat. H. Serm. 30. f. 303.

Quantum lætantur nautæ tenebricoſa tempeſtate jactati, ſi diſpulſis nubibus denuo Stellam Maris videant! Maria Stella maris eſt morientibus. H. Ser. 30. f. 303.

Urbs Raguſa B. V. grata eſt, quod ejus auxilio a venenoſo dracone cum tota vicinia liberata ſit. H. 2. f. 112. Roganda Virgo, ut ab infernali dracone nos liberet.

Cum Bethulia urbs ab hoſtili exercitu obſideretur, generoſiſſima Judith in caſtra hoſtium egreſſa, Holofernem militiæ principem in ipſo ſuo tentorio, ſopore & vino ſepultum, capite truncavit, ſicque



que patriam ab interitu liberavit. O Chriſtiana anima, cum ab infernali inimico moleſtiſſimis tentationibus infeſtaris, confuge ad Mariam, cui tanquam filiæ Evæ, Divino conſilio data eſt poteſtas conterendi caput ſerpentis: *Ipſa conteret caput tuum!* Experieris auxilium! dicit enim Cardinalis Hugo: *Ad ejus memoriam dæmones contremiſcunt, & eam omnino ſuſtinere non poſſunt &c.* *Card. Hugo in c. 8. Cant.*

Patrocinium B. V. erga animas purgantes.

*92. Liberat animas purgantes.*

Ego *in fluctibus maris ambulavi*: Per fluctus maris purgatorium intelligitur: hinc Bernardinus Senenſ. Beata Virgo in purgatorio dominium tenet, propterea inquit: Ego in fluctibus maris ambulavi. M. conc. 32. aſſ. 3. n. 9. Et Calamat. Mar. fol. 70.

Confratres ſuarum confraternitatum primo poſt obitum Sabbato liberat e flammis. M. conc. 39. aſſ. 2. n. 4.

Purgatorium eſt locus afflictionis, in quo majores ſunt dolores, quam quidquid pœnarum poteſt in hoc mundo excogitari: Maria autem habet plenam juriſdictionem in purgatorium; hic cum S. Bonaventura debemus frequenter ad illam clamare:

*S. Bonav. in Litaniis.* *Oramus te piiſſima Virgo, ut eis, quos in purgatorio examinat ignis, impetres refrigerium.* Calamat. Mar. Diſc. 5. fol. 69.

Veræ amicitiæ lex eſt, ut amicus omni tempore diligat, & præſertim in anguſtiis ſuam fidem comprobet. Hanc legem Maria præ omnibus aliis obſervat; animabus in gratia decedentibus ſuccurrit in pœnis. Quæ Mater poſſet filium in clibano ardentem intueri, & illi non ſuccurrere! ſic & Maria ſuis devotis ſuccurrit; quia ut ait S. Auguſtinus: *Non amat & deſerit.* Hinc purgantes animæ invocant continuo auxilium Divinæ Matris: *Ad Mariam reſpiciunt, qui degunt in purgatorio, ut liberentur*, ait Cardinalis Hugo. Calamat. Mar. Diſc. 5. fol. 70. *S. Aug. l. 9. Confeſſ.* *Card. Hugo ſuper Cantic. B. V.*

Purgatorium comparatur mari: Maria autem Domina dicitur maris. Creditur in die ſuæ Aſſumptionis totum evacuaſſe purgatorium: præterea in die Nativitatis, & Reſurrectionis Filii ſui multas liberat animas. Calamat. Mar. Diſc. 5. fol. 70. & ſeq.

VIRTUTES BEATISSIMÆ VIRGINIS.

*93. Eſt exemplar omnium Virtutum.*

Omnes artifices ſolent aliquod prototypon ſuorum artefactorum formare, ſic pictor, architectus, aurifaber, componunt ideas, ad quas artificium ſuum conferunt. Deus ipſe Moyſi monſtravit ideam Tabernaculi conſtruendi: *Inſpice, & fac ſecundum exemplar.* Parem in modum Deus exemplar daturus Virtutis ac Sanctitatis, creavit Mariam, tanquam prototypon omnis perfectionis &c. Calamat. Ser. 6. f. 88. Sicut ergo tale prototypon omnes perfectiones continet, quæ in ectypo reperiuntur; ita in Maria omnes perfectiones ſunt omnium Virtutum: *Exod. 28.*

*Sit vobis tanquam in imagine deſcripta Virginitas, vitaque Beatæ Mariæ, in qua velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis*, ait S. Ambroſius. *S. Ambr. l. 2. de Virg.*

Et S. Laurentius Juſtinianus vocat Mariam, *Pudicitiæ ornamentum, Virginitatis gloriam, humilitatis formam, exemplar continentiæ, ſapientiæ thronum, Magiſtram Virtutum &c.* Calamat. Ser. 6. fol. 90. col. 2.

S. Ignatius Martyr, Diſcipulus S. Joannis Evangeliſtæ, teſtatur, ſibi retuliſſe Mariam Salome de Maria Matre JESU, *quod omnium gratiarum habuerit abundantiam: in tribulationibus & perſecutionibus eam fuiſſe hilarem, in penuriis & indigentiis non querulam, injuriantibus gratam, moleſtatam lætari, miſeris & afflictis coafflictam.* Proinde quotidie magnum ad eam fuiſſe fidelium accurſum, qui conſilium & opem ejus implorabant. H. Ser. 17. fol. 163.

Caſtitas, Virginitas.

*94. B. V. merito dicitur Regina Virginum.*

Sicut Sol cryſtallum, aut Stellas non obfuſcat, ſed lucidiores facit: ita, ait Petrus Chryſol. *In partu tuo crevit pudor, aucta eſt caſtitas, integritas roborata.* Genæ tuæ ſicut fragmen mali punici: malum punicum rubicundum eſt, & Rex fructuum, quia coronam gerit. Ita B. V. merito coronam gerit inter Virgines. M. conc. 25. aſſ. 2. n. 2. 3. *S. Chryſ. Ser. 142.*

Maria prima fuit quæ votum Virginitatis emiſit: *Prima omnium feminarum Deo Virginitatem obtulit*, ait S. Ildephonſus: *S. Ildeph. Serm. 3. de Aſſumpt.*

ſus: Videtur ad id alludere Eccleſia: Sola ſine exemplo placuiſti Domino noſtro JESU Chriſto D. 2. 64. Calamat. Mar. Serm. 3. n. 10.

S. Bernardus exclamat: *Quæ vel Angelica puritas ipſius Virginitati valeat comparari, quæ digna fuit Spiritus Sancti ſacrarium fieri, & habitaculum Filii Dei.* Calamat. Mar. Serm. 3. n. 10.

Cauſa autem immenſæ puritatis in B. V. duplex eſt, 1. Protectio & jugis aſſiſtentia Dei, quæ ita ſenſus ejus, mentemque regebat, ut prohiberet omnes illicitos concupiſcentiæ motus etiam inde liberatos & primo primos. 2. Ardentiſſima ejus caritas, quæ ab ea omne frigus peccati diffulit &c. C. Prov. 31. v. 22.

*Baron. an. Dom. n. 7.* Beatiſſima per ſuam Virginitatem meruit Maternitatem Dei. Hæc illibata Virginitas miraculis fuit probata: Cum B. Ildefonſus Archiepiſcopus Toletanus Virginitatem Mariæ edito libro contra Helvidianos propugnavit, in Feſto Annuntiationis B. V. noctu in templo illi apparuit Deipara, eique in gratiarum actionem cæleſte præmium appromiſit. S. Ægydius ex Ord. Seraph. ter pulſans baculo terram, tria lilia prodigioſe excitavit in teſtimonium illibatæ Virginitatis Mariæ. C. Iſa. 7. v. 14.

*95. Dat ſuis cultoribus caſtitatem.*

Sanctus Joannes Baptiſta cur tantus puritatis amator? quia a Virgine præſente in viſitatione hac virtute donatus fuit. M. conc. 11. aſſ. 2. n. 8. 9.

*Ego ſicut Cedrus, ego ſicut Myrrha* ubi Bernardin. de Buſtis: *Ideo comparatur Myrrhæ, & Cedro B. V. quia ſicut odor Myrrhæ fugat vermes, & odor Cedri fugat ſerpentes, ſic & odor ſuæ Virginitatis de aliorum cordibus expellebat motus brutales.* M. conc. 25. aſſ. 2. n. 10. *Bernar. de Buſt. Ser. de Virg. Mar.*

Juvenis annulum a Sponſo ſibi datum Beatiſſimæ Virgini, tanquam pulchriori, donat, ſeque illi totum conſecrat, acceptavit Beatiſſima annulum, ita ut eum imago digito conſtringeret. Poſtliminio infidus juvenis matrimonium init, ſed B. V. prima nocte illi comparens fidem datam auſtero vultu repetit. Evigilans ille & Sponſam & mundum deſeruit. E. *Maria* num. 3.

S. VVolſtanus Epiſcopus Vigornienſis in Anglia a femina ad turpitudinem provocatus, illam ſonanti colapho repulit, inquiens: *Fuge fœtis laſcivia, mortis filia, vas Sathanæ!* Idem facit S. Edmundus Epiſcopus Cantuarienſis. Et qua fortitudine? ſine dubio per opem B. Virginis, cui caſtitatem voverant: nullum enim remedium contra carnis tentationes præſentius, cultu & invocatione B. V. &c. C. in Prov. 7. v. 21.

Ex converſatione induuntur alieni mores; hinc illud adagium, cum Sancto ſanctus eris, & cum perverſo perverteris. Cum ergo fidelis anima libenter converſatur cum Maria, illam invocat, illam imitari ſtudet, eam in oculis & animo habet, non eſt mirum, quod theſaurum Marianæ puritatis participet, ſicut ille, qui ſub aurora ambulat, puriſſimo rore conſpergitur! &c.

*96. Virginitatem in aliis coronat.*

Cum duo famuli Dei itinerarent, unus in via obdormiit, alter vigilabat, & uterque tam ille in ſomno, quam iſte in vigilia viderunt turbam ſanctarum Virginum una cum Beatiſſima Dei Matre, quam ille audacter interrogabat, quo tenderent? & repoſuit Beatiſſima, ſe tendere ad Virginem pauperculi morientem, ut ipſam coronet. Evigilante altero fratre & affirmante, ſe omnia iſta in ſomno vidiſſe, perrexerunt in proximum locum, & in domo pauperculæ Virginis invenerunt omnem chorum Virginum antea in via viſum, Beatiſſima autem morientem coronavit & ſecum in cælum duxit. E. *Maria* n. 41.

Beatiſſima Virgo Beatum Ildephonſum Epiſc. Toletanum in præmium Virginitatis & puritatis veſte alba induit, in qua ille circumſtantibus ſanctis Cælitibus ſacrificavit. N. 18. *Dec.*

B. V. Alberico in choro cantanti candidam veſtem affert, quam dum illius imponit capiti, ſubito omnium Monachorum cuculli, antea nigri, candidum colorem induerunt. Bagatta L. 2. c. 2. §. 6. n. 10.

Tempore diluvii emiſit Noemus ex arca corvum & columbam: corvus, quia in ſubmerſorum cadaveribus ſufficiens ſibi pabulum invenit, in arcam non rediit, rediit autem columba, ramum olivæ viridantibus foliis ſecum in ore portans. Qui Mariam, cujus typus fuit Arca Noe, fugiunt, corvi ſunt, qui mundi cadaveribus delectantur. Qui vero ad arcam hanc puriſſimam confugiunt, columbæ innocentes ſunt, quæ viridanti olivæ ramo, id eſt, teſſera illibatæ caſtitatis olim a Beatiſſima Virgine coronabuntur &c.

97. Man-



*97. Manſit incorrupta cum Maternitate.*

*Exod. 3.* Rubus ardebat, & non comburebatur: Rubus eſt Virginitas Mariæ, quæ manſit illæſa in conceptione & partu Divini Filii. Comparatur autem caſtitas rubo; quia per humilitatem & aſperitatem conſervari debet, nam in deliciis & ſuperbia periclitatur. C. Exod. 3. verſ. 2.

*S. Aug. in Serm. de Nativ. Mariæ.* S. Auguſtinus de Dei Genitrice ſic loquitur: Maria exultavit, & Matrem ſe eſſe lætatur, quia de Spiritu Sancto concepiſſe ſe gaudet: Nec quia peperit innupta terretur, ſed quia genuit cum exultatione miratur. Sicut radius ſolis pertranſiens vitrum feneſtræ adeo illi non nocet, ut potius illuſtret: ita Puriſſimus Divini Filii partus ita tranſiit corpus puriſſimæ Matris, ut illud non modo non læſerit, ſed cæleſti puritate ſanctificaverit.

Sanctus Joſeph Divini Filii Nutritius, & Mariæ Sponſus, initio ubi illam gravidam adverteret, mille anxietatibus perturbatus, quid credere, quid ſentire deberet neſcivit: ſed ab Angelo myſterium edoctus, firmiſſima fide adoravit, de quo prius dubitavit: Audiamus S. Chryſoſtomum! *Joſeph plus credidit caſtitati, quam utero intumeſcenti, plus gratiæ, quam naturæ conceptioni!* Nimirum S. Joſeph quotidiana converſatione cohabitans Virgini, vidit vitam illius potius cæleſtem, quam terrenam, vidit actus virtutum ſublimiſſimos, vidit caſtimoniam Angelis parem, vidit continuam & conjunctiſſimam unionem cum Deo, & jam, pergit S. Chryſoſtomus, *Poſſibilius credebat mulierem ſine Viro concipere, quam Mariam poſſe peccare.* *S. Chryſ. in Matth. n. 1.*

Hæc ſunt ſtupenda Supremi Numinis Miracula, creato intellectui imperceptibilia, quæ continentur his duobus prædicatis: *Deus Homo! Et Virgo Mater!* ſi enim immortalis Deus mori potuit, etiam fides credat, illibatam caſtitatem conjungi potuiſſe cum Maternitate! &c.

Fides B. V.

*98. Tanta fuit, ut Apoſtolos & Prædicatores inſtrueret.*

*Richar. a S. Laur. l. 1. p. 2.* Maria vocatur Luna, Apoſtoli Stellæ, quia *Maria Apoſtolorum Magiſtra facta eſt*, ait Richard. M. conc. 32. aſ. 3. n. 4.

*Sacra Virgo conſilio, luce, doctrina, & mirabili vitæ exemplo præſidet Apoſtolico Collegio.* Scribit Lucius Dexter. M. Ibid. *Luc. Dext. an. 41.*

Prædicatoribus prohibitum fuit, ne quidquam in via tollerent, niſi Virgam: Maria Virga Jeſſe eſt, cui prædicatores inniti debent. M. Ib. n. 5.

*Virginis præſentia ita erigebat Apoſtolos, ut cum tot ſubirent labores, nullos ſe ſubire exiſtimarent*, inquit Novarinus. M. Ib. n. 7. *Novar. in Umb. Virg. l. 4. excurſ.*

Beatiſſima Virgo doctrix, & inſtructrix erat Apoſtolorum. Corn. a Lap. in Cant. fol. 175. col. 2.

B. V. altiſſimam Dei & creaturarum habuit cognitionem, ita ut in his Adamum, Salomonem & Apoſtolos longe ſuperarit: imo docet S. Bonaventura in his Mariam etiam Angelis fuiſſe ſuperiorem. Et S. Anſelmus ait: *Licet Apoſtoli per revelationem Spiritus Sancti edocti fuerint omnem veritatem, incomparabiliter tamen eminentius ipſa per eundem Spiritum veritatis profunditatem intelligebat.* Calamat. Mar. Serm. 3. n. 7.

Non ſemel ſed ſæpius in cælum rapta vidit Divinam eſſentiam; ſi enim id permiſſum fuit Paulo, & Moyſi, non potuit tale privilegium negari Virgini. Calamat. Mar. Serm. 3. n. 8.

Facta eſt Magiſtra Apoſtolorum: ideo illi & nativitas Salvatoris & nativitas Præcurſoris nuntiata eſt per Angelum, ut poſtea rerum tempus & ordinem optime noſcens tanto melius inſtrueret Evangelicos Scriptores. Calamat. Mar. Diſc. 4. fol. 64.

Juvenem dubitantem in fide confortat, eumque in propoſito Religionis firmat. E. *Maria* 8.

*99. Hæreſes omnes devincit.*

Sicut Virga Moyſis in terram projecta devoravit virgas Ægyptiorum; ita Maria miſſa in terram annihilat omnes hæreſes. M. conc. 25. aſſ. 1. n. 3. *Ipſa conteret caput tuum*: Caput ſerpentis infernalis ſunt hæreſes. C. Gen. fol. 85. col. 1.

S. Bernardus de Maria ait: *Sola contrivit univerſam hæreticam pravitatem.* Atque in eundem ſenſum orat Eccleſia, quod Maria cunctas hæreſes interemerit in univerſo mundo. Qua ratione? Primo: quia peperit Incarnatam Veritatem; hoc enim partu cooperata eſt ad falſitatis interemptionem. Secundo: Dum ſe demonſtravit veri Dei Matrem, refutavit Simonem Magum, qui pro Deo haberi voluit. Tertio, quia Virtute Altiſſimi obumbrata concepit, convicit Ebionem, & Cerinthum docentes, Chriſtum fuiſſe natum ex carnali conjunctione Mariæ, & Joſephi. Quarto, quia in partu Virgo per- *S. Bern. Ser. in ſig. Mag.*

man-

manſit, vicit Jovinianum, & Elvidium, dicentes, Maternitatem & illibatam Virginitatem non eſſe compoſſibiles. Quinto, obtudit os impio Neſtorio dicenti, Mariam non fuiſſe Matrem Dei. Sexto, ſimiliter proſtravit impii Baſilidis dogma, dicentis, Chriſtum non fuiſſe paſſum, ſed ejus loco Simonem Cyrenenſem; nam illa adſtitit Filio in cruce morienti. Præterea Maria omnibus illis ſingulari adjumento adfuit, qui hæreſes oppugnarunt, Sancto Cyrillo contra Neſtorium, Sancto Joanni Damaſceno contra Iconoclaſtas, Sancto Ildephonſo contra illius temporis hæreticos vires dedit &c. Calamat. Mar. Diſc. 5. fol. 80. & ſeq.

100. *Convertit Infideles.*

Statua Laudunenſis (Laon) in Gallia, non minoris famæ, quam Lauretana in Italia, credibiliter ab Angelis elaborata & de cælo allata fuit tribus fratribus illis e Gallia ad redimendam terram ſanctam profectis. Oſtenderunt illam Iſmeriæ Sultani Ægypti filiæ, quæ fidei deſiderio accenſa ex aula paterna profugit, & prima ſtatim nocte ex Ægypto in Galliam, ex urbe Cairo Laudunum uſque deportata, & ibidem fide Chriſtiana initiata eſt. H. 2. ſ. 25.

Prov. 8. *Ego Sapientia habito in conſilio.* Merito hæc verba tribuuntur Beatiſſimæ. 1. Quia illa præeſt Congregationibus ipſius honori erectis, ex quibus admirabilis in totam Eccleſiam redundat fructus. 2. Quia B. V. præeſt ſanctis cogitationibus de vita emendanda, de ineunda via perfectionis, de obtinendo dono caſtitatis, aliarumque virtutum. 3. Quia præeſt eruditis, per quos alios, alioſque convertit: Sic Gregorium Taumaturgum contra Arium, S. Cyrillum contra Neſtorium, S. Joannem Damaſcenum contra Leonem Iſaurum, S. Dominicum contra Albigenſes inſtituit, effecitque, ut hæreſin per ſe, & per ſuos aboleret. C. in Prov. 8. v. 12. Item in Prov. 31. v. 14.

Fortitudo, & Martyrium B. V. ſub cruce.

101. *Quanti fuerint B. V. dolores ſub cruce.*

S. Joann. Damaſc. l. 4. orth. 15. SAnctus Joannes Damaſcenus ait: Dolores, quos effugit pariens, tempore paſſionis ſuſtinuit. S. punct. 28. fol. 694.

Mater Tobiæ inconſolabiliter flevit, putans filium periiſſe. Jacob dolebat perditum Joſephum, & Benjamin: quomodo Maria doleat de unigenito?

Mater Machabæorum, ait S. Auguſtinus, erat ſepties martyr, quia in ſingulis filiis noviter periit: ergo Maria erat millies martyr, quia mille Filii tormenta aſpexit &c. S. punct. 28. fol. 695. & 696. S. Aug. ſer. 109. de divers. c. 6.

Cur SS. Evangeliſtæ dolorem illius non deſcripſerunt? Reſpondetur: Pictor ille in ſacrificio Iphigeniæ Patris vultum velo obduxit, quia dolorem ſatis exprimere non poterat: ita SS. Evangeliſtæ non poterant explicare dolorem Mariæ. S. punct. 28. fol. 698.

S. Bernardinus Senenſis ait: *Tantus fuit dolor Virginis, quod ſi in omnes creaturas divideretur, omnes ſubito interirent.* Calamat. Mar. Diſc. 4. fol. 64. S. Bern. Sen. T. 1. Serm. 61. a. 3. c. 2.

Beatiſſimæ Virgini ante mortem S. Archangelus Gabriel attulit ramum *Palmæ*: cur non roſam, aut lilium? quia palma illam decebat tanquam Reginam Martyrum, qui palmas in manibus geſtant. Plus paſſa eſt, quam quilibet alius Martyr. H. Serm. 1. fol. 10.

Sophronius apud S. Hieronymum ait: *Quia mente paſſa eſt, plusquam martyr fuit! ejus dilectio amplius fortis quam mors fuit, quia mortem Chriſti ſuam fecit.* Et S. Ildephonſus: Plus quam Martyr fuit, intus gladio vulnerata, parata ſtetit, ſi non defuiſſet manus percuſſoris. C. Joann. 19. v. 25. Sophron. apud S. Hier. let. de aſſum. B. V. S. Ildeph. Serm. de aſſumpt.

S. Bonaventura ita meditatur: *Stabat juxta crucem &c.* Imo in cruce cum filio, ibi crucifixa eras ſecum: ipſe in corpore, tu in corde: ejus vulnera in corpore diſperſa ſunt, in tuo corde unita: ibi Domina lanceatum eſt cor tuum, ibi ſpinis coronatum, ibi illuſum, exprobratum, & contumeliis plenum, aceto, & felle potatum &c. S. punct. 28. fol. 696. S. Bonav. in ſtim. Div. am. c. 3.

Tanta fuit afflictio B. V. ſub cruce, ut ea inter præcipuas cauſas fuerit triſtitiæ Chriſti in horto. C. in Matth. 26. v. 37.

S. Joannes Damaſcenus ait: *Virgo partus dolores, quos effugit pariens, illos paſſionis tempore ſuſtinuit.* Et S. Anſelmus: *Quidquid crudelitatis inflictum eſt corporibus Martyrum, leve fuit comparatione tuæ paſſionis, O Virgo.* C. in Matth. 27. verſ. 55. S. Joan. Dam. l. 4. de fid. c. 15. S. Anſel. de laud. Virg. c. 5.

B. V. dolores, quos paſſus eſt Dei Filius in corpore, ſuſtinuit in anima: Quantus autem hic fuerit dolor, deſumendum eſt 1. Quia Filium plus dilexit, quam ſe ipſam, adeoque maluiſſet ipſa crucifigi, quam Filium videre crucifixum. 2. Ex tormentorum Chriſti atrocitate in omnibus membris; hæc enim omnia paſſa eſt B. V. per compaſſionem. 3. Ex perſonæ dignitate, indigniſſimum enim erat, Deum flagellari, & crucifigi. 4. Ex diuturnitate, quia Chriſtus paſſus eſt per totam vitam. 5. Ex ſolitudine, quia fuit derelictus ab amicis, ab Apoſtolis, & ab ipſo Deo. 6. Ex calumniis & blaſphemiis. 7. Ex continuo intuitu filii patientis, & morientis. Unde merito dicitur Martyr, imo Regina Martyrum. C. in Luc. 2. v. 35.



Amor B. V. erga Dei Filium fuit tantus, ut omnes homines ſimul junctos, & omnes Angelos antecederet. Pro menſura autem amoris eſt menſura doloris; quia, ut ait S. Auguſtinus, *Tantum neceſſe eſt urat dolor, quantum hæſerat amor.* Immenſa igitur fuit afflictio Virginis ex illo amore dimanans, ita ut dixerit S. Anſelmus: *Quidquid crudelitatis inflictum eſt corporibus Martyrum, leve fuit, aut potius nihil in comparatione tuæ paſſionis* &c. Guil. Staniburſt. de Paſſ. Dom. cap. 13. §. 6. S. Aug. lib. 21. de civ. c. 16. S. Anſel. lib. de Excel. V. c. 5. T. 2. Ser. 61. ar. 4. c. 2.

102. *Illius dolores non oberant perfectæ conformitati cum Deo.*

S. Ant. 4. p. Theo. 15. c. 41. §. 1. S. Antonius Paduanus cum S. Anſelmo ait: Utut doloribus plena fuerit, ita tamen Divinæ conformis erat voluntati, ut ſi oportuiſſet, ipſa filium in cruce poſuiſſet; neque enim minoris fuit obedientiæ, quam Abraham. S. punct. 28. fol. 698. Et C. in Matth. 27. v. 55.

S. Ambroſius inquit: Stantem lego, flentem non lego: cur autem lacrymata non eſt? Regina illa apud Herodotum regii ſponſi necem lacrymata non eſt: cauſam rogata repoſuit: non illacrymor, ne integrum ſemper dolorem imminuam &c. S. punct. 28. fol. 698. Et D. 5. 16. S. Ambr. orat. de ob. Valen.

Abraham laudatur, quia filium ſuum Deo immolare volebat: verum de Maria affirmat S. Antonius: *Ita Divinæ voluntati conformis fuit, ut, ſi nullus fuiſſet repertus, qui Filium crucifigeret, ipſa poſuiſſet eum in crucem.* S. Ant. 4. p. Tit. 15. c. 41. §. 1.

Poterat, ſi voluiſſet, recedere a cruce, ſed noluit: tenebatur enim triplici funiculo alligata: Doloris, admirationis, & amoris: Doloris, quia anima tenus cum Filio cruci affixa fuit. Admirationis, quia tacita perpendebat, quis, qualis, quantuſque eſſet, qui pendebat in cruce! Amoris, quia unicus illi erat Filius, formoſior cunctis, ſanctior univerſis! S. punct. 28. fol. 697.

103. *Juvat Filium in redimendo humano genere.*

Hæc verba Prov. 8. quadrant in Virginem ſtantem ſub cruce: *Quando præparabat cælos, aderam*, id eſt quando juſtos creabat: *Quando certa lege vallabat abyſſos.* Id eſt, quando damnatos inferno concludebat: *Quando appendebat fundamenta terræ*, id eſt quando Petri, & Apoſtolorum fidem ſolidabat: *Quando librabat fontes aquarum*, id eſt, quando peccatoribus fontes lacrymarum dabat, *cum eo eram cuncta componens.* Quando autem hæc omnia facta ſunt? ſub cruce, in cruce &c. S. punct. 32. fol. 737.

B. V. frequenter a SS. Patribus vocatur Redemptrix, Reſtauratrix; quia paſſa eſt ſub cruce, ſicut Filius in cruce pro ſalute humani generis: Arnoldus Carnotenſis ait: *Tunc erat una Chriſti & Mariæ voluntas, unumque pariter offerebant holocauſtum Deo: hæc in ſanguine cordis, ille in ſanguine carnis: unde communem cum illo in mundi ſalute effectum obtinuit.* Calam. Mar. Serm. 3. n. 17. Arnol. in tr. de laud. Virg.

B. V. ſub cruce facta eſt omnium Mater: hinc illud: *Sub arbore malo ſuſcitavi te! ibi in doloribus peperit te Mater tua!* ubi Rupertus: dolores ut parturientis ſuſtinuit, facta plane omnium noſtrum Mater. S. punct. 32. fol. 738. Can. 8. Rupert. in illud: Mulier cum pa-ris.

Propterea etiam merita eſt, ut prima omnium viderit reſurrectionem Filii; nam B. V. poſt mortem Chriſti coronam ſpineam, clavos & veſtes ſanguine conſperſas ſemper ſecum habuit, & pie contemplata eſt, hinc prima vidit in veſtibus ſanguineis guttas ſanguinis, quas Chriſtus iterum reaſſumpſit, iterum deficere, ex eoque agnovit reſurrectionem Filii. M. conc. 44. §. 3. n. 6.

104. *Fuit Regina Martyrum.*

B. V. Pontifici Liberio, & Joanni Patritio Romæ per viſum apparuit, voluitque ut illa urbis parte, quam cras, non obſtante æſtivi ſolis calore, recenti nive conſperſam viderint, ſibi templum ædificarent. Altera die Mons Exquilinus nivibus contectus apparuit. Cur autem B. V. hunc montem ſuo honori elegit? Quia ibi permulti Martyrio confecti ſunt, quorum etiam corpora ibi ſepulta ſunt, ut inter Martyres, quaſi Regina Martyrum in templo Martyrum habitaret. C. in Prov. 8. v. 3. Item in Luc. 2. v. 35. Item in Prov. 31. v. 10.

Chriſtus fuit Rex Martyrum, Maria Re-

Regina Martyrum! Chriſti Sanguis ſemen Martyrum, qui Sanguinem cum vita fuderunt: Lacrymæ Mariæ ſemen Martyrum, qui ſolum corde dolebant. Miechov. in Litan. B. V.

Cor Chriſti & Cor Mariæ erant ſympathetice unita, & quaſi unum cor: ergo malum, quod unum patiebatur, etiam afflixit alterum. Sicut Solis deliquio etiam Luna obſcuratur; quia de mutuato illius ſplendore refulget: ita corde Chriſti patiente ſtatim dolor ad cor Mariæ tranſibat. Sicut Chriſtus, ita & B. V. tribus clavis fuit cruci affixa: primus clavus fuit viva & vehemens apprehenſio omnium dolorum, quos Chriſtus patiebatur. Alter clavus fuit ineffabilis amor erga Filium. Tertius fuit Materna ejus compaſſio. Miechov. in Litan. B. V.

Abraham mactaturus filium ſeipſum mactavit in Filio, ait Petrus Chryſologus: Ita Mariam ſeipſam immolavit in Filio. Miechov. in Litan. B. V. Tit. Regina Mart. *Petrus Chryſol. Ser. 108.*

Humilitas B. V.

105. *Amatur & laudatur a Deo, & B. V.*

O *Cam pulchri ſunt greſſus tui.* In pedibus ſuperbia eſt; *non veniat mihi pes ſuperbiæ*, ideo Apoſtoli lavabantur in pedibus a Chriſto: Maria vero ab omni ſuperbia aliena erat, ideo laudatur; quam pulchri ſunt greſſus tui. M. conc. 32. aſ. 2. n. 1.

*Prov. 8.* Ipſa Virgo de ſe dicit: *Arrogantiam & ſuperbiam, & os bilingue deteſtor.* Sciebat humilitatem eſſe virtutem, quæ proprie Divinæ Majeſtati debetur; infinita enim illa celſitudo infinitam poſcit creaturæ inclinationem. Sciebat Filium Dei per humilitatem, qua uſque ad flagella & mortem ſe demittebat, mundum reparaturum &c. Sicut ergo Eva per ſuperbiam abjecta, ſic Maria exaltata eſt &c. C. Prov. 8. v. 13.

Humilitas ejus in actionibus omnibus eluxit: In veſtitu erat B. V. humillima; quamvis enim de regio erat ſtemmate, tamen nonniſi duplici toga uſa eſt, cujus interior a collo uſque ad talos, exterior a capite uſque ad genua per modum pallii deſluebat, utraque ex lana erat confecta. B. Serm. 41. n. 16.

*S. Bern. Serm. de Purificat.* Purificationis legem ſubiit, quamvis non teneretur: *Non habes cauſam, nec tibi opus eſt purificatione*, ait Bernardus. M. conc. 32. aſſ. 2. n. 5. Paoletti in Feſto Purificationis.

Sicut veſtium pompam in ſe ipſa refugit; ita & in aliis damnavit. B. Catharina, S. Birgittæ filia, Fratris ſui Caroli uxori perſuaſit, ut humili veſtitu uteretur. Cum autem iſta monenti morem non gereret, aliquando in ſacello Beatiſſimæ Virginis obdormiens, vidit, quod Dei Genitrix Catharinam blande, ſe vero torve intueretur: quærens cauſam, audivit, id ea de cauſa fieri, quia Catharinæ non obtemperaret. E. *Ornatus Veſtium* n. 3.

106. *Exaltat Mariam ad ſublimiſſimam eminentiam.*

*Cum mulieribus, & Maria Matre JESU*: cur B. V. ultima ponitur, etiam poſt mulieres peccatrices? S. Bern. ait: *Merito facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillam.* M. conc. 32. aſſ. 2. n. 8. *S. Bern. Serm. in Sign. mag.*

*Flores mei fructus honoris*, quia in lateribus domus abſcondita, & ignota fructificavit. M. Ib. n. 7.

*Gloriam præcedit humilitas.* Maria ſuper choros Angelorum non fuiſſet adeo exaltata, niſi fuiſſet adeo humiliata: tripliciter autem gloriam præcedit humilitas: Merito, origine, & ordine. 1. Humilitas præcedit merito, hinc certe Beatiſſima potius voluiſſet carere gloria, quam minimo humilitatis gradu. Etiam in hac vita plus honoratur humilitas, quam jactantia, quia a mundo jam plus celebrantur Franciſci, Arſenii & alii, qui ſe in eremis occuluerunt, quam faſtuoſi. 2. Humilitas præcedit origine; quia propter humilitatem Maria fuit evecta ad tantam gloriam, hæc etiam virtus erat, quæ Filium Dei permovit, ut citius humanam carnem aſſumeret, ideo dixit Maria, *Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ &c.* 3. Humilitas præcedit ordine; quia gloria propter humilitatem datur: atque ideo Beatiſſima humiliavit ſe vili æſtimatione ſuiipſius, omnia dona ſua adſcribendo largitori Deo: *Fecit mihi magna, qui potens eſt*: Humiliavit ſe contemptu ſui, quia tantum oculos defigebat in vilitate ſua, vocando ſe Ancillam: quæ Domina erat. Humiliavit ſe denique amando hunc ipſum contemptum: hinc Jeroſolymam non intravit, dum ejus Filius per modum triumphantis fuit exceptus, ſed tunc primum cum per modum malefici fuit captivatus. Item ſæpe ſe expoſuit reprehenſionibus, uti fuit illa, quid tibi & mihi eſt mulier? poſthabuit ſe omnibus Apoſtolis &c. Segn. Manna 15. Aug. *Prov. 15.*

B. V. merita eſt dignitatem Maternitatis Divinæ. 1. Per Humilitatem. 2. Per illibatam virginitatem. 3. Per ardentiſ-



ſimam caritatem, qua ſolicita pro redemptione hominum & adventu Meſſiæ aſſiduas preces fundebat; *Inveniſti*, exclamat Bernardus, *quod quærebas: inveniſti, quod nemo ante te potuit invenire.* C. Luc. 1. v. 30. Et iterum Bernardus: *Merito facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillam.* C. Luc. 1. v. 36. *S. Bern. Homil. 3. ſuper Miſſ. eſt. S. Bern. in illud Apoc. 12. Sig. mag.*

107. *Odit, & averſatur ſuperbiam.*

*Prov. 8.* *Arrogantiam & ſuperbiam & viam pravam, & os bilingue deteſtor*, ait de ſe B. V. Nempe timore & amore Dei plena humilitatem, & humiles amat. Sciebat humilitatem proprie Divinæ Majeſtati deberi; infinita enim illa creatoris celſitudo, & Majeſtas infinitam poſcit creaturæ humiliationem. Unde S. Auguſtinus: *Eva propter ſuperbiam abjecta, Maria propter humilitatem electa: ſuperbam Deus deſpexit, humilem reſpexit &c.* C. in Prov. 8. v. 13. *S. Aug. ſer. ſuper Magn.*

Chriſtus Dominus in amariſſima Paſſione ab iniquis judicibus & præſertim a Pilato interrogatus, quis & unde eſſet? Non reſpondit ei verbum; quia dedignabatur eorum ſuperbiam. Quæritur, cur ergo non in teſtimonium vocarit Beatiſſimam Dei Matrem, quæ in omnibus myſteriis paſſionis, & in ipſo monte Calvariæ ſemper præſens fuit? Nempe noluit hoc Providentia Dei admittere, ut humillima Dei Mater imitaretur humillimum Dei Filium, & nullum verbum colloqueretur ſuperbis thraſonibus &c. Judicent jam, & reſponſum ſibi ipſis forment multi, qui identidem quærunt, cur a B. V. in ſuis neceſſitatibus non exaudiantur? examinent ſuam conſcientiam, & experientur, quod animum hoc vitio inquinatum circumferant. Non vult, nec ſolet B. V. exaudire ſuperbos! &c.

# LIBER QUARTUS
## DE
# ANGELIS, ET SANCTIS.


Pars Prima.

DE SS. ANGELIS.

SS. Angeli.

Angelus Custos.

Pars II.

DE SANCTIS.

Sancti.

Homo Justus.

Sanctorum Virtutes.

*Humilitas Sanctorum.*

*Caſtitas Sanctorum.*

*Manſuetudo.*

*Conſtantia.*

*Pœnitentia.*

Sancti Martyres.

*Martyrium.*

Sancti Cælites.

*Reliquiæ Sanctorum.*


## *PARS PRIMA.*
# DE SS. ANGELIS.

1. *Sunt numero innumerabiles.*

*Angeli.* DAniel deſcribens numerum Angelorum, ait eſſe millia millium, & decies millies centena millia. S. Dionyſius & S. Thomas dicunt, quod eorum numerus tranſcendat omnes res corporales. B. Serm. 53. n. 17. *S. Dion. de cæleſt. Hier. c. 14.*

Pro duodecim fugitivis Apoſtolis potuiſſet Chriſtus ſtatim duodecim legiones de cælo vocare. M. conc. 10. aſſ. 3. num. 10. 11.

Miratus eſt orbis numeroſum exercitum Xerxis, quo fluvios bibendo ſiccabat: nihilominus infinities plures ſunt Angeli. Putant SS. Patres numerum hominum nonagies novies ab Angelorum numero ſuperari. Poſito ergo, quod hactenus fuerint

Regina Martyrum! Chriſti Sanguis ſemen Martyrum, qui Sanguinem cum vita ſuderunt: Lacrymæ Mariæ ſemen Martyrum, qui ſolum corde dolebant. Miechov. in Litan. B. V.

Cor Chriſti & Cor Mariæ erant ſympathetice unita, & quaſi unum cor: ergo malum, quod unum patiebatur, etiam afflixit alterum. Sicut Solis deliquio etiam Luna obſcuratur; quia de mutuato illius ſplendore refulget: ita corde Chriſti patiente ſtatim dolor ad cor Mariæ tranſibat. Sicut Chriſtus, ita & B. V. tribus clavis fuit cruci affixa: primus clavus fuit viva & vehemens apprehenſio omnium dolorum, quos Chriſtus patiebatur. Alter clavus fuit ineffabilis amor erga Filium. Tertius fuit Materna ejus compaſſio. Miechov. in Litan. B. V.

Abraham mactaturus filium ſeipſum mactavit in Filio, ait Petrus Chryſologus: *Petrus Chryſol. ſer. 108.* Ita Mariam ſeipſam immolavit in Filio. Miechov. in Litan. B. V. Tit. Regina Mart.

## Humilitas B. V.

### 105. *Amatur & laudatur a Deo, & B. V.*

O*Cam pulchri ſunt greſſus tui.* In pedibus ſuperbia eſt; *non veniat mihi pes ſuperbiæ*, ideo Apoſtoli lavabantur in pedibus a Chriſto: Maria vero ab omni ſuperbia aliena erat, ideo laudatur; quam pulchri ſunt greſſus tui. M. conc. 32. aſ. 2. n. 1.

*Prov. 8.* Ipſa Virgo de ſe dicit: *Arrogantiam & ſuperbiam, & os bilingue deteſtor*. Sciebat humilitatem eſſe virtutem, quæ proprie Divinæ Majeſtati debetur; infinita enim illa celſitudo infinitam poſcit creaturæ inclinationem. Sciebat Filium Dei per humilitatem, qua uſque ad flagella & mortem ſe demittebat, mundum reparaturum &c. Sicut ergo Eva per ſuperbiam abjecta, ſic Maria exaltata eſt &c. C. Prov. 8. v. 13.

Humilitas ejus in actionibus omnibus eluxit: In veſtitu erat B. V. humillima; quamvis enim de regio erat ſtemmate, tamen nonniſi duplici toga uſa eſt, cujus interior a collo uſque ad talos, exterior a capite uſque ad genua per modum pallii deſſuebat, utraque ex lana erat confecta. B. Serm. 41. n. 16.

Purificationis legem ſubiit, quamvis non *S. Bern. ſerm. de Purificat.* teneretur: *Non habes cauſam, nec tibi opus eſt purificatione*, ait Bernardus. M. conc. 32. aſſ. 2. n. 5. Paoletti in Feſto Purificationis.

Sicut veſtium pompam in ſe ipſa refugit; ita & in aliis damnavit. B. Catharina, S. Birgittæ filia, Fratris ſui Caroli uxori perſuaſit, ut humili veſtitu uteretur. Cum autem iſta monenti morem non gereret, aliquando in ſacello Beatiſſimæ Virginis obdormiens, vidit, quod Dei Genitrix Catharinam blande, ſe vero torve intueretur: quærens cauſam, audivit, id ea de cauſa fieri, quia Catharinæ non obtemperaret. E. *Ornatus Veſtium* n. 3.

### 106. *Exaltat Mariam ad ſublimiſſimam eminentiam.*

*Cum mulieribus, & Maria Matre JESU*: cur B. V. ultima ponitur, etiam poſt mulieres peccatrices? S. Bern. ait: *Merito facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillam*. M. conc. 32. aſſ. 2. n. 8. *S. Bern. ſerm. in ſign. mag.*

*Flores mei fructus honoris*, quia in lateribus domus abſcondita, & ignota fructificavit. M. Ib. n. 7.

*Gloriam præcedit humilitas*. Maria ſu- *Prov. 15.* per choros Angelorum non fuiſſet adeo exaltata, niſi fuiſſet adeo humiliata: tripliciter autem gloriam præcedit humilitas: Merito, origine, & ordine. 1. Humilitas præcedit merito, hinc certe Beatiſſima potius voluiſſet carere gloria, quam minimo humilitatis gradu. Etiam in hac vita plus honoratur humilitas, quam jactantia, quia a mundo jam plus celebrantur Franciſci, Arſenii & alii, qui ſe in eremis occuluerunt, quam faſtuoſi. 2. Humilitas præcedit origine; quia propter humilitatem Maria fuit evecta ad tantam gloriam, hæc etiam virtus erat, quæ Filium Dei permovit, ut citius humanam carnem aſſumeret, ideo dixit Maria, *Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ &c.* 3. Humilitas præcedit ordine; quia gloria propter humilitatem datur: atque ideo Beatiſſima humiliavit ſe vili æſtimatione ſuiipſius, omnia dona ſua adſcribendo largitori Deo: *Fecit mihi magna, qui potens eſt*: Humiliavit ſe contemptu ſui, quia tantum oculos defigebat in vilitate ſua, vocando ſe Ancillam: quæ Domina erat. Humiliavit ſe denique amando hunc ipſum contemptum: hinc Jeroſolymam non intravit, dum ejus Filius per modum triumphantis fuit exceptus, ſed tunc primum cum per modum malefici fuit captivatus. Item ſæpe ſe expoſuit reprehenſionibus, uti fuit illa, quid tibi & mihi eſt mulier? poſthabuit ſe omnibus Apoſtolis &c. Segn. Manna 15. Aug.

B. V. merita eſt dignitatem Maternitatis Divinæ. 1. Per Humilitatem. 2. Per illibatam virginitatem. 3. Per arden-

til-



tiſſimam caritatem, qua ſolicita pro redemptione hominum & adventu Meſſiæ aſſiduas preces fundebat; *Inveniſti*, exclamat Bernardus, *quod quærebas: inveniſti, quod nemo ante te potuit invenire*. C. Luc. 1. v. 30. *S. Bern. Humil. ſuperbiæ ſui eſt.* Et iterum Bernardus: *Merito facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillam*. C. Luc. 1. v. 36. *S. Bern. in illud Apoc. 12. ſig. mag.*

### 107. *Odit, & averſatur ſuperbiam.*

*Prov. 8.* *Arrogantiam & ſuperbiam & viam pravam, & os bilingue deteſtor*, ait de ſe B. V. Nempe timore & amore Dei plena humilitatem, & humiles amat. Sciebat humilitatem proprie Divinæ Majeſtati deberi; infinita enim illa creatoris celſitudo, & Majeſtas infinitam poſcit creaturæ humiliationem. Unde S. Auguſtinus: *S. Aug. ſer. ſuper Magn.* *Eva propter ſuperbiam abjecta, Maria propter humilitatem electa: ſuperbam Deus deſpexit, humilem reſpexit &c.* C. in Prov. 8. v. 13.

Chriſtus Dominus in amariſſima Paſſione ab iniquis judicibus & præſertim a Pilato interrogatus, quis & unde eſſet? Non reſpondit ei verbum; quia dedignabatur eorum ſuperbiam. Quæritur, cur ergo non in teſtimonium vocarit Beatiſſimam Dei Matrem, quæ in omnibus myſteriis paſſionis, & in ipſo monte Calvariæ ſemper præſens fuit? Nempe noluit hoc Providentia Dei admittere, ut humillima Dei Mater imitaretur humillimum Dei Filium, & nullum verbum colloqueretur ſuperbis thraſonibus &c. Judicent jam, & reſponſum ſibi ipſis forment multi, qui identidem quærunt, cur a B. V. in ſuis neceſſitatibus non exaudiantur? examinent ſuam conſcientiam, & experientur, quod animum hoc vitio inquinatum circumferant. Non vult, nec ſolet B. V. exaudire ſuperbos! &c.

# LIBER QUARTUS
## *DE*
# ANGELIS, ET SANCTIS.

*Pars Prima.*

DE SS. ANGELIS.

SS. ANGELI.
ANGELUS CUSTOS.

*Pars II.*

DE SANCTIS.

SANCTI.
HOMO JUSTUS.

SANCTORUM VIRTUTES.
*Humilitas Sanctorum.*
*Caſtitas Sanctorum.*
*Manſuetudo.*
*Conſtantia.*
*Pœnitentia.*
SANCTI MARTYRES.
*Martyrium.*
SANCTI CÆLITES.
*Reliquiæ Sanctorum.*

## *PARS PRIMA.*
# DE SS. ANGELIS.

### 1. *Sunt numero innumerabiles.*

*Angeli.* DAniel deſcribens numerum Angelorum, ait eſſe millia millium, & decies millies centena millia. S. Dionyſius & S. Thomas dicunt, quod eorum numerus tranſcendat omnes res corporales. *S. Dion. de cœleſt. hier. c. 14.* B. Serm. 53. n. 17.

Pro duodecim fugitivis Apoſtolis potuiſſet Chriſtus ſtatim duodecim legiones de cælo vocare. M. conc. 10. aſſ. 3. num. 10. 11.

Miratus eſt orbis numeroſum exercitum Xerxis, quo fluvios bibendo ſiccabat: nihilominus infinities plures ſunt Angeli. Putant SS. Patres numerum hominum nonagies novies ab Angelorum numero ſuperari. Poſito ergo, quod hactenus fue-



rint

rint triginta millia millionum hominum, Angeli ad minimum tres milliones millionum efficient. S. Dionyſius, ait, ab Angelis omnes res materiales ſuperari, & poteſt illud deduci ex loco, quo creati ſunt nempe cælo. P. p. 2. diſ. 3. num. 11.

Hierarchiæ Angelorum tres ſunt, chori autem novem, uti Angeli, Archangeli, Principatus, Virtutes, Poteſtates, Dominationes, Throni, Cherubini & Seraphini. B. Ser. 53. n. 18. Item S. punct. 141. fol. 451. Petr. Sanchez 1. par. cap. 6. & 7.

Tertia tantum pars Angelorum lapſa eſt de cælo, & tamen tanta eſt multitudo dæmonum, ut ſuperent multitudinem hominum: Ergo Angeli in cælo bis ſuperant numero multitudinem hominum. C. Apoc. 12. v. 4.

Credibile eſt, ait Leſſius, Angelos in die judicii comparituros in corporibus ſplendidis: ſic longe lateque ſupremas aeris regiones undique per multa millia milliarium uſque ad cælos ipſos replebunt & immenſi exercitus ſpeciem præbebunt. C. Iſa. 34. v. 14.

*2. Homini varia præſtant obſequia.*

Angelus ancillam Agar ad Abrahamum reduxit: tres Angeli promiſerunt Abrahæ nativitatem Iſaaci. Duo Angeli eduxerunt Lothum ex incendio Sodomæ. Angelus gladium Abrahæ tenuit in ſalutem Iſaaci. Angeli in Scala videntur a Jacob tanquam nuntii. Angelus duxit populum per deſertum. Confortat Gedeonem contra Madianitas. Reficit Eliam defatigatum. Liberat Ezechiam ab Aſſyriis. Adjuvat Juditham in liberatione Bethuliæ. Pueros in fornace, Danielem in ſpecu leonum ſalvat, Petrum educit e carcere &c. B. Ser. 72. n. 7. C. Exod. 23. v. 20.

Angeli varias formas aſſumunt, ut commode homini ſuccurrere poſſint: columnæ per diem, & noctem; comitis apud Tobiam: Stellæ apud Magos: Militum pugnantium &c. S. punct. 97. fol. 293. Item fuſe C. Exod. 23. v. 20. Sanchez 1. p. c. 7.

Angeli adjuvant Homobonum in conſuendis veſtibus, Iſidorum in arandis agris, puellam ſeptennem in eradicandis zizaniis. D. 6. 13.

B. Benevenutus Frater ex Ordine S. Franciſci plus æquo temporis dabat orationi, & proin ſervitia culinæ oblitus fuerat: cum ad culinam venit, videt cibos omnes ab Angelis eſſe præparatos. Beato Jacobono dæmones ollas omnes confregerunt, & cibos in culina diſperſerunt: invocat Angelos, & illi ſtatim adſunt, confracta reſtaurarunt, cibos mundatos collegerunt. Petr. Sanch. 1. p. c. 7.

Ægrotans frater a ſuis derelictus id gratiæ habuit, ut Angelum per ſeptem dies ſibi famulantem haberet. E. Verbo *Angelus n. 5.*

Sancti Angeli valde familiares S. Lydvinæ, ab illa ſub ſpecie mendici eleemoſynam accipiunt, illi ſacros cineres capiti imponunt, illam coronant &c. *N. 1. Sept.*

Ven. Thereſiæ Luſitanæ Angeli, dum illa rei ſacræ vacat, panes coxerunt. *N. 3. Sept.*

Abrahamo Angeli apparuerunt, & ſe Gen. 18. valde familiares ac obſequioſos illi exhibuerunt.

Angelus Domini tranſtulit Habacuc Dan. 14. Prophetam, ut in Chaldæa prandium ferret Danieli.

Angeli inſtruunt ignorantes: ſic Da- Dan. 10. nieli multa & magna myſteria revelata ſunt per miniſterium Angelorum.

Conſolantur in triſtitia: ſic Angelus Luc. 1. ſterilibus parentibus annunciavit nativitatem S. Joannis Baptiſtæ. Idem annuntiavit conceptionem Salvatoris in civitate Da- Luc. 2. vid. Rurſus etiam nato Domino Angelus Domini ſtetit juxta paſtores. &c.

Explicant voluntatem Dei ignorantibus: Sic Angelus locutus eſt Joſepho: Matth. 12. 1. Ante Nativitatem Domini, Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. 2. Poſt adorationem Magorum, ſurge & accipe puerum, & fuge in Ægyptum. 3. Poſt mortem Herodis: Accipe puerum, & vade in terram Iſrael.

Confortant nos in afflictione: ſic in horto deſcendens de cælo Angelus confortabat Chriſtum triſtantem, & orantem.

*3. Hominem præſervant a periculis.*

Apud Loth hoſpitati ſunt Angeli, & Gen. 19. quaſi piam illi violentiam fecerunt, ut a periculo incendii illum extraherent.

Jacob fugiens fratrem vidit Angelos Gen. 28. deſcendentes, & aſcendentes, qui in auxilium illi veniebant. Similiter cum ad Patrem a ſervitio Laban rediret, vidit Gen. 32. Angelos ſibi obviantes.

Angelus Domini deſcendit cum Aza- Dan. 3. ria & ſociis ejus in fornacem.

Daniel in lacu leonum incolumis reſ- Dan. 6. pondit Regi: Deus meus miſit Angelum ſuum, qui concluſit ora leonum.

Quando Jeruſalem ab innumerabili 4. Reg. 19. exercitu obſidebatur, Angelus Domini noctu



noctu centum octoginta quinque Aſſyriorum millia trucidavit.

2. Mach. 11. Machabæus, & qui cum ipſo erant, rogabant Dominum, ut bonum Angelum mitteret ad ſalutem Iſrael. Sequitur: Apparuit præcedens eos eques in veſte candida.

S. Petrus in carcere vinctus, & altera die Act. 12. ad mortem rapiendus, liberatur ab Angelo.

Sanctos Martyres in tormentis confortant: ſic Angelus S. Theodorum ſanitati reſtituit, Conſtantii Epiſcopi vulnera ſanavit, Sanctam Chriſtinam e tormentis liberavit. C. in Dan. 3. v. 92.

*4. Sunt amatores & tutores caſtitatis.*

Angeli cum pueris deſcenderunt in fornacem, compeſcentes flammam ignis: ſic Angeli libidinum incentiva, quæ dæmones excitant, extinguunt. Sic S. Thomam Aquinatem Zona caſtitatis cinxerunt. Ammonem piiſſimum Monachum, cum propter tranſvadandum fluvium ſe denudare debuiſſet, ſuper aquam in alterum littus portant. S. Sereno Abbati ignitam carnis ſtrumam e pectore eruunt, quo facto ille omni libidinis ſenſu caruit. S. Equitio Abbati omnem carnis ſtimulum extinxerunt, ita ut ille deinceps tam viris, quam feminis præeſſet. S. Ermelindis ab Angelis monetur, ut inſidiis heri ſe fuga ſubduceret. C. in Dan. c. 3. v. 50. & 1. Cor. 7. v. 35. in fine. Et Exod. 23. v. 20.

S. Theophila ad proſtibulum damnata, invocans Deum, Angelum protectorem habere meruit, qui juvenes procaces ad Theophilam ingredi auſos morte, cæcitate, aliiſque pœnis repulit. Simile quid legitur de S. Agnete, Lucia, Cæcilia & aliis ſanctis Virginibus. C. 1. Cor. 7. v. 35. in fine.

S. Theodata Vidua, Nova Machabæa, duos filios per martyrium Deo dedit. Ipſa caſtitatis inſidias paſſa, cum Hircanus quidam impudens leno impudicam illi manum admovere vellet, invocavit Angelum, & ecce! Mox iſte atroci colapho impudentem ſuo ſanguine erubeſcere docuit. Ann. ſac. 2. Aug.

*5. Succurrunt in bellis & hoſtilitatibus.*

Angelus Michael & Angelus Perſiæ viginti & uno diebus invicem pugnabant, ut ſcirent homines, quantam quiſque Angelorum gentis ſuæ curam habeat. Rex Elesbaan fame & inopia cum ſuo exercitu preſſus, pugnaturus invocat auxilium Dei: & ſubito vocem audit: *Gabriel! Gabriel! Gabriel!* quo deinduce inſignem victoriam retulit. Anno 106. vicit Theodebertus Clotharium, in qua pugna Angelus Domini evaginatum tenens gladium adſtare viſus eſt. VVenceslao Bohemiæ Regi ſuccurrens Angelus, cum contra Ducem Carinenſem protexit. Alfonſus Rex Congi innumerabilem hoſtium copiam vicit, ubi hoſtilis exercitus faſſus eſt, ſe vidiſſe fulgentem equitum copiam, quorum intuitu metu correpti, ſeſe in fugam dederint. D. Dan. 10. v. 20. in fine.

Angelus interpoſuit ſe inter caſtra He- Exod. 14. bræorum, & Pharaonis: illa illuminans & deducens per mare rubrum, hæc obtenebrans & ſubmergens. C. in Exod. 23. v. 20.

Conſolatus eſt Hebræos ab hoſtibus af- Judit. 6. flictos. Roboravit Gedeonem ad bellum Judic. 6. contra Madian.

Præceſſit haſtam vibrans caſtra Judæ 2. Mach. eique dedit victoriam. C. Exod. 23. v. 20. 11. v. 8.

*6. Obeunt munia ſuorum clientum.*

Raphael comes Tobiæ induit ſpeciem Azariæ: Angelus, ſimilis filio hominis deſcendit cum pueris in fornacem ignis. Paſchalis Vivas Dux Hiſpanus viſus eſt Mauros in prælio profligare, cum tamen ipſe prælio non interfuit, ſed Sacrificio Miſſæ, nempe Angelus ejus perſonam ſuſcepit. Fr. Joanni Parmenſi Generali Ord. Min. Angelus ad Miſſam miniſtrat, loco Religioſi, qui obdormierat. Sic quando defuncti vivis apparent, per Angelos id plerumque fieri ſolet, qui formas defunctorum aſſumunt. S. Placidus cum fere aquis mergeretur, vidit S. Benedictum, qui tamen procul aberat. S. Nicolaus apparuit nautis periclitantibus, item Conſtantino Magno, præcipiens, ut tres innocentes e carcere dimitteret. S. Antonius Paduanus exiſtens in Italia viſus eſt in Luſitania. S. Franciſcus abſens apparuit fratribus in curru igneo. S. Ignatius Romæ exiſtens apparuit Coloniæ &c. Hæc omnia plerumque facta ſunt per Angelos, qui ſimulacrum ac ſpeciem Sanctorum repræſentarunt. C. in Act. Apoſt. c. 12. v. 15.

Nullibi libentius verſantur SS. Angeli, quam inter juſtos, ſuos clientes. Angelus, qui nomine Dei Zachariæ nuntiabat, Deum Judæis pacem daturum, ut iterum ædificetur Jeruſalem, ſtabat inter myrteta: Myrtus eſt ſymbolum Juſti 1. quia amans valles deſignat ejus humilitatem. 2. Quia ſicut myrtus creſcit juxta aquas,

ita juſtus creſcit per lacrymas compunctionis. 3. Sicut myrtus fert baccas præcipui ſaporis; ita juſtus fert fructus bonorum operum, ex quibus fit vinum exultationis, quod lætificat Angelos. 4. Myrtus eſt valde odorata, hinc odorem gratum ori conciliat, unde qui ſtomacho laborant, aut halitum habent fœtentem, pro remedio mane comedunt baccas de myrto; ita juſtus de ſe ſpargit odorem bonæ famæ morum candore &c. Cum ergo myrtus his qualitatibus ſymbolizat juſtum, mirum non eſt, quod Angelus ſteterit inter myrteta. C. Zach. 1. v. 8.

*7. Sunt proniores ad parcendum, quam ad puniendum.*

Tres Angeli ad Abraham viam optime norunt; ad Sodomam vero duce indigebant. Quare? quia primo benefaciebant, alteri pœnam irrogare debebant. B. Ser. 76. n. 4.

In urbem Sodomam tarde eunt, econtra Angelus, qui Habacuc tranſtulit, in momento id fecit: Cur? quia in primo caſu erant ad puniendum, in altero ad benefaciendum. S. punct. 26. f. 113. 114.

Gen. 22. Angelus vocavit Abraham, prohibens ne filium immolaret, & dein magna illi munera propter obedientiam promiſit.

Poſt numeratum populum ad mandatum David, miſit Dominus peſtilentiam in Iſrael, cumque extendiſſet manum ſuam Angelus, clamavit David ad Angelum cædentem: Ego ſum, qui peccavi! Quare ſic clamavit? Quia ſperavit Angelum ad miſericordiam commotum iri, & a ſe ſolo pœnas exacturum.

4. Reg. 6. Plures Angeli boni erant cum Eliſeo ad eum defendendum, quam cum adverſariis fuerunt mali homines ad nocendum.

Angeli mali contra homines, quibus beatas in cælis ſedes a ſe amiſſas invident, implacabili odio ardent, iiſque nocere diu noctuque ſtudent, hinc a pictoribus tanquam belluæ terribiles cum rictu dentato, cum cornibus & unguibus pinguntur. Laudetur æterna Dei Bonitas, quod nobis Angelos bonos in tutelam, & auxilium contra infernales belluas dederit; hi enim ſunt manſuetiſſimi, & miſericordiſſimi Spiritus, ideo pinguntur ut amœniſſimi juvenes, & quidem cum alis, quia advolant feſtinanter in auxilium clientum.

*8. Qualia ſint corpora ab eis aſſumpta.*

Angeli non poſſunt ſibi unire aliquod corpus ſubſtancialiter ſine unione hypoſtatica, quia hoc ſolius Divinæ virtutis eſt. Poſſunt autem aſſumere corpora, ea ſibi accidentaliter uniendo, eaque movendo ac ſi eſſent viva. Communiter vero ſibi effingunt corpus ex circumſtante aere, admixtis craſſioribus exhalationibus, ſic ut eas inter ſe ita commiſceant, & condenſent, ut ſolida corpora, & veros colores membrorum humanorum repræſentent: idque ex eo patet, quod hæc corpora diſparentibus Angelis mox in aerem, & vaporem reſolvantur. Ita Vaſquez. (Vaſq. 1. p. D. 184.) Hinc ſequitur 1. in hujuſmodi corporibus non eſſe veros colores, ſed apparentes, quales in nubibus cernimus. 2. Angelum in tali corpore non poſſe exercere operationem vitalem, uti eſt videre, ſentire, loqui, ſed tantum imitari, & adumbrare. 3. Talia corpora non eſſe vere denſa, & ſolida, ſed tantum talia apparere reſiſtente Angelo. C. in Gen. c. 17. v. 4.

Certum eſt ex Scriptura, Angelos ſæpe ſub humana ſpecie apparuiſſe, ſic tres Angeli ſub ſpecie trium Virorum apparuerunt Abrahæ, duo Angeli venerunt Sodomam ſub ſpecie peregrinorum, Angelus in forma viri tota nocte luctatus eſt cum Jacob, Raphael in forma juvenis comitatus eſt Tobiam. Quænam fuerunt hæc corpora? Iſidorus putat, facta eſſe ex materia cæleſti, ſed certius eſt, fuiſſe facta ex materia aerea, ita ut colores, & figuram hominum retulerint.

Quæres, an aſſumant etiam corpora mortuorum? Reſpondeo, dæmones aſſumunt cadavera mortuorum reproborum. Angeli autem boni nulla: non damnatorum, quia hæc averſantur, non Sanctorum, quia hæc venerantur.

*9. Qualia ſint officia Angelorum, & qualis natura.*

S. Bernardus conſiderans illos Seraphim, cur ſex alas habuerint, ait ideo ſex habuiſſe, quia duabus ad Deum adorandum, duabus ad ſuccurrendum homini, duabus ad infernum debellandum volabant. M. conc. 10. aſſ. 3. n. 1.

Natura ſunt Spiritus omnino perfecti; hinc dicuntur a Deo prodiiſſe ſicut radii a ſole, aut ſicut ſcintillæ ex chalybe. Cur





Moyſes non deſcripſit eorum creationem, & naturam? Nempe, ut a Judæis hominibus craſſis non adorarentur. C. Gen. 1. v. 1.

S. Greg. lib. 1. Mor. Angelica natura a nobis conditione diſtincta eſt, quod nos cæcitatis ignorantia coarctamur, Angeli vero ſcientia incomparabiliter ſuper nos dilatantur, quoniam ipſum fontem ſcientiæ contemplantur: Quid de his, quæ ſcienda ſunt, neſciunt, qui ſcientem omnia ſciunt?

S. Greg. in Hom. Evang. ap. propinq. Angelorum vocabulum nomen eſt officii non naturæ; qui minima annuntiant, vocantur Angeli, qui ſumma, Archangeli.

S. Joan. Damaſc. l. 2. c. 3. Angelus eſt ſubſtantia intellectualis ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo miniſtrans, gratia, non natura.

Angelorum officium eſt & continua occupatio laudare Deum: *Requiem non habebant.* Angelos igitur in terris æmulantur, qui aſſidue tam in adverſis quam proſperis laudant Deum &c. C. Apoc. 4. v. 8.

*10. Toti ſunt in obſequio Dei.*

Angeli pennas ſuper propitiatorium habebant expanſas, quia pennas non ſuo, ſed Dei obſequio habent. M. conc. 10. aſſ. 3. n. 2.

Semper intuentur propitiatorium, quia ſemper in voluntatem Dei intenti ſunt. M. Ib. n. 3. ſeq.

Matth. 4. Poſt diſceſſum tentatoris, acceſſerunt Angeli ad Chriſtum, & ſerviebant illi.

Angeli annuntiant hominibus voluntatem Dei, ſerviunt Chriſto in deſerto, conſolantur triſtantem in horto, paratæ erant illorum duodecim legiones ad defendendum Chriſtum contra hoſtes, deſcendunt de cælis in nativitate, in reſurrectione, in aſcenſione Chriſti, adjuvant Apoſtolos in prædicatione Evangelii.

Ideo Angeli pinguntur nudipedes, & diſcalceati, ut ſignificetur, quod liberi, abſoluti, & expediti, atque ab exterioris affectus labe puri, ad Divinæ ſimplicitatis ſimilitudinem pro viribus tendant; idcirco tradit Nyſſenus, quod etiam Moyſes, poſtquam calceos exuit, nunquam amplius illos induerit. C. Exod. 3. v. 5.

Quidam Sacerdos Religioſus in Sacrificio Miſſæ dicens: Supplices te rogamus, Omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui in ſublime altare tuum; vidit conſtitutam Angelorum coronam, & ex his eminentiorem, qui acceptam ex Altari SS. Hoſtiam ſurſum ferre, Deo præſentare, eandemque iterum Sacerdoti Sacrificanti reddere, reliquis Angelis circumſtantibus, illi mire applaudentibus: tum demum, ubi SS. Hoſtiam ſibi ab Angelo reſtitutam vidit Sacerdos, cæleſtibus plenus lætitiis Sacrum reliquum devotiſſime complevit. *Nadaſi in anno Angel. ex Majore Spec. Exempl. 19. v. Angelus.*

*11. Cooperantur ad ſalutem hominis.*

Sanctus Stanislaus Societatis JESU Novitius ab Angelis SS. Euchariſtiam recipit. B. Macarius narrat, Marcum quemdam Exercitatorem SS. Euchariſtiam ſemper recepiſſe ab Angelis, ſeque nihil, niſi digitos porrigentis vidiſſe. S. Onuphrius ſingulis ſeptimanis in eremo SS. Euchariſtiam ab Angelis recepit. C. Levit. 21. ad finem. Item Num. 4. v. 49.

Sciunt Angeli ex Lege æterna Dei, quod ruina ſuorum ſociorum, qui de cælo lapſi ſunt, reparanda ſit per homines; ideo continuo pugnant contra poteſtates aereas, & hominibus indefeſſa induſtria ſervientes, illis media omnia ſuggerunt ad ſalutem. (S. Aug. in Pſal. 103.)

Quare Angelus a Joanne adorari noluit? S. Gregorius reſpondet: Timet a natura humana adorari, quam videt in Deo eſſe ſublimatam. Et hæc dignitas acuit Angelorum amorem, ut pro ſalute noſtra laborent. C. Num. 4. v. 49.

Quidam Religioſus e familia Carthuſianorum in Urbe Trevirenſi, vidit SS. Angelos Cuſtodes ſingulorum mortalium, qui quotidie læti ſuorum clientum Litanias, Roſaria, omneſque preces ad SS. Trinitatis thronum deferebant, Alleluja cantantes, ac gratiam, Benedictionem & felicem e vita exitum illos habituros, clamantes qui ſe his conſtanter, & ferventer dederint. *Nadaſi in anno Angelico hebd. 20. n. 6.*

Angeli miniſtrant ad Altaris Sacrificium, & porrigunt Sanctis SS. Euchariſtiam. C. in Num. 4. ad finem. Item Apoc. 8. v. 3.

*16. Sunt noſtri adjutores, & duces.*

Giezi terretur a multitudine hoſtium, (4. Reg. 6.) ſed animatus ab Eliſeo videt majorem multitudinem defenſorum in auxilium advolantium. Idem evenit Abbati Moyſi. Petr. Sanchez 1. p. c. 7.

S. Cæcilia defenditur ab Angelo contra Valerianum ſponſum, uterque caſtitatem ſervat, & coronatur. Antonius ſi forte deſidia corripitur, ab Angelo per traditionem libri aut flagelli animatur. S. Maria de Ognies ordinem diurnum vivendi ab

Angelo accipit. S. Catharina Sueca ab Angelo defenditur contra latrones, ne ab illis inhonoretur &c. Petr. Sanch. 1. p. c. 7.

Ex hoc ipſo, quod nos ament, nonnunquam voluntate ſibi invicem contrariantur: ſic Angelus Iſraelitarum voluit illos redimi e Babylonia, ne moribus gentilium pervertentur: econtra Angelus Perſiæ voluit illos remanere, ut gentiles in Perſia converterentur. VV. arc. diſc. fon. 84. ex. 1.

Abbas Moyſes vehementer a dæmonibus tentatus ab Abbate Iſidoro juſſus eſt reſpicere ad orientem, & vidit ibi innumerabilem Angelorum multitudinem, qui in auxilium ſuum feſtinabant. E. Verbo *Angelus*, n. 1. C. in Dan. 10. v. 20. in fine.

Jacob in patriam rediens a duabus turmis Angelorum defenditur. C. Gen. 32.

Eoipſo quod in primo vitæ momento nobis adjungitur tutelaris Angelus, ille amore Dei, magna ſolicitudine, ſe noſtræ cuſtodię impendit, ad Sacramentum Baptiſmi nos perducit, ad bonum inſtigat, a malo retrahit, in periculis corporis & animæ nos defendit. Noſtrum eſt, ut illi reverentiam, & obedientiam exhibeamus. &c.

### 13. *Sunt devote colendi & imitandi.*

Sancti ſummopere nobis commendant Angelorum imitationem, veluti rem non minus neceſſariam, quam ſit ſalus noſtra; hanc enim Deus exequitur ſuffragante Angelorum miniſterio. Si ad beatam illam Patriam admitti, & recipi exoptemus, unicum ſupereſt medium, ut nos transformemus in Angelos; unde S. Ambroſius in Pſalm. 118. ait: *Eſto Angelus, ſequendo mandata Dei, & cum fueris Angelus, videbis faciem Dei.*

Sciamus autem, quo oculo contemplari debeamus Angelos cuſtodes noſtros: eos namque conſiderare debemus non tantum veluti Magiſtros noſtros, qui nos erudiunt, tanquam protectores noſtros, qui nos defendunt, tanquam Advocatos noſtros, qui cauſam ſalutis noſtræ agant & promoveant &c. Verum etiam tanquam exemplaria noſtra ad imitandum nobis a Deo propoſita, tanquam prototypon e quo vivam Sanctitatis effigiem delineemus, tanquam ſpecula, in quibus contemplemur & imitemur perfectiones divinas.

*S. Greg. in Hom. 6. in Evang.* S. Gregorius ait: Unuſquiſque, ſi a pravitate proximum revocat, ſi exhortari ad bene operandum curat, ſi æternum regnum, aut ſupplicium erranti denuntiat, profecto Angelus exiſtit.

Qui parva annuntiare fratribus non deſiſtunt, in Angelorum numerum currunt. Qui cæleſtium ſecretorum ſummam annuntiant, in Archangelorum numerum deputantur. Qui amando ardent, & alios accendunt, illi Seraphim dicuntur. *Ibidem.*

### 14. *Sunt puri Spiritus.*

Angeli in natura ſua ſunt formæ ſimpliciſſimæ, Spiritus puriſſimi omnem omnino materiæ compoſitionem excludentes, ſunt veluti lux puriſſima ab omni corporis imperfectione, quæ eam obumbrare poſſet, libera & ſegregata, tantæque ſunt perfectionis, ut quaſi in infinitum totam excedant naturam corpoream; unde in perfectione excedunt quoque naturam humanam, quæ non eſt purus Spiritus, veluti Angelus, ſed compoſita eſt ex corpore & Spiritu.

Hanc perfectionem in Angelis imitari debemus, curando, ut totaliter perfecteque ſimus Spiritus, juxta illud Apoſtoli 1. Theſſ. 4. *Sit Spiritus veſter integer*, completus & perfectus; Spiritus autem tunc integer & perfectus erit, quando perfecte dominabitur carni, & in nullo eidem ſubjicietur. Et hinc corpus noſtrum hanc quoque participet perfectionem Spiritus neceſſe eſt, ſubordinando ſe, & obediendo Spiritui & rationi, ut non ſolum *cor noſtrum, ſed etiam caro noſtra exultet in Deum vivum.*

Eſto Spiritus, non caro; igneus Dei ſervus per fervorem Spiritus; ait enim S. Auguſtinus: *Ignis ardens, omnis Miniſter Dei.*

### 15. *Habent purum eſſe intellectivum.*

Quemadmodum Angelus in ſuo eſſe eſt independens a corpore, ita quoque in operari. Angeli ſunt naturæ repletæ ſapientia, ſcientia, prudentia, juſtitia & rectitudine; ſunt puræ intelligentiæ, ſemper actu intelligentes. Unde ſemper intelligunt veritatem; nunquam falluntur in cognitione naturali. Nos, ut ita dicam, comparamur ad ipſos ſicut vermiculus, aut talpa reptans ad avem volantem.

Nos quoad hanc perfectionem imitabimur Sanctos Angelos potentiam noſtram ſenſitivam ordinando ac ſubordinando intellectui, ita ut non alliciat, moveat, aut pertrahat nos ſenſus ad objectum delectabile, ſed ſemper nos moveat intellectus ad proprium objectum honeſtum & rationabile.

Ta-



Talis fuit S. Aloyſius, Juvenis Angelicus, qui ſupra terrena omnia altior, animo ſemper in Deo defixus hærebat, propterea dictus, Angelus in carne, aut Homo extra carnem.

### 16. *Semper ſunt mobiles.*

Juxta Jo. Damaſcenum 1. p. q. 38. *Angelus eſt ſubſtantia ſemper mobilis*, idque intelligitur circa propriam cognitionem; quia continuo ac neceſſario cognoſcendo ſeipſum cum dependentia & relatione tranſcendentali ad Deum, indirecte quoque cognoſcit ipſum Deum, & hæc cognitio in Angelo poteſt eſſe perpetua & intenſa, quia nullum habet obvium ſive corporis, ſive paſſionum impedimentum, vel obſtaculum; Hinc *toto conatu, & quantum poteſt, fertur in ſuum ſupremum appetibile.* Idem.

Hanc perfectionem Angelicam imitari debemus, nunquam ceſſando a propria cognitione; quod fit, quotieſcunque cognoſcimus id, quod ſumus ex nobis, hoc eſt, nihil, idque eo fine, ut nos ipſos annihilemus, humiliemuſque & quod habemus ex nobis, videlicet peccatum, idque propterea, ut poſtulemus humillime veniam & remiſſionem: & quod habemus a Deo, quod eſt natura & gratia, eo nempe fine, ut ei referamus gratias. Noſce teipſum, & ad Deum refer omnia. Eſto ſubſtantia ſemper mobilis, ſemper in motu bonorum omnium.

### 17. *Habent perfectam cum Deo ſimilitudinem.*

Etiam in naturalibus, quo propinquius aliquid accedit ad ſuum principium, eo magis participat eius perfectiones: ſic radius, quo propinquior eſt ſoli, eo eſt lucidior, aqua quo propinquior fluit fonti, eo eſt purior. Par ratio ſe habet cum Angelis; quia ſemper throno Dei aſſiſtunt, ideo magis participant Dei ſapientiam, ſanctitatem, potentiam, puritatem, caritatem, aliaſque attributiones Divinas.

Angelus perfectam habet ſimilitudinem cum Deo, diciturque illi: *Tu ſignaculum ſimilitudinis*. Nempe ſecundum naturam & gratiam.

Et tibi ſæpius in Scriptura Sacra ſimilitudo cum Deo commendatur: *Sancti eſtote, quia ego Sanctus. Eſtote perfecti, ſicut & Pater cæleſtis.* Et Chriſtus monet: Sequere me.

Hinc Angeli, loco ipſius Dei, frequenter apparuerunt hominibus, uti Angelus apparuit Moyſi in rubo. C. Exod. 3. v. 2.

### 18. *Continuam habent Dei præſentiam.*

Sicut in naturalibus magnes ſemper tendit ad ferrum, heliotropium ſemper reſpicit ſolem; ita Angeli ſemper adhærent Deo ad implendam illius voluntatem, ad propagandam illius gloriam, ad debellandas inimicas poteſtates.

Angeli continuo aſſiſtunt Deo, & ſemper vident faciem Patris cæleſtis: etiam cum mittuntur, aſſiſtunt, ut ait S. Gregorius, nec in illis diminuitur cognitio & amor beatificus per actionem & miniſterium. Æmulare quoad hoc SS. Angelos, memorque eſto Dei ubique, & in eum intentum habes oculum: non ita effundas te in actionem externam, ut Spiritus extinguatur & tepeſcat. Unde S. Bonaventura Stimul. p. 2. c. 9. *Servus Dei nunquam deberet, nec aliud, nec aliter cogitare, loqui & operari, quam ſi Deum* (Angelorum more) *facie ad faciem videret.*

### 19. *Excellunt variis virtutum perfectionibus.*

Theologi tria faciunt ſeu diſtinguunt inſtantia in Angelis. Primum Creationis, in qua boni & mali Angeli creati ſunt in gratia.

Secundum viæ, in quo Angeli bona, & meritoria exercuerunt opera; mali vero mala, & peccarunt.

Tertium gloriæ ipſis Angelis; pœnæ vero æternæ dæmonibus.

Quoad actus virtutum ab Angelis Sanctis exercitos, quamdiu fuerunt in via, duo adſunt modi dicendi.

Primus eſt D. Thomæ aſſerentis, Angelos Viatores bonos per unum actum meritorium caritatis acquiſiviſſe gloriam; quia Angeli *ex toto conatu & intenſione operabantur*, ditando & multiplicando adæquate, *& ſecundum omnes gradus* abundantiſſimum, quod receperant, gratiæ Capitale, ergo ſubito pervenerunt ad terminum.

Secundus modus dicendi eſt Scoti exiſtimantis Angelos per plures, varioſque virtutum actus in via exercitos acquiſiviſſe ſibi gloriam, puta per actos fidei, ſpei, caritatis, Religionis, obedientiæ, humilitatis, correctionis fraternæ Angelis rebellibus exhibitæ, orationis, & petitionis auxilii a divina bonitate &c. Et



pro-

probatur, quia magna illa pugna, & concertatio: *Prælium magnum factum eſt in cælo*, abſque pluribus meritoriis & demeritoriis utriuſque partis.

Ex utraque hac opinione probabili imitationem eliciamus pro noſtro profectu; & quidem ex prima intenſionem operandi, ſiquidem SS. Angeli propter unicum ſolum actum, qui fuit *ex toto conatu intenſiſſimo* totam illam, qua modo gaudent, acquiſierunt gloriam.

Ex ſecunda vero opinione capiemus actuum meritoriorum repetitionem, & multiplicationem, ita, ut non contenti ſimus perficere unum actum ſolum, & unius virtutis; ſed plures & varios, ac omnium virtutum, juxta occaſiones & gratiam nobis a Spiritu Sancto communicatam, & licet in omnibus virtutibus SS. Angeli exemplo ſuo nos præcedant; nihilominus particulari quodam modo illos imitari debemus juxta Caſſianum *in Caſtitate*, & juxta Bedam *in humilitate*, ita, *ut ſicut per ſuperbiam Angelus factus eſt diabolus; ita homo per humilitatem fiat Angelus*. Et hæc humilitas in eo maxime conſiſtit, *ut tam in proſperis, quam in adverſis Deum laudemus, quia etſi cætera auferantur, ipſe tamen non aufertur*.

### 20. *Habent zelum maximum gloriæ Dei.*

Cum Lucifer ſuperbo animo ſe contra Deum erigeret dicendo *in corde ſuo: Deus ego ſum*, aut *per ſimilitudinem* deſiderando ut Deus *omnibus præeſſe, & nulli ſubeſſe*, aut *per unionem* affectando unionem hypoſtaticam cum perſona divina, & Chriſto eam invidendo, aut *per actum complacentiæ*; reſtitit ei glorioſus S. Michael veluti militiæ cæleſtis Princeps, & Anteſignanus, cui utpote zelo honoris Deo præcellenti omnes Angeli obedientiam præſtare debeant, dicendo: *Quis ut Deus?* & ut notat Gerſon, ſubjungens: *Quid habes, quod non accepiſti? & ſi accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Et hoc modo *factum bellum morale, & quaſi Scholaſticum*. Cum autem S. Michael videret, quod cum Lucifero & ſequacibus Angelis ejus his monitis & rationibus nihil efficeret, ventum eſt *ad bellum ſecundum Agoniſticum*, quo Lucifer cum ſuis aſſeclis præceps actus fuit ad inferni barathrum. Incepit hæc pugna in cælo, & perdurat adhuc in terra, ubi S. Michael cum ſuis Angelis omnibus modis hominibus ſuadet, ut ſint Deo obedientes, & neutiquam rebelles.

### 21. *Habent zelum maximum ſalutis animarum.*

Angeli boni proniores ſunt ad adjuvandum, quam Dæmones ad infeſtandum; atqui Dæmones nunquam ab infeſtatione hominis ceſſant uſque ad mortem; ergo neque Angeli Cuſtodes ceſſant aliquando in cuſtodia hominum. Ita Abulenſ. in c. 8. Matth. q. 67.

Aſſidua vigilantia comitantur nos in periculis, in laboribus, in infirmitatibus, in negotiis, in itineribus, ſemper exhortantes ad bonum, deteſtantes malum, protegentesque a malo, ſi tamen intenta cordis aure eorum ſacra monita audire velimus. S. Laurent. Juſtin. c. 7. de obed.

Angelus Domini apparuit Gedeoni, & confortavit, ac animavit eum ad liberationem populi. *Judic. 6.*

Omnia obſequia, quæ Angeli præſtiterunt, aut præſtant homini, unice collimant ad ejus ſalutem! ſi hominibus apparent, ſi illis colloquuntur, ſi ignorantes inſtruunt, ſi errantes ducunt, ſi afflictos conſolantur, ſi famelicos paſcunt, ſi ægrotis ſerviunt, ſi morientibus aſſiſtunt, omnia hæc & alia centena faciunt ad promovendam hominis ſalutem.

### 22. *Immobiles perſiſtunt in bono.*

Angeli immobiles ſunt, & inflexibiles; & ratio eſt, quia operantur cunctas rationes prævidendo, unde illis nulla nova ratio occurrere poteſt, ob quam mutentur, & ab ea ſententia deflectant; Secundo, quia operantur *intenſiſſime & ex omni conatu*, ſeu ſecundum totum poſſe, & totum conatum, eſtque eis moraliter difficile, imo impoſſibile, ut, quod intenſe æſtimant & amant, relinquant, & refutent.

Imitemur hanc immobilitatem Angelicam, & ſimus immobiles in amore Chriſti, dicamuſque cum Apoſtolo: *Quis nos ſeparabit a Caritate Chriſti?*

Ipſa præſentia Angelorum animare nos debet ad perſeverantiam in bono, & fugam peccati; dicit enim S. Bernardus: Quantam tibi debet hoc verbum inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam: Reverentiam pro præſentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro cuſtodia? *S. Bern. in Vigil. [illegible]*

### 23. *Sunt impeccabiles.*

Natura creata per ſe ipſam, & ex ſe ipſa deflectibilis & peccabilis; ſed *ex con-*



*junctione perfecta ad Bonum increatum*, quæ contingit & fit mediante Beatitudine, redditur indefectibilis & impeccabilis; quia, cum in Deo videat omne bonum, extra Deum aliud bonum amare nequit, ac proin peccare non poteſt. Talis eſt natura Angelica ex ſe peccabilis; at impeccabilis in Deo propter perfectam, quam habet cum Deo mediante gloria unionem.

Ecce medium, o anima mea, quo quotieſcunque uſa fueris, nec peccabis, nec a Deo te ſeparare poteris, & quamvis hoc ſecundum in hac vita obtineri nequeat, primum tamen aliqua ex parte quis conſequi poteſt: *Oculi mei ſemper ad Dominum, & ipſe evellet de laqueo pedes meos.* Cave, ne commoreris aut perſiſtas in creaturis, totum, quod creatum eſt, tranſcende, & ſolum in increato bono perſiſta & commorare, ab eoque te nunquam ſeparari permittas, ibidem reperies ſolum *omne bonum amabile*, & extra illud nullum aliud aſſequeris bonum amabile; unde cum nullum aliud reperias bonum, quod ſit extra Deum, quodque te ad offenſam ejuſdem Dei alliciat, quaſi impeccabilis evades.

### 24. *Officia & Chori Angelorum varii.*

SS. Angeli alia exercent erga Deum, alia erga homines. Prioris generis ſunt, intueri, admirari, laudare, adorare, amare, ſervire.

Poſterioris *Offerre* preces, & alia bona opera. *Illuminare*, ſive ea, quæ futura ſunt, aut ad ſalutem pertinent, per inſpirationem, aut alia media docere. *Defendere* tam a corporis, quam animæ periculis & malis. *Caſtigare* ut pædagogus. *Solari* & roborare in adverſitatibus. *Aſſiſtere* agonizantibus; hinc cum Eccleſia oramus: SS. Angeli Cuſtodes noſtri, defendite nos in prælio, ne pereamus in tremendo judicio.

Numerus Angelorum eſt innumerabilis, & ſoli Deo cognitus, omnium materialium ſublunarium numerum tranſcedens. Druzbicki.

Ordines ſeu Chori Angelorum ſunt novem, qui dividuntur in tres Hierarchias.

Prima & ſuprema Hierarchia, quæ immediate illuminationes a Deo recipit, continet tres ordines ſeu choros, nempe *Seraphinos* ab exceſſu caritatis appellatos. *Cherubinos* ob ſcientiæ exceſſum ſic vocatos. *Thronos* ſic dictos, quia in Deo immediate rationes divinorum operum recognoſcunt, ſicque in illis Deus velut in throno ſpecialiter reſideat.

Secunda Hierarchia eſt eorum Angelorum, qui illuminantur ab Angelis primæ Hierarch. & iterum in tres choros ſubdividitur, nimirum *Dominationes*, qui præcipiunt agenda, quod eſt proprium Dominorum. *Poteſtates*, qui ordinant actiones divinas, quas ſuperiores in inferiores agunt, eas ſurſum ducendo. *Principatus*, qui primi ſunt in eorum, quæ imperantur, executione.

Tertia Hierarchia iterum tres continet ordines ſeu choros, & quidem eorum Angelor. per quos homines illuminantur, utpote ad quorum ſalutem procurandam mittuntur, & ſunt *Virtutes*, qui exceſſum fortitudinis ad divinas operationes important, unde per eos infirmitates curantur: *Archangeli*, quorum munus eſt, nuntiare ea, quæ ſunt majoris momenti, ſuntque velut Principes inferiorum. *Angeli*, quorum munus eſt, nuntiare minora, & hominum ſalutem procurare.

### 25. *Quomodo colendi & quod ejus meritum.*

In choris Angelicis ſæpius meditari virtutes Angelor. proportionatas eorum officiis, eaſque impetrare, & imitari ſtude.

1. A tribus ultimis choris poſtulabis zelum animarum.
2. A Poteſtatibus vires rogabis contra diabolicas tentationes.
3. A Virtutibus facultatem & poteſtatem patrandi miracula, non in alio, ſed in te ipſo, qua nimirum naturam tuam, veluti beſtialem, convertas in ſpiritualem, Angelicam, & divinam.
4. A Dominationibus petes dominium in omnes paſſiones tuas.
5. A Thronis poſtulabis pacem, & gaudium.
6. A Cherubinis cognitionem rerum ſacrarum, divinarum, tui ipſius.
7. A Seraphinis flagitabis amorem Dei, ipſi namque ſunt amores Dei creati.

Inſuper certum eſt, inquit Vincentius Caraffa S. J. Generalis, in itinere cæli de SS. Angelis f. 162. quod animæ noſtræ Angelorum numero & Societati inſerentur, quodque homines non conſtituent decimum chorum a novem choris Angelorum diſtinctum; ſed in iiſdem collocabuntur choris Angelicis, aut ſuperioribus aut inferioribus, juxta majora aut minora merita eorum; unde nonnulli aſſumentur ad chorum Angelorum, alii ad chorum Archangelorum, & ſic de aliis ad ſu-

pre-

premum uſque Seraphinorum chorum. Hunc in ſenſum affirmat S. Gregorius: Superna illa civitas ex Angelis & hominibus conſtat, ad quam tantus hominum numerus aſcendet, quantus illuc numerus Angelorum remanſit, ſicut ſcriptum eſt: Statuit terminos gentium juxta numerum Angelorum Dei. Et propterea utique primum, ac optimum documentum & conſilium eſt, ut præ aliis intendamus, ac collimemus in chorum Seraphinorum. Hoc præſtamus exercitio ardentis caritatis, ardentique deſiderio unionis cum Deo, ſitibundi inſtar ad fontem aquæ anhelantis; hæc enim aſſumptio fit ſecundum ſimilitudinem, & ad eum Angelicum ordinem aſſumetur anima, cui ſimilis reperietur in gratia.

Unde qui ardenter amat Deum in ſe ipſo, transferetur ad ordinem primæ Hierarchiæ; quemadmodum ii, qui amant Deum in proximo amore benevolentiæ, collocabuntur in ordine ſecundæ Hierarchiæ, & illi denique, qui amant Deum in proximo amore beneficentiæ, obtinebunt ſedem ſuam inter ordines ultimæ Hierarchiæ. Et ratio hujus eſt, quia prima Hierarchia occupatur in unione immediata cum Deo; ſecunda Hierarchia vero mediante proximo, attendendo univerſi hujus regimini; tertia etiam mediante proximo impendendo ſe curæ ac cuſtodiæ particulari hominum, communitatum, regnorum &c.

Conformiter docet S. Thomas ita, & conſidera, quam elegans a novem choris edatur concentus, & quam ſuavis vocum, inſtrumentorumque Muſicorum componatur Melodia a cæleſtibus illis ſpiritibus, quotieſcunque anima aliqua præcelſam cæli ſubintrat aulam, & præſertim ab illo choro, in quo animæ beatæ ſedes ſua aſſignatur in proprio throno gloriæ.

Hæc igitur, anima mea, diriges tuas cogitationes, affectus, & deſideria, & linguam, & manum; aliud nequaquam cogitabis, amabis, deſiderabis, neque propter aliud operaberis; creata es propter vitam æternam, ordinata ad cæleſtem gloriam, deputata ad ſocietatem Angelorum, intrabis in Sancta Sanctorum, cæleſtibus annumeraberis cantoribus, ut Agno laudes decantes in æternum, videbis perpulchram illam cæli curiam, Regem gloriæ Chriſtum JESUM, Reginam cæli & terræ, præcelſam Dei Matrem, SS. Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum. O viſionem beatam! O ſtatum felicem! O gloriam ſempiternam! Videre Sanctos, eſſe cum Sanctis, & eſſe Sanctum.

Denique ut majorem erga novem Angelorum choros in te excites devotionem & affectum, eoſque efficacius exores, quatenus ad ſuam te ſuſcipere dignentur ſocietatem, valde conducet, ſi nonnunquam de die recitaveris quaſdam orationes jaculatorias, v. g. dices cum S. Sophronio Archiepiſcopo.

O vos omnes ſuperni Regis adminiſtri, qui Creatoris voluntatem indefeſſe perficitis, conſervate vitam meam inoffenſam, ſpem infractam, dilectionem Dei, & proximi integram, manu me, quæſo, ducite, & ad omnem ſalutarem, Deoque acceptam ſemitam dirigite!

### 26. *Qua ratione imitandi ſint.*

Nemo SS. Angelos melius colit, quam qui illos imitari, & in ſe exprimere conatur; poſſumus autem SS. Angelos imitari; quia etiam Angelorum Dominum imitari poſſumus.

Inprimis illud S. Auguſtini effatum ſedulo, ſæpiuſque tecum perpende: Angeli, inquit, ambulant nobiſcum in omnibus viis noſtris, intrant, & exeunt nobiſcum, attente conſiderantes, quam pie, quamque honeſte converſemur.

Humilia, & ſubjice te Verbo Incarnato, quod fecerunt boni Angeli; juxta illud: & adorent eum omnes Angeli ejus.

SS. Angeli miniſtrant, aſſiſtunt, & ſerviunt Deo: Tu pariter Miniſter Dei, Deoque Angelice aſſiſtas, eique digne ſervias. Millia millium miniſtrabant ei; & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.

In conſpectu Angelorum, & cum Angelis laudes, adores, benedicas & pſallas Deo.

Omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & millia millium aſſiſtebant ei; nempe ſtare firmiter, ac in bono perſiſtere, Angelicum eſt.

More Angelor. zeloque Angelico contra tentationes, maloſque Angelos decerta.

Unus Angelus eſſe coneris, & omnes; Unus; nam glorioſum eſt, ſi unus omnium, vel plurium laudes, & virtutes in te exprimas. Immiſce te Angelorum choris; & *cum choro Seraphinorum* ignito amore in Deum ardeſce. *Cum choro Cherubinorum* ſcientiæ Sanctorum invigilabis, & ab his Angelis petes cognitionem rerum ſacrarum & divinarum.

*Cum Thronis* amabis pacem, & verum gaudium, ac præſertim roga ab illis pacem cum Deo, pacem cum proximo, & pacem tecum ipſo.

Cum *Dominationibus*, & ab illis rogabis dominium in pravos habitus tuos, in paſſiones, & in hoſtes animæ tuæ.

*A Poteſtatibus* Auxilium & vires poſtulabis contra tentationes & diabolicas inſidias.

*A Virtutibus* facultatem & poteſtatem patrandi miracula petes, non in aliquo alio, ſed in temetipſo, qua nimirum naturam tuam, utpote feram & indiſciplinatam convertas in ſpiritualem, Angelicam & divinam.



## Angelus Custos.

### 27. *Solicite cuſtodit hominem in omnibus viis ſuis.*

ANgelus te cuſtodit, cum in hunc mundum inis, cum hunc mundum pertranſis, cum e mundo exis, id eſt in nativitate, in vita, & in morte: in nativitate cuſtodit ab inſidiis diaboli, qui quærit te jugulare ante baptiſmum. In vita cuſtodit a mille periculis, & tentationibus: in morte cuſtodit a deſperatione &c. B. Ser. 19. n. 13. & ſeq.

*Tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt*, id eſt ſemper vigilabunt: quis famulus, quæ Mater ſine intermiſſione vigilat? S. punct. 97. Hinc velut centoculus Argus ad noſtras neceſſitates reſpicit. S. ib. fol. 292.

Jacob exiens Meſopotamia duos exercitus Angelorum in ſuam cuſtodiam vidit, ſcilicet Angelorum Meſopotamiæ, qua exiit, & Chanaan, quod ingreſſus eſt: hi Angeli erant quaſi præſidiarii. S. punct. 97. f. 294. B. Ser. 72. n. 6.

Sacerdos Joſue propter peccata veſtibus ſacerdotalibus exutus, & propter pœnitentiam iterum indutus, hanc promiſſionem Dei audiit, ſi in viis meis ambulaveris, plures Angelos tibi ad defenſionem aſſignabo. N. 1. *Sept.*

Sicut Angelus Raphael fideliſſime comitatus eſt Tobiam in itinere; ita S. Angelus Cuſtos clienti in vitæ hujus peregrinatione ſemper a latere hæret, eumque in bonis excitat, & a malis defendit, &c. Quod Magiſter eſt Diſcipulo, quod Medicus ægro, quod ductor viatori, quod baculus infirmo, quod ſcutum militi, quod fulcimen arbuſcolæ, quod umbraculum contra æſtum ſolis; id omne, & multo plus eſt Angelus Cuſtos clienti &c.

### 28. *Averſatur, & punit peccata clientum.*

Origenes ait: *Unusquiſque Angelorum in judicio aderit producent illos, quibus præfuit, qui teſtimonium perhibet, quot annis circa eum laboravit ad bonum inſtigando, ſed ille monita ſprevit.* Hic in medium producet ſolicitudinem ſuam, labores, inſtigationes, monita &c. B. Ser. 19. n. 14. 15. ſeq. & Ser. 37. n. 46. Orig. hom. 66. in Nu.

Dum impio Regi Herodi gratulabundus acclamat populus, Angelus Domini percuſſit eum, & conſumptus a vermibus expiravit. Act. 12.

Cum Propheta Balaam pergere vellet ad maledicendum populum, Angelus ſe illi in via oppoſuit, & jumentum terruit. C. Num. 22. v. 27.

Quia Moyſes circumciſionem neonati pueri neglexit, Angelus illi occurrit, & voluit occidere illum. C. Exod. 4. v. 24.

Fuerunt Angeli, quibus datum eſt nocere terræ & mari, hi ad voluntatem Dei exequuntur ſententias & ſupplicia juſtitiæ punientis. C. Apoc. 7. v. 1.

Angelus cuſtodiebat paradiſum cum gladio flammante, ut peccator Adamus non rediret. C. Exod. 23. v. 20.

Percuſſit Jeruſalem peſte ob populum a Davide numeratum. C. in Exod. 23. v. 29. 2. Reg. 24.

*Videte ne contemnatis unum de puſillis iſtis: Cur? Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei.* Qualis connexio inter hanc cauſam & cauſatum? Reſpondeo: Angelos coram facie Dei pudet, ſi clientes diſcolos habeant; ſicut pædagogus erubeſcit, ſi diſcipulos immorigeros habet. M. conc. 10. aſſ. 3. n. 9. 10.

Cum S. Franciſca Romana aliquando cum feminis mundanis vanos, & inutiles diſcurſus colloqueretur, a S. Angelo cuſtode ſonante colapho percuſſa fuit.

Idem Sanctus Angelus Cuſtos fecit Studioſo, qui a malis ſociis non ſine periculo animæ in pravam occaſionem deductus eſt; cum enim e domo impia exibat, ab Angelo potenti alapa humi proſtratus eſt. D. 2. 13.

Angelus Domini increpavit filios Iſrael, qui juraverunt amicitiam cum habitatoribus terræ Chanaan, memorans beneficia, eis a Deo collata. Jud. 2.

Abbas Pœmen in templo ſupra portam vidit Angelum, qui aliquorum orantium nomina in libro ſcribebat, non autem aliorum: interrogans Angelum cauſam hujus rei, reſponſum accepit: Opera peccatorum

torum digna non eſſe, quæ in libro inſcriberentur. Calini Menſe 1. n. 535.

*29. In fugam agitur per peccatum.*

S. Baſilius ait: *Sicut apes fugat fumus, & fœdus odor columbas expellit, ſic cuſtodem vitæ noſtræ Angelum graveolens abigit peccatum.* M. conc. 31. aſſ. 2. nu. 9. & C. Exod. 23. v. 20. (S. Baſil. in Pſal. 37.)

Angelus Cuſtos Joannem Carteram Coadjutorem S. J. quotidie intelligibili voce e ſomno excitat, clamans: *Joannes! Joannes!* cumque aliquando Joannes ſurgere tardaret, & in lecto ſtetteret, Angelus aliquot diebus emanſit, nec rediit niſi poſt ſeriam pœnitentiam. R. cent. 3. mir. 46.

Cum fratres pio colloquio detinerentur, viſi ſunt Angeli illis ſereno vultu adſtare: cum autem illi ad vanos diſcurſus dilabebantur, Angeli indignantes fugerunt. E. Verbo *Angelus* n. 2.

Væ nobis, ſi quando provocati Angeli peccatis & negligentiis noſtris indignos nos judicant præſentia, & viſitatione ſua. Quodſi neceſſaria eſt nobis familiaritatis Angelicæ dignatio, cavenda eſt nobis eorum offenſa. (S. Bern. Ser. de Angel.)

B. Clara de Monte Falcone tertii Ord. Sancti Franciſci Angelis ſecum converſantibus ſolebat dicere: Salutate mihi Reginam veſtram, meam e corde dilectiſſimam Mariam; dicite ipſi, ut cito cito veniat, & me ad ſuam Majeſtatem in cælos avocet. Sed quia ſemel vana gloriola locum dedit, omnem in orando guſtum perdidit; adfuit tandem illi, poſt quindecim annorum lacrymas & flagellationes, Angelus, remiſſi peccati nuntius, & una cum Angelo dulcis orandi guſtus rediit. *Maſcovius in vita.*

*30. Sua præſentia deterret a peccato.*

B. Franciſca ſemper ad Angelum ſuum reſpiciebat, hinc tantam ſanctitatem conſecuta fuit. Seneca ad Lucilium ſcribit: Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tanquam illo ſpectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat. S. punct. 97. f. 292.

S. Bernardus quærit: an eo præſente auderes, quod me præſente non audes? S. punct. 97. f. 293. (S. Ber. in Pſal. qui habitat.)

Ille Abbas in Vitis Patrum interrogatus, quænam eſſet quotidie ſua exercitatio, reſpondit: Ego Angelum meum aſſiſtentem mihi juxta me exſpecto, & cuſtodio memetipſum. C. Gen. c. 23. v. 21. (In vit. PP. l. 7. c. 44.)

In quovis diverſorio, in quovis angulo reverentiam exhibe tuo Angelo! ne audeas illo præſente, quod me vidente non auderes. Hanc reverentiam merentur certe obſequia innumera ab Angelo tibi præſtita. C. Gen. c. 23. v. 20. ad finem. (S. Ber. Ser. de Ang.)

Cum miles advertit in pugna ſe a Duce ſuo obſervari, omnibus viribus tanto generoſius pugnat, quo certior eſt, ſe a Duce ſuo, propter fidelitatem & fortitudinem ſuam Regi commendandum eſſe. Hæc vita militia continua eſt, tam defenſiva, quam offenſiva, in utraque ſpectatorem, & adjutorem habemus Angelum cuſtodem, qui & cum tempore noſtram decertandi ſolertiam Domino Deo in judicio laudabit, aut ignaviam accuſabit, &c.

*31. Præſervat nos a peccatis, & tentationibus.*

*Libera eum, ne deſcendat in corruptionem.* Peccaturis in aurem clamat: Ah! quid agis? Quin etiam manibus ab occaſione nos abducit, velut Lotum ab incendio, &c. S. punct. 97. f. 292. Quin etiam terret minis, ſicut Balaam per aſinam. S. Ib. f. 293.

*Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Alii legunt: caſtra figit, in circuitu timentium; quia nimirum protegit contra inſidias tentatoris. Ita Eliſeus vidit, & ſuo puero oſtendit equos, & currus igneos ad ſuum præſidium præparatos. S. punct. 97. f. 293.

Quidam Senex in Regno Mexicano Patri Miſſionario fatetur, ſe nunquam tota vita coluiſſe aliquod idolum; quia ſuus Angelus Cuſtos in infantia hunc cultum ei prohibuiſſet, atque promiſiſſet, venturos ſacerdotes ex Europa: qui eum in vera lege inſtruerent. R. cent. 3. mir. 46.

Cum Balaam ſedens in aſina ad regem Balac iturus eſſet, Angelus obſtitit ei in via. (Num. 22.)

Quoties graviſſime cernitur urgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, invoca cuſtodem tuum, directorem tuum, adjutorem tuum, &c. (S. Ber. Ser. de Ang.)

Protexit Judithum, ducens & reducens illam ad cædem Holofernis. Tutatus eſt & vindicavit pudicitiam Suſannæ. C. in Exod. 23. v. 20.

Sicut poſt peccatum Angelus cum gladio cuſtodiit portam paradiſi, ut peccator

Adamus



Adamus illuc non amplius intraret; Ita Angel. Cuſtos cuſtodit cor noſtrum, ut illud non ſubintret peccatum. C. Ex. 23. v. 20.

*32. Aſſiſtit clienti in morte.*

*Juveni, in quo ei propitier,* id eſt, quo excuſari, palliari & tegi poſſit anteacta vita, nimirum per præſidium Angelicum. S. punct. 97. f. 293. (Job. 33.)

Abbas Theodoſius ab Angelo juſſus eſt contra nigrum gigantem pugnare. Exhorruit ille, at Angelus promiſit illi ſuum auxilium ad obtinendam victoriam. N. 8. Maii.

S. Franciſcus Seraphicus etſi ſingulari amore proſequeretur omnes Angelos, tamen S. Archangelo Michaeli præ cæteris erat devotior, propter zelum illius ad ſalutem omnium ſalvandorum. Sic S. Arnulpho Epiſcopo Sueſſion. morienti apparuit, cum multis Angelicis ſpiritibus, pollicens ſe ei fore ducem ad beatam patriam. S. VVilfrido Epiſc. Eboracenſi ægrotanti apparens, ei ſanitatem reſtituit, addens, ſe poſt quadriennium reverſurum, & ei morienti adſtiturum. In morte Siſinnandi Epiſcopi Compoſtellæ audita eſt vox Angelorum, veni electe Dei, intra in gaudium Domini tui. S. Antonio Abbati morienti occurrerunt Angeli, cumque contra diaboli calumnias defenderunt. S. Germani Epiſcopi Capuani animam ab Angelis cælo illatam vidit S. Benedictus: Idem legitur de anima S. Radegundis Reginæ, S. Hildæ Abbatiſſæ & aliorum. C. in Dan. 10. v. 13. (S. Bonav. in Vit. c. 9.)

S. Lidvvina Virgo Hollandica cæleſtia ſecreta ab Angelis percipit. Suo Angelo cuſtodi viſibiliter ſecum converſanti ſalutationes imponit glorioſiſſimæ Deiparæ, & multis Sanctis nunciandas. Angelus illam duxit ad eam Deiparæ Virginis Imaginem, quam in conclavi habebat, monuitque, ut coram ea ſeſe proſternens preces daret. Ab Angelis apparentibus, & Dominicæ Paſſionis inſtrumenta portantibus, Chriſti Myſteriis imbuitur. Loco avellanæ virgæ Angelus fragrantiſſimum ei lignum ex Paradiſo pro baculo domeſtico porrigebat, quem illa nonnunquam aliis commodabat. S. Angelus ſub habitu mendici, pauperibus aliis comedentibus, ab ea eleemoſynam petebat, & impetrabat. S. Angelus eidem roganti & auſcultanti Antiphonam: Salve Regina decantabat. Idem ad initium Quadrageſimæ capiti ejuſdem Virginis ſacros cineres imponebat, modumque docebat, ſacros cineres devote ſuſcipiendi. S. Angelus huic Virgini poſt triginta octo annos in exquiſitis doloribus tranſactos coronam pretioſiſſima luce fulgentem, ſed needum plenis ornamentis abſolutam oſtendit; quæ tamen tandem completa fuit, quando a militibus, qui ad Ducis inaugurationem confluxerant, miris modis vexatæ, verbis exagitatæ, vulneribus afflictæ, nulla pudoris, aut morborum habita ratione conviciis proſciſſæ S. Angelus ſolis inſtar reſplendens apparuit, & coronam completam, atque perfectam attulit. Surius, Albertinus Bagatta, & Nadaſi in anno Angelico hebd. 3. n. 1.

*33. Deſiderat clienti famulari.*

Angelus Tobiæ ſimulavit ſe Ananiam eſſe: Cur? S. Auguſt. ait: *Si dixiſſet, ego ſum Raphael Angelus, non eſſet Tobiæ mercenarius.* M. conc. 10. aſſ. 3. n. 7. (S. Aug. Ser. 18.)

Famulatus Angeli cuſtodis in his quinque officiis conſiſtit: 1. Præcedet te. 2. Cuſtodiet in via. 3. Introducet in locum, quem paravi. 4. Non dimittet cum peccaveris. 5. Eſt nomen meum in illo. C. Exod. 23. v. 20.

Eliam a facie iratæ Jezabel fugientem Angelus cibo refecit. (3. Reg. 19.)

In Feſto SS. Angelorum Cuſtodum Franciſca mirabilem viſionem de SS. Angelis habuit. Angelum ſuum Cuſtodem, & quidem ac ſi Sanctitate & gloria alios antecederet, videbat. Alba, & Stola, ante pectus in modum crucis ducta, indutus erat, ſicut Sacerdotes ante Miſſam veſtiri ſolent; in pectore autem crucem habebat. Franciſca interrogabat, quomodo vocetur; ille reſpondit, quod nondum promerita ſit, hoc ſcire; omnem & perpetuam aſſiſtentiam & auxilium Franciſcæ promittebat. *In vita.*

S. Angelus magnam compaſſionem habuit cum Agar famula, quæ ejecta e domo Abrahæ in fame & ſiti ſolitudinem oberrabat, eamque voluit reducere ad Saram Dominam ſuam. Ita Angelus cuſtos miſerum peccatorem, qui a Deo receſſit, reducere conatur ad gratiam. C. Exod. 23. v. 20. (Gen. 16.)

Duo Angeli eduxerunt Lot ex Sodomitarum urbe, priuſquam illa cæleſti igne combureretur. Ita Angelus ſolicitus eſt, ut clientem præſervet ab infernali incendio. C. Ibid.

Clien-

*34. Clientem reducere ad Deum deſiderat.*

Angelus in deſerto Agar admonuit, ut ad domum Abrahæ reverteretur: ecce! Angelorum opus, & officium eſt homines quaſi ſervos ad Deum reducere. C. Geneſ. 16. v. 7.

Angelus Perſiæ viginti & uno diebus reſtitit Angelo Iſraelitarum, volenti populum abducere e Babylonia. Quare? quia ſperabat Perſas ſuos Idololatras ex converſatione Judæorum ad fidem eſſe convertendos. D. 2. 91.

Orig. in lib. Num. hom. 69. Agunt Angeli diem feſtum, lætantes ſuper his, qui refugientes conſortia dæmonum, per exercitia virtutum, Angelicis feſtinant ſociari conſortiis.

Zacharias Propheta in myſtica viſione vidit Summum Sacerdotem Joſue, propter peccata ſua Sacerdotalibus exutum indumentis, & eorum vice veſtitum ſordidiſſimo habitu, adeo, ut carbonibus aſſimilaretur; & ecce ſubjicit Propheta; Vidi Angelum, qui ſuſcepit defenſionem miſeri illius peccatoris, ac diabolo ſe ſe oppoſuit, qui occupato dextero rei latere audaciſſime eum de perpetratis ſceleribus accuſabat. Deinde præcepit Angelus bonus reſtitui illi veſtimenta ſacerdotalia munda, & Cidarim reponi ſuper caput ejus: ultimo exhortans eum ad obſervantiam divinorum mandatorum ita concluſit: Hæc dicit Dominus exercituum: ſi in viis meis ambulaveris, & cuſtodiam meam cuſtodieris, non unum dumtaxat, ſed plures Angelos tibi ad defenſionem aſſignabo ex eorum numero, qui perpetuo coram throno meo aſſiſtunt. *P. Franc. Albertinus S. J. de S. Angel. Cuſtod. c. 14.*

*35. Meretur a nobis magnam gratitudinem.*

Quare Moyſes in enarratione Geneſis non fecit mencionem de creatione Angelorum? cum tamen certum ſit eos fuiſſe creatos una cum cælo? Reſpondetur: Ne rudibus Judæis daret anſam idololatriæ, qui conſiderata pulchritudine, & beneficiis Angelicis facile eos adoraſſent. Verum proh dolor! quid nunc fit? vix recordamur Angeli noſtri &c. C. Gen. 1. v. 1. 36.

Gratitudo autem erga Angelum maxime deberet conſiſtere in ejus imitatione, ita ut noſtrum cogitare, loqui, & operari ſit Angelicum, mores noſtri mores Angelici. Item conſiſtit in eo, ut omnes homines amemus, neminem lædamus, aut ſcandalizemus, idque propter illorum Angelos, non propter nobilitatem, pulchritudinem aut ſapientiam ipſorum, ſed quia ſemper vident faciem Patris, quæ ſumma eſt Angelorum dignitas.

Tobias Angelo Raphaeli, quia filium in regionem Medorum duxit & reduxit, dimidiam bonorum ſubſtantiam obtulit. Quid nos Angelo cuſtodi, per omnem vitam ducenti & cuſtodienti?

Magna dignitas animæ, quod quælibet habeat Angelum ſibi aſſignatum cuſtodem, & hæc dignatio meretur, ut Angelo reverentiam, obedientiam, ac fidelitatem maximam adhibeamus. S. Hier. in Matth. 3.

Mirum eſt, quod Scriptura non explicet gratitudinem Iſaac erga Angelum, qui Patris gladium in monte Moria cohibuit, ne immolaretur: nimirum, Scriptura nullis verbis deſcribere poterat gratitudinem, qua Iſaac ſe totum, & omnia vitæ momenta Angelo debuit. Agnoſce, O Chriſtiane ex hac etiam tuam gratitudinem, pro omnibus obſequiis ab ipſa Nativitatis die uſque ad hodiernam tibi collatis, &c. Gen. 22.

*36. Defendit in periculis corporis.*

VVenceslaus Bohemiæ Princeps a Radiſlao hoſte injuſto bello impugnatur, condicitur ad ſingulare certamen, comparetur in arena; & ecce Angeli VVenceslao in auxilium venere, hoſte veniam rogante ſui injuſti facinoris, &c. D. 4. 93.

Quidam Lucas in regno Tunchinenſi a mago inſidias paſſus noctu in cubiculo invenit terribilem ſpiritum gladio, & lancea armatum. Invocat S. Angelum Cuſtodem, qui ei apparens præcipit, ut contra monſtrum gladio pugnaret: pugnavit, vicit. Altera nocte iterum ſpiritus apparuit, iterum Angelus ſuccurrit, qui ei præcepit, ut faſces magicos, quos magus ſub ejus lectulo abſtruſerat, eximeret, & igne combureret. R. cent. 3. p. 2. mir. 41.

Angelus, qui præcedebat caſtra Iſrael, quando recedebat populus de Ægypto, ſtetit inter caſtra Ægyptiorum, & caſtra Iſrael, quaſi mediator. Exod. 14.

Raphael Archangelus Dux fuit Tobiæ, ipſum a devoratione piſcis defendit, uxorem ejus a dæmonio liberavit, cæco patri viſum reſtituit. Tob. 5.

Quantis periculis obnoxia erat Judith occidendo Holofernem! & tamen ſe hinc euntem, & ibi commorantem & reverJudit. 13.



tentem incolumen fuiſſe fatetur. Quare? quoniam cuſtodivit me Angelus.

Dan. 3. Angelus deſcendit cum Azaria & ſociis ejus in fornacem.

Conſolatus eſt Agar, & ſitienti Iſmael oſtenſo puteo vitam conſervavit. C. Exod. 23. v. 20.

Confortavit Eliam pane, cujus virtute ambulare poterat quadraginta dies. C. Ibid.

*Pars II.*

## DE SANCTIS.

*38. Quomodo, & per quid Sancti?*

Sancti. SAnctitas eſt ipſa juſtitia, rectitudo & perfectio mentis; hæc autem conſiſtit in conformitate voluntatis & actionis cum lege æterna, quæ eſt in mente Dei, ſicut e diverſo peccatum eſt difformitas, & prævaricatio legis æternæ, &c. C. Apoc. 4. v. 8.

S. Dionyſ. c. 12. de Div. Nom. Sanctitas eſt ipſa innocentia, & puritas ab omni labe, ſic virgo dicitur Sancta, ſi ſit caſta corpore & ſpiritu. Sanctitas eſt ipſa mentis integritas, & virtus, præſertim caritas & gratia, quæ omnia ſunt commenſurata legi æternæ Dei. C. Apoc. 4. v. 8. Habac. 1. v. 13.

Tauler. in Inſt. c. 3. Virgo illa Chriſtiana ſanctitate illuſtris, moriens rogata, quomodo ad tantam ſanctitatem perveniſſet? reſpondit. 1. Afflictiones meas nulli, niſi Deo queſta ſum. 2. Corde ſemper fui liberaliſſima, & ſi opere non poteram, ſaltem animo dabam. 3. A quibus læſa fui, ſingulare beneficium rependi. C. ad Rom. 12. v. 21.

Sanctitatis ſymbolum eſt mel: 1. Quia de cælo depluit, & eſt quaſi Manna cæleſte. 2. Quia conficitur ab apibus, quæ caſtæ & virgines ſunt. 3. Quia omnium ſapori ſuam dulcedinem accommodat. 4. Quia eſt ſaluberrimum, & plurimis morbis medetur, &c. C. in Prov. 24. verſ. 13.

Sanctitas ex eo dignoſcitur, ſi virtutis merito ſimus ſummi, & humilitate infimi. En hæc ſunt exercitia virtutum, quibus homines ſancti efficiuntur. C. in Matth. 3. v. 15.

*39. Non obſtante ſua ſanctitate timent infernum.*

S. Thereſia ſellam igneam in inferno videt ſibi præparatam. B. Serm. 5. num. 48.

S. Hilarion, Arſenius, Agatho, in morte triſtantur, & ſuſpirant, quia timent judicia Dei. B. Serm. 18. n. 31.

S. Bernardus, Petrus de Alcantara, Urſinus &c. in morte trepidant ob metum inferni. B. Serm. 18. n. 44. & Serm. 19. num. 24.

S. Job, Ezechias, Paulus, Hieronymus, Hilarion aliique vehementer metuunt: Quare: rationem dat S. Gregorius: *Perituros ſe abſque ambiguitate ſciunt, ſi remota pietate judicentur.* B. Serm. 25. num. 1. 2. 3. &c. S. Greg. l. 8. mor. c. 15.

*In medio autem Deos dijudicat.* Ubi S. Hieronymus: Res plena terroris! ſi Deos dijudicat, de peccatore quid fiet? S. punct. 130. fol. 404. S. Hieron. Pſal. 81.

S. Hieronymus de ſe ipſo ſcribit. Ille ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere damnaveram, ſcorpionum ſocius, & ferarum, &c. Et S. Cyrillus: Gehennam timeo, quippe interminatam: exhorreo tartarum, ut cui nimium inſit caloris: paveo tenebras, quoniam nihil admittunt lucis: formido peſtiferum vermem, quoniam eſt perennis. S. punct. 141. fol. 446. in fine. S. Hieron. epiſt. 22. S. Cyrill. de exitu animæ.

Sanctus Bruno, cum Doctorem Pariſienſem e feretro exclamare audit, ſe accuſatum, judicatum, & condemnatum eſſe, timore inferni inchoat Ordinem Carthuſianorum. Sanchez 4. part. c. 4. fol. 259.

*40. Per auſteritates tendunt in cælum quo peccatores per voluptates.*

S. Chryſoſtomus ait: *Scortator & adulter an iiſdem potietur, quibus qui modeſtiam conſervaverit?* An Nero ſtabit juxta S. Paulum? an Franciſcus & Benedictus & igne & vepribus, peccator autem ex deliciis in cælum ibit? ſi vult Pharao cum Iſraelitis tranſire per mare, vivat ut Iſraelita. B. Serm. 13. n. 40. 41. item Serm. 26. num. 5. Serm. 45. num. 22. Vide titulum MORTIFICATIO. S. Chryſ. Hom. 25. ad Rom.

Sanctus Paulus ærumnas Sanctorum deſcribens ait: *Alii ludibria & verbera experti, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt &c.* hujuſmodi labores gloriam Sanctis pepererunt, & nos laborem nolumus &c. S. punct. 148. fol. 461. Hebr. 11.

S. Dominicus Loricatus acer ſui ipſius flagellator. S. punct. 19. fol. 621. S. Guilielmus, Nicolaus Tolentinas, Henricus Suſo magna auſteritatis prodigia. S. ib. fol. 622.

S. Philippus Nerius Virgini cuidam apparens ajebat: Per arva ſpinis obſita incedendum, relinquamus flores. S. punct. 21. fol. 638.

Mira-

*34. Clientem reducere ad Deum deſiderat.*

Angelus in deſerto Agar admonuit, ut ad domum Abrahæ reverteretur: ecce! Angelorum opus, & officium eſt homines quaſi ſervos ad Deum reducere. C. Geneſ. 16. v. 7.

Angelus Perſiæ viginti & uno diebus reſtitit Angelo Iſraelitarum, volenti populum abducere e Babylonia. Quare? quia ſperabat Perſas ſuos Idololatras ex converſatione Judæorum ad fidem eſſe convertendos. D. 2. 91.

Orig. in lib. Num. hom. 69. Agunt Angeli diem feſtum, lætantes ſuper his, qui refugientes conſortia dæmonum, per exercitia virtutum, Angelicis feſtinant ſociari conſortiis.

Zacharias Propheta in myſtica viſione vidit Summum Sacerdotem Joſue, propter peccata ſua Sacerdotalibus exutum indumentis, & eorum vice veſtitum ſordidiſſimo habitu, adeo, ut carbonibus aſſimilaretur; & ecce ſubjicit Propheta; Vidi Angelum, qui ſuſcepit defenſionem miſeri illius peccatoris, ac diabolo ſe ſe oppoſuit, qui occupato dextero rei latere audaciſſime eum de perpetratis ſceleribus accuſabat. Deinde præcepit Angelus bonus reſtitui illi veſtimenta ſacerdotalia munda, & Cidarim reponi ſuper caput ejus: ultimo exhortans eum ad obſervantiam divinorum mandatorum ita concluſit: Hæc dicit Dominus exercituum: ſi in viis meis ambulaveris, & cuſtodiam meam cuſtodieris, non unum dumtaxat, ſed plures Angelos tibi ad defenſionem aſſignabo ex eorum numero, qui perpetuo coram throno meo aſſiſtunt. *P. Franc. Albertinus S. J. de S. Angel. Cuſtod. c. 14.*

*35. Meretur a nobis magnam gratitudinem.*

Quare Moyſes in enarratione Geneſis non fecit mentionem de creatione Angelorum? cum tamen certum ſit eos fuiſſe creatos una cum cælo? Reſpondetur: Ne rudibus Judæis daret anſam idololatriæ, qui conſiderata pulchritudine, & beneficiis Angelicis facile eos adoraſſent. Verum proh dolor! quid nunc fit? vix recordamur Angeli noſtri &c. C. Gen. 1. v. 1. 36.

Gratitudo autem erga Angelum maxime deberet conſiſtere in ejus imitatione, ita ut noſtrum cogitare, loqui, & operari ſit Angelicum, mores noſtri mores Angelici. Item conſiſtit in eo, ut omnes homines amemus, neminem lædamus, aut ſcandalizemus, idque propter illorum Angelos, non propter nobilitatem, pulchritudinem aut ſapientiam ipſorum, ſed quia ſemper vident faciem Patris, quæ ſumma eſt Angelorum dignitas.

Tobias Angelo Raphaeli, quia filium in regionem Medorum duxit & reduxit, dimidiam bonorum ſubſtantiam obtulit. Quid nos Angelo cuſtodi, per omnem vitam ducenti & cuſtodienti?

Magna dignitas animæ, quod qualibet habeat Angelum ſibi aſſignatum cuſtodem, & hæc dignatio meretur, ut Angelo reverentiam, obedientiam, ac fidelitatem maximam adhibeamus. S. Hier. in Matth. 3.

Mirum eſt, quod Scriptura non explicet gratitudinem Iſaac erga Angelum, qui Patris gladium in monte Moria cohibuit, ne immolaretur: nimirum, Scriptura nullis verbis deſcribere poterat gratitudinem, qua Iſaac ſe totum, & omnia vitæ momenta Angelo debuit. Agnoſce, O Chriſtiane ex hac etiam tuam gratitudinem, pro omnibus obſequiis ab ipſa Nativitatis die uſque ad hodiernam tibi collatis, &c. Gen. 22.

*36. Defendit in periculis corporis.*

VVenceslaus Bohemiæ Princeps a Radislao hoſte injuſto bello impugnatur, condicitur ad ſingulare certamen, comparetur in arena; & ecce Angeli VVenceslao in auxilium venere, hoſte veniam rogante ſui injuſti facinoris, &c. D. 4. 93.

Quidam Lucas in regno Tunchinenſi a mago inſidias paſſus noctu in cubiculo invenit terribilem ſpiritum gladio, & lancea armatum. Invocat S. Angelum Cuſtodem, qui ei apparens præcipit, ut contra monſtrum gladio pugnaret: pugnavit, vicit. Altera nocte iterum ſpiritus apparuit, iterum Angelus ſuccurrit, qui ei præcepit, ut faſces magicos, quos magus ſub ejus lectulo abſtruſerat, eximeret, & igne combureret. R. cent. 3. p. 2. mir. 41.

Angelus, qui præcedebat caſtra Iſrael, quando recedebat populus de Ægypto, ſtetit inter caſtra Ægyptiorum, & caſtra Iſrael, quaſi mediator. Exod. 13.

Raphael Archangelus Dux fuit Tobiæ, ipſum a devoratione piſcis defendit, uxorem ejus a dæmonio liberavit, cæco patri viſum reſtituit. Tob. 5.

Quantis periculis obnoxia erat Judith occidendo Holofernem! & tamen ſe hinc euntem, & ibi commorantem & revertentem incolumem fuiſſe fatetur. Quare? quoniam cuſtodivit me Angelus. Judit. 13.

Dan. 3. Angelus deſcendit cum Azaria & ſociis ejus in fornacem.

Conſolatus eſt Agar, & ſitienti Iſmael oſtenſo puteo vitam conſervavit. C. Exod. 23. v. 20.

Confortavit Eliam pane, cujus virtute ambulare poterat quadraginta dies. C. Ibid.



*Pars II.*

## D E S A N C T I S.

*38. Quomodo, & per quid Sancti?*

Sancti. SAnctitas eſt ipſa juſtitia, rectitudo & perfectio mentis; hæc autem conſiſtit in conformitate voluntatis & actionis cum lege æterna, quæ eſt in mente Dei, ſicut e diverſo peccatum eſt difformitas, & prævaricatio legis æternæ, &c. C. Apoc. 4. v. 8.

S. Dionyſ. c. 12. de Div. Nom. Sanctitas eſt ipſa innocentia, & puritas ab omni labe, ſic virgo dicitur Sancta, ſi ſit caſta corpore & ſpiritu. Sanctitas eſt ipſa mentis integritas, & virtus, præſertim caritas & gratia, quæ omnia ſunt commenſurata legi æternæ Dei. C. Apoc. 4. v. 8. Habac. 1. v. 13.

Tanfer. in Iriſt. c. 3. Virgo illa Chriſtiana ſanctitate illuſtris, moriens rogata, quomodo ad tantam ſanctitatem perveniſſet? reſpondit. 1. Afflictiones meas nulli, niſi Deo queſta ſum. 2. Corde ſemper fui liberaliſſima, & ſi opere non poteram, ſaltem animo dabam. 3. A quibus læſa fui, ſingulare beneficium rependi. C. ad Rom. 12. v. 21.

Sanctitatis ſymbolum eſt mel: 1. Quia de cælo depluit, & eſt quaſi Manna cæleſte. 2. Quia conficitur ab apibus, quæ caſtæ & virgines ſunt. 3. Quia omnium ſapori ſuam dulcedinem accommodat. 4. Quia eſt ſaluberrimum, & plurimis morbis medetur, &c. C. in Prov. 24. verſ. 13.

Sanctitas ex eo dignoſcitur, ſi virtutis merito ſimus ſummi, & humilitate infimi. En hæc ſunt exercitia virtutum, quibus homines ſancti efficiuntur. C. in Matth. 3. v. 15.

*39. Non obſtante ſua ſanctitate timent infernum.*

S. Thereſia ſellam igneam in inferno videt ſibi præparatam. B. Serm. 5. num. 48.

S. Hilarion, Arſenius, Agatho, in morte triſtantur, & ſuſpirant, quia timent judicia Dei. B. Serm. 18. n. 31.

S. Bernardus, Petrus de Alcantara, Urſinus &c. in morte trepidant ob metum inferni. B. Serm. 18. n. 44. & Serm. 19. num. 24.

S. Job, Ezechias, Paulus, Hieronymus, Hilarion aliique vehementer metuunt: Quare: rationem dat S. Gregorius: *Perituros ſe abſque ambiguitate ſciunt, ſi remota pietate judicentur.* B. Serm. 25. num. 1. 2. 3. &c. S. Greg. l. 8. mor. c. 15.

*In medio autem Deos dijudicat.* Ubi S. Hieronymus: Res plena terroris! ſi Deos dijudicat, de peccatore quid fiet? S. punct. 130. fol. 404. S. Hieron. Pſal. 81.

S. Hieronymus de ſe ipſo ſcribit. Ille ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere damnaveram, ſcorpionum ſocius, & ferarum, &c. Et S. Cyrillus: Gehennam timeo, quippe interminatam: exhorreo tartarum, ut cui nimium inſit caloris: paveo tenebras, quoniam nihil admittunt lucis: formido peſtiferum vermem, quoniam eſt perennis. S. punct. 141. fol. 446. in fine. S. Hieron. epiſt. 22. S. Cyrill. de exitu animæ.

Sanctus Bruno, cum Doctorem Pariſienſem e feretro exclamare audit, ſe accuſatum, judicatum, & condemnatum eſſe, timore inferni inchoat Ordinem Carthuſianorum. Sanchez 4. part. c. 4. fol. 259.

*40. Per auſteritates tendunt in cælum quo peccatores per voluptates.*

S. Chryſoſtomus ait: *Scortator & adulter an iiſdem patietur, quibus qui modeſtiam conſervaverit?* An Nero ſtabit juxta S. Paulum? an Franciſcus & Benedictus & igne & vepribus, peccator autem ex deliciis in cælum ibit? ſi vult Pharao cum Iſraelitis tranſire per mare, vivat ut Iſraelita. B. Serm. 13. n. 40. 41. item Serm. 26. num. 5. Serm. 45. num. 22. Vide titulum *MORTIFICATIO.* S. Chryſ. Hom. 25. ad Rom.

Sanctus Paulus ærumnas Sanctorum deſcribens ait: *Alii ludibria & verbera experti, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt &c.* hujuſmodi labores gloriam Sanctis pepererunt, & nos laborem nolumus &c. S. punct. 148. fol. 461. Hebr. 11.

S. Dominicus Loricatus acer ſui ipſius flagellator. S. punct. 19. fol. 621. S. Guilielmus, Nicolaus Tolentinas, Henricus Suſo magna auſteritatis prodigia. S. ib. fol. 622.

S. Philippus Nerius Virgini cuidam apparens ajebat: Per arva ſpinis obſita incedendum, relinquamus flores. S. punct. 21. fol. 638.

Mira-

Mirabile eſt, quod de Simeone Stylita narratur: in columna ſub dio perdius & pernox ſtabat: hebdomadatim una vice, nempe die Dominica comedebat & quidem tam modicum, ut vix communioni par eſſet: in ejus corpore creſcebant vermes, qui turmatim in columna aſcendebant & deſcendebant, ſi aliquis vermium decidit, Antonius ejus diſcipulus ſublatum reſtituit Stylitæ, qui eum in ulcera reponebat. Deo tot corporis inclinationes reverenter faciebat, ut modico tempore 1244. earum numeratæ ſint. Prædicabat populo, qui immenſo numero ad portentum confluebat; ita ad octoginta annos tam auſteram vitam protraxit. D. 5. 17.

S. Carolus Borrom. in eſu, in potu, in ſomno maxime auſterus fuit. D. 5. 19.

S. Franciſcus Folianus mirabilis erat in mortificatione; ut nihil dicam de flagris, jejuniis, ciliciis, utebatur urticis pro flagello, ſolis æſtui in æſtate ſe exponebat indutos veſtimentis brumalibus, hyeme induebat veſtes æſtivas, pluviis, & nivibus ſe expoſuit, in culina fervente aqua manus adusſit, aliaque auſtera fecit. D. 6. 69.

Sancti ſuis auſteritatibus fuerunt portentum mundi: uti Iſaias, Jeremias, Daniel, Ezechiel. Ipſe Chriſtus Dominus, S. Paulus, Apoſtoli, Paulus Eremita, Antonius, Simeon Salus, S. Franciſcus, Simeon Stylites, & alii. C. Iſa. 7. v. 18.

### 41. *Sunt noſtri duces in vita Chriſtiana.*

Romani milites habent ſuos duces, & anteſignanos uti Fabricios, & Scipiones. Philoſophi habent Ariſtotelem & Pythagoram. Poetæ Homerum, & Virgilium. Oratores Ciceronem & Demoſthenem: Ita ait S. Hieronym. *Nos habemus propoſiti noſtri Principes Paulos, Antonios, Julianos, Macarios & Hilariones.* Hunc in finem ante oculos nobis ponuntur illorum imagines, &c. B. Ser. 45. n. 3. 4. 5. & ſeq.

S. Hieron. ep. 2?. ad Paulin.

Moyſes itineranti populo ſæpe prælegi jubet vitam Jobi, ut ejus auditu ad acerba ferenda animarentur. Joannes Rex Luſitaniæ, ut ægroto aulico ſumptionem amaræ potionis perſuaderet, ipſe partem potionis ſumpſit, & ſic ægrum animavit. Quidam amicus ut amico fractionem vitioſi dentis perſuaderet, dentem vegetum ſibi effringi permiſit. Sic debemus animari exemplis Sanctorum. D. 5. 84.

Sicut diſcipulus, qui opera præſtantiſſima alicujus artificis ad profectum ſuum delineare fatagit: ita nos vitam Sanctorum in nobis exprimere ſtudeamus. Id fecerunt Chinenſes Chriſtiani recenter ad fidem converſi: aliquis ad exemplum S. Martini veſtem ſuam pauperi donat. Aliqua puella ad exemplum S. Lydvvinæ miram in acerbiſſimis doloribus patientiam exhibet, &c. R. cent. 5. mir. 17.

S. Radbodus vitas Sanctorum vocavit ſua ſpecula, quæ inſpiciens conformabat vitam ſuam Sanctis. *N.* 29. *Nov.*

Sancti non ſunt ambitioſi, ſed recuſant dignitates ultro oblatas. B. Ser. 45. §. 2. Non ſunt avari, ſed poſſeſſiones ampliſſimas relinquunt, & in pauperes erogant. B. Ser. 45. §. 3. Non ſunt vindicativi, non laſcivi, nec aliis vitiis dediti. B. Ser. 45. §. 4. 5. &c.

Forſan dices: Sancti habuerunt majorem fortitudinem & gratiam, quam ego! Non poſſum eos imitari: Reſpondeo: Non eſt ita! fuerunt fragilitatibus humanis obnoxii ſicut nos, & in oculis Dei non ſine nævo. Epiſcopi Aſiæ fuere tam Sancti, ut ab ipſo Deo nomine Angelorum compellentur, & tamen cuilibet ſuus defectus exprobatur: Uni quod caritatem primam reliquerit, alteri, quod nomen gerat viventis, & mortuus ſit. Sancti ergo eſſe poſſumus, etiamſi nonnunquam in leves errores incidamus, dummodo hos per pœnitentiam emendemus. B. Serm. 16. num. 49.

Siquis normam aut regulam cupit vitæ Sanctæ, Evangelium inſpiciat! ab hoc omnes Sancti vitæ ſuæ formam hauſerunt. S. Joannes Calybita vitæ ducem, & Doctorem in contemnenda patria non alium habuit, quam Evangelium. S. Benedictus, S. Franciſcus, S. Auguſtinus ſuas conſtitutiones ac regulas Monaſticas ex Evangelio mutuati ſunt. S. Bernardus ſuum, & ſuorum profectum Evangelio in accepis refert, &c. Cornel. a Lapid. in 4. Evang. in Prooemio, ubi plura.

### 42. *Suis precibus multum valent apud Deum.*

*Sub quo curvantur, qui portant orbem.* Qui ſunt hi? S. Hieronymus ait: Sancti portant mundum, dum eum, ne ruat, orationum fortitudine ſuſtinent. M. conc. 11. aſſ. 3. n. 4.

In civitate Senenſi civis, nomine Andreas, fuit ſceleratiſſimus, qui cum in morte deſperans Confeſſarium non admitteret, S. Catharina Senenſis pro eo Dominum rogavit. Sed repulſam initio paſſa,





non deſtitit orare, & lacrymari, donec Chriſtus ipſe veniens ad ægrotum, ad pœnitentiam illum invitavit. Tum enim vero æger pœnitentiam egit, & feliciter mortuus eſt. E. *Deſperatio*, n. 10.

Femina voracitatis ſpiritu adeo occupata, ut ſæpe triginta gallinas una die devoraret, commendat ſe precibus Macedonii Anachoretæ, & ita malam conſuetudinem vicit, ut vix dimidiæ gallinæ comedendæ par eſſet. E. *Gula*, n. 20.

Neapoli femina in Sanctitatis fama vixit, ad quam multi afflicti, & inter alios vidua venit, rogans, ut ſuo filio, neſcio cujus criminis cauſa ad mortem damnato, vitam & libertatem a Deo exoraret. Virgo viduæ bono animo eſſe juſſæ promiſit, filium poſt paucos dies domum venturum. Illuxit interim funeſta dies, qua filius ad furcam rapiebatur. Venit ergo vidua iterato ad Virginem inter mille lamenta, & hæc iterato repetiit promiſſum: quod & non fefellit; nam cum filius a Proregis uxore de feneſtra videretur, illum precibus ad maritum fuſis a morte, & funibus redemit. J. 67.

Sunt columnæ Eccleſiæ ad ſalutem animarum. C. Num. 9. v. 15.

Vienna Galliarum meritis S. Mamerti debet, quod excidium effugerit, eo enim tempore, quo elementa, & creaturæ omnes in ultionem inimicorum Dei armatæ extremum ſupplicium minitabantur, Mamertus iram Dei placavit, dum triduum Rogationum cum Litaniis Sanctorum inſtituit, quas Eccleſia hodiedum continuat. N. 11. Maji.

Ar-fur l. 3. impreſſ. 20. diſc. 2. n. 13.

Imperator Orientis ab urbe Antiochia repetiit corpus S. Simeonis Stylitæ, ſed oppoſuerunt ſe cives, dicentes, ſuam urbem propugnaculis haud ſatis eſſe munitam, inconſultum proin fore, ſi tam potenti præſidio ſeſe orbarent.

S. Potamiena Baſilidi, a quo ad Martyrium ducebatur, & contra populi petulantiam defendebatur, promiſit, quod illi a Deo peculiarem gratiam impetrare vellit. Tertio poſt martyrium die nocte ei aſſiſtens, coronam illi impoſuit. Quare Baſilides Chriſtianum ſe profeſſus, baptizatus, & poſtera die ſecuri percuſſus martyrii corona donatus eſt. C. Iſa. 62. v. 3.

### 43. *Timent peccatum ſuper omnia alia mala.*

Quoniam ſanctitati magis contrarium eſt peccatum, quam tenebræ luci; ideo ſanctitatis primum principium eſt fuga & horror peccati, ita ut homines Sancti illud magis averſari ſint, quam omnia alia totius mundi mala. S. Catharina Genuenſis dicere ſolebat: ſi poſſem toti mundo demonſtrare deformitatem peccati, eo modo, quo ipſa eandem cognoſco, vellem omnia tormenta ſubire, indubitanter enim credo, tunc nullum amplius committendum eſſe peccatum. P. p. 2. Diſc. 11. n. 17.

S. Maria Ogniacenſis ſemper erat hilaris, cum autem audiit, Deum fuiſſe offenſum, ad mortem uſque contriſtata uberrime flebat, ita, ut cæcitatis periculum incurreret. Aliquando in urbe Nivelienſi, aliqua ſcandala videns tantam ſenſit afflictionem, ut parum abfuerit cor illius diſrumpi, &c. P. p. 2. Diſc. 21. n. 19.

Suſanna Hebræa caſtiſſima a Senibus ad nefas ſolicitata dixit: Melius eſt mihi in manus veſtras incidere, quam peccare in conſpectu Domini! Eleazarus Nonagenarius ad carnes porcinas contra legem comedendas compulſus, repoſuit, malle ſe mitti in infernum, quam legem prævaricari. S. Edmundus Cantuarienſis Epiſcopus dicere ſolebat: Malo inſilire in rogum ardentiſſimum, quam in peccatum conſentire. Idem conſtat de S. Anſelmo, S. Ludovico & aliis.

Dan. 13.

2. Mach. 6.

Surius in Vit. S. Edm.

S. Ludovicum Regem, Regia ejus Mater ſanctiſſime educavit, eique in tenera ætate ſæpe in faciem edixit: Mi Ludovice, mallem te in feretro, quam in peccato intueri! & ecce! hæc admonitio tam profundas in corde Ludovici radices egit, ut peccatum ſupra omnia alia mala odio habuerit: Aliquando Seneſchalcum Campaniæ comitem interrogavit, an mallet lepra inſici, quam peccato? cumque Comes peccatum præeligeret, repoſuit: toto cælo aberras! quæ enim lepra peccato fœdior, quod etiam poſt mortem animam conſpurcat, & infelicem reddit?

Quodſi nonnunquam Sancti permittente Deo in peccatum inciderunt, eheu! quam terribili pœnitentiæ rigore illud eluerunt! Exempla miræ auſteritatis habemus in S. Victorino, Maurilio Epiſcopo, Reinerio. Petro Monacho, Bonifacio, Maria Ægyptia, & aliis. Vide infra: *Pœnitentia Sanctorum.*

### 44. *Sunt in continuo virtutum exercitio.*

Eccleſia firmamentum eſt, ſol & luna Chriſtus & Maria, Sancti ſunt ſtellæ. 1. Sicut ſtellæ ſemper ſunt in cælo, ita Sancti

mente & vita ſemper ſunt apud Deum. 2. Sicut ſtellæ, licet in ſe ſint magnæ, tamen parvæ apparent; ita Sancti ſunt humiles, magni tamen apud Deum. 3. Sicut ſtellæ non movent curſum ſuum, nec relinquunt ob probra hominum, ſic nec juſti ob convicia hominum &c. C. Gen. 1. f. 49. col. 2. & f. 160. col. 2.

Circulus uno pede in medio puncto conſiſtit, & altero pede circulariter circumcurrit: ita Sancti, etiam in negotia externa excurrant, tamen corde ſemper centro, id eſt Deo, inhærent: quidquid vident, quidquid audiunt, quidquid agunt, ſemper per ſanctiſſimas intentiones ad Deum referunt, & ſic verum eſt illud, quod apud homines Sanctos ipſe etiam ſomnus meritorius ſit, uti ait S. Hieron.

S. Hier. ep. [illegible] in [illegible] S. Fr. Xav.

Sancti comparantur aquilæ, quæ altiſſimo volatu ſuper nubes aſcendens, ſolare lumen irretorto oculo aſpicit: Sic Sanctos & ſpeciatim S. Paulum in carcere conſtitutum fuiſſe, ait S. Greg. *Ibi*, nimirum in cælis, *erat, ubi ardentem jam mentem fixerat, non illic, ubi illum neceſſario pigra adhuc caro retinebat*. C. Exod. 19. v. 4.

S. Greg. 31. Mor. 34.

Stultus ut luna mutatur, Homo ſanctus in ſapientia manet ut ſol. Nam ſicut ſol 1. eadem ſemper facie lucet. 2. Non obfuſcatur fumo & nebulis. 3. Super terram altiſſime eminet. 4. Radios ſpargit in bonos & malos. 5. Velociſſimus eſt in ſuo curſu: ita Sanctus, ſeu homo juſtus. C. Eccli. 27. v. 12.

### 45. *Nondum nati præſignantur.*

S. Dominicus per catulum facem ore ferentem, S. Thomas Aquinas per chartam comeſtam, S. Ephrem per vitem, Plato per olorem volantem præſignificatur. C. Gen. c. 25. v. 20.

S. Benedictus in utero materno cantu chorali cantare auditus eſt. Mater S. Andreæ Corſini prolem, quam gerebat, ſub ſpecie lupi vidit, qui currens ad Eccleſiam Patrum Carmelitarum in agnum mutatus eſt. Mater S. Franciſci parere non potuit, niſi in ſtabulo. S. Philippus Benitius matri ſub ſpecie lucidæ flammæ apparuit. Matri S. Ethelvvaldi viſum eſt, ac ſi aurea aquila ex ejus ore verſus cælum evolaret. S. Julianus in nativitate duos erigebat digitos, quaſi benedictionem Epiſcopalem daturus. S. Joannes Baptiſta exultavit in utero. S. Picennius in utero latitans cum matre locutus eſt. Mater S. Columbani ſomniabat ſe peperiſſe ſolem. S. Edmundus tam mundus ex utero matris prodiit, ut balneo non indigeret. S. Nicetius natus eſt cum raſo vertice inſtar Religioſi. Franciſcus Fabrianenſis in nativitate non flevit, ſed riſit. Petrus Eremita in Baptiſmo ad verba Sacerdotis articulate reſpondit: *Amen*. S. Rochus natus rubeam crucem in pectore habuit. S. Exuperantius octava poſt nativitatem die diſertis verbis Deo pro beneficio creationis gratias egit. S. Agnellus vigeſima poſt nativitatem die Beatiſſim. Virginem amice ſalutavit: *Ave Maria!*

Matri B. Roberti Ord. Ciſterc. Fundatori apparuit Beatiſſima Virgo, dixitque: *Engardis, Filium quem geris, hoc mihi annulo* (quem oſtendebat) *deſponſari volo*.

B. Abundantiæ naſcenti & morienti campanæ ultro applauſerunt. In ejus Baptiſmo ſponte in Eccleſia accenſæ ſunt lampades. *N. 19. Jan.*

S. Svvibertus Epiſcopus, antequam naſceretur, Matri oſtenſus fuit inſtar ſtellæ, quæ Galliam, & Germaniam illuſtrabat. *N. 1. Martii.*

S. Ethelvoldus VVintonienſis Epiſcopus Matri ſub ſchemate aureæ aquilæ in cælum evolantis oſtenſus eſt. Venenum a diſcolis Canonicis propinatum illæſus hauſit. Tempore famis vaſa ſacra vendidit, & pauperibus diſtribuit. *Leuchr. 1. Aug.*

S. Rochus in monte Peſſulano Langedociæ urbe natus, rubicundam crucem ſecum in pectore in orbem tulit. Cardinali Romæ contra peſtiferam luem, Crucem in fronte inextinguibilem impreſſit. *N. 16. Aug.*

S. Eligius Matri gravidæ ſub ſchemate aquilæ in cælum evolantis oſtenſus eſt. *N. 1. Decemb.*

S. Francus Matri inſtar deformis monſtri oſtenſus fuit, quod ſenſim ſe ad humanam formam reducebat. Eventus probavit viſum! in juventute ſceleratus aleator, propter juramenta a Deo cæcitate punitus fuit. Sed Compoſtellæ ad ſepulcrum S. Jacobi viſum recepit, factus dein pœnitentium exemplar. *N. 11. Dec.*

S. Clara, S. Svvibertus, S. VVilibrordus, S. Columbanus aliique, Matri parturienti per inſolitum lumen præſignantur. C. Num. 24. v. 17.

### 46. *Honorantur ab ipſo Deo.*

In Bohemia pagus eſt, in quo nemo cornu, ſeu tubam paſtoritiam inflare poteſt, quin ſtatim ſurdeſcat; ratio eſt, quia olim



ſim unus ex illius pagi incolis S. Adalbertum Archi-Epiſcopum dormientem tali tuba petulanter, & injurioſe excitaverit. VV. art. diſc. font. 60. ex. 7.

Curſor a Comite Geldriæ Pariſios miſſus, & rediens, cum quærebatur, an Regem Ludovicum vidiſſet? ſubſannantis in morem contorto collo cum riſu repoſuit: Vidi miſerum papallardum. Et ecce! contortam faciem elevare non amplius poterat per omnem vitam. E. *Deridere* n. 1.

Puer ludificans S. Magnobodum per aera rapitur, & miſere diſcerptus, vitam fuiſſet, niſi Sanctus illum ſanitati reſtituiſſet. E. *Deridere* n. 2.

Dives in Friſia, qui equos S. VVilibrordi paſcentes abigere & Sanctum verbis injuriare præſumpſit, intolerabili ſiti exuritur, nec remedium invenit, donec S. VVilibrordum veniam rogans ex ipſius calice potum ſumpſit. E. *Maledicere* n. 3.

Eſto, quod modo parum curentur, veniet tempus, quo verificabitur illud: Nimis honorati ſunt amici tui Deus! O Sancti! Veſtræ Reliquiæ inter aurum, veſtes laceræ inter theſauros, catenæ inter torques aſſervabuntur! Veſtri carceres mutantur in oratoria, tuguria in Eccleſias) &c. Tua umbra, O Petre, morbos ſanat, tuum velum, O Agatha, ignes extinguit, tua vox, O Paule, idola ſternit! &c. M. conc. 17. §. 1. n. 13.

Deus Sanctos ſuos coronis honorat, ſic S. Stephanæ & Victori coronæ de cælis miſſæ. S. Cæciliæ & Valeriano coronæ per Angelum datæ. S. Catharinæ Senenſi aurea corona oſtenſa, & ſpinea conceſſa. S. Agapeto pro prunis ardentibus capiti impoſitis, corona in cælis promiſſa. C. Iſa. 62. v. 3.

Per Apoſtolos, perque Eccleſiam Deus totum orbem, quaſi regnum ſuum ſpirituale, fidei & gratiæ occupavit, & poſſedit. Quanta eſt illorum gloria, ex quibus regni ſui coronam conficit Deus! corona ergo Martyrum, eſt corona Dei! corona Apoſtolorum, Virginum, Doctorum eſt corona Dei: Hinc ait: *Vos eritis mihi in regnum ſacerdotale*, &c. C. Iſa. 62. v. 3.

Exod. 19.

Eſſe ſervum Dei eſt titulus nobiliſſimus, multo melior, quam ſæculi libertas. *Servire Deo maxima eſt gloriatio, omnibus rebus, quas mortales mirantur, pretioſior*. C. Deut. 34. v. 5.

### 47. *Habent poteſtatem ſupra dæmones.*

S. Greg. iter faciens, defectu alterius Hoſpitii, pernoctabat in fano Apollinis, & ex eo tempore idolum nulla amplius reſponſa dabat. Sacrificulo ex eo defectu ad incitas vergenti apparet noctu diabolus, dixitque, ſe obmutuiſſe ex præſentia Gregorii, nec poſſe amplius loqui ſine ejus licentia. Sacrificulus his auditis inſectatur Gregorium enixe rogitans, ut ſuo idolo facultatem loquendi redderet. Conſenſit per litteras Gregorius, & Apollo rurſus oracula fudit. Hanc poteſtatem admiratus dein ſacrificulus converſus eſt, & ita in virtute profecit, ut Gregorii factus ſit in Epiſcopatu ſucceſſor. E. *Deus* n. 2.

S. Magdalena de Pazzis in ſuo oratorio preces fundens, cum a ſpiritibus malis, variis illuſionibus, & terrificis viſionibus moleſtaretur, arrepto flagello cæſos in fugam egit. R. cent. 2. p. 2. Mir. 36.

S. Juliana Virgo dæmonem tentantem ac mala ſuadentem arripuit, verberibuſque percuſſum in forum deduxit, ibique in cloaca demerſit. N. 16. Febr.

Cum S. Bernardus e Belgio Romam iter faceret, diabolus in ejus curru rotam confregit. Sed Sanctus coegit dæmonem, ut vices rotæ per ſe ſupplere Romam uſque debuerit. In Vita.

S. Albertus Ord. Carmelitarum energumenum liberaturus a malo dæmone alapa percutitur. Sanctus nihil offenſus ſtatim alteram percutienti maxillam præbuit, & ecce! mox dæmon hoſpitio cedere debuit. *Surius 7. Aug.*

### 48. *Habent dominium in elementa.*

Cum flumen Padus exundaret, & agros Eccleſiæ vaſtaret, miſit S. Sabinus Epiſcopus Diaconum, qui præciperet aquæ, ut ad ſuum alveum rediret. Riſit Diaconus hoc præceptum & non ivit. Vocavit ergo S. Sabinus Notarium, eique ſcriptum dictavit: Ego Sabinus Dei famulus præcipio tibi, ut ad alveum tuum revertaris &c. ulterius mandans, ut hanc chartam Notarius in flumen projiceret. Paruit Notarius, & aqua reſedit, nec amplius exiit. E. *Obedientia* 1.

Pientiſſimus quidam rogabat in Monaſterium admitti: Abbas explicando rigorem Ordinis voluit eum abſterrere. Ille autem repoſuit, non timebo has difficultates ſive in ignem, ſive in aquam me juſſeris intrare. Præcipit itaque Abbas ut in clibani illius accenſi flammas ſe conjiceret. Et ſe conjecit, ſine læſione reverſus. E. *Obedientia* n. 21. Vide C. Sap. 19. v. 7.

Frater miſſus haurire e puteo aquam oblitus

tus eſt funem, quo ſitulam traheret. Proſtravit ſe in orationem, & aqua ad os putei aſcendit. E. *Oratio* n. 6.

Navigans Theodorus Anachoreta, deficiente aqua, ſalſam maris aquam orationem dulcem fecit. E. *Oratio* 20.

Ignis ſervivit tribus pueris in fornace, aquæ diluvii Noemo, leones Danieli in lacu, ſol Joſue, Jordanes Hebræis, tonitrua Samueli, corvi Eliæ, urſi Eliſeo, piſces & aves S. Franciſco, mons S. Gregorio, araneæ S. Felici. C. Exod. 14. v. 22.

S. Aidanus Epiſc. tempeſtuoſum mare oleo ſedavit. Flammas ab urbe in incendiarium avertit, aliaque fecit. *N. 31. Aug.*

Exod. 14. v. 22. *Ingreſſi ſunt Filii Iſrael per medium ſicci maris.* Ecce Bonitatem & potentiam Dei in ſuos! *Si voluntati ejus obtemperes*, ait Origenes, *ſi legem ejus ſequaris, ipſe tibi* Orig. hic *elementa etiam contra naturam ſervire compellet.* Sic ſervire fecit ignem pueris in fornace: aquas diluvii Noemo: Leones Danieli in lacu: Solem Joſue ad victoriam: Jordanem Hebræis ad tranſeundum in Chanaan: Tonitrua Samueli: Corvos Eliæ: Urſos Eliſeo: Piſces & Aves S. Franciſco: Satyri & Fauni S. Paulo itineranti: Mons loco cedens S. Gregorio: Araneæ S. Felici, &c. C. in Exod. 14. v. 22.

Iſa. 43. *Cum ambulaveris in igne, non combureris.* Sancti ſunt velut lapis Amiantus illæſus in igne, tales fuerunt pueri in fornace Babylonica, S. Joannes in dolio ferventis olei, S. Polycarpus in rogo ardenti, S. Vincent., Cæcilia, Lucia, Agnes, & plurimi alii ab igne intacti. C. in Iſ. 43. v. 2.

### 49. *Sunt in honore habendi.*

Dominus Deus miris eventibus declaravit, quod velit honorari Sanctos ſuos famulos. Comes Geldriæ venit in aulam S. Ludovici Regis: quæſitus quomodo illi placeret Rex & eius vita? cum pietatem Regis approbare non vellet, labia contemptim diſtorſit: & ecce! in pœnam contemptus per omnem vitam diſtorta labia ſervare debuit. Cum S. Hilarius aliquando in Concilium ſero venit, Pontifex Liberius prohibuit, ne illi ſella daretur: cum ergo Hilarius humi conſidere vellet, ecce humus in morem ſellæ intumeſcens eum erexit. Sanch. 6. part. c. 3. ſ. 682.

Cum S. Martinus ad Imperatorem Valentinianum inviſeret, noluit ei Imperator aſſurgere, ſed Deus coegit, quoniam ſella ſub ipſo ardere cæpit. Imago S. Petri Martyris in muro picta ab hæreticis cultrorum punctionibus inhonorabatur. Aliquis puer dixit, ſi ego ſimul adfuiſſem, longe crudelius in imaginem ſæviiſſem. Ut autem hoc dixit ſtatim acutiſſimis doloribus capitis occupatus eſt, nec mitigatum malum, donec in Eccleſiam currens S. Petrum veniam rogavit. Hæmorrhoiſſa Chriſto Statuam erexit, Julianus Apoſtata ſuam effigiem ſubſtituit, & ſtatim fulmine dejicitur. Sanc. 6. par. c. 3. ſ. 683. ſeq.

S. VVenceslaus in Comitiis VVormatiæ ſero venit; putans igitur Imperator, quod id faceret ex ambitione, prohibuit Principibus, ut nullus VVenceslao aſſurgeret. Verum cum vidit Imperator ſanctum Ducem medium inter duos Angelos comitia ingredi, ipſe primus de throno aſſurgens ei obviam proceſſit. R. cent. 2. par. 1. mir. 13.

S. Ægydius Frater Laicus in ordine Seraphico a Gregorio IX. Pontifice, item a Ludovico IX. Rege Galliæ inviſitur. R. cent. 2. par. 1. mir. 37.

Tempore quo S. Philipp. Nerius obiit, quidam male de illo locutus, non poſſe ſe credere ajebat, quod cælo receptus ſit. Paulo poſt ob famoſa crimina maledicus ille accuſatus, & in exilium ejectus eſt. J. 35.

Hæretici nobis objicere ſolent, quod adoremus Sanctos, ſed falſo; nam cultus Sanctis adhibitus non eſt adoratio ſeu latria, ſed invocatio, ſeu Dulia, qui omnis principaliter redundat in Deum: Num. 22. *Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen*, id eſt, Angelus locutus eſt, qui vices Dei gerebat: Moyſes autem, ait hic Corn. a Lap. cum non adoravit latria, *ſed in adoratione hac mentem ad Deum Angelum Dominum direxit*, C. Num. 1. v. 1.

Maximianus Imp. ſciens ſe in Luciano ſancto Sacerdote Majeſtatem vultus ſuſtinere non poſſe, velatis oculis illi locutus eſt. *7. Jan.*

Homines Sancti inſtar Angelorum honorantur a mundo: S. Joannes Baptiſta caſtitate, zelo, & vultu fuit Angelus. S. Malachias Propheta ob ſuaviloquentiam vocatus Angelus Domini. S. Cæcilia cum Angelo Virginitatis ſuæ cuſtode Angelicam vitam vixit. S. Baſilius vultu Angelico percuſſit Valentem Imp. eumque ſævientem contra Chriſtianos compeſcuit, ita ut ejus loquela vox Dei videretur. S. Thomas Aquinas ab innocentia, & caſtitate dictus Doctor Angelicus. Sic plures alii. C. Act. Apoſt. c. 6. v. 15.

*In ſignum, & portentum Iſrael*: Sancti Iſa. 8. ſunt portentum ſeu miraculum Mundi: ta- talis fuit Iſaias, Jeremias, Daniel, Ezechiel, Apoſtoli, Paulus Eremita, Antonius, Franciſcus, Simeon Stylites, & alii. C. Iſa. 8. v. 18.





### 50. *Habent feras & bellinas ſibi obſequentes.*

S. Roſa in culices & muſcas, quæ in illius cellula nidulabantur, tantum habuit dominium, ut nunquam ab una fuerit aculeo læſa; quin imo etiam aliis perſonis, quæ ipſam inviſebant, ad ejus juſſa muſcæ pepercerunt, &c. R. 1. part. mir. 28. C. in Eccleſ. c. 47. v. 3.

S. Abbas Torellius lupo raptum infantem eripit, eique præcipit, ut deinceps a rapinis abſtineret, abſtinuit lupus, & quotidie ad cellam Sancti Viri veniens ſuum pabulum accepit. R. 1. cent. 2. part. mir. 19.

S. Abbas Carthacus, cum a Ruſtico rogaretur, ut ſibi par boum commodaret ad arandum agrum, ille autem non haberet, præcepit ruſtico ut in proximam ſilvam iret, & ibi par cervorum, qui illi venturi eſſent obviam, labori adhiberet. Quod & factum eſt. R. 1. cent. 2. part. mir. 24.

B. Joannes Vincentius ad obſequia habuit aquilam, quæ eum in ſuo munere Apoſtolico ſemper comitabatur. R. cent. 2. p. 2. mir. 49.

Frater Martinus ex Ordine S. Dominici innocentiſſimus Vir muribus præcipit, ut ex ſua pharmacopœa in hortum ſe proriperent: mures paruerunt. Canem & felem ſimul in una ſcutella comedere jubet, ſimul comedunt. Corvum a vulnere pedis ſanat, & eum ſemper obſequentem habet. A fele quotidie excitatur, &c. R. cent. 3. mir. 50.

Apud urbem Eugubium crudeliſſimus lupus homines & jumenta devorabat. S. Franciſcus illum adeo compeſcuit, ut & pactum cum illo fecerit, quod illum vellit nutrire, ſi promitteret, quod nemini velit nocere: promiſit lupus, & in urbe oſtiatim mendicans inſtar ovis fuit manſuetus. E. *Crucis ſignum* nu. 4. Vide C. Jac. 3. v. 7. Item Eccli. 3. v. 21.

S. Macarius catulo Hyænæ cæco viſum reſtituit: altera die Hyena illi pellem ovinam attulit, quam tamen Sanctus acceptare noluit, niſi Hyæna prius promitteret, quod pecudibus pauperum nocere non amplius velit. Et bellua annutu capitis id ſpopondit. E. *Furtum* n. 6.

Leones acceſſerunt ad S. Antonium lingentes ejus pedes, & benedictionem petentes: ſerpens obedit S. Hilarioni, dracones Ammoni, onager Macario, hypopotamus Beno, Crocodilus Heleno. C. Gen. 9. v. 2. Urſus Humberto. Sanchez 7. part. c. 3. ſ. 920. item Eccl. 47. v. 3.

Deus creavit animantia, & hominem poſuit, *ut eis præſit*: hoc dominium perdidit quidem homo per ſuam inobedientiam: verum multi Sanctorum, qui ad primævam innocentiam proxime acceſſerunt, illud recuperarunt: ſic Noe dominium habuit in omnia animalia in arca, Eliſeus in urſos, Daniel in leones, Franciſcus in piſces & aves. C. Gen. 1. v. 26. ſ. 58. 2.

Cum Joannes Anachoreta in anguſtiſ- Sophron. c. 180. ſima via obvium haberet leonem, leo in pedes aſſurrexit, ut Sancto tranſeundi ſpatium faceret. Cum S. Antonio beſtiæ hortum depopularentur, ille cæpit aliquando aliquam, & cur me læditis, ajebat, a me non læſæ? abite, & non ulterius redite! & ecce! tantum profuit Antonii imperium, ut nulla ex beſtiis redierit. A lect. 10. §. 7. Idem præcepit VVereburga gruibus. R. 1. p. mir. 5.

Monachi quidam Sancti habebant aſinum, quem ad afferenda olera ſine comite mittebant, his ſolum verbis: vade, Sophron. Prat. Spir. c. 158. affer nobis olera. In vicinia Monaſterii Abbatis Stylitæ ſævus graſſabatur leo, qui itinerantes devorabat; Miſit Sanctus Vir ſenem, juſſitque leoni dicere, ut in nomine Domini abiret: abiit ille, nec illuc rediit. Abbas Geraſimus ſanavit leonem ſpina vulneratum, & viciſſim leo illi ſerviebat cuſtodiendo aſinum, qui aquam Monaſterii portabat. Cum vero aſinus ex incuria leonis furto fuit ablatus, leo illius labores ſubire debuit. Mortuo autem Abbate & leo præ luctu mortuus eſt. A. lect. 10. §. 7. & ſeq. R. 1. part. mir. 16.

Sancti Martyres feris objecti ab illis non attinguntur. D. 12. 61.

Cerbonius Epiſcopus milites contra Gothorum inſidias in domo abſcondit. Id ubi nunciatum eſt Totilæ, Epiſcopum captivari, & urſo devorandum tradi præcepit: verum urſus humiliter ejus pedes lambens docuit Totilam Virum Sanctum revereri. E. *Hoſpitalitas* n. 2.

S. Machutes dono accepit aſellum portandis lignis perutilem: cum autem aliquando e ſilva domum duceretur aſellus, lupus irruens in illum occidit, & devoravit. Tunc Sanctus exiit ad ſilvam, lupum vocavit, eique ſtruem lignorum imponens præcepit, ut vices aſini ſuppleret, quod & factum eſt: lupus fuit inſtar canis domeſtici. E. *Innocentia* n. 8.

Sacerdos cum ſacrum dicturus a ranarum coaxatione moleſtabatur, præcepit fratri, ut abiens ranis ſilentium præciperet. Abiit ille ad lacunam inquiens: In nomine JESU Chriſti præcipio vobis ut taceatis. Et ex eo tempore non eſt auditus clamor ranarum in illo loco. E. *Obedient.* n. 19.

S. Humberto Romam itineranti urſus equum interfecit. Et ecce! juſſu Viri Sancti urſus loco equi ſarcinos uſque Romam portare debuit. *N. 6. Sept.*

S. Florentius in ſilva pro ſuo victu agrum coluit, ſed feræ ſilveſtres omnem ejus laborem peſſumibant. Sanctus vocat feras omnes, eiſque præcipit, ut ad portam ſuæ domunculæ excubarent, id quod etiam factum eſt. Regis filiæ cæcæ & mutæ uſum oculorum, & aurium reddidit. *N. 7. Nov.*

Lupus qui S. Mamerto oviculam devoraverat, jubetur deinceps cuſtodem ovium agere, quod & fecit. Sanch. f. 492.

51. *Res omnes referunt ad Deum.*

S. Ambroſ. etiam in rana potentiam, & ſapientiam Dei contemplabatur. S. Franciſcus in cantu cicadæ delectatur, & laudat creatorem. Alias dum vidit gregem caprarum & arietum, in medio autem eorum oviculam, dixit ad ſocium, en frater ſic erat Chriſtus inter Scribas & Phariſæos, ſicut hæc ſimplex ovicula inter capras & arietes. Iterum dum oviculas balantes ad forum portari vidit, eas oppignerato pallio redemit, & ex commiſerationis affectu a morte præſervavit. S. Fulgentius in concilio Præſulum Romanorum imaginabatur ſibi decorem cæleſtis Jeruſalem. S. Anſelmus in lepore canibus infectantibus ad ſe confugiente conſiderabat animam in agone a dæmonibus anguſtiatam. S. Antonius Abbas diſcipulis, qui mirabantur, quod Conſtant. Magnus ad eum litteras daret, edixit, mirarentur potius, quod Deus cum homine agat, eique ſuam legem ſcribat. S. Franciſc. Borgias, dum in venatione cernebat falcones revertentes, & pugno inſidentes cogitabat, qui fieri poſſet homines ad Dei vocem eſſe inflexibiles, cum tamen rationis expers volucris adeo homini obtemperet. S. Aug. in amœnitate hortorum perpendit delicias cœli. Porro S. Thereſia præſcribit, quomodo homo pro diverſitate geniorum & animi motuum diverſas materias conſiderationi eligere debeat: atque
Rom. 8. ita *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. A. lect. 8. §. 9.

Sicut navigantes per mare frequentius cælum & ſydera intuentur, quam fluctus, quos præ oculis habent, ut futuræ tempeſtati proſpiciant. Ita Sancti inter mundi negotia, magis ad Deum, quam ad iſta oculos attollunt, dicentes cum Propheta: *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper! &c.* S. Franc. Sales. Direct. p. 5. c. 2. n. 5.

52. *Non impune inhonorantur.*

Faber murarius ædiculam deſtruebat, in qua depicta fuit S. Antonii Abb. imago. Jocatus igitur faber dixit: Mi Antoni non potes effugere, quia hoc tibi malleo crus frangam. Et ecce! hoc dicto faber pede lapſus de ponte, quem in alto ſuſpenderat, decidit, & crus miſere fregit. J. 100.

Clotarius Rex, quia S. German. Epiſc. incivili mora præ foribus ſtare permiſit, febri in pœnam correptus. Sed modeſtior factus, cum poſtridie Viri Sancti palliolum oſculo veneratus eſt, ignem inteſtinum extinxit. *N. 28. Maji.*

S. Brictius Epiſcop. Turonenſis Sanctum Martinum fatuum nominare ſolebat. S. Martinus repoſuit: Bene eſt! faciam ut in Epiſcopatu fias meus ſucceſſor, ſed in illo multo adverſa patieris. Et verum fuit. Obſceni ſceleris accuſatus, quamvis ſe prunis ardentibus purgaret, tamen a populo Sede Epiſcopali pulſus eſt, ad quem tum primum rediit, cum injuriam S. Martin. illatam ſerio deflevit. *Leucht. N. 13. Nov.*

S. Ludov. Rex Galliar. virtute magnus, ſed corpore gracilis erat. Huic imbecillitati illudens quidam curſor Comitis Geldriæ, cum quæreretur, an Pariſiis Regem Ludov. vidiſſet, cum riſu repoſuit: Vidi miſerum papalardum! Et ecce! mox contorto collo faciem per omnem vitam non poterat amplius elevare. E. *Deridere* n. 1.

53. *Inveniuntur in omnibus ſtatibus.*

Agricolæ fuerunt S. Paulus Simplex & S. Iſidorus. Vinitores fuerunt S. Victor, & S. Severus. Hortulani fuerunt S. Paulinus Epiſcopus Capuanus, & S. Valericus. Subulci fuerunt S. Ulmarus, & S. Petrus Damiani. Carbonarii fuerunt S. Alexander Philoſophus. Sutores fuerunt S. Criſpinus & S. Criſpinianus. Sartores fuerunt S. Homobonus, & alii. Scriniarii fuerunt S. Jacobus Bæticus, & ad multorum opinionem S. Joſephus Chriſti Nutritius. Fabri ferrarii fuerunt S. Apelles, & S. Dunſtanus. Fabri murarii fuerunt S. Proculus & S. Maximus. Statuarii fuerunt S. Ni-





coſtratus & S. Caſtorius. Aurifabri fuerunt S. Anaſtaſius & S. Eligius. Pannifices fuerunt S. Meningus & alii. Pictores fuerunt S. Lucas & alii. Caupones S. Gentianus & S. Julianus. Molitores S. Vinocus & alii. Piſtores S. Paulus poſtea Epiſcopus Verdunenſis. Aurigæ S. Richardus & S. Vulmarus. Textores S. Severus, & S. Onuphrius. Figuli Sanctæ Juſta & Ruffina ſorores. Mercatores S. Franciſcus & S. Guido. Vitriarii S. Jacobus Alemannus. Muſici S. Adalbertus & S. Romanus. Servi S. Vitalis & S. Viator. Doctores S. Bruno & S. Bonaventura. Juriſperiti S. Jacoponus, S. Ivo. Ludimagiſtri S. Caſſianus & S. Babyla. Philoſophi S. Juſtinus Martyr. Poetæ S. Joſephus Theſſalonicenſis. Medici SS. Coſmas & Damianus. Pharmacopolæ S. Æmilianus. Archiatri S. Athanaſius. Advocati S. Chryſoſtomus. Notarii SS. Martianus & Martyrius, &c. &c. D. 8. 79.

Concionatorem, qui e cathedra dixit, vix eſſe in mundo locum, qui non haberet particularem Sanctum, B. Columba Reatina interrogat, an urbs Reatina jam haberet Sanctum? Negante illo, cum duabus ſororibus ſortes traxit, quænam deberet fieri Sancta: & ſors illam tetigit. T. num. 126.

S. Meningus pannifex, dum pro artis ſuæ ratione pannos lavat, cæleſti voce ad martyrium & gloriam vocatur. Pro ſanguine lac fudit, & ex ejus ore columba viſa eſt ad cælum evolare. *Nadaſi 15. Martii.*

HOMO JUSTUS.

54. *Cur Sanctus dicatur.*

Vita juſtorum in hac terra demum nihil aliud eſt, quam quædam exſpectatio continua: quid fecerunt illi, qui extiterunt ante adventum Chriſti? Exſpectarunt impleri promiſſa ſibi facta. Nunc poſt adventum Chriſti quid agimus? exſpectamus conſummationem, & retributionem meritorum noſtrorum. Hinc di-
Luc. 12. ctum nobis videtur illud: *Vos ſimiles hominibus exſpectantibus Dominum ſuum, quando revertatur a nuptiis.* Hæc exſpectatio non eſt ſine moleſtia, & merito, ex quo
Tob. 2. conſurgit ſanctitas juxta illud: *Filii Sanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Segn. Manna an. 20. Mart. n. 1.

Sanctus idem eſt ac ſegregatus a maſſa reliqua humani generis: credunt homines juſti, nihil negotii ſibi eſſe cum hoc mundo, ſemper aſpirant ad cælum, & in hac vita ſe habent ut peregrini: *Dies peregrinationis meæ centum triginta anni,* ajebat Jacob ad Pharaonem. En! homini juſto ad eum ſtatum connitendum eſt, ut de- Hebr. 11.
gat in hac terra inſtar peregrini; *Qui enim hoc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere.* Quid prodeſt rivo jactare proximitatem fontis, ſi ipſe lutoſus, & ſordidus ſit: ita nihil prodeſt homini dicere ad Pſal. 38.
Deum: *Advena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei,* niſi animum habeat a lutoſis mundi voluptatibus abſtractum, & ſegregatum. Segn. ib. n. 6.

55. *Defenditur a Deo contra perſecutores.*

Navigans ad Inſulam Lipparum appellens inviſit ibi virum famoſæ ſanctimoniæ, a quo quæſitus, noſſetne Regem Theodoricum mortuum eſſe, cohorruit, repoſuitque ſe Theodoricum vivum & ſanum in Italia reliquiſſe. Sed Dei famulus: Mortuus eſt, ajebat, heri inter Joannem Papam & Symmachum Patricium in montem Æthnam demerſus eſt. Joannem autem Papam Rex in cuſtodia occidit, & Symmachum ferro trucidavit. E. *Perſequi* 1.

Perſæ Principes eremitam in ſilva inter venandum deprehenſum, quia Diis ſacrificare noluit, ſagittis confoderunt. Sed ille vaticinatus iis eſt, quod cras ſe invicem ſagittis confoſſuri ſint. Quod & factum eſt; nam cum cervum perſequerentur, unus in alterius pectus ſagittam ejaculati ſunt. E. *Perſequi* n. 2.

In adverſis, & perſecutionibus Deus homini juſto ſcutum & protector eſt. C. Gen. 15. v. 1. Item 1. Pet. 1. v. 5.

Homo juſtus, quoniam ſcit ſe Deum habere protectorem, ſemper eſt impavidus; hinc comparatur Leoni 1. quia Leo eſt *fortiſſimus beſtiarum ad nullius pavebit occurſum.* 2. Quia Leo tanquam Rex animalium aliarum ferarum dedignatur conſortium. 3. Quia ſecurus præda ſua veſcitur, nec alias feras metuit. Imo canes venaticos deſpicit & diſcerpit. Sic S. Leo occurrit Hunnorum Regi Attilæ. Et S. Ignatius Martyr confidenter exſpectavit, & in ſe provocavit Leones, &c. C. Proverb. 28. v. 1.

*Ego protector tuus*, dicit Deus ad Abraham, ego ſcutum, & hyperaſpiſtes tuus, qui te præcedo, ſicut capitanei in acie ſuum habent præambulum. C. Gen. 15. v. 1.

*56. Plus conſolationis habet a cæleſtibus, quam mundanis.*

Oleum Viduæ Sareptæ, quod cæleſtes delicias figurat, non deficit, deficit vero oleum fatuarum Virginum, id eſt deliciæ mundi. B. Serm. 3. n. 10.

S. Bernardus de hominibus mundanis ait: *Crucem noſtram vident, conſolationem non vident*, quia interna eſt. *Deſcendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium*. Homines mundani corticem nucis vident, at Deus dulcia ibi poma invenit. M. conc. 34. aſſ. 1. n. 10.

S. Aug. l. 9. Conf. c. 10. Inter temporalia, & æterna, hoc eſt diſcrimen, ait Sanctus Auguſtinus, quod temporalia non habita deſiderentur, habita vileſcant: æterna vero ardentius diliguntur adepta, quam deſiderata. C. Gen. c. 1. v. 15.

Dives Epulo menſæ aſſidens helluabatur in vino & cibis optimis, ſolabatur ſeipſum cum marſupio, & horreo pleno: Anima mea multa bona habes! & tamen erat infeliciſſimus! Quare? quia paulo poſt ſepelietur in inferno! Econtra pauper Lazarus jacebat ante fores divitis famelicus, & ulceribus plenus, & tamen fuit feliciſſimus. Quare? quia paulo poſt portabitur in ſinum Abrahæ ab Angelis!

Homo juſtus debet eſſe mundo quaſi mortuus: *Mortui enim eſtis*, per baptiſmum, & converſionem, imo mortuus ſibi ipſi, quia non amplius talis, qualis antea, v. g. mortuus eſt Petrus ebrius & ſurrexit ſobrius, mortua eſt ebrietas, & ſurrexit ſobrietas. Chriſtianus debet eſſe quaſi mortuus, qui nulli detrahit, neminem lædit, nemini invidet &c. C. ad Coloſſ. 3. v. 3. Coloſſ. 3. v. 3.

*57. Cur adverſitatibus affligatur.*

Sanctus Chryſoſtomus ait, homines juſtos affligi: 1. ut in humilitate conſerventur: *Bonum mihi quia humiliaſti me*. 2. Ut a mundo non pluris æſtimentur, quam expedit. 3. Ut potentia Dei eluceat vel in eorum patientia, vel liberatione. 4. Ut mundus videat, quod juſti non ſerviant Deo propter proſperitatem. 5. Ut palam fiat, fore judicium, in quo erit tempus reſtitutionis omnium. 6. Ut juſti alios afflictos conſolari diſcant; ideo enim Daniel captivus jacuit, ut captivum populum ſolaretur. B. Serm. 32. a num. 27. ſeq. 7. Ut ſciat juſtus ſe in hac vita non adepturum mercedem ſuæ virtutis, ideo vocatur *palma*, quæ tantum in altero ſæculo fructum fert. B. Ser. 32. n. 29.

Præterea in inopia, & afflictionibus vivit, ut in virtute ac probitate conſervetur, pauci enim ſunt, qui in proſperitate & affluxu non in tranſverſum agantur: Quis eſt qui morem gerit Davidi monenti: *Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere*. Pſal. 61. Quis eſt qui Paulo monenti morem gerat: *Qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur?* 1. Cor. 7. D. 6. 50.

S. Chryſoſtom. varias affert rationes: 1. Ut in humilitate conſervetur. 2. Ut a mundo non plus æſtimetur, quam expedit. 3. Ut Dei potentia magis eluceſcat. 4. Ut pateat juſtos non ſervire Deo pro temporali felicitate, atque hinc 5. ut veritas alterius vitæ clareſcat. 6. ut exemplo Sanctorum diſcamus patientiam. 7. Ut non conqueramur pati, quod alii paſſi ſunt. 8. Ut agnoſcamus vanitatem terrenæ proſperitatis, &c. D. 11. 60. Item C. 1. Petr. 1. v. 7.

Patriarcha Jacob dies peregrinationis ſuæ vocat paucos, & malos; quia revera continuis curis, & calamitatibus fuit preſſus &c. D. 12. 85.

*58. Affligitur calamitatibus propter peccata aliorum.*

Abraham quæſivit ex Deo, *nunquid perdas juſtum cum impio?* Cur affligis innocentem? reſpondet Sanctus Thomas ex duplici ratione: *Pœna temporali quandoque unus punitur pro peccatis alterius*: Nimirum homines ſunt unum corpus, & ſi unum membrum reum eſt pœnæ, etiam alterum punitur: dein ut peccatum tanto magis fugiatur, dum *pœna unius redundat in omnes, &c.* ideo juſti aliquando conquerentur contra peccatores. B. Serm. 38. n. 10. &c.

*Ruben etiamſi erat innocens a venditione Joſeph, quia tamen commixtus erat cum fratribus nocentibus, hinc & affligitur cum eis*, ait Corn. a Lap. B. Serm. 38. n. 12. Cor. a Lap. in Gen. 42.

Daniel, Ananias, Azarias, Miſael erant in captivitate Babylon: an rei erant? minime. Patiebantur propter peccata populi nocentis, ait Origenes. B. Ser. 38. n. 13. & ſeq. Orig. hom. 1. in Job.

Deus educit Iſraelitas ex Ægypto, ut poſſit inter eos habitare. M. Conc. 13. aſſ. 1. n. 4. 5.

Propter Judam in navicula præſentem totum Collegium Apoſtolicum tempeſtate concutitur. Propter Jonam inobedientem omnes navigantes in periculum naufragii adducuntur. Propter furtivum Achan favores Divini a Belliduce Joſue recedunt. Propter peccata populi Daniel cum aliis abreptus eſt in captivitatem. Propter Chaldæos infideles & perverſos Abraham nullam a Deo benedictionem accepit.



Anima juſti non tam imago eſt cæli, quam ipſum cælum: habet ſolem intellectum, lunam fidem, aſtra virtutes, quæ maxime in nocte, id eſt, in adverſis lucent. C. Apocal. 21. v. 2.

*59. Sua præſentia prodeſt impiis.*

Zizania fuerunt conſervata propter triticum. Multæ animæ e naufragio ſalvantur propter Paulum. Saul prophetat propter præſentiam prophetarum, quibus ſe immiſcuit. S. punct. 62. fol. 216.

Sodoma & Gomorrha fuiſſet ſalvata propter decem juſtos. Joſeph ſervat Ægyptum a fame. Laban in ſuis rebus proſperatur propter Jacobum. Domui Zachæi fit ſalus propter adventum Chriſti. Auguſtinus convertitur ex auditione Ambroſii &c. Sanchez. 5. p. c. 3. fol. 391.

Homines juſti ſunt baſes & columnæ orbis, tum quia meritis ſuis Deum iratum quaſi ligant, tum, quia prædicando, & ſancte vivendo peccatores convertunt. Talis Atlas Sodomæ fuit Abraham, Judæis Moyſes, Samuel, David, Ezechias, & Jeremias; Deus enim pluris facit unum inſigniter Sanctum, quam centenos communiter juſtos. Talis Atlas fuit Urbi Venetæ S. Laurentius Juſtinianus: Emeſæ S. Simeon Salus: Orbi S. Dominicus, Franciſcus, Vincentius Ferrerius &c. Ideo merito S. Ambroſius: *Quam beata civitas, quæ plurimos juſtos habet &c.* C. in Malach. 4. v. 6. S. Amb. l. 2. de Cain & Abel c. 3. & 4.

Zizania non fuerunt eradicata propter triticum, dicente Domino: *Sinite utraque creſcere*. Sic juſtitia Dei nonnunquam civitati, oppido, aut pago, quem propter peccata exterminare aut depopulari decreverat, propter unum vel alterum hominem juſtum parcit. &c.

Quod aurum eſt inter metalla, hoc homo juſtus eſt inter populum. C. 1. Petr. 1. v. 7.

*60. Eſt murus, & ſcutum patriæ.*

Tunc ira Dei in propinquo eſt, ſi juſtos morte abripiat: quando expertus eſt Pharao cædem primogenitorum? tunc cum Moyſi dixit: *Recede a me &c.* O infelix Rex! portam aperis omni calamitati. Brixianus ait: *Obſervatum eſt, impios conſequi ſupremum interitum, cum a ſe viros Sanctos ejecerint*. B. Serm. 32. n. 43. Serm. 39. num. 6. Serm. 61. n. 18. Serm. 74. §. 1. per totum. Serm. 74. a n. 17.

Sanctus Exuperius Toloſam, Anaſtaſius Romam ab interitu ſervat. S. punct. 2. f. 7.

Sodomæ peperciſſet Deus propter decem juſtos. C. in Gen. fol. 178. col. 2. C. Malach. 4. v. 6.

*Si Noe, Daniel, & Job fuerint in medio ejus, ipſi ſalvabunt animas ſuas*. Ludovicus de Ponte intelligit in Noe juſtos præpoſitos, in Daniele juſtos continentes, in Job juſtos conjugatos. B. Serm. 39. n. 6. Serm. 74. a n. 17. ſeq.

Sanctus Jacobus Epiſcopus Urbis Niſibi, dictæ Antiochia Mygdonia, cum urbs a Sapore Perſarum Rege acriter obſidebatur, in turrim aſcendit, & pro incolumitate civium Deum rogat: atque ecce! immenſus veſparum, & crabronum cuneus adventabat, qui exercitum Perſarum in fugam egit. D. 7. 96.

Iſraelitæ per quadraginta annos peregrinati ſunt in Chanaan, quo per unum annum pertingere, & poſſeſſionem terræ captare potuiſſent. Cur ita? quia Deus prius deſtruere debuit Chananæos, ſed illos deſtruere non potuit propter merita S. Job, qui in illis terris degebat. Extat adhuc pyramis in ſepulcro Job, in terra Trachonitidis in tribu Manaſſe, quod a Græcis & gentilibus valde æſtimatur. C. N. 14. v. 9.

*61. Quanti æſtimetur a Deo.*

Homo juſtus eſt pupilla oculi Divini, ideo Chriſtus in tempeſtate dormivit, quia ad turbinem ſolemus oculos claudere, ne pupilla lædatur. M. conc. 17. aſſ. 1. n. 4.

Æſtimatur, & amatur a Deo plus, quam totus mundus. Ib. n. 6.

Deus cum homine juſto partitur ſuam potentiam, & auctoritatem, uti cum Adamo, Moyſe &c. Ib. n. 8. 9. &c.

Magna eſt dignitas hominis juſti coram Deo. 1. Propter gratiam ſanctificantem, qua Filius Dei, & Divinæ conſors naturæ efficitur. 2. Quia per juſtificationem datur illi tota Sanctiſſima Trinitas, ita ut in anima juſti, tanquam in templo ſuo ſubſtantialiter inhabitet. 3. Quia per gratiam perfectiſſima fit amicitia inter Deum & hominem. 4. Quia per S. Euchariſtiam fit concorporeus, & quaſi conſangui-

neus

neus Chriſti, dicente S. Cyrillo: *Sic efficimur Chriſtiferi, hoc eſt Chriſtum in corporibus noſtris ferentes.* 5. Quia per fidem ſimilis fit Deo, & Chriſto, ita dicit, & docet Nyſſenus: *Chriſtianiſmus eſt imitatio Divinæ naturæ.* 6. Quia per caritatem, & caſtitatem proxime adhæret Deo &c. Ex quo ſequitur primo, quam immenſam ſtultitiam committat miſer, qui per peccatum tantam dignitatem amittit: *Agnoſce, O homo,* ait S. Leo, *dignitatem tuam, & Divinæ conſors factus naturæ noli in veterem vilitatem redire.* Sequitur ſecundo, quam immane crimen committat impudens diaboli emiſſarius, qui animam Deo tam caram ac pretioſam ſuffuratur, & pervertit, &c. C. 2. Petri 1. v. 4.

Homo juſtus per juſtificationis gratiam tripliciter fit Filius Dei, ſcilicet in præteritum, præſens, & futurum: 1. In præteritum per generationem ſpiritualem, de qua S. Jacobus: *Genuit nos Verbo veritatis.* 2. Per paternam curam qua Deus, ut filios nos amat, & tuetur, in præſens, juxta illud Pſalmi: *Jacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet.* 3. In futurum per hereditatem cæleſtem, quam nobis filiis dabit, ut ſimus heredes, & coheredes Chriſti. C. 1. Joann. c. 3. v. 1.

Qui juſtum perſequuntur, certe punientur; ideo David fugit Abſalonem, ut mortem ipſius non cogatur aſpicere. M. conc. 34. aſſ. 1. n. 3.

Homo juſtus comparatur Stellæ, quæ licet parva videatur, in ſe tamen magna eſt. C. Gen. 1. v. 16.

Anima ſancta, ſeu homo juſtus, plenus gloria Dei. Iſa. 6. v. 3.

Deus per miraculum eripit juſtos ex inſidiis perſequentium, ſic Eliſeum milites non viderunt, Sanctum Gregorium cum Diacono orantem milites putant eſſe arborem. C. Gen. c. 19. v. 11.

Cant. 2. *Dilectus meus mihi & ego illi.* Supra hæc verba quærit Bernardus: Itane huic intenta eſt illa Maieſtas, cui gubernatio pariter & adminiſtratio univerſitatis incumbit? Ita plane! Deus animam juſti adeo æſtimat, ut de illa glorietur &c. A. lect. 8. n. 20.

1. Cor. 3. Anima juſti eſt templum Dei, *Neſcitis, quia templum Dei eſtis?* 1. Quia ſicut Eccleſia certis ritibus conſecrata eſt; ita anima Deo ſacra. 2. In templo vigilant Angeli; ita & animam ſanctam ſæpe viſitant. 3. Domum Dei decet ſanctitudo; ita animam amor Divinus. 4. Eccleſia conſtruitur ex lapidibus politis; ita anima debet excoli mortificatione. 5. Sicut ergo Princeps, licet potentia ſua ſit in toto regno, ſpecialiter tamen eſt in palatio; ita Deus, licet ſit ubique, ſpecialiter tamen habitat in anima juſti. C. Aggæi 2. v. 24.

*62. Cur a Deo interdum labi permittatur?*

Homo juſtus ſæpe turpiter cadit, cur? 1. Ut in humilitate conſervetur: Elias timuit minas Jezabelis, ubi Gregorius: S. Greg. l. 19. Mor. c. 5. *In illis virtutibus Elias quid a Deo acceperat: in iſtis infirmitatibus, quid de ſeipſo poterat, agnoſcebat.* 2. Ut diſcat aliis S. Baſil. homil. de humilit. compati, ſic *Petrus inſtitutus eſt ad pietatem, edoctus etiam aliis infirmis parcere,* ait Sanctus Baſilius. 3. Ut alii homines juſti ſemper inter ſpem, & metum vivant: Job tentationem vicit, ut ſpem noſtram erigat, ait Sanctus Gregorius, S. Greg. l. 2. Mor. c. 1. David proſtratus eſt, ut metum incutiat. B. Serm. 32. a num. 50. ſeq.

Præſertim in principio converſionis magis tentationibus oppugnatur ex variis rationibus. 1. Ut diſcat, quia fortior factus eſt. 2. Ut non extollatur ob ſuam virtutem, quam magis gratiæ Dei, quam ſuis viribus debet. 3. Ut dæmon ſentiat illius diſceſſum. 4. Ut per exercitationem fortior evadat. S. punct. 34. fol. 149.

Infernalis tentator cum ſuis tentationibus moleſtior eſt juſtis quam impiis: Cur? Ælianus obſervat in canibus venaticis, Ælian. l. 8. c. 1. ſi leporem, aut cervum mortuum inveniant, non curant prædam caſu inventam. At ſi incidunt in vivum, hunc velociſſime magna cum rabie, & latratu inſequuntur, & apprehenſum mordicus tenent; quia canis ambitioſum eſt animal, & magis victoriam, quam prædam quærit. Sic facit canis infernalis, homini anima tenus mortuo parum moleſtus eſt, ſed vivo in gratia.

*63. Singulariter fruitur providentia Dei.*

*Ego ſum Deus Patris tui, Deus Abraham,* Exod. 3. *Deus Iſaac, & Deus Jacob.* Quæſo cur trina vice repetit voculam *Deus?* Reſpondet Cornelius a Lapide: *Ut oſtendat, quantam ſingulorum habeat curam, quod ſcilicet ſingulorum ſit Deus.* Et Origenes ait, Origen. hom. 12. in Matt. Deum ſignificaſſe, ſe ſingulorum eſſe totum. A. lect. 8. n. 19. & 21.

Deus ſpecialiſſimam habet curam electorum; eos dirigit, gubernat, protegit, facitque ut omnia illorum bono ſerviant. Quid



Quid enim eſt eorum prædeſtinatio? eſt *Propoſitum miſerandi,* ait de Deo S. Auguſtinus; ad hujus propoſiti obſequium Deus ordinat omnes creaturas, ut adimpleatur. &c. Segn. Manna 20. Junii n. 1. C. 1. Petr. 1. v. 5.

S. Joſephus ab Arimathæa a Judæis immuratur, ut ſic fame pereat, ſed per quadraginta annos lumen ac panem cælitus accipit, donec ab Imperatore Tito fuit liberatus. Sanchez 6. par. c. 5. fol. 741.

In terra Geſſen Ægyptii affligebantur peſte, ranis, tenebris aliiſque plagis, & Hebræi ab his omnibus erant immunes. C. Exod. 9. v. 4.

Cum fratres Joſeph ſecundo in Ægyptum veniſſent, aſſumpto ſecum etiam Benjamin natu minimo fratre, ait Scri-
Gen. 43. ptura: *Attollens Joſeph oculos vidit fratrem ſuum Benjamin.* Mirabile dictu! an non & cæteros fratres vidit? Omnino vidit! ſed Scriptura id exprimit, quia connaturale eſt, ut eos, quos tenerius amamus, in turba præ cæteris videamus. Sic Deus, etiamſi juſtorum & impiorum Dominus ſit, magis tamen pro juſtis vigilat.

Etiam tacentes exaudit Deus, nec quæritur locus, nec ſenſus: Jeremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tripudiant, Job nudus in ſterquilinio triumphat, latro de cruce paradiſum invenit, non eſt locus, ubi non ſit Deus. Moyſes a Joſepho ita oraſſe traditur: Tuum eſt Domine hoc mare, tuus eſt hic mons, qui nos claudit: ſi vis, & poteſt hic te jubente aperiri, & illud in terram verti. C. Exod. 14. v. 15.

Homo juſtus tam in proſperis, quam adverſis imperturbabilis eſt; quia ſcit Deum ſui curam habere. C. Prov. 12. v. 21. Vide Tit. *Conſtantia* apud Fortitudinem. Et Prov. 28. v. 1.

*64. Fruitur conſolatione Divina.*

*Dicite juſto quoniam bene:* quia omnibus deliciis affluit &c. M. conc. 2. aſſ. 3. num. 6. 7.

Iſaaco pondus lignorum non pondus eſt, ſed alæ. M. conc. 32. aſſ. 1. n. 11. Petro carcer hortus eſt. Ib. n. 12. Fruitur exceſſu conſolationis tanto, ut ferre non poſſit, ideo Sanctus Petrus rogavit: *Exi a me Domine.* M. conc. 34. aſſ. 1. n. 7. 8.

Sæpe Dominus Deus moderari debet cæleſtes conſolationes, quia juſti ferre non poſſunt: ita apud ſponſam ordinavit caritatem: Sancto Philippo Nerio cor dilatatur. Sanctus Xaverius clamat: *Satis eſt.* M. conc. 34. aſſ. 4. n. 8. 9. &c.

Proinde ne dicas: in mundo nihil habeo præter Deum: ſi enim Deum habes, felicior es feliciſſimis mundi poſſeſſoribus: iſti a ſuis divitiis tam parum felices redduntur, quam æthiops ex albedine dentium dici poſſit albus. *Verte impios & non erunt,* Prov. 12. ſicut pictura verſa nihil pulchri habet. P. p. 2. diſ. 8. n. 9. Lætatur in morte. C. in Eccli 1. v. 13.

*Deſcendi in hortum nucum,* ut viderem poma convallium. Quæſo cur Dilectus primo omnium meminit nucum? Cur non pomorum, uvarum? quæ amæniori longe ſapore guſtui placent? Reſpondet Philo, per nucem ſignificari perfectam Philo l. 3. de vita Moyſ. virtutem: extremum putamen eſt amarum, ligneus cortex eſt ſolidus: ſic labor virtutis durus eſt & difficilis, intus autem eſt dulciſſimus nucleus. Nux ergo eſt homo juſtus, qui licet ad extra ſit contemptibilis, & auſteritate amarus, intus tamen cæleſti dulcedine gaudet. *Quid per nuces,* ait S. Gregorius, *niſi perfectos quoſque intelligimus, ... qui ſancta gaudia in corde ruminant.* C. in Cant. 6. v. 10.

*65. Frequenter ſugillatur ab Impiis.*

Cum Carolus V. Imperator regno ſe abdicaverat, indicibile eſt quot cryſes debuerit pati: aliqui putabant reſignationem fuiſſe factam ex impatientia morborum, alii ex metu felicitatis Henrici Galliarum Regis, alii ex deſperatione non expugnatæ urbis Divoduri, alii ex ambitione, & faſtu, alii ex remorſu conſcientiæ ob devaſtatam urbem Romanam &c. Ita hodiedum fit. D. 3. 36. Paolecti Fer. 4. poſt. Dom. 3. Quad.

Simia eſt ſuperbum animal, quod mirum in modum ſibi ipſi complacet. Quapropter cum forte in ſpeculum incidit, in quo ſuam deformitatem agnoſcit, exardeſcens ira in vitrum baculis & lapidibus ſævit. Sic mundani agunt, in ſuis moribus & vanitatibus ſibi omnino complacent; cum autem ab hominibus juſtis virtuti deditis ſibi ſuam impietatem refutari vident, illos odio habent, irrident & explodunt. Sic Chriſtus a Judæis, Apoſtoli ab Infidelibus, Magiſtri a diſcipulis perſecutionem patiuntur.

Sicut canes tantum allatrant homines ſibi ignotos: ita heretici, aut mali Chriſtiani criminantur vitam Religioſorum aut Sacerdotum, putant eſſe homines inu-

inertes, otioſos, mundo inutiles, aut omnino nocivos. O quam longe alia facies erit in illa die, ubi Religioſi, mundo ignoti, primi omnium ad coronam vocabuntur! &c. tunc dicent mundani: Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperii! &c.

*66. Illius opera ſæpe ſunt mendoſa.*

Juſtorum actiones ab occulto ſæpe vitio corrumpuntur. Vel enim ſubeſt motivum vanum, vel mera conſuetudo, vel naturalis proclivitas vel delectatio, & ſolatium internum, vel amor proprius, & vani honoris complacentia &c. B. Serm. 26. a num. 15. uſque 29. &c.

Septem Epiſcopi Aſiæ omnes erant Sancti, & tamen a Deo ob varios nævos correpti. B. Serm. 26. n. 49.

Sicut ſæpe Eccleſiæ ex ruderibus fanorum ædificatæ adhuc in ſe habent fruſta idolorum, & ſaxa diabolicis figuris inſculpta: ita homines juſti nævos arcanos, & vitiorum ſimulacra retinent. Ezechiel vidit in templo imagines ſerpentum, beſtiarum, & idolorum, & quoſdam thurificantes: O quot ejuſmodi beſtiæ ſæpe adhuc latent in memoria, in intellectu &c. S. punct. 113. fol. 344.

Gal. 6. *Qui ſeminat in carne, de carne & metet corruptionem*, ait Apoſtolus, quibus verbis ſignificat, operibus bonis, quæ comparantur ſemini, ſæpe motiva carnalia ſubeſſe poſſe, vanitatem, ambitionem, negligentiam, impatientiam, aliaſque operum corruptiones. Sicut ergo in meſſe primum patet, quale fuerit ſemen, qualis ſeminans, qualis terra ſeminata: ita in judicio patebit, an opera omnis nævi ſint immunia. *Segn. Manna* 21. *Aug.*

Coram Deo opera hominis ſunt vilia. 1. Quia natus eſt filius iræ. 2. Quia primam gratiam cito perdidit. 3. Quia certus non eſt illam recuperaſſe. 4. Quia gratias actuales ſæpe neglexit, aut 5. Languide reſpondit &c. *Segn. Manna* 19. *Jul.*

*67. Cur prærnatura morte mundo eripiatur.*

Homo juſtus ſæpe præmatura morte abripitur. Quare? 1. *Ne malitia mutaret intellectum ejus*, tanta enim eſt morum perverſitas, ut etiam innocentes, niſi mature abripiantur, de perverſione periclitentur. 2. Præmature abripiuntur ex Miſericordia Dei, ne impii viſis tot virtutum exemplis gravius peccent, & gravius damnentur. 3. Ex juſticia Dei, ne juſti precibus & meritis ſuis retardent pœnas impiorum promeritas; hinc cum videmus Dei famulos & famulas magno in numero morte abripi, metuendum plane eſt, imminere vindictam Dei, dicereque Deum ſicut olim ad Moyſen, *permitte me, ut iraſcatur furor meus*. B. Serm. 32. n. 41. Et Serm. 74. §. 4. a n. 17.

Ulterior cauſa hujus Providentiæ eſt, ut homines impii ſalutari metu concutiantur, cogitantes, quid ſibi metuendum ſit, cum Deus adeo auſtere cum hominibus juſtis procedit. Leones cicurati nonnunquam ad ferocitatem ſuæ naturæ revertuntur, rugiunt, ſæviunt, & mala maxima minitantur. Quid remedii? in eorum conſpectu canis crudeliter cæditur, & demum trucidatur. Sic Leo contremiſcere incipit, & argumentum capit, quid ſibi timendum eſſet, cum innocens animal tam immiſericorditer habetur. B. *Ibid.*

VIRTUTES SANCTORUM.

Humilitas Sanctorum.

*68. Fugiunt honores ac dignitates.*

SAnctus Gregorius, Petrus Cœleſtinus, Ambroſius, Thomas Aquinas, Philippus Nerius recuſant Epiſcopatus oblatos. B. Serm. 45. num. 12. Vide titulum *HUMILITAS*.

Sanctus Pæmen venientem Provinciæ judicem non admittit, ne ob inanem gloriam humilitate excidat. S. punct. 21. fol. 83.

Monachus quidam a Theodoſio Imperatore in ſua cellula viſitatus, & ob vitæ felicitatem laudatus procul in Ægyptum Sedem ſuam transfert. S. Ib. fol. 84.

Ægydius Athenienſis, quoniam Regia ſtirpe, & miraculis clarere cœpit, illuc cellam ſuam transfert, ubi non facile mortalium de ſe rumores audire poterat. S. punct. 21. fol. 84.

Idem legitur de Jodoco ſanctitate, Regumque Britanniæ ſanguine claro.

Alexius Nobilis Romæ Patritius in paterna domo ſeptendecim annis ſub ſcala omnibus ignotus deliteſcit. S. Ib. fol. 85.

Simile quid de Eulalio, Pynuphio, Hilarione, aliiſque habetur. S. Ibid. fol. 86.

S. Margarita Regis Hungariæ filia dicere ſolebat: utinam ſubulci filia eſſem, ut a nemine honorarer. Erat ulceribus plena, & tamen ulcera ſtudio non purgavit, ut omnibus nauſeæ eſſet. Sanchez 7. par. c. 2. f. 919.

Cum



Cum Abbas Neſtorius cum aliquot Monachis ſolitudinem pertranſiret, fera bellua illis occurit. Fugerunt omnes. Poſtliminio quærebant Monachi Abbatem cur & ipſe fugerit? reſpondit: Fugi vanam gloriam; quia ſi bellua ſicut me honoraſſet, potuiſſem de me ipſo concipere jactabundas cogitationes. Sanchez 7. p. c. 3. fol. 920.

S. Auguſtinus, Ambroſius, Marcus, Gregorius, Theodorus, Franciſcus, Ammonius, aliique fugiunt, & acceptare detrectant dignitatem ſacerdotalem. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 924. ſeq.

*69. Cupiunt a mundo pro ſtultis haberi.*

Sancta quædam Virgo, teſte Baſilio, ſtultam ſe ac dæmoniacam ſimulabat, quæ uſque adeo ab aliis horrori habebatur, ut nec cibum quidem cum ea acciperent: ita in ſolo miniſterio culinæ perſeverabat, ab omnibus communiter fatua dicta: ſed a Sancto Peſterio agnita honoratur. S. punct. 21. fol. 87.

Judex quidam veniebat ad Sanctum Simonem Abbatem, ut eum ob celebrem ſanctitatem veneraretur: Sanctus Abbas accipiens panem, & caſeum ante aditum cellæ ſuæ incæpit manducare, & ſic ab omnibus irriſus, & ſpretus fuit. S. punct. 21. fol. 88.

Senex quidam, cum videret aliquos ad ſe venire cum lampadibus & magna veneratione, ſubito ſe denudat & in flumine incipit lavare, ut ſic pro ſtulto haberetur. S. Ib.

Simeon Salus, poſtquam ad inſignem perfectionem jam pervenit, ſtultum ſe ſimulavit, ut effugeret vanum honorem: ingreſſus urbem Emeſam mortuum canem pedibus alligavit, eumque traxit prope locum, ubi erat ſchola puerorum: cum ergo eum vidiſſent pueri, clamare cæperunt: Abbas ſtultus, & ei colaphos dederunt. Poſtera die ingreſſus Eccleſiam in principio officii amputavit, & extinxit candelas: aſcendit umbonem & nucibus lapidavit mulieres, ſubvertit libros placentariorum, aliaque ſexcenta talia fecit, ut ſuam ſanctitatem celaret. S. Ib. fol. 88. D. 3. 86.

S. Philippus Nerius interdum in platea ſaltare, publice bibere, ſemitonſus incedere, flores geſtare viſus eſt, quibus humillime de ſeipſo ſentiens pro viribus conatus eſt, ut idem cæteri de ſe ſentirent.

1. Cor. 3. S. Ib. f. 89. Conformiter ad illud Apoſtoli monitum: *Siquis videtur inter vos ſapiens eſſe, in hoc mundo ſtultus fiat, ut ſit ſapiens.* S. Ibid. fol. 87. D. 3. 87.

Cum famulus Eliſei Ducem Jehu in Regem inunxit, & cito aufugit, a militibus ſtultus vocatus eſt; quia Prophetæ tam ridiculas actiones nonnunquam exercebant, ut putarentur inſani. Iſaias nudus ambulat, Ezechiel bovis excrementa comedit, Oſeas fornicariam ducit &c. D. 5. 1.

Tabitha ſtultam ſe ſimulat, & mucido pane contenta nunquam e culina in triclinium ad Moniales venit. Pitrius Abbas putans ſe ad magnam perfectionem veniſſe, audit vocem ſibi dicentem, quod necdum perfectionem illius ſtultæ attingat. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 903.

Abbas Simeon, cum ejus viſendi cauſa Prætor regionis adventaret, ante cellam ſedens panem & caſeum vorabat potius, quam manducabat, & ideo a Prætore deſpectus fuit prout deſpici cupiebat. S. Juniperus cum Romam iret, & ingens populus illi obviam progrederetur, cum pueris in platea ludentibus ludere capit, & ſic contemptus fuit. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 926.

S. Felix Capuccinus & S. Philippus Nerius videntur in publica platea jocari, ac nugari, ut a populo contemnantur. R. 1. cent. 2. part. mir. 39.

Deus vult, jubetque ſuos coram mundo ſtulteſcere, ut ſibi ſoli ſapiant; hac de cauſa imperavit illis paradoxa, & a communi vitæ uſu abhorreſcentia, ut eos doceret ſimplicem obedientiam, & mundi contemptum. Ita Ezechiel juſſus eſt, ritu furentis raſam barbam, capilloſque in aerem ſpargere, & flamma comburere. Jeremias velut ſervus fugitivus vinculis onuſtus urbem obambulavit. Ita veteres aſcetæ, & Monachi inſulſitas, & ridiculas actiones exercebant. Joannes Abbas per triennium irrigavit lignum aridum. S. Alexander carbonarium egit, & quæ ſunt ſimilia. C. Ezech. 4. v. 17. in fine.

*70. Faciunt obſequia viliſſima.*

S. Eldeburga Regis Angliæ filia, in aula Evangelium præ armillis & monilibus eligens, dein in Monaſterium conceſſit, ubi præter alios viles labores, ſociarum ſuarum ſoccos noctu ſurripere, & diligenter lotos ad lectos earum reponere ſolebat. E. *Humilitas* 20.

S. Bernardus & ſuos & ſociorum calceos inungebat, cumque diabolus ſub ſchemate ſpecioſi hoſpitis eum deridebat, Bernardus agnoſcens angelum tenebrarum in labore perrexit, & eum in fugam egit. E. *Humilitas* n. 22.

Hen-

inertes, otioſos, mundo inutiles, aut omnino nocivos. O quam longe alia facies erit in illa die, ubi Religioſi, mundo ignoti, primi omnium ad coronam vocabuntur? &c. tunc dicent mundani: Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperii! &c.

*66. Illius opera ſæpe ſunt mendoſa.*

Juſtorum actiones ab occulto ſæpe vitio corrumpuntur. Vel enim ſubeſt motivum vanum, vel mera conſuetudo, vel naturalis proclivitas vel delectatio, & ſolatium internum, vel amor proprius, & vani honoris complacentia &c. B. Serm. 26. a num. 15. uſque 29. &c.

Septem Epiſcopi Aſiæ omnes erant Sancti, & tamen a Deo ob varios nævos correpti. B. Serm. 26. n. 49.

Sicut ſæpe Eccleſiæ ex ruderibus fanorum ædificatæ adhuc in ſe habent fruſta idolorum, & ſaxa diabolicis figuris inſculpta: ita homines juſti nævos arcanos, & vitiorum ſimulacra retinent. Ezechiel vidit in templo imagines ſerpentum, beſtiarum, & idolorum, & quoſdam thurificantes: O quot ejuſmodi beſtiæ ſæpe adhuc latent in memoria, in intellectu &c. S. punct. 113. fol. 344.

Gal. 6. *Qui ſeminat in carne, de carne & metet corruptionem*, ait Apoſtolus, quibus verbis ſignificat, operibus bonis, quæ comparantur ſemini, ſæpe motiva carnalia ſubeſſe poſſe, vanitatem, ambitionem, negligentiam, impatientiam, aliaſque operum corruptiones. Sicut ergo in meſſe primum patet, quale fuerit ſemen, qualis ſeminans, qualis terra ſeminata: ita in judicio patebit, an opera omnis nævi ſint immunia. *Segn. Manna* 21. *Aug.*

Coram Deo opera hominis ſunt vilia. 1. Quia natus eſt filius iræ. 2. Quia primam gratiam cito perdidit. 3. Quia certus non eſt illam recuperaſſe. 4. Quia gratias actuales ſæpe neglexit, aut 5. Languide reſpondit &c. *Segn. Manna* 19. *Jul.*

*67. Cur prematura morte mundo eripiatur.*

Homo juſtus ſæpe prematura morte abripitur. Quare? 1. *Ne malitia mutaret intellectum ejus*, tanta enim eſt morum perverſitas, ut etiam innocentes, niſi mature abripiantur, de perverſione periclitentur. 2. Præmature abripiuntur ex Miſericordia Dei, ne impii viſis tot virtutum exemplis gravius peccent, & gravius damnentur. 3. Ex juſtitia Dei, ne juſti precibus & meritis ſuis retardent pœnas impiorum promeritas; hinc cum videmus Dei famulos & famulas magno in numero morte abripi, metuendum plane eſt, imminere vindictam Dei, dicereque Deum ſicut olim ad Moyſen, *permitte me, ut iraſcatur furor meus*. B. Serm. 32. n. 41. Et Serm. 74. §. 4. a n. 17.

Ulterior cauſa hujus Providentiæ eſt, ut homines impii ſalutari metu concutiantur, cogitantes, quid ſibi metuendum ſit, cum Deus adeo auſtere cum hominibus juſtis procedit. Leones cicurati nonnunquam ad ferocitatem ſuæ naturæ revertuntur, rugiunt, ſæviunt, & mala maxima minitantur. Quid remedii? in eorum conſpectu canis crudeliter cæditur, & demum trucidatur. Sic Leo contremiſcere incipit, & argumentum capit, quid ſibi timendum eſſet, cum innocens animal tam immiſericorditer habetur. B. *Ibid.*

VIRTUTES SANCTORUM.

Humilitas Sanctorum.

*68. Fugiunt honores ac dignitates.*

SAnctus Gregorius, Petrus Cœleſtinus, Ambroſius, Thomas Aquinas, Philippus Nerius recuſant Epiſcopatus oblatos. B. Serm. 45. num. 12. Vide titulum HUMILITAS.

Sanctus Pæmen venientem Provinciæ judicem non admittit, ne ob inanem gloriam humilitate excidat. S. punct. 21. fol. 83.

Monachus quidam a Theodoſio Imperatore in ſua cellula viſitatus, & ob vitæ felicitatem laudatus procul in Ægyptum Sedem ſuam transfert. S. Ib. fol. 84.

Ægydius Athenienſis, quoniam Regia ſtirpe, & miraculis clarere cœpit, illuc cellam ſuam transfert, ubi non facile mortalium de ſe rumores audire poterat. S. punct. 21. fol. 84.

Idem legitur de Jodoco ſanctitate, Regumque Britanniæ ſanguine claro.

Alexius Nobilis Romæ Patritius in paterna domo ſeptemdecim annis ſub ſcala omnibus ignotus deliteſcit. S. Ib. fol. 85.

Simile quid de Eulalio, Pynuphio, Hilarione, aliiſque habetur. S. Ibid. fol. 86.

S. Margarita Regis Hungariæ filia dicere ſolebat: utinam ſubulci filia eſſem, ut a nemine honorarer. Erat ulceribus plena, & tamen ulcera ſtudio non purgavit, ut omnibus nauſeæ eſſet. Sanchez 7. par. c. 2. f. 919.

Cum



Cum Abbas Neſtorius cum aliquot Monachis ſolitudinem pertranſiret, fera bellua illis occurit. Fugerunt omnes. Poſtliminio quærebant Monachi Abbatem cur & ipſe fugerit? reſpondit: Fugi vanam gloriam; quia ſi bellua circum me honoraſſet, potuiſſem de me ipſo concipere jactabundas cogitationes. Sanchez 7. p. c. 3. fol. 920.

S. Auguſtinus, Ambroſius, Marcus, Gregorius, Theodorus, Franciſcus, Ammonius, aliique fugiunt, & acceptare detrectant dignitatem ſacerdotalem. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 924. ſeq.

*69. Cupiunt a mundo pro ſtultis haberi.*

Sancta quædam Virgo, teſte Baſilio, ſtultam ſe ac dæmoniacam ſimulabat, quæ uſque adeo ab aliis horrori habebatur, ut nec cibum quidem cum ea acciperent: ita in ſolo miniſterio culinæ perſeverabat, ab omnibus communiter fatua dicta: ſed a Sancto Peſterio agnita honoratur. S. punct. 21. fol. 87.

Judex quidam veniebat ad Sanctum Simonem Abbatem, ut eum ob celebrem ſanctitatem veneraretur: Sanctus Abbas accipiens panem, & caſeum ante aditum cellæ ſuæ incæpit manducare, & ſic ab omnibus irriſus, & ſpretus fuit. S. punct. 21. fol. 88.

Senex quidam, cum videret aliquos ad ſe venire cum lampadibus & magna veneratione, ſubito ſe denudat & in flumine incipit lavare, ut ſic pro ſtulto haberetur. S. Ib.

Simeon Salus, poſtquam ad inſignem perfectionem jam pervenit, ſtultum ſe ſimulavit, ut effugeret vanum honorem: ingreſſus urbem Emeſam mortuum canem pedibus alligavit, eumque traxit prope locum, ubi erat ſchola puerorum: cum ergo eum vidiſſent pueri, clamare cæperunt: Abbas ſtultus, & ei colaphos dederunt. Poſtera die ingreſſus Eccleſiam in principio officii amputavit, & extinxit candelas: aſcendit umbonem & nucibus lapidavit mulieres, ſubvertit libros placentariorum, aliaque ſexcenta talia fecit, ut ſuam ſanctitatem celaret. S. Ib. fol. 88. D. 3. 86.

S. Philippus Nerius interdum in platea ſaltare, publice bibere, ſemitonſus incedere, flores geſtare viſus eſt, quibus humillime de ſeipſo ſentiens pro viribus conatus eſt, ut idem cæteri de ſe ſentirent.
1. Cor. 3. S. Ib. f. 89. Conformiter ad illud Apoſtoli monitum: *Siquis videtur inter vos ſapiens eſſe, in hoc mundo ſtultus fiat, ut ſit ſapiens.* S. Ibid. fol. 87. D. 3. 87.

Cum famulus Eliſei Ducem Jehu in Regem inunxit, & cito aufugit, a militibus ſtultus vocatus eſt; quia Prophetæ tam ridiculas actiones nonnunquam exercebant, ut putarentur inſani. Iſaias nudus ambulat, Ezechiel bovis excrementa comedit, Oſeas fornicariam ducit &c. D. 5. 1.

Tabitha ſtultam ſe ſimulat, & mucido pane contenta nunquam e culina in triclinium ad monialés venit. Pitrius Abbas putans ſe ad magnam perfectionem veniſſe, audit vocem ſibi dicentem, quod necdum perfectionem illius ſtultæ attingat. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 903.

Abbas Simeon, cum ejus viſendi cauſa Prætor regionis adventaret, ante cellam ſedens panem & caſeum vorabat potius, quam manducabat, & ideo a Prætore deſpectus fuit prout deſpici cupiebat. S. Juniperus cum Romam iret, & ingens populus illi obviam progrederetur, cum pueris in platea ludentibus ludere capit, & ſic contemptus fuit. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 926.

S. Felix Capuccinus & S. Philippus Nerius videntur in publica platea jocari, ac nugari, ut a populo contemnantur. R. 1. cent. 2. part. mir. 39.

Deus vult, jubetque ſuos coram mundo ſtulteſcere, ut ſibi ſoli ſapiant; hac de cauſa imperavit illis paradoxa, & a communi vitæ uſu abhorreſcentia, ut eos doceret ſimplicem obedientiam, & mundi contemptum. Ita Ezechiel juſſus eſt, ritu furentis raſam barbam, capilloſque in auram ſpargere, & flamma comburere. Jeremias velut ſervus fugitivus vinculis onuſtus urbem obambulavit. Ita veteres aſcetæ, & Monachi inſolitas, & ridiculas actiones exercebant. Joannes Abbas per triennium irrigavit lignum aridum. S. Alexander carbonarium egit, & quæ ſunt ſimilia. C. Ezech. 4. v. 17. in fine.

*70. Faciunt obſequia viliſſima.*

S. Eldeburga Regis Angliæ filia, in aula Evangelium præ armillis & monilibus eligens, dein in Monaſterium conceſſit, ubi præter alios viles labores, ſociarum ſuarum ſoccos noctu ſurripere, & diligenter lotos ad lectos earum reponere ſolebat. E. *Humilitas* 20.

S. Bernardus & ſuos & ſociorum calceos inungebat, cumque diabolus ſub ſchemate ſpecioſi hoſpitis eum deridebat, Bernardus agnoſcens angelum tenebrarum in labore perrexit, & eum in fugam egit. E. *Humilitas* n. 22.

Hen-

Henricus de Lovanio Doctor Pariſienſis ingreſſum in Monaſterium ſupliciter rogitans, & admiſſus ibi ſubulcum, ſeu porcorum paſtorem agit per viginti annos. E. *Humilitas* 28.

Joannes Alvarez relicto paterno principatu in Ordinem S. Dominici ſecedit. Aliquando, cum cocum in culina juvare juberetur, adeſt in Monaſterio Illuſtriſſimus Parens. Et ecce! filius non erubuit in culinaria, mucida veſte obviam ire parenti. Sed ob tantam humilitatem extulit illum Deus in Cardinalium Collegium. *Epitom. Dom.* 16. *Sept.*

S. Franciſcus Borgias Gandiæ Dux, ſublimiſſima Principum origine natus, cum relictis mundanis omnibus in Societatem JESU conceſſit, maxima humilitate, abjectiſſima munia obiit, verrere ſordes, emendicare victum oſtiatim, ægris miniſtrare in noſocomiis, in deliciis habuit. Brev. 10. Octob.

Cur autem Sancti ad abjectiſſimum humilitatis gradum ſe demiſerunt? Exemplo Chriſti, qui licet fuerit Rex Regum, & Dominus Dominantium, in humana natura, uſque ad conſortium jumentorum in ſtabulo, uſque ad pedes Apoſtolorum poſt cœnam, uſque ad crucis infamiam in morte ſeſe abjecit. &c.

### 70. *Viliſſime de ſeipſis ſentiunt.*

B. Maria de Incarnatione Ord. Carmeli multis, abjectiſque verbis ſeipſam vituperabat: propter ſuperbiam ſe tumidum bufonem, propter peccata ſe ſterquilinium vocabat. In aliquo morbo dicebat: Ecce! hic jaces, quæ aliis ſervire deberes, ſed hoc meretur ſuperbia tua &c. N. 18. April.

Sancti plagas a Deo immiſſas ſuis peccatis adſcribunt: ſic S. Lupus Threcenſis Epiſcopus Attilæ adventanti occurrit, roganſque quis eſſet, & audiens: Ego ſum Attila flagellum Dei, dixit: *Quis mortalium Dei flagello reſiſtet? Ego ſum Lupus diſſipator gregis Domini; veni ergo Dei mei flagellum, utere illo, ut Deus concedit*, ſic juſſit portas aperiri, frænumque Attilæ tenens, pedes eum cum copiis per mediam urbem duxit. Ejuſdem humilitatis fuerunt Jeremias, Daniel, Machabæi & alii. C. Thren. 1. v. 1.

Virtutem omnem, ipſamque humilitatem Deo in acceptis referunt, & ſicut Chriſtus Dominus petitus ad regnum fugit, e contra ad crucis ignominiam ſe ultro obtulit; ita ad omnem præeminentiam ſe ineptos, econtra omni vilipenſione ſe dignos reputant. Magiſque lætantur de ſui contemptu, quam mundani gaudeant de applauſu, & promotione. C. in Luc. 1. v. 48.

Coriarius ille, cui S. Antonius, Angelo revelante, in meritis comparatus eſt, fuit humillimus, dicere ſolitus: Omnis hæc civitas ingreditur in regnum Dei, ego autem ſolus propter peccata damnabor. C. Exod. 7. v. 1.

### 71. *Exaltantur a Deo.*

Quia Moyſes indignum ſe reputavit dimicare contra Pharaonem, factus eſt quaſi Deus Pharaonis, ita ut potuerit imperare aquis, producere ranas, muſcas, ciniphes, tenebras, peſtem & alia &c. Simili modo S. Baſilius factus eſt Deus Valentis Imp. S. Ambroſius Juſtinæ Imp. S. Athanaſius, Hilarius, Hoſius & Lucifer Conſtantii Imp. dum eos liberrime coarguerunt, imo Neroni, Decio, Diocletiano, & Antichriſto compararunt &c.

Sicut Moyſes vicit Pharaonem, ita humilis vincit diabolum. S. Macarium falce voluit percutere diabolus, ſed non potuit. Tunc horrendum ejulavit, dixitque: Vah Macari! facio omnia & plura quam tu; jejuno, vigilo, plus quam tu, ſed una re me vincis? Qua illa? *Humilitas tua ſola me vincit &c.* C. in Exod. c. 7. v. 1.

Teſtimonia Scripturæ de exaltatione humilium ſunt innumeræ: *Populum humilem ſalvum facies, & oculos ſuperborum humiliabis.* (Pſal. 17) *Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.* (Prov. 29) *Suſcitat de terra inopem & de ſtercore erigit pauperem. Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles.* Aliaque innumera. Cauſæ autem hujus exaltationis ſunt: 1. Quia ſicut ſuperbia eſt radix omnis peccati; ita fons omnis virtutis humilitas. 2. Quia ſuperbus eſt vas vento plenum, ideoque gratiæ incapax; humilis vero vas demiſſum & vacuum, ideoque gratiæ capax. 3. Sicut umbra ſequentem fugit, fugientem ſequitur; ita Deus ſuperbos deſpicit, humiles amat. &c. C. in Ep. Jac. c. 4. v. 6.

Quod humilitas Sanctos exaltet ad magnam gloriam, conſtare videtur ex illo: *Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis &c.* C. in 1. Petr. 3. v. 8. &c.

*Humilitas*, ait Caſſianus, *eſt omnium Magiſtra virtutum, & cæleſtis ædificii firmiſſimum fundamentum.* (Caſſian. Collat. 15. c. 7.) C. in Ep. 1. Petr. c. 5. v. 5.



### 72. *Contemnunt laudes humanas.*

1. Cor. 4. S. Apoſtolus Paulus ait: *Mihi pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die.* Moyſes jam grandior factus negavit ſe eſſe

Hebr. 11. filium filiæ Pharaonis, *magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem.* S. Auguſtinus Secundino hæretico reſpondit: *Senti de Auguſtino, quod libet, ſola conſcientia coram Deo me non accuſet.* Et S. Chryſoſtomus: *Non prohibeo gloriam appeti, ſed illa volo ambiatur, quæ vera eſt, quæ ex Deo eſt.* (S. Chryſ. Hom. 2. in Ep. ad Titum) S. Ignatii vox fuit: Vehementer mihi cavendum ab his, qui me inflant; laudantes enim me flagellant. C. Jerem. 18. v. 16.

Ipſi etiam gentiles per umbram hanc virtutem viderunt: Seneca ait: Conſcientiæ ſatisfiat, nihil in famam laboremus. Triumphus decretus erat Pompejo, reclamarunt milites dona poſcentes: Tum Pompejus: *Omittam potius triumphum, quam ut militibus aduler.* Exclamavit Servilius, *Nunc demum video, Pompejum revera eſſe magnum &c.* C. Jerem. 18. v. 16.

S. Franciſcus cum adverteret, quod fratres ſui de ſua virtute ſublime ſentirent, dixit illis: *Fratres incipiamus Deo ſervire, hucuſque enim nihil fecimus.* Idipſum & S. Antonius coram fratribus ſuis ſæpe repetebat: *Hodie incipiam Deo ſervire, forte hodie & finiam.* C. 2. Petr. c. 1. v. 12.

Hæc omnia Sancti fecerunt ad imitandum Chriſti exemplum, qui parvulus in mundum veniens deſpexit mundana faſtigia, in monte Thabor glorificatus prohibuit Apoſtolis, ne gloriam ſuam divulgarent, eligendus in regem a Judæis fugit in montem, & denique mortem infamem crucis tanquam malefactor elegit. *Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem &c.*

## Caſtitas Sanctorum.

### 73. *Mirabilis in pugna contra tentationes.*

Sanctus Leo Papa, quia in diſtributione Communionis feminam tetigit, manum ſibi amputat, quam dein a B. Virgine integram recepit.

S. Margarita Regis Hungariæ filia, quia irruptionem Turcarum in ſuum Monaſterium metuit, amore conſervandæ integritatis ſibi una cum monialibus naſum amputat.

Urſilius Presbyter in agone jacens accedenti feminæ clamat: Recede, quia ardet adhuc igniculus. Quædam Virgo S. Birgittæ famula a juvene ad locum deſtinatum invitata plantas ſibi adurit, ne pergere illuc poſſet. Abbas Panufius contra tentationes manum adurit. Joannes Bonus acus & ſubulas inter ungues digitorum inſerit, & ſic parieti illidit.

Virgo Benefrida a Jodoco Regis Alani filio in ſuo cubiculo occupata per feneſtras ſaltu ſe librat, & in Eccleſiam fugit, quam inſequens Jodocus in Eccleſia capite plectit: ſed ille mortuus concidit, & Virgo ad vitam revocatur. Sanchez 5. p. c. 8. f. 564. & ſeq.

Ammonius Abbas ſemper candens ferrum in foco habebat, cumque inſurgeret tentatio, illo ſe adurebat.

Quidam Monachus erga feminam mortuam tentatus, pannum e ſepulcro illius plenum fœtore depromit, & ſurgente tentatione naſo admovet. Sanchez 5. par. c. 8. fol. 576. E. *Oculi* n. 5.

S. Vincentius Ferrerius ab impura femina prætextu ægritudinis ad confeſſionem vocatus turpiſſime ad nefas ſolicitatur. Cum vero Sanctus reſtitit, nequam mulier illum tanquam violentum ſuum ſtupratorem diffamare voluit: verum ſtatim a dæmone occupata clamare non potuit, nec valuit diabolus ab alio quam ab ipſo Vincentio expelli. E. *Diffamare* n. 8.

Femina ſolitarium quemdam pervertere ſtudens venit nocte ad ejus cellam & intromitti petiit. Intromiſit quidem ille, ſed ut concupiſcentiam vinceret, digitos omnes adoſſit: mulier autem interim mortua eſt, quam ille mane ad vitam revocavit. E. *Femina* 2.

Nobiliſſima Virgo Sigiſmundo Lotharingiæ Regi deſponſata a parentibus, die nuptiali ad altare confugit, & nuptias recuſat. Conſenſit ſponſus Sigiſmundus eamque regaliter ornatam, poſt nuptiales lautitias ad Monaſterium cæleſti ſponſo deſponſandam adduci juſſit. E. *Virgo* 18.

Virgo Monialis a Principe amata, & ſub comminatione comburendi Monaſterii expetita, oculos ſibi eruit, & Principi miſit. E. *Virgo* n. 20.

Cum Soldanus Monaſterium Virginum intrare, eaſque turpiſſime inhonorare minitaretur, & Abbatiſſa, & omnes Moniales ſibi naſum præſciderunt. E. *Virgo* 21.

S. Volitanus Epiſcopus Vigorontenſis impudicæ pellici ad nefas ſolicitanti alapam incuſſit, inquiens: *Vade vas Satanæ!*

næ! a VVilhelmo Rege indignus Epiſcopatu habitus pedum & mitram ad ſepulcrum ſui anteceſſoris depoſuit, qui a nemine loco moveri poterant, quam a Volſtano. *Leucht.* 19. *Jan.*

B. Columba Rocoſani adhuc ſæcularis a peſte corripiebatur. Vocatur Medicus, qui incomparabili ejus venuſtate captus promittit illi vitam, & valetudinem, ſi ſponſalia ſecum contraheret: ſin minus, ait, illam certo morituram. Columba mortem potius, quam Virginitatis jacturam elegit. Sancti Dominici Ordinem ingreſſa a dæmonibus crudeliter cæſa, & tentata, S. Thomam Aquinatem auxiliatorem habuit, a quo cingulum recepit, quo omni deinceps carnis ſenſu caruit. *Ephem. Dom.* 10. *Mart.*

S. Lucia Ord. S. Dominici a Nobili juvene inſidias paſſa, quæſivit ex illo, quid ergo in ſe illi adeo placeret? Oculi, ajebat ille. Et ecce! Virgo oculos ſibi cultro eruit, & juveni mittit. Obſtupuit ille, & mundo valedicens in Ordinem S. Dominici conceſſit. Illa autem a Deo alios oculos prodigioſe recuperavit. *Ephem. Dom.* 29. *Aug.*

S. Serapia Virgo contra duos violentos lenones, Angelo defendente, triumphavit; ambo enim exanimes conciderunt. Cumque ideo illa pro venefica haberetur, utrumque ad vitam revocavit. Capite truncata lac & ſanguinem fudit. N. 3. *Sept.*

S. VVenefrida Virgo ab impuro Regis Alani filio decollata, a S. Benone Epiſcopo ad vitam revocata eſt, factaque ſacrarum Virginum Magiſtra. JESUS oſtendit illi palmam cæleſtem, quam paulo poſt conſecuta eſt. *Reſſignol.* N. 3. *Nov.*

S. Ebba Abbatiſſa in Anglia, Danis irrumpentibus, ut eorum laſciviam effugeret, ſeſe cum omnibus monialibus naſo, & labro ſuperiore truncavit: quare Dani furentes ipſas cum cœnobio concremarunt. C. in Prov. 31. v. 29.

Fridericus II. Imp. S. Franciſcum a concione, quam contra vitium libidinis habuit, redeuntem, ad cœnam invitavit, lauteque habitum in cubiculum ad ſcortum, quod eum ad libidinem alliciebat, introduxit. Sanctus mox in focum in cubiculo accenſum ſe projecit, in eoque quaſi in lecto jacens meretricem invitavit. Illa in fugam ſe dedit, Imperator autem hæc omnia per rimam obſervans, Sanctum, cui illudere voluit, maxime venerari cæpit. C. Iſa. 43. v. 2. Item Dan. 3. v. 4.

## Manſuetudo Sanctorum.

### 74. *Libenter ſuſtinet injurias & calumnias.*

SAnctus Bernardus pugno percuſſus ulciſci volentes inhibet. C. Gen. c. 14. v. 14.

Sanctus Chriſtophorus Martyr alapa a Samiorum Præfecto percuſſus Chriſtianæ patientiæ legem allegat. S. punct. 8. fol. 367.

S. Spiridion alapa percuſſus præbet alteram maxillam. Idem paſſus eſt quidam Monachus a puella energumena, & ecce! dum alteram maxillam alteri ictui exponit, dæmon fugit, clamitans: Violentia mandatorum Chriſti me expellit. D. 10. 7. Vide Sanchez 6. par. c. 8. fol. 798. & ſeq.

Joanni Fernandez S. J. in Japonia ad populum peroranti, quidam in faciem ſpurcum phlegma exſpuit. Ille nihil turbatus perorare perrexit. Quo facto Virum magnæ authoritatis ad fidem convertit. *Ex Faſtis S. J.* 26. *Jun.*

Quamvis calumniæ Viris etiam probis & cordatis ipſa morte ſint graviores, juxta illud: *Melior eſt mors, quam vita amara.* Tamen Sancti illas cum gaudio exceperunt: Quidam Abbachirus in Monaſterio verbis & verberibus male exceptus, Deo, & fratribus gratias egit; quia per hæc, ut ajebat, a tentationibus dæmonis fuit liberatus. Eadem fuit mens cujuſdam Diaconi a Superiore auſtere habitus. S. Franciſcus ajebat: *Perfecta lætitia eſt, cum quis libenter amore Chriſti injurias, & opprobria ſuſtinet.* Conformiter ad mentem S. Pauli: Mihi abſit gloriari niſi in cruce D. N. J. Chriſti. C. in Eccleſ. 26. v. 6.

### 75. *Malefacta compenſant beneficiis.*

Sanctus Epiphanius Saracenum Monoculum, ſtricto gladio capiti ſuo imminentem, a cæcitate oculi liberat. A. 1. lect. 2. n. 12.

S. Cyprianus lictori, a quo decapitandus erat, viginti aureos numerari jubet. D. 11. 54. Sanchez 6. part. c. 5. fol. 730.

S. Chriſtophorus tyrannum ſagitta in oculo læſum ſuo ſanguine ſanari jubet. Sanchez 6. part. c. 5. fol. 728.

Cum Venuſtianus Sabino Epiſcopo Aſſiſienſi manus amputari juſſit, immenſis corporis torminibus obrutus eſt, ſed a Sabino oratione ſanatus. Sanchez 6. par. c. 11. fol. 872.

S. Myro Epiſcopus fures in horreo de-





prehendit, qui ſaccos tritico replebant. Metuebant vincula & furcam, ſed S. Præſul illos in auferendis ſaccis adjuvit. Et Deus large damnum compenſavit. *Ex Menæis* 8. *Aug.*

S. Modeſtus in ſervitutem venditus, & poſt tempus Hieroſolymorum Epiſcopus factus venditores ſuos laute, & amice habuit. N. 18. *Dec.*

S. Longinus apparitores a Pilato miſſos, ut eum occiderent, laute ac perhumaniter habet, atque poſt prandium illis collum reſecandum immenſa cum lætitia præbet. Leucht. 15. Martii.

### 76. *Docetur mirabilibus exemplis.*

S. Albertus Ord. Carmelit. energumenum liberaturus, ridetur a dæmone, & colapho percutitur. Quid Sanctus? ſtatim alteram maxillam percutienti præbuit, & ecce! dæmon hoſpitio ceſſit. *Surius* 7. *Aug.*

Senex inſtruxit diſcipulum, ut integro triennio mercedem daret iis, a quibus contumeliis afficeretur. Fecit id diſcipulus: poſt triennium Athenas ingreſſus ſub ipſam portam a janitore palmari injuria offenſus, riſit. Quid rides, quærebat janitor? Et ille: rideo, quia per tres annos mercedem ſolvi iis, qui maledictis me onerabant, & hodie gratis id abs te patior. Attonitus janitor, ingredere, ajebat, dignus es cætu ſapientum.

Alius roganti, ut ſibi viam cæli commonſtraret, edixit: *Poteſne convicia pati?* perinde, ac ſi caput ſalutis in tolerantia contemptus conſiſteret.

S. Amma in Monaſterio quaſi ſtulta ſe omnium riſibus expoſuit, a S. Pitirione autem Abbate, inſtinctu Dei declarata eſt totius Monaſterii ſapientiſſima.

Quidam dubitans, quid ſit, animam ſuam ponere pro proximis ſuis, inſtruitur ab Abbate Pirmenio, quod ſit, inuriam ferre, & non paria reſpondere.

Abbas Joannes illud ſæpe inculcavit diſcipulis: Porta cæli eſt injuriarum perpeſſio. C. in Num. 12. v. 3.

Quid mirum, quod Sancti in tolerantia injuriarum ſint admirabiles, cum ipſi etiam gentiles tales fuerint? Cato in balneo imprudenter percuſſus, deprecanti reſpondit: Non memini me tactum fuiſſe! miſeri eſt, repetere mordentem, ſicut mures & formicæ faciunt! Ariſtides ad mortem ductus, cum petulans quidam ei in faciem exſpueret, dixit ad comitem, admone hunc, ne poſtea tam improbe oſcitet. De Cæſare dixit Cicero, quod nihil obliviſci ſoleret, niſi injurias. Pericles tota die ab illuſore vexatus, veſpere illi viam cum lucerna præivit. &c. Hæc fecerunt gentiles, quidni & faciant Chriſtiani? C. Num. 12. v. 3.

S. Eliſabetha poſt mortem mariti Principis ex arce & urbe pulſa, omnibus fortunis privata, cum duabus prolibus ad incitas & famem redacta, non in lamenta erupit, ſed in gratiarum actionem Hymnum Ambroſianum ſibi decantari præcepit. Leucht. 19. Nov.

Joanni Gualberto Amantiſſimus Frater occiditur: ille cum vindictam contra occiſorem facile ſumere poſſet, in die Paraſceves illi amore Chriſti patientis veniam dedit, & Chriſtus in cruce inclinato capite illi grates retulit. Leucht. 12. Julii.

## Conſtantia Sanctorum.

### 77. *In tentatione fideliter adhærent Deo.*

GRatia Dei voluntati nunquam deeſt, ſi voluntas gratiæ non deſit: id ſuo exemplo comprobarunt Sancti: Caſtiſſimus ille juvenis, de quo S. Hieronymus, ab impudentiſſima pellice contrectatus præciſam morſu linguam in exoſculantis faciem exſpuit. Malchus Monachus ad mulierem incluſus poſtea ad S. Hieronymum ſcripſit: Vos narrate poſteris, ut ſciant inter gladios, & inter deſerta, & beſtias pudicitiam nunquam eſſe captivam, & hominem Chriſto deditum mori poſſe, non poſſe ſuperari. *S. Hier. in Vit. Pauli.*

Sanctus Vincentius Ferrerius, S. Philippus Nerius ab impudicis mulieribus ſollicitati glorioſe vincunt. &c. S. punct. 36. fol. 157. & 158.

S. Febronia Virgo Martyr fugientibus ſororibus ſola in Monaſterio perſtitit, nec blanditiis, nec tormentis a fide abduci potuit. N. 25. *Jun.*

S. Formerius quatuordecim annorum paſtorculus inventum Evangelium gregi ſuo prælegere ſolitus eſt, & quod mirandum, pecudes attentiſſimas habuit. Pro præſtigiatore habitus in carcerem conjectus eſt, ſed columba & illi & concaptivis vas lacte plenum attulit ad famem & ſitim ſolandam. Quin imo diſciſſus carceris murus captivis exitum aperuit, ſolus Formerius remanſit, a ſacrificulis in ardentem clibanum conjectus. N. 25. *Sept.*

Sancti comparantur auroræ. 1. Quia aurora lucem ſuam mutuat a ſole. 2. Quia ſenſim creſcit in meridiem. 3. Quia ſol in aurora pulcherrimus apparet. &c. C. Prov. 4. v. 18.

S. Ambroſius Imperatori Valentiniano,

S. Baſilius Imp. Valenti, S. Lucia Præfecto Paſchaſio intrepide reſiſtit. C. Jerem. 1. v. 18.

*78. Magni æſtimant ſervitutem Chriſti.*

Sancta Agatha ad Quintianum: *Multo præſtantior eſt Chriſtiana ſervitus regum opibus & ſuperbia.* C. Gen. fol. 109. col. 1.

S. Phocas apparitores, qui eum ad mortem quærebant, hoſpitio benigne excipit, tota nocte eſculentis, & poculentis reficit, dein mane ſuum nomen illis indicat: Chriſtianus ſum, Phocas nomine! Quare ligatus ad judicem ductus & capite plexus eſt. N. 5. *Mart.*

Publia præfecta Monialium tranſeunte Juliano Apoſtata canebat cum ſuis: *Simulacra gentium argentum & aurum.* Obſtupeſcente tyranno, proſequebantur cantum verſu illo: *Similes illis fiant, qui faciunt ea.* Juſſæ tacere, Publia ejus leges parvi æſtimans, majori cum alacritate chorum Virginum in unum coegit, & illo prætereunte, denuo cantavit: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus.* Itaque tyrannus illam ad ſe vocatam, juſſit verberibus contundi, & faciem ejus ac genas laniari. Illa hanc contumeliam pro ſummo honore ducens, domum reverſa, tyrannum, ut ſolebat, ſpiritualibus cantilenis porro perſtrinxit. C. in Dan. c. 6. ad finem.

Pœnitentia Sanctorum.

*79. Auſtere in ſe puniunt crimina.*

JOb in *villa & crine*, Joannes Baptiſta in exuviis cameli vivit. Marcellinus ſe Papatu abdicat, & petit privari ſepulcro. Victorinus manum utramque ſciſſæ arbori inſerit. Maurilius Epiſcopatum reſignat, quia infantem baptizare morabatur. B. Serm. 45. n. 22.

Sanctus Reinerius, quia contra caſtitatem deliquit, flet ad cæcitatem uſque. Calend. perpet. 17. Junii.

S. Victorinus a dæmone ſub ſpecie mulieris deceptus, fere in deſperationem incidit. Sed in ſpem erectus a fratre, ita pœnitentiam egit, ut fiſſæ arbori manum inſeruerit, ſic triennio ſe loco movere non potuit, ſolum diebus Dominicis a fratre pane & aqua refectus: Demum ſub Nerva Imp. martyrio coronatus. *N. 5. Sept.*

S. Genebaldus Epiſc. lubricæ juventutis delicta integro ſeptennio pœnitens eluit, tanta corporis auſteritate, ut dignus fuerit, cui Angelus remiſſionem culparum annuntiaret. *N. 5. Sept.*

S. Pelagia Antiochiæ ad concionem S. Nonnii Epiſcopi convertitur. Opibus in pauperes diſtributis Hieroſolymis facta pœnitentium exemplar. N. 8. Oct.

Divus Petrus Monachus cum adhuc Novitius erat, unicum inconſideratum verbum protulit, & a Superiore punitus eſt ita, ut per quadraginta dies potu vini abſtinere debuerit. A. lect. 6. n. 11.

S. Bonifacius quia cum Aglae impudice fuit converſatus, ad hanc pœnitentiam ſeipſum condemnat, ut in urbem Tarſis iret, ibi Martyrum corpora veneraturus: hoc dum facit a Præſide captus crudeli martyrio excarnificatur. D. 9. 5. Sanchez 4. part. c. 7. fol. 363.

Jacobus pœnitens ob impudicitiæ crimen cum puella, quam a dæmone liberaverat, commiſſum integro decennio ſe in ſepulcrum includit, & continuo plorat. Sanchez 4. p. c. 7. fol. 363.

Ananias qui feminam incaute aſpexerat, & ad impudicitiam commoveri ſe ſenſerat, oculum ſibi effodit, & in gelidum amnem ſe abjicit. Sanchez 4. par. c. 7. fol. 366.

Sancta Maria Ægyptiaca poſt vitam impure actam, cum in urbe Jeruſalem templum ingredi vellet, vi arcana repulſa per Beatam Virginem ingreſſum obtinet: tum in eremum, in qua Chriſtus fuit tentatus, ſecedens, duobus panibus ſeptendecim annos vixit: pro veſtibus putrefactis ſe pellibus veſtit, herbis veſcitur, tandem a Sacerdote Zoſima juſſu Dei SS. Sacramentis munita obit. Sanchez 5. part. c. 3. fol. 415.

S. Macarius, quia in impuram cogitationem conſenſit, quadraginta diebus jejunat, & mira auſteritate ad mortem uſque vivit. R. cent. 2. p. 2. mir. 50.

*80. Mirabiles in jejunio & inedia.*

Sancta Maria Ægyptiaca ſeptendecim annos vivit duobus panibus. C. Deut. 8. v. 4.

S. Paulus a decimo ſexto uſque ad ſeptuageſimum annum palma & fonte vixit.

S. Hilarius quotidie quinque ficus, dein panem & ſal, denique in ſenio oleum victui adhibebat.

S. Fulgentius utut æger, noluit tamen a conſueta abſtinentia remittere, ne ſtomachum ad cupedias aſſuefaceret.

S. Joannes Bonus initio Quadrageſimæ panem in quadraginta partes dividere, & dein ſingulis diebus unam partem ſumere ſolebat.

S. Maria de Ognies a menſe Septembris



bris uſque ad Paſcha pane ſolo & aqua vivebat.

Gregorius Ariminenſis dicitur ſingulis quadraginta diebus tantum ſemel comediſſe. Sanchez 5. p. c. 7. fol. 525. & ſeq.

S. Carolus Borromæus, utut delicate educatus, tamen carne, piſcibus, ovis, & vino abſtinuit. In Quadrageſima etiam pane abſtinens ſolis ficubus & fabis victitabat, in hebdomada ſancta nonniſi lupinis veſcebatur amaris. Lectus ejus erat ſaccus ſtramineus &c. C. Exod. 15. in fine.

Mire abſtinentes fuerunt Henoch, Mathuſalem, Noe: Moyſes & Elias quadraginta dierum jejunio viſionem Dei meruerunt. Paulus Eremita, Antonius, Hilarion vitam quaſi Angeli in abſtinentia, & contemplatione duxerunt. C. Gen. 9. v. 21.

S. Joannes Baptiſta in auſteritate & jejunio non niſi locuſtas & mel ſilveſtre comedens, tam mirabilis apparuit in oculis Judæorum, ut crederetur eſſe Deus, aut mundi Meſſias, hinc continuæ illæ interrogationes: *Tu quis es? &c.* C. Lev. 27. v. 28.

*81. Mirabiles in flagellis, ciliciis aliiſque auſteritatibus.*

Sancta Cæcilia ſemper cilicio induta eſt. C. Gen. c. 37. v. 34. Sancta Maria Ægyptiaca conſumptis veſtibus 30. annis nuda, frigore & æſtu toſta vivit, ita ut Æthiopiſſa videretur. C. Deut. c. 8. v. 4.

S. Joannes Baptiſta mira auſteritate vivit: pro veſte pilis Camelorum, pro cibis locuſta, pro potu melle ſilveſtri utitur. D. 4. 38.

Maria Ægyptia, Hieroſolymis ter occulta vi a templo repulſa, B. V. Mariam invocat: hujus patrocinio in templum admiſſa, ſua ſcelera confeſſione expiavit. Tum in eremum ſecedens mira auſteritate in ſe vindicavit peccata, facta pœnitentium exemplar. N. 4. April. & 9. April.

S. Antoninus M. a S. Antonino Archiepiſc. Florentino ſancte inſtitutus eſt in Ordine S. Dominici. In Siciliam & Neapolim, diſſuadente S. Præceptore navigans, in mari captus, Tunetum Barbariæ urbem deductus eſt. Ibi poſt unum aut alterum menſem inediæ, & laborum impatiens, Mahumetanam ſectam amplexus eſt. Sed cum audiret mortem Sancti ſui Magiſtri Antonini, & ſecuta illam miracula, facti pœnitens, reaſſumpſit habitum, & coram Rege Tunetano Chriſti legem profeſſus eſt. Ad mortem condemnatus, & lapidibus obrutus ne ſignum quidem pavoris aut doloris edidit. Bzovius T. 17. N. 10. April.

S. Bavo Princeps poſt mortem conjugis inauditæ auſteritatis exemplar fuit. In ſpecu ſubterraneo inter jejunia, & cilicia vixit. Monitus ut ſibi parceret, repoſuit: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam. N. 1. Oct.

*82. Fugiunt occaſiones peccati.*

Quidam animam agens dixit: Tolle paleam, quia adhuc igniculus vivit, quo dicto cupiebat removeri mulierem, quæ ipſi miniſtrare in ægritudine volebat. S. pun. 33. f. 147.

Samſon magis timet appropinquare vineæ, quam leoni, quia Nazaræus erat, cui omne vinum lege interdictum fuit. S. Ib. fol. 148.

Sara in domo Abrahami petiit, ejici Iſmaelem, ne Iſaaco converſatione peſſimos mores afflaret. B. Ser. 35. n. 29.

Sanctus Andreas Avellinus, cum in defenſione cauſæ forenſis ex præcipitantia mendacium aliquando dixiſſet, munere ceſſit, & in ſacrum Aſceterium receſſit. In ejus Feſto 10. Nov.

S. Magdalena, utut ab ipſo Chriſto Domino veniam peccatorum obtinuerit, tamen poſt ejus mortem, ut priſtinis occaſionibus ſe ſubduceret, ex urbe Hieroſolymitana ultra mare in ſpecum Maſſilienſem fugit.

S. Martinianus Anachoreta ab inſidiante femina adeo depravatus eſt, ut cogitatione peccarit. Fugit ergo in ſolitariam maris inſulam, cumque & illuc puella quædam naufraga pervenit, in mare ſe libravit, a duobus delphinis in ripam deportatus.

Patientia Sanctorum.

*83. Tolerant varias infirmitates.*

SAnctus Job & pauper Lazarus ulceribus pleni ſunt. Iſaac, Jacob, Samſon, & Tobias cæci erant. Ezechias graviter infirmus, Petronilla febricitans, Paula acerrimis doloribus ſtomachi afflicta erat. &c. B. Serm. 45. n. 25.

De Sanctis omnibus in cælo quæſtio erat: *Hi omnes, qui ſunt, & unde venerunt?* Apoc. 7. Et univerſim reſponſio erat: hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione. S. punct. 47. fol. 184.

Job in omnibus ſuis doloribus extremam derelictionem patitur. S. punct. 106. fol. 308. & 429. in fine.

Abbas Stephanus, dum gangræna horrendum affligebatur, nil aliud repoſuit, quam id, meritus ſum.



S. Pau-

S. Paulus Eremita ægros ſanabat oleo, ille autem ſuæmet infirmitati oleum non adhibet, ne perderet meritum patientiæ.

Sancta Bona in ulcere pectoris vermes patiebatur, S. Dominicus aliquando talem vermiculum in manus ſumebat, & mutatus eſt in unionem: Bona autem non deſtitit orare, donec vermiculus ei fuit reſtitutus, quem cum gaudio in ulcus repoſuit.

Quidam æger convaleſcens flevit, dixitque ad Deum, an ergo dignus non ſum amplius qui patior pro te? &c. Sanchez 6. p. c. 8. fol. 803. & ſeq.

S. Simeon Stilita a dæmone in pede percuſſus ulceroſum vulnus plenum ſcaturientibus vermibus patiebatur; cum autem vermis illi forte excideret, illum per puerum ſuum attolli jubebat & in vulnere reponens ajebat: comede, quod Deus tibi indulſit. Sanchez 6. p. c. 10. f. 850. Nadaſi 5. Jan.

B. Fina in graviſſima paralyſi quinque annis immobilis jacens fere viva computreſcit, & a vermibus ac muribus devoratur, nec tamen unico verbulo de doloribus conqueritur. R. 1. cent. 2. part. mir. 26.

S. Joachimus tanta caritate proximi flagrabat, ut epilepſiam ab epileptico in ſe transferri impetrarit. A vermibus abſumi petiit, & obtinuit. N. 16. April.

*84. Gaudent ſi multa pati poſſint.*

Sanctus Joſeph, & S. Paulus gloriæ ſibi ducunt, poſſe pati. S. punct. 47. fol. 183.

S. Catharina Senenſis eligit ſpineam coronam præ aurea. S. punct. 22. fol. 638.

Sancta Magdalena de Pazzis ita ardenter deſiderabat pati, ut identidem clamaret: *Pati, non mori.* Breviarium 26. Maji. Item C. in Act. Ap. c. 5. v. 41.

Quidam Monachus ſerviebat ægroto, qui tuſſi occupatus turpia ſputa excreabat. Monachus penes lecticam ægri jacebat, & æger ſputa omnia in ejus faciem exonerabat: Nihilominus amore meriti non recedebat. Sanch. 6. p. c. 8. fol. 803. in fine.

S. Franciſcus cum Romæ eſſet, a dæmonibus male flagellatus fuit, dein dixit cum gaudio ad Cardinalem Hoſtienſem: Ecce dæmones me longe melius norunt quam Romani; iſti me laudant, illi autem me egregie flagellant. Sanchez 7. p. c. 5. fol. 922.

S. Catharina Bononienſis, ſi ad Dei gloriam foret, optavit ſola damnari, & omnia damnatorum tormenta ſuſtinere æternum, ut ſic ceſſarent blaſphemiæ damnatorum, & animæ illæ Deum æternum laudarent. T. n. 12.

S. Laurentius Juſtinianus in lecto moriens jacere noluit, inquiens, Chriſtum non in culcitra, ſed in cruce mortuum fuiſſe. N. 8. *Jan.*

S. Aigulphus Monachus, dein Monaſterii Sirinenſis Abbas, calumnioſe accuſatus, in carcerem conjectus, a S. Michaele confortatus, abſciſſa lingua, erutis oculis, & tandem truncato capite, Martyr factus. N. 3. *Sept.*

Immenſo deſiderio flagrant cum Chriſto in cruce configi, uti S. Andreas, S. Petrus, S. Philippus, S. Sixtus, Calliopius, VVernerus, Julia ancilla, & alii. C. ad Galat. 2. v. 19.

*85. Tolerant injurias & diffamationes.*

Puella impregnata accuſat Macarium, ita ut ille a populo deſpectus ludibriis & verberibus male afficeretur. Verum puella diuturnos dolores paſſa, parere non potuit, donec accuſationem revocavit. E. *Diffamatio* n. 2.

S. Paphnutius de furto libri, quem invidus frater clam in ejus cella repoſuit, accuſatus humiliter perfert injuriam. Quin imo fratrem illum, qui propter delictum fuit a dæmone obſeſſus, a maligno ſpiritu liberavit. D. *Diffamare* n. 4.

S. Lydvvina triginta & octo annis variis infirmitatibus afflicta rogavit Dominum, ut nemini placeret. Et revera nemini placuit, inſtar vivi cadaveris abjecta, deſpecta. Ex affinibus una, & quidem illa, quæ de liberalitate Lydvvinæ vivebat, ſputum in ejus faciem excreare non erubuit. Verum tanto gratior erat Chriſto, qui in amoris teſſeram illi ſacra vulnera impreſſit, & magnam gloriam, pro iis, quæ pateretur, promiſit. N. 14. April.

Quid mirum hanc tolerantiam inveniri in Sanctis, quæ mirabilis etiam fuit in gentilibus? Phocion innocentiſſimus Bellidux ab Athenienſibus ad venenum bibendum damnatus, cum lictor illi poculum porrigeret, ab affine interrogatus, quid filio mandaret, reſpondit: Mando, ut obliviſcatur hujus potus, quem nunc ab Athenienſibus oblatum bibo! C. in Ep. ad Rom. c. 12. v. 21. *Ælian. lib. 12.*

*86. Imitantur Chriſtum patientem.*

B. Vincentia Ord. S. Dominici ſenſit dolores ſpineæ coronæ, qua Chriſtus coronatus fuit, tanta dolorum vehementia, ut mori debuiſſet, niſi prodigioſe fuiſſet conſervata. N. 18. April.

B. Pe-



B. Petrus de Tecelano orabat ſæpius, ut viam noſſet imitandi Chriſtum. Exauditæ ſunt preces! Vidit Angelos, qui copioſum cinerem in Eccleſia ſpargebant: mox Chriſtus vulneribus plenus, procedens in Eccleſiam, in cinere ſanguinolenta veſtigia impreſſit. Per eandem ſemitam ſecuta eſt B. V. & Apoſtoli, & omnis generis Sancti. Ex quo didicit per Chriſti patientis veſtigia incedendum eſſe, crucemque & omnia ardua amare cœpit. N. 23. April.

Ven. Anna a S. Barthol. in adverſitate conqueritur ad Dominum. Ecce! vides Chriſtum a Pilato populo exhibitum, interrogaturque, an ſimile crudelitatis genus ipſa unquam perpeſſa ſit? Erubuit, & patientiſſime adverſa toleravit. *Roz 7. Jun.*

S. Bruno horridam in montibus eremum cum ſex ſociis inhabitans, ubi interrogatus fuit ab Epiſcopo Hugone, quomodo inter hos horrores vivere poſſit? reſpondit: Amore Chriſti pro nobis Crucifixi hæc perferre parati ſumus. *N. 6. Oct.* C. Exod. 26. v. 3.

Dona & prærogativæ Sanctorum.

*87. Etiam illiterati pollent ſcientiis cæleſtibus.*

Sanctus Thomas ex Bove muto fit Doctor Angelicus: ſic multi indocti, etiam mulieres factæ ſunt cognitione Dei plenæ. S. punct. 30. fol. 132. & ſeq.

Sancta Gertrudis non ultra triginta tres annos nata totam Scripturam memoria tenet. Ex Proprio Auguſtano 17. Martii.

Sancta Catharina Senenſis in graviſſimis difficultatibus Theologicis conſulitur.

Sanctus Didacus frater laicus Deum, & Divina ſumma omnium admiratione cognoſcit. Sanctus Franciſcus Seraphicus ſummas difficultates Theologicas ſolvit. C. Gen. in procem. de Encom. Script. n. 42.

Theodorum Monachum tam rudem fuiſſe, ut nec elementa ſciret, teſtatur Caſſianus, & tamen Divinorum voluminum tam peritus erat, ut a viris doctiſſimis conſuleretur. C. Gen. fol. 13. col. 1. Vide Sanchez 5. part. c. 4. f. 442.

S. Juttæ Viduæ Chriſtus comparuit, eique labia ſuo vulneri lateris admovendi licentiam dedit. Sinſit cæleſtem dulcedinem, & ex eo tempore tantam ſacrarum litterarum ſcientiam obtinuit, ut de altiſſimis myſteriis diſcurrere poſſet. N. 5. *Sept.*

Neque hoc mirum! Sancti enim ex continua converſatione cum Deo fiunt quaſi Deiformes: ſicut modica aquæ gutta vino infuſa colorem & ſaporem vini induit, & ferrum candens igni ſimillimum fit: ita Sancti dum caritate Dei intime penetrantur, quaſi in Dei ſimilitudinem non tantum voluntate, ſed etiam intellectu transformantur. C. Lev. 27. v. 28.

*88. Indicantur mundo per varia prognoſtica.*

Sanctus Dominicus & Sanctus Bernardus repræſentantur Matri gravidæ ſub ſpecie canis.

Sancto Ambroſio adhuc infanti apes in ore mellificant. C. Gen. fol. 368. col. 1.

Matri Sancti Eucherii Angelus apparet, & pueri ſanctitatem, & dignitatem Epiſcopalem prædicit.

Nativitas Sancti Stephani Regis Hungariæ a Sancto Stephano Protomartyre Matri indicatur.

Nativitas Sancti Eligii per aquilam, Sancti Svviberti per fulgorem præſignatur.

Dum Sanctus Guthlacus naſceretur, ignota manus quaſi hominis, rubri nitoris cælitus miſſa, oſtium domus ſignaculo crucis munivit &c. Corn. a Lap. in Jeremiam c. 1. fol. 570.

Mater Sancti VVilibrordi ſomniat, quod luna plena in ſinum ejus decidat, ſeque magna claritate repleat. Sanchez 5. part. c. 4. fol. 446.

S. Benedictus in utero materno cantu chorali cantare auditus eſt. Mater S. Andreæ Corſini, prolem, quam gerebat, ſub ſpecie lupi vidit, qui currens ad Eccleſiam Patrum Carmelitarum in agnum mutatus eſt. Mater S. Franciſci parturire non potuit, niſi in ſtabulo. S. Philippus Benitius Matri ſub ſpecie lucidæ flammæ apparuit. Petrus Eremita in Baptiſmo ad verba Sacerdotis articulate reſpondit: *Amen!*

S. Francus Matri inſtar deformis monſtri oſtenſus fuit, quod ſenſim ſeſe ad formam humanam reducebat. Eventus probavit viſum! in juventute ſceleratus aleator, a Deo cæcitate punitus fuit. Sed Compoſtellæ ad ſepulcrum S. Jacobi viſum recepit, factus dein pœnitentium exemplar. N. 11. Dec.

*89. Operantur prodigia.*

S. Lupus Senonenſis Epiſcopus gemmam de cælo accipit: illi portæ templi ultro reſerantur: hoſtes oratione in fugam agit:

* D. Clair Spicil. univerſ. Part I.

N 3 in-

incendium cruce extinguit, in aliis libidinem compeſcit, regem deprecantem proſtratum vidit, *N.* 1. *Sept.*

Sancto Aigulpho & ſociis diuturno carcere aliiſque tormentis diu vexatis, tandem linguæ e faucibus exſcindebantur, & tamen Sancti diſerte loquebantur, ac laudes Dei annuntiabant. *Leucht.* 3. *Sept.*

S. Albanus poſt verbera, & tormenta decapitatus, decuſſum caput de terra ſuſtulit, & in eum locum deportavit, ubi nunc templum ſtat in ejus honorem ædificatum. *Leucht.* 21. *Jun.*

S. Amatus Epiſcopus Senonenſis pallium & chirothecas e radio ſolis ſuſpendit. *Leucht.* 13. *Sept.*

S. Aredius cum in itinere una cum Matre & ſequacibus arida ſiti laboraret, nec aquam haberent, qua ſe refocillarent, baculo ſuo terram percutiens, limpidiſſimum mox fontem excitavit. *Leucht.* 25. *Auguſt.*

S. Cerbonii corpus naviculæ impoſitum duodecim milliaribus trans mare, pluvioſa ſub tempeſtate portatur, & tamen ne una quidem guttula tangitur. *Leucht.* 10. *Oct.*

S. Dorothea poſt mortem martyrio obitam mittit Theophilo gentili, prout promiſerat, e paradiſo cæleſti recentes roſas, eumque hoc prodigio ad fidem convertit. *Leucht.* 6. *Febr.*

S. Evortius, cum urbs Aurelia terribili incendio corriperetur, & afflicti cives ab illo, ut ſuo Epiſcopo auxilium flagitarent, poſt modicas preces, flammas omnes ſigno crucis extinxit. *Leucht.* 7. *Sept.*

S. Franciſcus de Paula per invocationem SS. Nominis JESU, homini a nativitate muto loquelam; item cacæ natæ lumen oculorum tribuit. *Leucht.* 2. *April.*

S. Jacobus de Marchia adhuc in utero Matris alloquitur Matrem, eamque in periculo vitæ ſecuram eſſe jubet. *Leucht.* 28. *Nov.*

S. Jacobus Salomonius per occluſas fores Romæ in templum S. Sebaſt. ingreditur. *Leucht.* 31. *Maji.*

S. Marcellus Epiſcopus Pariſienſis cornutum terribilem ſerpentem, qui tumulo defunctæ adulteræ incubuit, ad preces populi, pedo & libello precatorio extinxit. *Leucht.* 3. *Nov.*

S. Paulus Epiſcopus Virdunenſis ex accenſa fornace, in qua panes parabat, illæſus egreditur. *Leucht.* 8. *Febr.*

## Sancti Martyres.

### 90. *Conſolationem cæleſtem habent inter tormenta.*

SAncto Stephano lapides ut dulces, Sancto Andreæ crux ut bona, Laurentio ignis ut ros, Tiburtio prunæ ut roſæ videntur. S. punct. 154. fol. 493.

Sicut farinula Eliſei dulcorat totam maſſam, ſic conſolatio cæleſtis Martyribus dulcem reddit paſſionem. S. punct. 27. f. 660.

Sancti Marcus & Marcellianus pedibus conclavati in igne ajunt, ſe nunquam in fide firmius ſtetiſſe.

S. Sanctus tormentis laniatus fere omnem humanam formam perdit, cras autem reaſſumpto martyrio ad pulcherrimam formam redit. Sanchez 6. p. c. 9. f. 825. Item C. Exod. 16. v. 3.

Chriſtianus a gentilibus divexatus, cum ab illis petulanter rogaretur, quid miraculi Chriſtus fecerit? repoſuit lætanter: *Hoc fecit, quod injuriis veſtris non movear.* S. Paulus exultabat in ſuis vinculis, Laurentius in prunis, Vincentius in tormentis. Tiburtius carbonibus inſiſtens, dicebat, ſe ſuper roſas ambulare. Theodotus toto corpore dilaceratus cantabat: *Benedicam Dominum in omni tempore.* Bonifacius ungulis excarnificatus jubilabat: *Gratias tibi ago Domine JESU.* S. Ignatius ad beſtias damnatus: *Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar!* Sic in Anglia Fiſcherus, Campianus, Thomas Morus, & alii exultabant. C. Act. 5. v. 41.

Quidni conſolationem habeant inter tormenta, nihil enim glorioſius, quam pati pro Chriſto? *Quid glorioſius, quidve felicius homini poterit ex Divina dignatione contingere,* ait S. Cyprianus, *quam inter ipſos carnifices imperterritum confiteri Dominum Deum? Chriſtum Dei Filium, etſi recedente, tamen libero ſpiritu confiteri?* C. 1. Petr. 4. v. 16. Et S. Auguſtinus ait: *Purpurata eſt univerſa terra ſanguine Martyrum, ornatæ ſunt Eccleſiæ memoriis Martyrum, inſignita ſunt tempora natalibus Martyrum! &c.* C. Ibidem.

*S. Cypr. l. 3. Epiſt.* — *S. Aug. in Pſalm. 118. Ser. 30.*

Paulus Japonenſis Chriſtianus una cum tribus filiis mutilatus, & bullientibus montis Ungeni aquis tormentatus, ferrum & ignes ridet, Deum laudat, filios confortat, & a filiis confortatur. R. cent. 3. mir. 48.

S. Theodora cum milite, qui mutatis veſtibus eam liberare volebat, de morte ſubeunda contendit. C. Gen. 25. v. 8.

In



In Japonia ferveſcente perſecutione Chriſtianorum Duo Religioſi, unus ex Ordine S. Franciſci, alter e Societate JESU, cum feralis ſententia illis denunciabatur, hilari voce cantarunt: *Te Deum laudamus.* T. n. 23.

P. Ogilbæus poſt fatalem ſententiam tota nocte feralem trabem, carnificemque miro gaudio diſſuaviabat, & amplexabatur. T. n. 24.

P. Carolus Spinola S. J. Nangaſachi in Japonia captus, in famoſo carcere Omurenſi ſub dio, inedia & ærumnis pro Chriſto afflictus, plenus fuit gaudio: Scripſit ad notum aliquem: O quam delicioſa res eſt, pati pro Chriſto. *N.* 15. *Decembr.*

### 91. *Quanta fortitudine ſuſtineant tormenta.*

*S. Greg. Nazianz. or. de Mach.* Sanctus Gregorius Naz. de Machabæis ſcribit: *Ibi generoſi ac magnanimi pueri, generoſæ Matris nobilis proles non minus animis fratres, quam corporibus, inter ſe mutuæ mortis æmuli tormenta quaſi theſauros præripientes &c.* S. præfat. fol. 7.

*S. Laur. Juſtin. in triumph. Chr. ag. c. 6.* Sanctus Laurentius Juſt. *O glorioſum Religionis Chriſtianæ trophæum! collatas divitias ſpernere, homines fugere, voluptates calcare, provocare tortores, & illatis conviciis ſuaviter gaudere!* S. punct. 2. fol. 535.

*Theoph. Reſp. 1. Paſch.* Theophilus Alexand. *Quod ira perſecutorum invenerat, patientiæ fortitudo ſuperavit: inter pœnas magis paternæ legis, quam doloris memores: laſſabantur tortores, non laſſabatur fides.* S. punct. 19. fol. 614.

Sanctus Buſiris ultro ſuſtulit brachia, ut latera facibus aduri poſſint. C. Gen. fol. 460. col. 1.

Tria millia ſervorum, cum Dominos ſuos martyrio confici cernunt, ad Diocletianum accurrentes, ſe Chriſtianos profitentur, & pro fide moriuntur. Cum S. Martyre Adaucto totius urbis incolæ ad Martyrium tanquam ad nuptias currunt, & mori cupiunt. S. Blandina una fatigat omnes carnifices. Sanchez 6. part. c. 9. fol. 824.

Triginta juvenes in Japonia, quorum parentes metu tormentorum a fide defecerunt, mira fortitudine ſolis æſtum, inediam, aliaque tormenta ſuſtinent. R. cent. 3. p. 2. mir. 17.

Dionyſia Matrona, cum videret filiolum in tormentis trepidare, velut Machabæa Mater eum animavit. E. *Martyr.* n. 11.

Cum perſecutio fervebat apud Thebaidem, certatim omnes Chriſtiani ex urbe in arenam erumpebant, non vinculis conſtricti, ſed fidei nexibus tracti, pſallentes, & hymnos Deo dicentes alter præ altero cervices cædentibus objectabant. E. *Martyr.* n. 15. ſeq.

Apud Phrygiam urbs Chriſtianorum flammis incenſa eſt, portis urbis patentibus, dataque optione, ut qui vellet Diis ſacrificare, aufugeret, & nullus penitus abſceſſit. E. *Martyr.* n. 17.

Cum imperator Valens videret Chriſtianos ex Eccleſiis ejectos in campo convenire, Præfectum ſuum pugno percuſſit, quærens cur non & ibi hæc conventicula turbaret? porro præcepit, ut omnes trucidarentur. Præfectus, ut erat manſuetior ſuo Domino, clam indicavit civibus, ne invenirentur in loco. Et ecce! frequentior confluxit populus, quam unquam antea. Mulier e domo feſtinans & parvulum in brachiis geſtans, ne quidem oſtii claudendi moram fecit. Quæſita a Præfecto, quo tenderet? repoſuit, in campum ubi Chriſtiani trucidantur. Cur igitur & parvulum hunc tecum ſumis? ut & ipſe Martyrii coronam aſſequatur. Hoc audito regreſſus Præfectus ad Imperatorem, ajebat ſe implere non poſſe, quæ ipſe præceperat. E. *Martyr.* n. 21.

Etiam pueri a parentibus avulſi nec minis, nec tormentis ſuperari poterant, ut a fide deficerent. E. *Martyr.* n. 23.

In agone mire fortes fuerunt S. Laurentius, Fiſcherus Epiſcopus Roſſenſis, S. Agatha, S. Agnes, S. Eulalia, S. Felicitas & alii. C. Gen. 49. v. 19.

S. Polycarpus, voce cæleſti animatus, vinctis poſt tergum manibus lætanter ſe Deo in holocauſtum obtulit. Viginti millia Chriſtianorum Nicomediæ in templo ſe comburi ſub Diocletiano ſinunt, quin unus, patentibus oſtiis egrediatur. Illuſtris matrona, cujus filia tyranno in faciem exſpuit, una cum filia mortem lætanter ſubit. C. Levit. c. 1. v. 12.

S. Peregrinus & Laurentius ob fidem Chriſtianam accuſati inedia torquentur, ſed ab Angelis paſcuntur, patefacto carcere pro Chriſto mori, quam fugere maluerunt. In morte idola inſtar ceræ diffluere fecerunt. Surius 3. Jun.

S. Joannes Martyr impia Decreta Nicomediæ contra Chriſtianos affixa abripuit, & dilaceravit. Quare ab Imp. Diocletiano ad crudeliſſima tormenta damnatus hilari, ac ſereno vultu martyrium ſuſtinuit. N. 7. *Sept.*

S. Adrianus exemplo Martyrum animatus Chriſtum confitetur, incarceratur, & hortante Natalia uxore tormenta ſuperat, membratim truncatus. N. 8. *Sept.*

incendium cruce extinguit, in aliis libidinem compeſcit, regem deprecantem proſtratum vidit, *N.* 1. *Sept.*

Sancto Aigulpho & ſociis diuturno carcere aliiſque tormentis diu vexatis, tandem linguæ e faucibus exſcindebantur, & tamen Sancti diſerte loquebantur, ac laudes Dei annuntiabant. *Leucht.* 3. *Sept.*

S. Albanus poſt verbera, & tormenta decapitatus, decuſſum caput de terra ſuſtulit, & in eum locum deportavit, ubi nunc templum ſtat in ejus honorem ædificatum. *Leucht.* 21. *Jun.*

S. Amatus Epiſcopus Senonenſis pallium & chirothecas e radio ſolis ſuſpendit. *Leucht.* 13. *Sept.*

S. Aredius cum in itinere una cum Matre & ſequacibus arida ſiti laboraret, nec aquam haberent, qua ſe refocillarent, baculo ſuo terram percutiens, limpidiſſimum mox fontem excitavit. *Leucht.* 25. *Auguſt.*

S. Cerbonii corpus naviculæ impoſitum duodecim milliaribus trans mare, pluvioſa ſub tempeſtate portatur, & tamen ne una quidem guttula tangitur. *Leucht.* 10. *Oct.*

S. Dorothea poſt mortem martyrio obitam mittit Theophilo gentili, prout promiſerat, e paradiſo cæleſti recentes roſas, eumque hoc prodigio ad fidem convertit. *Leucht.* 6. *Febr.*

S. Evortius, cum urbs Aurelia terribili incendio corriperetur, & afflicti cives ab illo, ut ſuo Epiſcopo auxilium flagitarent, poſt modicas preces, flammas omnes ſigno crucis extinxit. *Leucht.* 7. *Sept.*

S. Franciſcus de Paula per invocationem SS. Nominis JESU, homini a nativitate muto loquelam; item cacæ natæ lumen oculorum tribuit. *Leucht.* 2. *April.*

S. Jacobus de Marchia adhuc in utero Matris alloquitur Matrem, eamque in periculo vitæ ſecuram eſſe jubet. *Leucht.* 28. *Nov.*

S. Jacobus Salomonius per occluſas fores Romæ in templum S. Sebaſt. ingreditur. *Leucht.* 31. *Maji.*

S. Marcellus Epiſcopus Pariſienſis cornutum terribilem ſerpentem, qui tumulo defunctæ adulteræ incubuit, ad preces populi, pedo & libello precatorio extinxit. *Leucht.* 1. *Nov.*

S. Paulus Epiſcopus Virdunenſis ex accenſa fornace, in qua panes parabat, illæſus egreditur. *Leucht.* 8. *Febr.*

### SANCTI MARTYRES.

#### 90. *Conſolationem cæleſtem habent inter tormenta.*

SAncto Stephano lapides ut dulces, Sancto Andreæ crux ut bona, Laurentio ignis ut ros, Tiburtio prunæ ut roſæ videntur. S. punct. 154. fol. 493.

Sicut farinula Eliſei dulcorat totam maſſam, ſic conſolatio cæleſtis Martyribus dulcem reddit paſſionem. S. punct. 27. f. 660.

Sancti Marcus & Marcellianus pedibus conclavati in igne ajunt, ſe nunquam in fide firmius ſtetiſſe.

S. Sanctius tormentis laniatus fere omnem humanam formam perdit, cras autem reaſſumpto martyrio ad pulcherrimam formam redit. Sanchez 6. p. c. 9. f. 825. Item C. Exod. 16. v. 3.

Chriſtianus a gentilibus divexatus, cum ab illis petulanter rogaretur, quid miraculi Chriſtus fecerit? repoſuit lætanter: *Hoc fecit, quod injuriis veſtris non movear.* S. Paulus exultabat in ſuis vinculis, Laurentius in prunis, Vincentius in tormentis. Tiburtius carbonibus inſiſtens, dicebat, ſe ſuper roſas ambulare. Theodorus toto corpore dilaceratus cantabat: *Benedicam Dominum in omni tempore.* Bonifacius ungulis excarnificatus jubilabat: *Gratias tibi ago Domine JESU.* S. Ignatius ad beſtias damnatus: *Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar!* Sic in Anglia Fiſcherus, Campianus, Thomas Morus, & alii exultabant. C. Act. 5. v. 41.

Quidni conſolationem habeant inter tormenta, nihil enim glorioſus, quam pati pro Chriſto? *Quid glorioſius, quidve felicius homini poterit ex Divina dignatione contingere,* ait S. Cyprianus, *quam inter ipſos carnifices imperterritum confiteri Dominum Deum? Chriſtum Dei Filium, etſi recedente, tamen libero ſpiritu confiteri?* C. 1. Petr. 4. v. 16. Et S. Auguſtinus ait: *Purpurata eſt univerſa terra ſanguine Martyrum, ornatæ ſunt Eccleſiæ memoriis Martyrum, inſignita ſunt tempora natalibus Martyrum!* &c. C. Ibidem.

[Margin: S. Cypr. l. 3. Epiſt. — S. Aug. in Pſalm. 118. Ser. 30.]

Paulus Japonenſis Chriſtianus una cum tribus filiis mutilatus, & bullientibus montis Ungeni aquis tormentatus, ferrum & ignes ridet, Deum laudat, filios confortat, & a filiis confortatur. R. cent. 3. mir. 48.

S. Theodora cum milite, qui mutatis veſtibus eam liberare volebat, de morte ſubeunda contendit. C. Gen. 25. v. 8.





In Japonia ferveſcente perſecutione Chriſtianorum Duo Religioſi, unus ex Ordine S. Franciſci, alter e Societate JESU, cum feralis ſententia illis denunciabatur, hilari voce cantarunt: *Te Deum laudamus.* T. n. 23.

P. Ogilbæus poſt fatalem ſententiam tota nocte feralem trabem, carnificemque miro gaudio diſſuaviabat, & amplexabatur. T. n. 24.

P. Carolus Spinola S. J. Nangaſachi in Japonia captus, in famoſo carcere Omurenſi ſub dio, inedia & ærumnis pro Chriſto afflictus, plenus fuit gaudio: Scripſit ad notum aliquem: O quam delicioſa res eſt, pati pro Chriſto. *N.* 15. *Decembr.*

#### 91. *Quanta fortitudine ſuſtineant tormenta.*

[Margin: S. Greg. Nazianz. or. de Mach.]

Sanctus Gregorius Naz. de Machabæis ſcribit: *Ibi generoſi ac magnanimi pueri, generoſæ Matris nobilis proles non minus animis fratres, quam corporibus, inter ſe mutuæ mortis æmuli tormenta quaſi theſauros præripientes* &c. S. præfat. fol. 7.

[Margin: S. Laur. Juſtin. in triumph. Chr. ag. c. 6.]

Sanctus Laurentius Juſt. *O glorioſum Religionis Chriſtianæ trophæum! calcatas divitias ſpernere, homines fugere, voluptates calcare, provocare tortores, & illatis conviciis ſuaviter gaudere!* S. punct. 2. fol. 536.

[Margin: Theoph. Eccl. 1. Paſch.]

Theophilus Alexand. *Quod ira perſecutorum invenerat, patientiæ fortitudo ſuperavit: inter pœnas magis paternæ legis, quam doloris memores: laſſabantur tortores, non laſſabatur fides.* S. punct. 19. fol. 614.

Sanctus Buſiris ultro ſuſtulit brachia, ut latera facibus aduri poſſint. C. Gen. fol. 460. col. 1.

Tria millia ſervorum, cum Dominos ſuos martyrio confici cernunt, ad Diocletianum accurrentes, ſe Chriſtianos profitentur, & pro fide moriuntur. Cum S. Martyre Adaucto totius urbis incolæ ad Martyrium tanquam ad nuptias currunt, & mori cupiunt. S. Blandina una fatigat omnes carnifices. Sanchez 6. part. c. 9. fol. 824.

Triginta juvenes in Japonia, quorum parentes metu tormentorum a fide defecerunt, mira fortitudine ſolis æſtum, inediam, aliaque tormenta ſuſtinent. R. cent. 3. p. 2. mir. 17.

Dionyſia Matrona, cum videret filiolum in tormentis trepidare, velut Machabæa Mater eum animavit. E. *Martyr.* n. 11.

Cum perſecutio fervebat apud Thebaidem, certatim omnes Chriſtiani ex urbe in arenam erumpebant, non vinculis conſtricti, ſed fidei nexibus tracti, pſallentes, & hymnos Deo dicentes alter præ altero cervices cædentibus objectabant. E. *Martyr.* n. 15. ſeq.

Apud Phrygiam urbs Chriſtianorum flammis incenſa eſt, portis urbis patentibus, dataque optione, ut qui vellet Diis ſacrificare, aufugeret, & nullus penitus abſceſſit. E. *Martyr.* n. 17.

Cum imperator Valens videret Chriſtianos ex Eccleſiis ejectos in campo convenire, Præfectum ſuum pugno percuſſit, quærens cur non & ibi hæc conventicula turbaret? porro præcepit, ut omnes trucidarentur. Præfectus, ut erat manſuetior ſuo Domino, clam indicavit civibus, ne invenirentur in loco. Et ecce! frequentior confluxit populus, quam unquam antea. Mulier e domo feſtinans & parvulum in brachiis geſtans, ne quidem oſtii claudendi moram fecit. Quæſita a Præfecto, quo tenderet? repoſuit, in campum ubi Chriſtiani trucidantur. Cur igitur & parvulum hunc tecum ſumis? ut & ipſe Martyrii coronam aſſequatur. Hoc audito regreſſus Præfectus ad Imperatorem, ajebat ſe implere non poſſe, quæ ipſe præceperat. E. *Martyr.* n. 21.

Etiam pueri a parentibus avulſi nec minis, nec tormentis ſuperari poterant, ut a fide deficerent. E. *Martyr.* n. 23.

In agone mire fortes fuerunt S. Laurentius, Fiſcherus Epiſcopus Roffenſis, S. Agatha, S. Agnes, S. Eulalia, S. Felicitas & alii. C. Gen. 49. v. 19.

S. Polycarpus, voce cæleſti animatus, vinctis poſt tergum manibus lætanter ſe Deo in holocauſtum obtulit. Viginti millia Chriſtianorum Nicomediæ in templo ſe comburi ſub Diocletiano ſinunt, quin unus, patentibus oſtiis egrederetur. Illuſtris matrona, cujus filia tyranno in faciem exſpuit, una cum filia mortem lætanter ſubit. C. Levit. c. 1. v. 12.

S. Peregrinus & Laurentius ob fidem Chriſtianam accuſati inedia torquentur, ſed ab Angelis paſcuntur, patefacto carcere pro Chriſto mori, quam fugere maluerunt. In morte idola inſtar ceræ diffluere fecerunt. Surius 3. Jun.

S. Joannes Martyr impia Decreta Nicomediæ contra Chriſtianos affixa abripuit, & dilaceravit. Quare ab Imp. Diocletiano ad crudeliſſima tormenta damnatus hilari, ac ſereno vultu martyrium ſuſtinuit. *N.* 7. *Sept.*

S. Adrianus exemplo Martyrum animatus Chriſtum confitetur, incarceratur, & hortante Natalia uxore tormenta ſuperat, membratim truncatus. *N.* 8. *Sept.*

P. Carolus Spinola S. J. Nanchaſachi in Japonia quadriennio in carcere Omurenſi ſub dio tormenta ſuſtinet, dein in rogo comburitur, cantans, *Laudate Dominum omnes gentes*. N. 10. Sept. Ejus in tormentis ſocius P. Hyacinthus Orfanel Ord. S. Dominici ultimus fuit, qui in rogo fuit mortuus, tota die ac nocte in igne perſiſtens. *Ephem. Dom.* 11. *Sept.*

Nicomediæ nocte Nativitatis Domini Chriſtiani, in templo convenientes, a Diocletiano moniti ſunt ut exirent, ni perire mallent. Erecta ad portam Jovis Statua, & templo igne accenſo nullus e conferto populo exivit. *N.* 25. *Decembr.*

*92. Etiam in tenera ætate Martyrium ſuſtinent.*

S. Priſca Virgo Romana tredecim annos nata, verberibus, & ferventi adipe delibuta, ungulis ferreis cruciata, in rogum injecta, leonibus objecta, tandem caput pro Chriſto dedit. *N.* 18. *Jan.*

S. Emerentiana Virgo, dum ad ſepulcrum Sanctæ Agnetis oraret, a barbaris lapidibus obruta eſt: Apparuit mœſtis parentibus, dicens: ſe vivere cum Chriſto in cælis. *N.*23. *Jan.* Item C. in Jer. 31. v. 16.

S. Antilia Virgo decennis a malo dæmone crudeliter vexata, a S. Donato Epiſcopo liberata eſt. Variis tormentis excarnificata, ab Angelo ſanata ſiſtit tyrannum, demum capite plexa, ubi caput Divina virtute ſuo loco repoſitum eſt, inaudito miraculo ad circumſtantes, de fidei myſteriis, ac præcipue de SS. Trinitate verba fecit. *N.* 15. *Febr.*

S. Eulalia duodecim annorum puella ultro ſe ſiſtit tyranno: hiantibus per totum corpus plagis in Crucifixum defixa ajebat: O mi Sponſe! quam bene in me per iſta vulnera reſplendet imago tui! &c. N. 26. Febr.

S. Pancratius quatuordecim annorum puer a Diocletiano in filium adoptandus, maluit crudeliter mori, quam impie vivere. Sacrum ejus ſepulcrum adeo perjuros odit, ut eorum quemcunque proximius accedentem exanimem humi proſternat. N. 12. Maji.

S. Venantius quindecim annorum puer horrendis tormentis excarnificatur. *Brev.* 18. *Maji.*

Sancti Juſtus & Paſtor pueri, cum Martyrum triumphos audirent, e ludo abjectis tabellis ad tribunal accurrerunt Chriſtum profeſſi. Virgis cæſi, ungulis laniati, ignibus uſti ſe mutuo ad tormenta animarunt. *N.* 6. *Aug.*

S. Baſſa novem annorum Virguncula per ignem & beſtias in mortem data. *N.* 3. *Sept.*

*93. Perſecutiones compenſant benefactis.*

Sancta Agnes reſuſcitat filium Præfecti: Sancti Joannes & Paulus Præfecti filium a dæmone liberant. Sancti Laurentinus & Pergentinus carnifices obrigeſcentes vigori reſtituunt. Sanctus Sabinus Venuſtianum Præſidem oculorum dolore liberat. Idem habetur in vita Sanctæ Potaminæ, Sanctæ Chriſtinæ, & aliorum. C. Gen. fol. 300. col. 2.

S. Cyprianus lictori, a quo decapitandus erat, viginti aureos numerari jubet.

Thomas Morus carnifici de more veniam roganti aureum donat, & illi gratias habet pro beneficio, cui, ut ajebat, ſimile nemo hactenus illi præbuit. C. Gen. 25. v. 8.

S. Eudoxius ex aula Diocletiani Imp. Militarem faſciam pro fide abjicit, apparitores ad ſe captivandum emiſſos lauto convivio excipit, demum, poſtquam ſuo exemplo millenos milites convertit, vitam pro Chriſto dedit. *N.* 5. *Sept.*

S. Euplichius quod Chriſtianus eſſet accuſatus, ampliſſimum patrimonium vendidit, & unam partem pauperibus, alteram ſuis accuſatoribus dedit. Denique indomitis equis diſceptus. *N.* 7. *Sept.*

S. Philæmon ſagittis innumeris non ſauciatus capite plexus eſt. Caput reſectum alta voce oravit Pſalmum: Gentilis Præſul fuit monoculus, ſepulcri S. Martyris pulvere oculum ſanum recepit, quo miraculo converſus, Martyr obiit. *N.* 14. *Decemb.*

Sancti Joannes & Paulus Terentiano, qui vitam ipſis eripuit, fidei & Martyrii gratiam impetrarunt, & filium ejus a dæmonio liberarunt. In Vita 26. Junii.

*94. Martyres eſſe poſſunt ſine morte cruenta.*

Iſaac vocatur Martyr, quia propter obedientiam erga Deum paratus erat mori. Sanctus Joannes Evangeliſta, aliique in tormentis miraculoſe conſervantur. C. Gen. 22. v. 10.

Quamvis non adſit tyrannus perſequens, debet tamen verus Chriſtianus imitari Martyres ſi non certamine, ſaltem ſimulacro certaminis: ideo oportet aſſueſcere, ut vitam contemnas, ut vivam fidem ſemper conſerves, ut corpus oderis, male tractes, mortifices, affligas, quaſi nudum tu quoque deberes exponere feroci-



ciſſimæ carnificum laniенæ. Hoc nobile præludium ſi facias, nondum quidem pertinges ad martyrium, tamen aſpirabis. Segn. Manna 20. Maji n. 2.

S. Henricus Suſo affectans laureolam confeſſorum in ſpiritu raptus audit a muſicis cantari Miſſam Martyrum: *Tribulationem juſtorum*. Qua re Deus illi ſignificare voluit afflictionum martyria, quæ pati deberet. R. 1. par. mir. 20.

Chriſtiani omnes, quiſque in ſuo ſtatu uti ſuam habet crucem, ſic & ſuum habet martyrium. Unde S. Bernard. *Martyrium ſine ſanguine triplex eſt, parcitas in ubertate, quam habuit David & Job: largitas in paupertate, quam exercuit Tobias & vidua: caſtitas in juventute, qua uſus eſt Joſeph in Ægypto:* Et S. Chryſoſtom. *Exercitatio pietatis quoddam eſt ſine ſanguine martyrium: conſidera, in omni tribunali, quid aliud Martyri proponitur, quam ut abneget Deum?... tribunal eſt conſcientia, in quo juſtitiam tueri, & a Deo nunquam deficere Martyres facit.* Idem docet, patientiam in morbo eſſe longum, lentumque martyrium. S. Auguſt. ſic ſtatuit: Non martyrium & palmam ſola dat effuſio ſanguinis; dicere liceat, carnem afflixiſſe, libidinem ſuperaſſe, avaritiæ reſtitiſſe, de mundo triumphaſſe, pars magna martyrii eſt. C. in Prov. 23. v. 2.

S. Ber. in feſtiv.

S. Chryſ. in Pſal. 95.

S. Aug. 5. ... ſan. ...

Nemo ſe excuſet, dicatque, iſta Martyrii tempora jam tranſierunt, tranſiit Nero, Decius, Diocletianus; nam hoſtis nulli deeſt: perſecutor jugiter te infeſtat, nunc dæmon, nunc caro, nunc mundus, cum his acriter confiige, & martyr eris: ſi ſocios, ſi mulierculas ſolicitantes fortiter repudies, & cum Joſepho effugias, martyr eris pudicitiæ: ſi bonorum rapinas, fraudes, injurias patienter ſuſtineas, martyr eris patientiæ: ſi contemptum, oppreſſionem, opprobria hilariter feras, martyr eris humilitatis: ſi Superioris juſſa ardua fortiter capeſſas, & adimpleas, martyr eris obedientiæ. C. in Oſeæ 11. ad finem.

S. Bernard. ait: Martyrii veri genus eſt paupertas voluntaria!.. Quod Martyrium gravius, quam inter epulas eſurire, inter veſtes multas algere, paupertate premi inter divitias? An non merito coronabitur, de ſemetipſo triumphans, & crucifigens concupiſcentiam prurientem?

S. Ber. Ser. 1. in feſt. ...

Idem: Eſt martyrii genus in quotidiana corporis afflictione. C. in Oſee 11. ad finem.

S. Ber. Ser. 1. in Oct. Paſch.

S. Auguſtini ſententia eſt: Contra mortifera blandimenta luctemur, ſcientes in eo etiam quotidiana martyria non deeſſe: Et S. Gregorii: ferre contumelias, odientes diligere, martyrium eſt in occulta cogitatione. Quocirca ſapienter S. Pachomius cuidam Monacho volenti de clauſtro ad captandum martyrium egredi dixit: Frater, Monachi certamen fortiter ſuſtine, ut Chriſto placeas, & habebis in cælo communicationem martyrii. C. in Oſeæ 11. ad finem.

S. Aug. S. ... de temp.

Præ cæteris præterea Eccleſia Martyribus annumerat eos, qui morbo laborantibus, ex caritate miniſtrant, &c. C. in Oſeæ 11. in fine.

*95. Sunt numero innumerabiles.*

In ſola urbe Romana quotidie 7000. Martyres coli poſſent, uti teſtatur S. Birgitta. C. Apoc. 7. v. 9.

S. Birg. l. 3. Revel.

Tam ingens eſt numerus Martyrum, qui in perſecutionibus per totum orbem paſſi ſunt, ut teſte Franciſco Aria Eccleſia, ſingulis diebus 30000. Martyrum venerari poſſet. C. in Apoc. 7. v. 9.

Franc. Arias de imit. Chr. l. 3. c. 32.

Numera in veteri Teſtamento victimas ovium, boum, aliorumque pecudum, & hunc numerum a numero Martyrum excedi multi opinantur. Joſ. a Baſmans, conc. 2. de ſacr. Reliq. n. 7.

In ſola urbe Romana ſunt ultra ter centena Martyrum millia. Sub Diocletiano ſingulis menſibus ſeptendecim millia martyrio affecta ſunt, quæ perſecutio, cum ad viginti annos durarit, numerus Martyrum excreſcit ad quatuor milliones, &c. D. 5. 89. C. in Apoc. 7. verſ. 9.

Nicomediæ cum Dioclet. omnes Chriſti Fideles, Nobiles & Ignobiles in captivitatem dari præcepit, tantus erat captivorum numerus, ut tota civitas in carceres migrare viſa ſit, defuere vincula Chriſtianis. Cum ergo tyrannus ad acquirendum locum eos, qui idolis ſacrificare renuerunt, interfici juſſit, in Africa, in Mauritania, in Thebaide & Ægypto innumerabilis erat martyrum multitudo. E. *Martyr* n. 13. 30.

Si menſurares terram centum pedum in longitudine, & totidem in latitudine, & ſeminares eam puris granis tritici, ſi quodlibet granum fructum afferret centuplum, nondum aſcenderent numerum Martyrum a tempore S. Petri uſque ad Cœleſtinum. Ita Revel. S. Birg. C. Apoc. 7. v. 9.

Revel. l. 3. c. 27.

Ex ſolo Ordine Carmelitarum, tempore Bertholdi primi Generalis, in Syria, Palæſtina, aliiſque regionibus centena quadraginta millia martyrio excarnificantur. *Leucht.* 29. *Martii.*

96. Ri-

*96. Rident tyrannos inter tormenta.*

S. Laurent. craticulæ ſuperpoſitus ludificat tyrannum: Verſa, manduca. S. Polycarpus rogi minas tam parum metuit, quam alius, qui inter virentes camposdeambulat. S. Vincentius tortorem ad carnificinam provocat. S. Ignatius feras ipſas ſe extimulaturum ait, ſi miteſcere vellent. Tam magnanimæ etiam fuerunt S. Agnes, Agatha, Margarita, Dorothea, & aliæ. A. lect. 6. n. 14.

S. Chriſtina avulſas a corpore carnes in faciem parentis projicit, inquiens: devora carnes, quas genuiſti. Ad S. Concordium ajebat tyrannus, moneo te ut Diis ſacrifices, aut non evades crudeliſſimam mortem: cui Concordius, moneo te viciſſim, ut vero Deo ſacrifices, aut non evades mortem æternam. Sanch. 6. part. c. 9. f. 826. & ſeq.

Sed unde Sancti Martyres tam mirabilem hauriunt fortitudinem? Nempe ex
S.Ber.Ser. 61. in Cant. vulneribus Chriſti! S. Bernardus ait: Columba eſt in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, id eſt, anima in vulneribus Chriſti. Stat Martyr tripudians & triumphans toto licet corpore, & rimante latera ferro ſacrum e carne ſua circumſpicit ebullire cruorem. Ubi ergo tunc anima Martyris? In petra, in viſceribus JESU. C. Exod. 17. v. 6.

Tiburtius a S. Sebaſtiano converſus a Fabiano præfecto juſſus, aut diis ſacrificare, aut pavimentum candentibus prunis ſtratum perambulare: Tiburtius ſigno crucis ſe muniens ambulat per prunas, inquiens: Ope, & potentia veri Numinis prunas ſibi flores videri. Brev. 11. Aug.

S. Virgo Eulalia ſe ultro ad mortem offerens, ſimulacra contemnens, cum a tyranno juberetur ſacrificare, in faciem illi exſpuit. *Leucht. 10. Dec.*

*97. Ardenter deſiderant mortem Martyrii.*

S. Andreas Apoſt. ab eminus cum gaudio ſalutat crucem: Salve crux pretioſa, ſuſcipe me diſcipulum ejus, qui pro me Magiſter pependit in te. Brev. 30. Nov.

S. Ignatius Martyr Romæ ad mortem damnatus, ignes, cruces, & omnia tormenta provocat: quin imo dicit, ſe vim facturum feris, ſi forte manſueſcere, & ſibi parcere vellent. Leucht. 1. Febr.

Nicomediæ ſub Imp. Diocletiano in die Chriſti natali Chriſtiani in templo convenerant; tyrannus per præconem proclamari juſſit, ut qui vivere vellet, e templo exiret, & in proxima Jovis ara thus adoleret, alioquin totum templum exuſtum iri. Tum vero unus Chriſtianorum pro omnibus libere reſpondit: Omnes Chriſtiani ſumus, parati pro Chriſto mori! vix hæc edixerat, templum ſuccenſum eſt, & ecce! ex omnibus Chriſtianis, qui inibi erant, & quorum numerus ad viginti millia aſcendebat, ne unus quidem e templo fugit. C. Lev. 1. v. 12.

Illuſtris Matrona ſub Dunaan tyranno his minis territa: Ego te audaciſſima mulier diſcerpam, & canibus devorandam tradam! Videbo, an tuus Nazarenus poſſit tibi auxiliari, riſit: Filiola autem ejus duodennis in faciem minitantis exſpuit: tyrannus illam enſe confodit, & ſanguinem ejus Matri obtulit. Illa guſtans Deo libavit, & mortem oppetiit. C. in Lev. 1. c. 12. Vide infra: *Martyrium!*

*98. Operantur miracula in morte.*

Miraculum maximum SS. Martyrum fuit, quod inter perſecutiones tyrannorum bona omnia terrena, dignitates, uxores, filios, divitiaſque conſtanter dereliquerint. Sub Genſerico Ariano Rege ſæpius confeſſores, contemptis opibus, cum Clericis in exilium perrexerunt. Murita Diaconus cum quingentis Clericis Carthaginenſis Eccleſiæ, ab Hunnerico bonis omnibus ſpoliati, abierunt inter famem & ſitim cantantes; *Nudi exivimus de utero Matris, nudos oportet pergere in exilium.* Alii lætantes cantabant: *Hæc eſt gloria omnibus Sanctis ejus, ſic itur ad aſtra!* S. Saturus uxorem cum filiis relinquens ajebat, ſe Chriſtum ſequi dicentem: Qui non reliquerit uxorem, filios, & agros, non poteſt meus eſſe diſcipulus, &c. Ejuſmodi fortitudinis, & conſtantiæ prodigia contigerunt plurima in Japonia, in Anglia & alibi, &c. C. in Ep. ad Heb. c. 10. verſ. 34.

S. Silvanus abſciſſum caput de terra tollit, manibus portat, ſicco pede flumen tranſit, conſcenſoque clivo in templo Deiparæ caput ſuum ad pedes S. Frontonis deponit. Roſvveid. Vit. PP. Nadaſi 2. Jan.

S. Lucianus Martyr præciſum caput per tria milliaria ſuis manibus ad locum ſepulturæ deportat, quo viſo quingenti gentes converſi ſunt. *N. 8. Jan.*

Sancti Leonis decuſſum caput limpidiſſimum fontem e terra excitavit, quod ille An-



Angelo comitante ad integrum ſtadium deportavit. *N. 3. Martii.*

S. Albanus decuſſum caput de terra tollit, & manibus ſuis ad locum ſepulturæ defert. N. 21. Jun.

Cum decem millia Martyrum ſub Adriano tormentis conficerentur, ſol obſcuratus eſt ſicut in morte Chriſti. Vox audita de cœlo, quæ eos ad gloriam invitavit. Angeli eorum corpora de crucibus depoſuerunt. *N. 22. Jan.*

S. Oſitha Regia Virgo nec blanditiis, nec minis a Chriſti fide avelli poterat. Cum caput illi fuit abſciſſum, in loco martyrii ſaluberrimus fons e terra erupit, in morbis curandis prodigioſus. *Leucht. 7. Oct.*

Cum S. Fides Virgo crudeliſſimis tormentis conficeretur, S. Caprafius Epiſc. vidit columbam cœlitus advenientem, quæ Sanctæ Martyris capiti coronam pretioſiſſimam imponebat, eamque confortabat. Hac viſione animatus e latibulo ſuo prorumpens, Chriſtianum ſe profeſſus, Martyrio affectus eſt. Leucht. 20. Oct.

*99. Per ſuam paſſionem probant Veritatem fidei.*

S. Ambroſ. ait: Tolle martyrum certamina, tuliſti coronas: Tolle cruciatus, tuliſti beatitudines. M. conc. 43. aſſ. 1. n. 4.

In Japonia infantulus ſexennis nomine Thomas, ut ſe parenti probaret ſatis fortem ad perferendum Martyrium, candens ferrum generoſe accipit. Alius ardentes prunas ſine ſigno doloris manibus tenet.

Quædam Virgo in medio rogo carbonibus tanquam roſis ſe coronat. Hæc certe fortitudo in infirmis eſſe non poteſt ab alio principio, quam ab ipſo Deo. R. cent. 2. par. 2. mir. 28.

Quædam mulier nomine Thecla in Japonia ob fidem ad rogum damnatur una cum ſex liberis, & in his tormentis gaudio, ac conſolatione plena filios confortat ad martyrium, atque miranda edit Chriſtianæ fortitudinis prodigia. R. cent. 3. mir. 14.

S. Epictetus Sacerdos, & Aſtion Monachus a tyranno interrogabantur: Quinam eſſent? & unde? Reſpondebant: Sumus Chriſtiani! tyrannus minitabatur tormenta, & illi iterum: Sumus Chriſtiani, fiat voluntas Dei! Tunc verberibus crudeliter cædebantur: Et iterum clamabant: Sumus Chriſtiani, fiat voluntas Dei! Hæc verba quidam Vigilantius, unus ex ethnicis judicibus ſibi notabat, & putans eſſe incantationem, qua dolores mitigari, & martyr inſenſibilis reddi poſſit, domi & foris illa repetebat. Et ecce! Deus cæleſte lumen cordi ejus infundebat, agnovit veritatem fidei, aggregavit ſe SS. Martyribus, & dum omnes capite plectebantur, omnes una voce clamabant: Chriſtiani ſumus, fiat voluntas Dei! *Leucht. 7. Jul.*

*100. Horrendis tormentis afficiuntur.*

S. Antipa, & iterum S. Euſtachius æneo bovi includuntur, ac ſubjecto igne excremantur. S. Amphianus ab efferis equis in quatuor partes diſcerpitur. S. Hippolytus per ſentes, ac carduos ad necem uſque rapitur ac dilaceratur. Sancti Chryſanth. & Daria vivi ſepeliuntur. D. 4. 50.

Exploret quis duodecim perſecutiones Eccleſiæ, quas paſſa eſt ſub Nerone, Domitiano, Trajano, Adriano, Aurelio, Septimio Severo, Maximino, Decio, Valeriano, Aureliano, Diocletiano, Juliano, aliiſque, & certe exquiſitiſſima tormenta reperiet. D. 6. 31.

Crudelitas ingens fuit, cum SS. Martyres feris laniandi objecti ſunt, &c. D. 12. 61.

S. Clementis Anticyrani martyrium viginti octo annis durat, quo tempore millenis tormentis nunquam potuit interfici, donec ipſe petiit diſſolvi. Sanch. 6. par. c. 9. f. 826.

Paulus Japonenſis Chriſtianus una cum tribus filiis mutilatur, & in bullientibus aquis montis Ungeni crudeliter morte conficitur. R. cent. 3. mir. 48.

Apud Tyrum Phœniciæ urbem exquirebantur diverſa tormentorum genera, flagris primo cædebantur, poſt hoc tradebantur ad beſtias, adhibebantur leones, urſi, pardi, & omne ferarum genus. Cultores Dei ſtatuebantur nudi in medio arenæ, irritantur beſtiæ, cumque hæ nativæ feritatis oblitæ Sanctos venerantur, tunc homines ferociores brutis gladiis in eos ſæviunt. E. *Martyr* n. 14.

In Arabia ſecuribus cæſi, in Meſopotamia cruribus fractis mutilati, in Cappadocia manibus pedibuſque ſuſpenſi & amariſſimo fumo enecti ſunt. Alii lento igne, alii craticulis aſſati, alii manuum pedumque ſummitatibus amputatis truncati ſunt. E. *Martyr* n. 18.

Igne concremati ſunt, Machabæi, pueri in fornace Babylonica, S. Euſtachius, trecenti Martyres Carthagine, S. Laurentius &c. C. Lev. c. 2. v. 2.

S. Julianus Martyr ſenio & podagra debilitatus, cum neque ſtare, nec ambulare poſſet,

poſſet, a famulis portari debuit. Hic cum palam Chriſtianus eſſet, a Decii Imper. ſatellitibus obrutus fuit. E famulis unus a fide defecit, alter cum Domino ad mortem ivit. Camelis impoſiti per totam urbem Alexandrinam virgis cæſi, a populo deluſi, & tandem in rogum ardentem conjecti ſunt. *Baron. 27. Febr.*

S. Victor confractis digitorum compagibus triduum in fornace exegit, carnibus venenatis citra læſionem paſtus, ferventi oleo perfuſus, capite in terram verſo ſuſpenſus vivus excoriatus, tandem decapitatus eſt. N. 14. Maji.

S. Venantius lampadibus aduritur, inverſo ore, fumo ſuppoſito ſuſpenditur. Contuſis dentibus, maxillisque confractis, per loca vepribus conſita rapatur, e rupe præcipitatur, & demum capite plectitur. *Brev. 18. Maji.*

S. Trophimus crudeliſſimo martyrio affectus eſt. Uncis ferreis, aculeatis calceis, vulneribus ſale & aceto perfrictis generoſe ſuperatis, oculi illo ſtylo ferreo & candenti effoſſi ſunt, & denique caput decuſſum. N. 19. *Sept.*

Ludovicus & Lucia Japonenſes, quia Patres Miſſionarios hoſpitio recipiunt, manibus & pedibus perforantur, per vulnera hirſuti funes identidem tracti & retracti ſunt. Humeris perterebrati, & vulnera liquato plumbo infuſa ſunt. Occiſis ante oculos prolibus, tandem lento igne aſſati ſunt. Quanta crudelitas! *Ephem. Dom. 3. Oct.*

101. *Sunt invicti & imperturbabiles.*

Martyres merito comparantur leoni. 1. Quia leo eſt fortiſſimum animal, & ad nullius expaveſcit occurſum: Non fugit, ſed lento gradu retrocedit. 2. Superbus ſe cum aliis feris non commiſcet: ita Sanctus dedignatur vitam ſæcularium utut pompoſam, nec minas curat Principum. 3. Securus prædam ſuam devorat, & reſiduum aliis animalibus relinquit: ita juſtus unice intendit Deo & juſtitiæ. 4. Leo contemnit omnes hoſtes, & terrores, canes venaticos ſicut ſtipulam dilaniat: ſic etiam Martyri in tormentis & perſecutionibus creſcit virtus, &c. C. Prov. 28. v. 1.

Audiamus S. Chryſoſtom. qui dum in exilium ab Eudoxia mitteretur, de ſua perſecutione ita ſcribit ad Cyriacum: Etenim ego, cum a civitate fugarer, nihil horum curabam: ſed dicebam intra memetipſum: Siquidem vult Regina me eum agat in exilium, Domini eſt terra, & plenitudo ejus! Et ſi vult ſecare, ſecet, idem paſſus eſt & Iſaias! Si vult in pelagum me mittere, Jonæ recordabor! ſi vult in caminum injicere, idem paſſi ſunt tres pueri! Si me feris vult objicere, objiciat, Danielis in lacum leonibus injecti recordabor! ſi me lapidare vult, lapidet, Stephanum primum Martyrem ſocium habeo! ſi caput vult tollere, tollat, habeo ſocium Joannem Baptiſtam! ſi & ſubſtantiam auferre, auferat, nudus exivi de utero Matris meæ, nudus etiam abibo! Me admonet Apoſtolus, Hominis perſonam Deus non accipit! Armat me & David, dicens: Loquebar coram Regibus & non confundebar! C. Prov. 28. v. 1.

Generoſæ Matres offerunt filios ſuos ad martyria, eoſque in tormentis confortant. C. Gen. 22. v. 2.

Hinc olim in judicio & in cælis palmas in manibus habebunt; palmæ enim ſunt ſignum fortitudinis, & victoriæ. C. Apoc. 7. v. 9.

## Martyrium.

102. *A Sanctis vehementer deſideratur.*

SAnctus Philippus Nerius, & S. Felix, cum ſibi invicem in plateis obviabant, unus ſalutabat alterum: ut patibulo ſuſpendaris, & alter: ut rogo concremeris: qua ſalutatione unus alteri martyrium precabatur. Ribaden. Tom. 3. 18. Maji.

Cum Arrius Antonius, qui poſtea ſub nomine Antonii Pii Imperator factus eſt, in Aſia Chriſtianos perſequeretur, ait Tertullianus apud Baronium, *Omnes illius civitatis Chriſtiani ante tribunalia ejus, ſe manu facta obtulerunt; cum ille paucis duci juſſis reliquis ait: O miſeri, ſi cupitis perire, habetis præcipitia & reſtes.* Baron. an. 123. n. 4.

Virgo Antiochena, ut Virginitatem tueatur, cum Chriſtiano milite veſtes mutat: ſed quoniam audit militem ad necem rapi, ultro ſe judici ſiſtit, & mori pro illo poſtulat. D. 2. 59.

Thomas Morus Angliæ Cancellarius, cum audiret Fiſcherum Epiſcopum Roffenſem ad capitale ſupplicium duci, ex ſancta invidia flevit, Deumque rogavit, ut eandem paſſionis gloriam & ſibi tribuere dignaretur. D. 6. 3.

Cum Valens Imperat. Chriſtianos in campo orantes immiſſis militibus interfici juſſit, viſa eſt Mater cum filiolo accurrere. Quæſita quid ita curreret, reſpondit: ut me & filium martyrii participem efficiam. S. Natalia Conjugem Adrianum ad Martyrium exhortatur, eique manus & pedes amputandos tenet. D. 11. 92.



Cur. 10. 2. Sanctus Longinus, qui Chriſti latus aperuit, de inſtante Martyrio monitus, cum milites appropinquare cerneret, cantans ac jubilas eis obviam procedit. Sanchez 4. part. c. 4. f. 281.

Sancti Juſtus & Paſtor Pueri e ſcholis aufugiunt, & tyranno ſe ſiſtentes pro Chriſto mori petunt. Sanch. 6. par. c. 9. f. 827.

Theodora in lupanar erat detruſa, Didimus primus erat qui ad eam ingrediebatur, veſtes cum illa mutavit, & in libertatem ſecure eam dimiſit: Judex re comperta Didimum ad mortem condemnat: dum ad capitale ſupplicium ducitur, occurrit Theodora inquiens: ego quidem veſtes tecum, non autem martyrii coronam mutavi: econtra Didimus reponebat: in me ſententia mortis, non in te lata eſt. Ita concertantes ambo in necem dati ſunt. Sanch. 6. par. c. 11. f. 870.

Sandomiriæ in Polonia quadraginta Religioſi mire de martyrio præmonentur, & magno cum ardore ſe præparantes a barbaris in templum irruentibus ſub Hymno *Salve Regina* interficiuntur. R. cent. 2. part. mir. 42.

Duo Chriſtiani Japonenſes, qui contra edictum Principis Sacerdotem Chriſtianum in ſua domo hoſpitem habuere, contentioſe decertant pro morte ſubeunda. R. cent. 3. mir. 47.

S. Joannes a Cruce martyrii erat avidiſſimus: ſæpe exercitii cauſa Martyris perſonam egit, fratres tyrannum & carnificem agere juſſit. T. n. 112.

Martyrii ingens eſt excellentia, ſummus honor, & amor Chriſti: hinc Sancti ardentiſſime deſiderabant martyrium, uti S. Ignatius Martyr, S. Sophia, S. Antonius, S. Dionyſ. Areop. S. Hubertus, S. Dominicus, S. Franciſc. & alii. *Martyrii inæſtimabilis eſt gloria, immaculata victoria, immenſus triumphus!* Quare? quia, ut paulo poſt ſubdit: *Martyr efficitur collega Paſſionis Chriſti! &c.* C. Matth. 10. v. 32.

103. *Exigit præviam præparationem.*

Martyrium ſpecialis Dei gratia, gratis data eſt, quod viribus propriis ſuperari non poteſt: hinc S. Paulus ad Martyres: Philip. 1. *Vobis datum eſt pro Chriſto, ut non ſolum credatis in eum, ſed etiam, ut patiamini pro eo.* Nota! A Deo igitur dari debet hæc gratia ſupernæ fortitudinis. O quot ſunt, qui ſibi falſo blandiuntur, ſe pro Chriſto morituros! ſi enim unum verbum aculeatum, aut unum colaphum ſufferre non poſſunt, quomodo lanceam aut crucem ſuſtinebunt? Putaſne, ait S. Chryſoſtom., putaſne, poteſt ille vulneribus invenire victoriam, qui nec ictu palmæ, acquirere vult coronam? S. punct. 13. f. 587.

S. Felicitas pro fide captiva uterum ferebat: priuſquam ergo martyrio afficeretur, exſpectandum erat tempus partus: peperit in carcere octavo menſe; nam maturationem partus ſocii Martyres a Deo, ob deſiderium martyrii impetrarunt. Cumque, ut ait Baronius, parturiens, dolens, ac vociferans foris exaudiretur, quærebant lictores: Quomodo cras libens mortem ſuſcipies, quæ hodie pariens adeo perturbaris? Quibus illa: Naturæ debitas pœnas naturali tantum virtute perſolvo, ſupplicia autem, quæ ſubminiſtrat impietas, Divina gratia ſuperabo! &c. Vide Marchant. Tr. de Baptiſ. Lect. 4. Ubi probat, quod Martyrium ſuppleat defectum Baptiſmi Sacramentalis, & ideo Baptiſmus ſanguinis vocetur. Ubi hanc veritatem exemplificat in S. Emerentiana, item in quinquaginta Philoſophis, quos S. Catharina ad fidem diſputando convertit, Maxentius autem Imp. dein igne exuſſit, &c. Bar. an. 205. n. 25.

## Sancti Cælites.

104. *Multum valent apud Deum ſua interceſſione.*

AD Moyſen dixit Dominus: *Dimitte me*, ubi S. Hieronymus: *quaſi ab eo teneretur Dominus*. Sanctorum enim interceſſiones quaſi tenent Deum. B. Ser. 19. n. 29. B. Ser. 73. §. 1. 2. 3. & Ser. 74. §. 1. S. Hier. E 6. in Iſ. 53.

Deus ſolus potuiſſet educere Iſraelitas, ſed Moyſen ducem eſſe voluit: Quare? S. Climacus ait: Quicunque ex Ægypto egredi cupimus, mediatore nobis opus eſt. M. conc. 9. aſſ. 3. n. 6.

*Pluit ſuper juſtos & injuſtos*, bene juſtos anteponit, quia Deus propter Sanctos dat gratiam, & beneficia. N. 16. n. 8.

Nobilis Gallus nomine Bachevill in bello contra Turcas capitur, integro ſeptennio in captivitate detinetur, dein patrocinio S. Juliani, quem invocarat, in ſomno e Turcia in Galliam deportatur. D. 6. 10. R. 1. p. mir. 30.

Quidam Gothus Filiæ Chriſtianæ nupſit, eique apud ſepulcrum SS. Martyrum

poſſet, a famulis portari debuit. Hic cum palam Chriſtianus eſſet, a Decii Imper. ſatellitibus obrutus fuit. E famulis unus a fide defecit, alter cum Domino ad mortem ivit. Camelis impoſiti per totam urbem Alexandrinam virgis cæſi, a populo deluſi, & tandem in rogum ardentem conjecti ſunt. *Baron. 27. Febr.*

S. Victor confractis digitorum compagibus triduum in fornace exegit, carnibus venenatis citra læſionem paſtus, ferventi oleo perfuſus, capite in terram verſo ſuſpenſus vivus excoriatus, tandem decapitatus eſt. N. 14. Maji.

S. Venantius lampadibus aduritur, inverſo ore, fumo ſuppoſito ſuſpenditur. Contuſis dentibus, maxilliſque confractis, per loca vepribus conſita rapatur, e rupe præcipitatur, & demum capite plectitur. *Bren. 18. Maj.*

S. Trophimus crudeliſſimo martyrio affectus eſt. Uncis ferreis, aculeatis calceis, vulneribus ſale & aceto perfrictis generoſe ſuperatis, oculi illo ſtylo ferreo & candenti eruti ſunt, & denique caput decuſſum. N. 19. *Sept.*

Ludovicus & Lucia Japonenſes, quia Patres Miſſionarios hoſpitio recipiunt, manibus & pedibus perforantur, per vulnera hirſuti funes identidem tracti & retracti ſunt. Humeris perterebrati, & vulnera liquato plumbo infuſa ſunt. Occiſis ante oculos prolibus, tandem lento igne aſſati ſunt. Quanta crudelitas! *Ephem. Dom. 3. Oct.*

101. *Sunt invicti & imperturbabiles.*

Martyres merito comparantur leoni. 1. Quia leo eſt fortiſſimum animal, & ad nullius expaveſcit occurſum: Non fugit, ſed lento gradu retrocedit. 2. Superbus ſe cum aliis feris non commiſcet: ita Sanctus dedignatur vitam ſæcularium utut pompoſam, nec minas curat Principum. 3. Securus prædam ſuam devorat, & reſiduum aliis animalibus relinquit: ita juſtus unice intendit Deo & Juſtitiæ. 4. Leo contemnit omnes hoſtes, & terrores, canes venaticos ſicut ſtipulam dilaniat: ſic etiam Martyri in tormentis & perſecutionibus creſcit virtus, &c. C. Prov. 28. v. 1.

Audiamus S. Chryſoſtom. qui dum in exilium ab Eudoxia mitteretur, de ſua perſecutione ita ſcribit ad Cyriacum: Etenim ego, cum a civitate fugarer, nihil horum curabam: ſed dicebam intra memetipſum: Siquidem vult Regina me cum agat in exilium, Domini eſt terra, & plenitudo ejus! Et ſi vult ſecare, ſecet, idem paſſus eſt & Iſaias! Si vult in pelagum me mittere, Jonæ recordabor! ſi vult in caminum injicere, idem paſſi ſunt tres pueri! Si me feris vult objicere, objiciat, Danielis in lacum leonibus injecti recordabor! ſi me lapidare vult, lapidet, Stephanum primum Martyrem ſocium habeo! ſi caput vult tollere, tollat, habeo ſocium Joannem Baptiſtam! ſi & ſubſtantiam auferre, auferat, nudus exivi de utero Matris meæ, nudus etiam abibo! Me admonet Apoſtolus, Hominis perſonam Deus non accipit! Armat me & David, dicens: Loquebar coram Regibus & non confundebar! C. Prov. 28. v. 1.

Generoſæ Matres offerunt filios ſuos ad martyria, eoſque in tormentis confortant. C. Gen. 22. v. 2.

Hinc olim in judicio & in cælis palmas in manibus habebunt; palmæ enim ſunt ſignum fortitudinis, & victoriæ. C. Apoc. 7. v. 9.

Martyrium.

102. *A Sanctis vehementer deſideratur.*

SAnctus Philippus Nerius, & S. Felix, cum ſibi invicem in plateis obviabant, unus ſalutabat alterum: ut patibulo ſuſpendaris, & alter: ut rogo concremeris: qua ſalutatione unus alteri martyrium precabatur. Ribaden. Tom. 3. 18. Maji.

Cum Arrius Antonius, qui poſtea ſub nomine Antonii Pii Imperator factus eſt, in Aſia Chriſtianos perſequeretur, ait Tertullianus apud Baronium, *Omnes illius civitatis Chriſtiani ante tribunalia ejus, ſe manu facta obtulerunt; cum ille paucis duci juſſis reliquis ait: O miſeri, ſi capitis perire, habetis præcipitia & reſtes.* Baron. an. 123. n. 4.

Virgo Antiochena, ut Virginitatem tueatur, cum Chriſtiano milite veſtes mutat: ſed quoniam audit militem ad necem rapi, ultro ſe judici ſiſtit, & mori pro illo poſtulat. D. 2. 59.

Thomas Morus Angliæ Cancellarius, cum audiret Fiſcherum Epiſcopum Roffenſem ad capitale ſupplicium duci, ex ſancta invidia flevit, Deumque rogavit, ut eandem paſſionis gloriam & ſibi tribuere dignaretur. D. 6. 5.

Cum Valens Imperat. Chriſtianos in campo orantes immiſſis militibus interfici juſſit, viſa eſt Mater cum filiolo accurrere. Quæſita quid ita curreret, repoſuit:



ut me & filium martyrii participem efficiam. S. Natalia Conjugem Adrianum ad Martyrium exhortatur, eique manus & pedes amputandos tenet. D. 11. 92.

Sanctus Longinus, qui Chriſti latus aperuit, de inſtante Martyrio monitus, cum milites appropinquare cerneret, cantans ac jubilas eis obviam procedit. Sanchez 4. part. c. 4. f. 281. Gar. 10.2.

Sancti Juſtus & Paſtor Pueri e ſcholis aufugiunt, & tyranno ſe ſiſtentes pro Chriſto mori petunt. Sanch. 6. par. c. 9. f. 827.

Theodora in lupanar erat detruſa, Didimus primus erat qui ad eam ingrediebatur, veſtes cum illa mutavit, & in libertatem ſecure eam dimiſit: Judex re comperta Didimum ad mortem condemnat: dum ad capitale ſupplicium ducitur, occurrit Theodora inquiens: ego quidem veſtes tecum, non autem martyrii coronam mutavi: econtra Didimus reponebat: in me ſententia mortis, non in te lata eſt. Ita concertantes ambo in necem dati ſunt. Sanch. 6. par. c. 11. f. 870.

Sandomiriæ in Polonia quadraginta Religioſi mire de martyrio præmonentur, & magno cum ardore ſe præparantes a barbaris in templum irruentibus ſub Hymno *Salve Regina* interficiuntur. R. cent. 2. part. mir. 42.

Duo Chriſtiani Japonenſes, qui contra edictum Principis Sacerdotem Chriſtianum in ſua domo hoſpitem habuere, contentioſe decertant pro morte ſubeunda. R. cent. 3. mir. 47.

S. Joannes a Cruce martyrii erat aviđiſſimus: ſæpe exercitii cauſa Martyris perſonam egit, fratres tyrannum & carnificem agere juſſit. T. n. 112.

Martyrii ingens eſt excellentia, ſummus honor, & amor Chriſti: hinc Sancti ardentiſſime deſiderabant martyrium, uti S. Ignatius Martyr, S. Sophia, S. Antonius, S. Dionyſ. Areop. S. Hubertus, S. Dominicus, S. Franciſc. & alii. *Martyrii inæſtimabilis eſt gloria, immaculata victoria, immenſus triumphus!* Quare? quia, ut paulo poſt ſubdit: *Martyr efficitur collega Paſſionis Chriſti! &c.* C. Matth. 10. v. 32.

103. *Exigit præviam præparationem.*

Martyrium ſpecialis Dei gratia, gratis data eſt, quod viribus propriis ſuperari non poteſt: hinc S. Paulus ad Martyres: *Vobis datum eſt pro Chriſto, ut non ſolum credatis in eum, ſed etiam, ut patiamini pro eo.* Nota! A Deo igitur dari debet Philip. 1. hæc gratia ſupernæ fortitudinis. O quot ſunt, qui ſibi falſo blandiuntur, ſe pro Chriſto morituros! ſi enim unum verbum aculeatum, aut unum colaphum ſufferre non poſſunt, quomodo lanceam aut crucem ſuſtinebunt? Putaſne, ait S. Chryſoſtom., putaſne, poteſt ille vulneribus invenire victoriam, qui nec ictu palmæ, acquirere vult coronam? S. punct. 13. f. 587.

S. Felicitas pro fide captiva uterum ferebat: priuſquam ergo martyrio afficeretur, exſpectandum erat tempus partus: peperit in carcere octavo menſe; nam maturationem partus ſocii Martyres a Deo, ob deſiderium martyrii impetrarunt. Cumque, ut ait Baronius, parturiens, dolens, ac vociferans foris exaudiretur, quærebant lictores: Quomodo cras libens mortem ſuſcipies, quæ hodie pariens adeo perturbaris? Quibus illa: Naturæ debitas pœnas naturali tantum virtute perſolvo, ſupplicia autem, quæ ſubminiſtrat impietas, Divina gratia ſuperabo! &c. Vide Marchant. Tr. de Baptiſ. Lect. 4. Ubi probat, quod Martyrium ſuppleat defectum Baptiſmi Sacramentalis, & ideo Baptiſmus ſanguinis vocetur. Ubi hanc veritatem exemplificat in S. Emerentiana, item in quinquaginta Philoſophis, quos S. Catharina ad fidem diſputando convertit, Maxentius autem Imp. dein igne exuſſit, &c. Bar. ann. 205. n. 25.

SANCTI CÆLITES.

104. *Multum valent apud Deum ſua interceſſione.*

AD Moyſen dixit Dominus: *Dimitte me*, ubi S. Hieronymus: *quaſi ab eo teneretur Dominus*. Sanctorum enim interceſſiones quaſi tenent Deum. B. Ser. 19. n. 29. B. Ser. 73. §. 1. 2. 3. & Ser. 74. §. 1. S. Hier. E. 6. in Iſ. 32.

Deus ſolus potuiſſet educere Iſraelitas, ſed Moyſen ducem eſſe voluit: Quare? S. Climacus ait: Quicunque ex Ægypto egredi cupimus, mediatore nobis opus eſt. M. conc. 9. aſſ. 3. n. 6.

*Pluit ſuper juſtos & injuſtos*, bene juſtos anteponit, quia Deus propter Sanctos dat gratiam, & beneficia. N. 16. n. 8.

Nobilis Gallus nomine Bachevill in bello contra Turcas capitur, integro ſeptennio in captivitate detinetur, dein patrocinio S. Juliani, quem invocarat, in ſomno e Turcia in Galliam deportatur. D. 6. 10. R. 1. p. mir. 30.

Quidam Gothus Filiæ Chriſtianæ nupſit, eique apud ſepulcrum SS. Martyrum Gur-

Gurriæ & Samonæ juramento promiſit, quod eam bene habere velit. Abiens autem cum filia eam mancipatui addixit. Poſtliminio hæc filia patrati homicidii accuſata in tumulo una cum cadavere viva ſepelitur. Invocat S. Martyres, & ab iis apparentibus in patriam reducitur. Sanchez 4. par. c. 5. f. 289.

S. Ludov. Epiſc. Toloſanus, Joannem filium Philippi Regis Galliæ, jam cum morte luctantem, viſibiliter apparens ſanat. Dionyſ. Regem Portugalliæ abuſo invadente liberat, &c. R. cent. 2. par. 2. mir. 1.

Sancti in terris orantes, multas gratias pro aliis impetrarunt, uti Abraham pro uxoribus Abimelec, Moyſes pro Pharaone, Samuel, Job, Eſther, Centurio, Paulus Apoſtolus, & alii: quanto magis ſuis precibus potentes erunt in cælo? H. Ser. 12. fol. 110.

105. *Innocentia ſua confundent peccatores in judicio.*

Fruſtra obtendet peccator fragilitatem, tentationes &c. nam audiet illud: *Potuerunt iſti & iſtæ*. B. Ser. 45. n. 6. 7. 8.

Labrum æneum fundabatur ſupra fragile ſpeculum: labrum eſt lex Dei, quam portarunt fragiles homines, adoleſcentes, & puellæ. B. Ser. 45. n. 9. 29. 30. 31.

Pro homine non veſtito veſte nuptiali, pro ſervo nequam, pro fatuis Virginibus nemo rogavit: Quare, quia judicium figurabatur: S. Auguſt. ait: ſic ſtabunt Sancti contra peccatores, Abraham contra inobedientes, Iſaac contra impatientes, Joſeph contra inobedientes, &c. B. Ser. 45. n. 31. M. conc. 6. aff. 2. n. 9. & ſeq.

Conſeſſus judicii ſub præſidio Chriſti & comitatu omnium Sanctorum erit Majeſtate plenus! hic comparebunt, & excuſationes ſuas proponent peccatores omnes: comparebunt Sacerdotes deſides & otioſi, & contra hos inſurgent Apoſtoli, qui in prædicando Evangelio orbem peragrarunt. Comparebunt delicatuli ad omnem adverſitatem, & verbum aculeatum expalleſcentes, & contra hos inſurgent Martyres, qui vitam & ſanguinem pro Chriſto fuderunt. Comparebunt avari per fas & nefas diteſcere quærentes, & contra hos inſurgent confeſſores, qui relictis omnibus ſecuti ſunt Chriſtum. Comparebunt impuri ad quamlibet tentationem turpiter proſtrati, & contra hos inſurgent Virgines, qui pro caſtitate uſque ad vitam & ſanguinem decertarunt, &c.

106. *Utiliter invocantur in variis neceſſitatibus.*

In Arabia fabuloſa nullæ ſunt viæ, & ſiqua interdum veſtigia in ſabulo appareant, ſtatim a ventis iterum delentur: hac de cauſa itinerantes ſolicite ad ſydera attendere debent. Ita in neceſſitatibus hujus mundi refugium faciendum ad cœleſtia ſydera, id eſt ad Sanctos, &c.

S. Nicetius Epiſc. ab urbe Trajectenſi peſtem avertit: auditæ ſunt in aere hæ voces: Quid agimus ſocii? Ad unam portam Eucharius, ad alteram Maximianus, in medio Nicetius excubat? Fugiamus. N. 6. Oct.

Hebræi olim magnam confidentiam habebant in Arca: Arca autem ſignificat Sanctos & præſertim Beatiſſimam Virginem. C. in Exod. 25. v. 10.

Scimus ex funeſtis caſibus, quanta ſit infernalibus ſpiritibus nocendi poteſtas, qui ad juramenta, ad blaſphemias, ad invocationes ſtygis ſæpe triſtes tragœdias adornarunt: & ego non credam, Sanctis cum Chriſto regnantibus a Fidelibus pie invocatis eſſe eandem poteſtatem juvandi? hi Sancti in locum rebellium Angelorum in cælis ſuffecti ſunt: ergo ſicut illi Angeli, ſi Fideles permanſiſſent, pie invocantibus auxilio eſſe potuiſſent; ita nunc poſſunt Sancti in eorum thronum ſurrogati; quia Deus nunc horum miniſterio uti poteſt, ſicut in caſu innocentiæ uti potuiſſet miniſterio illorum, &c. Hinc eſt, quod Fideles in variis neceſſitatibus opem & auxilium Sanctorum mirabiliter experti ſint, &c.

107. *Honorantur & præmiantur ab ipſo Deo.*

S. Agnes parentibus, mortem ſuam deplorantibus apparuit, pulcherrimum Agnellum manuducens, dixitque. Ne me lugeatis, quia vivo apud eum, quem in vita toto corde amavi. Pius II. Pont. Max. viſus eſt in cælum comitantibus Angelis ferri, ubi triplici corona propter triplicem victoriam coronatus eſt. S. Alexander B. Mechtildis frater, Regis Scotiæ filius, viſus eſt duas coronas, unam in manibus, alteram in capite geſtare, illam quia Dei amore reliquit regnum, iſtam propter alia merita. H. Ser. 10. f. 94. ſeq.

S. Scolaſtica inſtar candidiſſimæ columbæ in cælos evolat. S. Benedictus in ful-



fulgidiſſima veſte inter Angelos, & lampades aſcendit. S. Eulalia inſtar coruſcantis columbæ in cælum contendere viſa eſt. Septem Mulieres, quæ cum S. Blaſio ad Sebaſten Armeniæ urbem martyrium paſſæ ſunt, tanquam Sponſæ coronis, ac liliis decoratæ ab Angelis ad cæleſtes nuptias deductæ ſunt. S. Servulus poſt quadraginta annorum infirmitatem, cantans, & cum Angelis jubilans in cælum aſſumptus eſt. S. Martinus Turonenſis inter Angelorum hymnodiam, vidente S. Severino, in cælum elatus eſt. S. Siſois Abbas moriturus, facie inſtar ſolis ſplendere viſus, dicereque auditus eſt, ſibi Chriſtum Dominum cum Angelis obviam venire. S. Eraſmus inter tormenta lætabundus edixit, ſibi coronam gloriæ ab Angelis offerri. S. Dominicus in hora obitus viſus eſt corona aurea redimitus. H. Ser. 18. f. 180.

108. *Inhonorati vindicant injurias.*

Anno Domini 1582. in urbe Stenovico in Belgio hæretici cives ob reportatam aliquam victoriam feſtivis plauſibus jubilabant, & toti gulæ vacabant, atque ut lætitiæ etiam milites intereſſe poſſent, interim in ſtationes excubiarum Sanctorum imagines elocabant, quinimo aliquas in patibulo ſuſpendebant, alias galeris & armis ridicule veſtiebant. Quid factum eſt? ea nocte Hiſpanorum exercitus ſub Farneſio Duce militans ſcalis applicatis nemine reluctante mœnia tranſcendit, & immenſam ſtragem incolarum edidit: id quod certe factum fuiſſe putatur ob inhonoratas Sanctorum imagines.

Quidam hæreticus Sancti imaginem lancea in oculo ſauciat, & continuo unum oculum perdit. Alius lapide vulnerans imaginem B. V. paulo poſt in conflictu lapide necatur. D. 7. 36.

Cum Longobardi in Provinciam Valeriam irrumpentes, Monaſterium S. Equitii exſpoliare cogitabant, Monachi ad ſepulcrum hujus Sancti confugientes ejus opem implorabant: Et ecce! Milites, qui facro loco manus primi injecerunt, a malo dæmone obſeſſi, & hoc exemplo cæteri abſterriti ſunt. *Leucht. 7. Martii.*

Poſtquam S. Nicetius Epiſc. Lugdunenſis obiit, Clericus quidam illum criminari, & fatuum nuncupare auſus eſt, eo quod Eccleſiæ, in qua tumulatus eſt, nihil teſtamento reliquerit. Ea nocte S. Nicetius criminatori cum duobus Epiſcopis apparuit, conqueſtuſque eſt, En! hic homo fatui nomine me ex eo injuravit, quod non Eccleſiam hanc heredem ſcripſerim! an enim non grandem illi theſaurum corporis mei dono conſignavi? Reſponderunt comites Epiſcopi, dicentes: Erravit vehementer, & unus illorum os conviciatoris colapho percuſſit. Et ecce! percuſſus quadraginta diebus doloroſiſſimo morbo, lecto affixus hæſit, donec de delicto pœnituit, & opem S. Nicetii humiliter imploravit. *Leucht. 2. April.*

109. *Sunt noſtri Patroni, ſed non ſine noſtra opera.*

Juveni cuidam Minerva victoriam in duello prædixit: ſed cum ille incurius & vecors pugnat, graviter ſauciatus contra Minervam conqueſtus eſt, cui Dea reſpondit: ex ſua parte nihil defuiſſe ad victoriam, cur ille non fecerit etiam ſua! &c. ita patrocinium Sanctorum ſe ſolo non ſufficit, niſi & noſtra conferamus. B. Ser. 66. n. 16. & ſeq.

*Si deſides fuerimus, nemo nos juvare po-* *S. Chryſ.*
*terit*, ait S. Chryſoſt. Samuel bis pro po- *hom. 1. in 1 Theſſal.*
pulo oravit, ſemel impetravit, non vero altera vice: Quare: quia una vice etiam populus gratus erat Deo, & idola removit. B. Ser. 67. n. 17. 18. Item Ser. 73. §. 3. Serm. 74. §. 2.

Singulæ nationes habent ſuum ſpecialem Patronum, exempli cauſa: Galli habent S. Ludovic. Martinum, Dionyſium. Poloni Caſimirum & Hiacynthum. Hungari Stephanum & Emericum. Bohemi Vitum, & VVenceslaum. Germani Georgium, & Henricum. Iſti omnes patrocinantur ſuis clientibus, ſed non ſine collata eorum opera, &c. D. 2. 40.

Hiſpani pro Patrono habent S. Jacobum, Scoti S. Andream, Angli S. Gregorium, Veneti S. Marcum, Indi S. Thomam. D. 6. 74.

Bernardus Colnagus S. J. miram confidentiam, & familiaritatem habet cum S. Antonio Paduano: ab eo per preces, per indignationes, imo etiam per intentatas minas mira beneficia extorquet. R. cent. 2. part. 1. mir. 50.

Qualibet Chriſtianus Sanctum, cujus nomen in Sacramento Baptiſmi obtinuit, colere & imitari ſtudeat, & certe in neceſſitatibus tam corporalibus, quam ſpiritualibus illius auxilium experietur; ideo enim homini Baptizato a Deo datus eſt, ut illius Patronus, & defenſor ſit, ſed nonniſi devote exoratus, &c.

110. A

*110. A Deo conſtituti patroni contra varias neceſſitates.*

S. Paulus Inſulam Melitam a viperis, & animalculis venenatis conſervat, item putat Fazelus omnes eos, qui die converſionis S. Pauli naſcuntur, a viperarum morſu eſſe immunes. Omnes qui veneno intoxicati ſunt, ſi Eccleſiam S. Phocæ Martyris Antiochiæ ingrediuntur, ſubito a veneno liberantur. Similiter in templo S. Bellini ſanantur omnes, qui a rabioſis canibus morſi ſunt; quia Sanctus iſte a canibus fuit dilaceratus. D. 6. 45.

*Fazelus Decad. 1. l. 1. c. 1.*

*Cælius Rodig. l. 27. c. 28.*

S. Joſephus Patronus eſt fabrorum, S. Eligius artificum in auro, aut chalybe, S. Homobonus ſartorum, SS. Criſpinus, & Criſpinianus ſutorum, S. Caſtorius ſtatuariorum, S. Lucas pictorum, S. Barbara ſagittariorum, S. Ivo advocatorum, S. Alexander carbonariorum, S. Catharina ſtudioſorum, S. Auguſt. Theolog. &c. D. 6. 74.

In ophthalmia Patrona habetur S. Lucia, in perſecutionibus S. Petrus Martyr, in navigatione S. Nicolaus, in captivitate S. Leonardus, in peſte S. Sebaſtian. &c. D. 6. 74.

S. Patritius Hiberniam, S. Paulus Inſulam Melitenſem, S. Ildephonſus Epiſcopatum Toletanum, S. Pirminius Inſulam lacus Acroniani Augiam divitem a ſerpentibus, bufonibus, & animalibus venenoſis conſtanter conſervat. D. 10. 25.

S. Benedictus Henricum Imperatorem dolore calculi punit, & iterum mirabiliter ſanat. R. cent. 2. par. 2. mir. 4.

S. Udalricus Epiſcopus totam Diœceſin Auguſtanam contra glires immunem conſervat: & ſi terra, ſeu arena de ſepulcro hujus Sancti etiam in alienas regiones aſportetur, e domibus glires expellit, prout teſtatur experientia, &c.

Reliquiæ Sanctorum.

*111. Bona maxima ferunt communitati.*

Corpus Sancti Cæcilii maxime prodeſt urbi Granatæ. B. Ser. 66. §. 1. 2. 3. &c. & Serm. 73. §. 2. 3.

Dum Robert. Rex Galliæ veneratur reliquias S. Aniani Martyris, mœnia inimicæ urbis Avalon, quam ter obſederat, corruunt. F. p. 3. l. 6. f. 162. col. 2. Vide etiam Coutinno in Feſt. S. Jacobi conſid. 4.

Cum Imperator Orientalis ab Antiochenis repeteret corpus S. Simeonis Stilitæ, recuſarunt illi petitum, dicentes, ſuam urbem propugnaculis haud ſatis eſſe munitam; inconſultum proinde fore, ſi tam potenti præſidio ſe orbarent.

*Aresſt. l. 3. Impreſ. 8c. diſc. 2. n. 13.*

Urbs Niſibi per S. Jacobum Epiſcopum ibidem contra obſidionem Regis Saporis potenter defenditur, cujus interceſſione etiam murus aquarum alluvione proſtratus iterum erectus eſt: additque Baronius: *Sed & eo ex hac vita ſublato, quamdiu corpus Niſibi manſit, plane facta eſt inexpugnabilis civitas illa.*

*Bar. ann. 338. n. 20.*

Moyſes ex Ægypto ſecum aſportat oſſa S. Joſephi: Quare? Theofridus Abbas ait: *Singulis provinciarum, & civitatum populis in ſolatium, ut dum importunis urgentur incurſibus hoſtium, per horum defenderentur meritum.*

*Theofr. Abb. in Serm. de Sanctor. Reliq.*

Parthenopolis non poteſt expugnari, quamdiu inibi eſt corpus S. Norberti. Ulmenſes non extradunt corpus S. Henrici Suſonis, quia ab eo præſidium ſperant. Joſ. a Bruſmans conc. 1. de S. Reliq. n. 4.

Cum Mediolanum obſideretur, S. Ambr. cum flagello apparuit, & hoſtes abegit. Kornmann. de Mir. Mort. p. 2. c. 26.

In Monte Falcone in Italia aſſervatur ampulla ſanguinis, qui e corpore S. Claræ effluxit: Is concretus, quoties aliquid calamitatis imminet Reipublicæ Chriſtianæ, ſolet colliqueſieri, & efferveſcere. C. Iſa. 66. v. 14.

*112. Habentur in magno pretio.*

Corpus Sancti Adalberti cum auro æquali pondere commutatur. F. p. 3. l. 10. fol. 513. 514.

Moyſes ex Ægypto, dum alii aurum portant, oſſa Sancti Joſeph ſecum tulit. M. conc. 34. §. 1. n. 13.

Corpus Sancti Auguſtini a Luitprando Longobardorum Rege magno pretio ex Sardinia Inſula redimitur. Breviar. in Feſt. S. Aug. lect. 6.

Reliquiæ Sancti Aniani a Roberto Rege Galliæ propriis humeris in Neo-ædificatum templum feruntur. F. p. 3. l. 6. f. 162. col. 2.

Si lucerna Epicteti, qua in vigiliis utebatur, poſt illius mortem mille drachmis fuit comparata, quia erat Vir miræ prudentiæ & virtutis ſaltem naturalis: quanto magis oportet in honore haberi Sanctorum exuvias? &c. A. lect. 5. n. 13.

Moyſes ex Ægypto egrediens, non aurum & argentum prout Iſraelitæ, ſed oſſa S. Joſephi ſecum aſportabat.

Philippus II. Rex Hiſpaniarum exuvias





S. Eugenii Epiſcopi primi Toletani, a Galliarum Rege Carolo IX. ſibi tranſmiſſas, propriis humeris una cum Filio ſuo, & duobus Archiducibus Auſtriæ deportat. D. 8. 65.

Baculus Prothei Cynici Philoſophi pro integro argenti talento emitur. D. 9. 32.

Si res profanæ, quæ raræ ſunt, magni æſtimantur, cur non Reliquiæ Sanctorum. Controverſia eſt, an detur Monoceros; qui ergo cornu Monocerotis ſe poſſidere putant, illud tanquam theſaurum aſſervant. Tale habetur Pariſiis in Eccleſia S. Dionyſii quinque cubitis longum. Item Argentinæ in Eccleſiæ Cathedralis Gazophylacio. Item Venetiis ad S. Marcum &c. Quare aſſervantur? quia ſunt rara, & Medicinalia. Cur ergo exuviæ Sanctorum non propter eaſdem cauſas in magno pretio haberi deberent? VV. art. diſc. Font. 4. ex 1. Item C. in Iſa. 21. verſ. 10.

*113. Sunt venerandæ.*

Membra Chriſti Domini utique veneranda ſunt: ſed de S. Reliquiis ait Auguſtinus:

*Sanctorum corpora & præcipue Martyrum reliquias, ac Chriſti membra ſinceriſſime honoranda credimus.*

*S. Aug. l. de Eccl. dogm. c. 23.*

Deus ipſe honorem, & curam habet ſacrarum Reliquiarum: *Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Cum ergo capillos obſervat, multo magis oſſa curat: *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, unum ex his non conteretur.*

*Luc. 21.*

*Pſal. 33.*

S. Maximus Taurinenſis Epiſcopus ait: *Martyres devotiſſime percolendi ſunt, ſed ii præcipue venerandi a nobis, quorum Reliquias poſſidemus.*

*S. Max. Serm. de SS. Octav. Solut. & Adventor.*

Simplicius Præſes Romanus, qui anno Chriſti Domini urbem Tarſus gubernabat, Martyrum corpora pecuniis vendidit: notum eſt Chriſtianos magno in numero illuc advectaſſe, & Martyrum corpora honoraſſe, inter quos erat S. Bonifacius Martyr. Ex quo clare patet, quantis in honoribus apud primos Chriſtianos fuerint Reliquiæ Sanctorum. Errant ergo hæretici noſtri temporis, qui honorem denegant Sanctorum exuviis: *Siquis in hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus & Vigilantianus* creditur, ait Gennadius. Quantam reverentiam Sancti Patres habuerint erga corpora Sanctorum, perhibet Cardinalis Baronius ad annum Chriſti 55. Et S. Auguſtinus l. 22. de civitate Dei c. 9. ubi narrat filiolum alicujus Irenæi oleo S. Stephani Protomartyris unctum a morte reſuſcitatum fuiſſe. D. 9. 5.

Corpori S. Severini Martyris Aquila locum ſepulturæ deſignavit. Ad ejus corpus etiam mortuus reſurrexit, qui dein per quindecim annos ſuperſtes ab ejus ſepulcro nunquam receſſit. N. 9. *Sept.*

*114. In ſua inventione, aut translatione mira operantur.*

Cum Reliquiæ S. Dionyſii Epiſcopi Mediolanenſis ab exilio, quo eum Conſtantius Arianus Imperator ablegarat, Mediolanum reportantur, reſerata capſula articulate ſalutarunt S. Ambroſium obviam ſibi procedentem: *Ave frater Ambroſi*, & cum illo multa de fidei veritate, & Chriſti Divinitate collocutæ ſunt. Lohn. Biblioth. T. 3. f. 537.

*Joan. Fer. diſc. Reliq. l. 2. c. 2. n. 14.*

Reliquiæ S. Martialis Lemovicenſis Epiſcopi, dum a S. Eligio ad templum deportantur, in tranſitu carceres omnes effringunt, & captivos liberant. Lohn. T. 3. f. 538.

*Jo. Eap. Signius de Reliq. c. 24.*

Sanctus Chryſoſtomus in exilium ejectus, ibique mortuus eſt. Poſt mortem Proclus Patriarcha voluit ſacrum corpus in urbem Conſtantinopolitanam transferre, ſed feretrum nulla vi poterat commoveri. Igitur Theodoſius Imperator litteras exarat ad Sanctum Chryſoſtomum mortuum, eumque rogat ut in patriam ſuam, ſedemque Patriarchalem reverti dignaretur: litteræ collocantur in pectore ſancti corporis, & ecce illud ſine difficultate jam poterat deportari, & ſic cum ingenti devotione confluentis populi Chalcedonem translatum eſt. Ubi ſacrum corpus Conſtantinopolim advenit, Imperator in genua procidens rogabat pro pace defunctæ Matris ſuæ, quæ hactenus in ſepulcro, ob perſecutionem hujus Sancti inquietiſſima erat, ab hac die autem precum quievit. Ex populo quilibet ſalutabat Sanctum, & Proclus eum in Epiſcopali Sede collocans, ajebat: *Recipe thronum tuum O Pater.* Et ecce! audiebatur a ſacro corpore vox: *Pax vobis &c.* D. 2. 41.

Corpora Sanctorum Firmi & Ruſtici Veronenſibus venalia offerebantur pro ea auri quantitate, quam ipſa corpora penderent: in bilance poſita vix unius æris pondo æquabant. N. 9. *Aug.*

115. *Excitant nos ad Virtutis exempla.*

Epiſt. Jud. v. 9. Michael altercatus eſt cum diabolo de corpore Moyſis: noluit dæmon ut illud ſepeliretur in regione Moab, metuebat enim Moabitæ idololatriæ converterentur, & ille ſua delubra, & dominium perderet.

Bonifacius & Aglae turpiter ſibi diu convixerant: ſed poſtquam Boniſac. corpora Martyrum veneratus eſt, ita illorum exemplo fuit animatus, ut & ipſe Martyrium ſubierit: Aglae autem mundo nuntium miſerit. Manſi tit. *Sacra Reliquiæ* Diſc. 9. n. 6.

Cur Dominus Deus corpora Sanctorum non jam ab annis, ſed a ſæculis incorrupta conſervat, uti corpus S. Simeonis Tridenti, corpus S. Catharinæ Bononiæ, corpus S. Magdalenæ de Pazzis Florentiæ, corpus S. Cæciliæ Romæ. Cur ſepulcra Sanctorum tam ſunt glorioſa, uti SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, S. Agnetis, S. Pudentianæ, S. Praxedis, S. Felicitatis, S. Suſannæ, S. Alexii, & aliorum? non alium in finem, niſi ut nos excitent ad virtutis imitationem! e diverſo diſparuerunt ſepulcra Pompeï, Scipionis, Neronis, Trajani, & alia, ut extinguatur memoria vanitatis & impietatis. C. in Iſa. 11. v. 20.

De Ladislao Poloniæ Rege perhibetur, quod ectypon Patris e collo pendulum continuo geſtaverit, cumque majoris momenti negotia in regno adminiſtrando ingruerent, imaginem Patris intueri, diceréque ſolitus ſit: Abſit o chare Genitor, ut aliquid indignum te decernam. Eundem animum inſpirare nobis debent Sanctorum Lipſana, præſertim quæ collo pendula gerimus; abſit ut ab exemplo veſtro abludam!

116. *Conferunt nobis multa beneficia.*

S. Joann. Damaſc. l. 4. Ortho. fid. c. 16. S. Joannes Damaſcenus ait: *Fontes nobis ſalutares Salvator noſter præbuit Sanctorum Reliquias multimoda beneficia ſcaturientes.*

S. Gaud. in Dedic. Baſil. 40. Mart. S. Gaudentius ſuis Brixienſibus ſacra Lipſana tanquam *pretioſam poſſeſſionem*, *Divina munera, & cæleſtia beneficia deprædicabat*. Engelgr. Pantheon p. 2. in Feſt. S. Andreæ §. 3.

S. Bernard. ita venerabatur Reliquias S. Judæ Apoſtoli, ut eas ſibi morituro ſuper pectus imponi voluerit. Engelgr. Pantheon p. 2. in Feſt. SS. Sim. & Jud. §. 3. in fine.

Quæſtio intricata eſt, cur paſtores primi fuerint, quibus Angeli evangelizarunt Nativitatem Chriſti, eoſque vocarunt ad præſepium? reſpondet Silveira, hunc favorem ideo illis exhibitum fuiſſe, quia paſcebant gregem juxta turrim, in quo oſſa B. Rochelis quieſcebant: *Valde enim frequens eſt, quod multa accipiamus bona in loco, in quo Sanctorum jacent reliquiæ.* Silveira in Evang.

Reliquiæ S. Martialis Lemovicenſis Epiſcopi, dum prope carceres, ubi ſeptem captivi tenebantur, deferrentur, carceres funditus commoti, vincula rupta, & captivi liberati ſunt. T. n. 36.

Corpus S. Oſvvaldi Epiſcopi, dum circa urbem Vigornienſem cum Litaniis portatur, peſtem repente compeſcuit. N. 15. *Octob.*

Eo loco, quo S. Angelus Carmelita per martyrium ſanguinem fudit, Dominus Deus fontem contra varios morbos ſalutarem excitavit. *Leucht. 5. Maji.*

Vincula S. Petri prodigiis clara ejiciunt ex corporibus malos dæmones. *Leucht. 1. Aug.*

117. *Beneficia conferunt juſtis, non peccatoribus.*

Quidam Paulinus Magus in argentea ſcutella ſolitus eſt excipere ſanguinem victimarum, quæ dæmoni immolabantur: poſtliminio hoc argenteum vas vendidit Epiſcopo Heracleæ, ubi oſſa Sanctæ Gliceriæ Martyris ſalubre oleum in vaſculum cupreum ſtillabat: huic vaſculo cupreo ſubſtituit Epiſcopus ſcutellam illam argenteam, & ecce! deſiit oleum fluere; quia Sancta noluit beneficum liquorem ſcelerato vaſi impertire. Hoc remoto iterum rediit fluxus liquoris. Ita a pari, &c. D. 4. 26.

Oleum Sanctæ VValburgæ Euchſtadii, cum immundum vaſculum ſupponitur, aut locus graviter inhonoratur, fluere deſinit. Oleum Sancti Nicolai, Manna dictum, ob peccata populi ſæpe emanſit. In templo PP. Franciſcanorum Placentiæ ſaluber fons olei manabat, quod lampadibus nutriendis adhibebatur: poſtliminio oleum iſtud pecunia vendi cæpit, & ecce! ſtatim effundi deſiit. D. 4. 85.

In Eccleſia, ubi corpus S. Ludmillæ ſepultum erat, nullum aliud cadaver humari poterat, quod non continuo terra ejecit. Hoc ſacrum corpus dein Pragam a S. VVenceſlao Rege tranſlatum eſt. Si Sancti reſpuunt & dedignantur corpora mortua, quanto magis animas peccato mortuas? *Leucht. 26. Sept.*

S. Evergiſtus Epiſcop. intolerabilem capitis



dolorem, pulvere de ſepulcro S. Gereonis mitigat & penitus ſanat. *N. 24. Oct.*

S. VVilchado Epiſc. Bremenſi ob idola everſa impius quidam caput amputare volebat, ſed ictus ſacra Lipſana, quæ collo gerebat, tetigit, ipſo intacto. *Leuch. N. 8. Nov.*

118. *Non ſine Dei vindicta inhonorantur.*

Julianus Apoſtata, oſſa S. Babylæ Martyr. quibus oraculum Apollinis obmutuit, exhumari juſſit: Et ecce! cælum grandine & fulminibus indignationem ſuam demonſtravit. *Leucht. 24. Jan.*

In Eccleſiam, ubi corpus S. Alberti Ord. Carmelit. ſepultum erat, quidam milites ſuos equos introducere, & ibi ſtativa facere auſi ſunt, & ecce! e ſepulcro Sancti ejaculabantur lapides, quibus equi proſtrati, milites autem territi variis morbis confecti ſunt. *Leucht. 7. Aug.* Cumque ſepulcrum aperiretur, viſum eſt ſacrum corpus in genua erectum flectere, quaſi eo ſitu vindictam contra injuriatores clamare vellet. *Leucht. ibid.*

Sepulcrum S. Narciſſi Epiſcopi & Mart. quidam milites ſpoliare intenderunt. Cum autem terram removere inciperent, tanta tamque immenſa muſcarum copia e ſepulcro eruperunt, ut milites, muſcarum aculeis & morſibus fatigati, in fugam acti ſint.

Donatus Afer Presbyter Mediolanenſis, quia S. Ambroſio jam Superis adſcripto graviter detraxit, ſubito gravi vulnere percuſſus, in lecto poſitus miſere occubuit. Belithgarius theſaurum Eccleſiæ auferens, famulos S. Remigii flagellis ejecit, iiſque S. Remigium invocantibus dixit: Videte, quomodo Remigius vos adjuvet! Et ecce! ſubito intumeſcere cæpit, & medius crepuit. Lohner Biblioth. T. 3. tit. 128. §. 5. n. 24. & 25.

119. *Operantur peccatorum converſionem, & ſalutem.*

Non ſine ſingulari providentia Deus vocavit Samaritanam ad fontem Sichar, & illud prædium quod Jacob filio ſuo Joſeph donavit. Ibi converſa eſt, quia ibi, ut conſtat ex libro Joſue, ſepulta erant oſſa S. Patriarchæ Joſephi, ait Baeza: *Stet Samaritana in prædio, ubi ſunt oſſa Joſephi, reſpiciat Eccleſia ad oſſa virorum ſanctorum, illiſque devota inſiſtat, maxima inde capiet virtutis fulcra.* Baeza To. 2. in Evan.

Mortuo Eliſeo, cum alius quidam defunctus efferretur, & portatores cernerent nonnullos Moabitarum prædones, ſtatim cadaver in ſepulcrum Eliſei dejecerunt: & ecce! ut primum defunctus tetigit oſſa Prophetæ, revixit: ubi Berchorius ait: *Tu ergo, ſi quempiam mortuum dicis, velim juxta Eliſei oſſa illum conſtituas*, & revivet ad ſtatum gratiæ. 4. Reg. 13.

Nihil eſt frequentius, quam quod Dominus Deus corpora & Reliquias Sanctorum contra feras, & volucres defenderit. Item eorum ſepulcra, ſi forſan fuere ignota, prodigioſe manifeſtarit, uti factum eſt cum corpore S. Stephani, Gamalielis & aliorum Martyrum: Et quare hoc? non tantum, ut Sanctis debitus honor exhibeatur, ſed ut eorum interceſſione, & exemplo peccatores convertantur, & ad operandam ſuam ſalutem animentur. *Leucht. 3. Aug.*

S. Romualdus ſua præſentia & authoritate Reinerio Marchioni, laſcivo & crudeli tantum timorem incuſſit, ut dicere ille ſoleret: Non Imperator, non quiſquam mortalium tantum mihi metum valet incutere, quantum me terret Romualdi conſpectus. S. Colet a ſolo aſpectu carnales ac ſenſuales peccatores ita commovere ſolebat, ut caſti & continentes fierent. Idem fecit S. Maria de Ognies, &c. A. T. 1. l. 7. nu. 20. Idem contingit apud ſepulcra & reliquias Sanctorum, &c.

120. *Miraculis honorantur.*

Sancto Clementi, qui una cum anchora in profundum maris fuit demerſus, Deus per ſanctos Angelos ſacellum duobus milliaribus a littore diſtans fieri curavit; ubi ſanctum corpus, & aliquando puerulus a parentibus ſuis perditus integro anno ab aquis illæſus perſeveravit. Prope Leodium in villa nomine Hui quieſcit Sancti alicujus corpus, quem incolæ Sanctum mortuum vocant, eo quod mortuus in lucem natus dein ad vitam fuit ſuſcitatus; ſepulcrum hujus Sancti, utut de cætero tota vicinia fluminum exundationibus mergatur, ſemper intactum manet, & illæſum. D. 1. 65. in fine. Surius 5. Decemb. Boſſerius in c. 5. Gen.

Cum Reliquiæ S. Dionyſii Mediolanenſis Epiſcopi, quem Conſtantius Imp. Arianus in Cappadociam ablegarat in exilium, Mediolanum reportarentur, S. Ambroſius eas reſerata capſula peramanter excepit. Et ecce! ſacræ Reliquiæ articulata voce illum reſalutarunt: *Salve frater Ambroſi*. T. n. 35.

Mirificum liquorem, aut oleum contra va-

varias infirmitates ſalutare ſuderunt, corpus S. Andreæ Apoſtoli in civitate Amalphi: Corpus S. Matthæi Apoſtoli in civitate Salernitana: Corpus S. Felicis Martyris Nolæ: Corpus S. Nicolai Epiſcopi Barrii: Corpus S. Eythimii Abbatis, B. Eliſabethæ Hungaricæ, & Salomeæ Poloniæ Regis ſororis. Corpus S. Catharinæ Virg. & Mart. in monte Sina. Corpus S. Gliceriæ Virginis, S. Hedvigis Poloniæ Duciſſæ, & S. VValburgis Euchſtadii. &c. H. Serm. 14. fol. 134. C. in Iſa. 66. v. 14.

### 121. *Præſervant a peccatis.*

*Cæſar. l. 8. Dia. log. c. 67.* Cæſarius narrat de juvene, qui poſtea ordinem Ciſtercienſem ingreſſus eſt, quod quondam iter faciens turpiſſima tentatione fuerit oppugnatus: non reſtitit ille ut debuit: igitur Reliquiæ SS. Joannis & Pauli M.M. quas e collo gerebat, incurium pectus iterata capſulæ alliſione pungebant. Ceſſante tentatione ceſſabat punctio, redeunte redibat, donec ille vicit. Lohn. I. 3. f. 569.

Quidam Epiſcopus in juventute magnam habuit ad Reliquias cujuſdam Sancti devotionem. Aliquando tentatus a fœmina, & jamjam peccaturus, recordatus Reliquiarum, quas collo gerebat, eas deponere voluit. Sed repente ad fores pulſans ejus amicus eum a facinore cohibuit, inquiens: Vere bonus eſt Sanctus iſte, cujus Reliquiæ te a peccato præſervarunt. E. *Patronus* n. 2.

Nobiles delectantur in ectypis avorum, & proavorum, multi etiam numiſmata aurea inſignibus ſuæ familiæ cælata e collo geſtant, quem in finem? 1. Ut generoſa majorum facinora æmulari diſcant. 2. Ut nihil inhoneſtum agant, quod poſſet vergere in familiæ dedecus & opprobrium. Hæc eadem mens eſt Eccleſiæ, dum vult reliquias Sanctorum honorari, ut Fideles æmulentur eorum virtutes, & diſcant odiſſe peccata. Ex humilitate v.g. S. Franciſci de Paula poſſunt dedoceri ſuperbiam: Ex paupertate S. Franciſci Seraph. poſſunt dedoceri avaritiam: Ex caſtitate S. Catharinæ, Agnetis, Cæciliæ poſſunt dedoceri laſciviam: Ex amore ardentiſſimo S. Philippi Nerei poſſunt inflammari caritate Dei & proximi, & ſic de aliis.

### 122. *Miraculoſe hinc inde deportantur.*

*Ghini 8. Jan. & 16. Sept.* Corpus S. Conradi Placentini, S. Gudulæ, S. Edithæ, dum aliorſum tranſvehi deberet, adeo oneroſum factum eſt, ut nullis hominum viribus potuerit loco moveri.

Corpus S. Raymundi Nonnati a cæco mulo in illud ſacellum deportatum fuit, ubi ille adhuc puer ſuæ ſanctitatis fundamenta jecit. *Breviar. Rom. 31. Aug.*

Corpus S. Materni Epiſcopi Colonienſis a naviculâ velis ac remis deſtituta in locum ſepulturæ adverſo flumine vectum fuit. *In vita S. Matern.*

Prædo ille, qui manum S. Teoctiſtis furari voluit, tota nocte curſitabat, & mane in eodem loco hæſit. Idem contigit cum brachio S. Nicolai Tolentinatis. *Baron. an. 501.*

Ideo S. Germanus, cum corpus S. Urſini in Eccleſiam Cathedralem transferre cogitabat, prius orabat: *Sancte Dei Sacerdos, ſi voluntas tua eſt, in hanc Baſilicam ingredi, ſentiamus levamen adjutorii tui.* Et ecce, qui ante gravis videbatur, nunc portatu facilis apparebat. *Greg. Turon. de glor. conf. c. 80.*

S. Apollinaris Patriarcha Alexandrinus tribus pueris in fornace illæſis Eccleſiam ædificat, dein Babyloniam ad eos, tanquam vivos, litteras mittit pro impetrandis ab illorum corporibus Reliquiis: Ecce! unus eorum expanſa manu accepat litteras, caſque dein una cum manu nuntio tradit Alexandriam deportandas. R. 1. part. mir. 27.

Quidam brachium S. Theoctiſtæ Virginis trans mare ſecum ferre volebat, mane autem in eodem portu hæſit, licet tota nocte ſibi viſus ſit navigaſſe. *N. 10. Nov.*

Corpus S. Catharinæ Virginis & Martyris ab Angelis in montem Sina tranſportatur, & ſepelitur. *Leucht. 25. Nov.*

Corpora SS. Firmi & Ruſtici a ſeptem Angelis, ſub ſpecie ſeptem Mercatorum aſportantur, & ſepeliuntur. *Leucht. 9. Auguſt.*

### 123. *Prodigioſe inveniuntur.*

Corpus S. Benedicti Martyris a latronibus occiſi & in aquam projecti ab aquila demonſtratur. C. Gen. fol. 477. col. 1.

Cum Rex Recivildus, & S. Ildefonſus ſepulcrum S. Leocadiæ venerarentur, Sancta e ſepulcro viſibiliter exiit, & S. Ildefonſo grates egit pro labore, quo Beatam Virginem contra hæreticos defendebat. Cum Sancta in tumulum redire vellet, Ildefonſus partem de velo capitis illius abſcidit, quæ in memoriam miraculi hodiedum Toleti aſſervatur. R. cent. 2. part. 2. mir. 6.

S. Gaudentii Epiſc. & Martyris corpus diu delituit. S. Archangelus Raphael autem cæcam mulierem reſtituto oculorum lumine ſanavit, eique Sancti Martyris corpus oſtendit, ad honeſtiorem ſepulturam transferendum. *N. 14. Oct.*

Cum Veronæ ingens terræ ariditas, agrorum ſterilitatem, famem aliaque mala cauſaret, Pientiſſimæ cuidam Virgini cœlitus revelatum eſt, huic malo non aliud ſupereſſe remedium, quam ſi corpora SS. Firmi & Ruſtici extra urbem humata, in urbem reciperentur. Vulgavit quidem hanc revelationem Virgo, ſed reſponſum accepit, Sanctorum hæc corpora non exhumanda, nec ipſi tradenda eſſe, niſi tantum auri ſolveret, quantum corpora gravitate appenderent. Et ecce! ſacræ corporum Reliquiæ adeo leves factæ ſunt, ut nec tertiam pecuniarum, quæ a Fidelibus collectæ ſunt, partem adæquarent. *Leucht. 9. Aug.* Item C. in Iſa. 11. v. 10.

Corpus S. VVerenfridi, ſicut olim Arca, a duabus vaccis in locum ſepulturæ trahitur. *Leucht. 14. Aug.*

### 124. *Honorantur etiam a brutis.*

Corpori S. Mariæ Ægyptiacæ leones effoderunt ſepulcrum. C. Gen. f. 87. in fine.

Corpus Sancti Stanislai Epiſcopi Cracovienſis ab aquila defenditur contra canes. C. Gen. f. 477. c. 1.

Liſabonæ in templo S. Martyris Vincentii continuo ab immemoriali tempore morantur duo corvi, qui ab ingredientibus templum victum emendicant, & dein iterum ſupra ſepulcrum S. Martyris excubant: cauſam rei enarrant incolæ iſtam: Poſtquam S. Vincentius craticulæ candentis martyrio fuit pro Chriſto interfectus, corpus illius, quod abſque ſepulcro in viam projectum eſt, a duobus corvis contra ferarum & hominum injurias fuit defenſum: ab illo tempore ſemper duo corvi remanent ad ejus ſepulcrum, ita ut uno mortuo ſtatim alius alicubi adventet uſque in hanc diem: hi corvi non patiuntur, ut vel minima irreverentia ſupra aut juxta ſepulcrum Sancti committatur. P. Carli in ſuo Æthiope c. 3.

Caput S. Edmundi Regis & Martyris Angliæ cum abſciſſum, & a ſatellitibus inter ſentes abjectum fuit, a lupo fuit cuſtoditum, qui illud inter brachia ſtringens non permittebat ab ullo injuriari. C. in Iſa. 66. v. 14. Item in Iſaiæ 11. verſ. 10.

Corpus S. Priſcæ Virginis poſt martyrium a duabus aquilis cuſtoditur, donec illud a Chriſtianis ſepulturæ mandatum fuit. *Leucht. 18. Jan.*

# LIBER QUINTUS
## DE
# HOMINE TAM PHYSICE, QUAM MORALITER SPECTATO.

*Pars I.*

HOMO IN GENERE.

MULIER LAUDABILIS IN VIRTUTE.
MULIER ILLAUDABILIS IN VITIIS.
ANIMA HOMINIS.
*Intellectus animæ.* *Memoria.*
*Phantaſia & Somnia.*
*Voluntas.* *Libertas animæ.*
CORPUS HOMINIS.
*Cor Hominis.* *Valetudo corporis.*
*Nutrimentum corporis.*
*Labor corporalis.*
*Veſtimenta corporis.*
*Qualitates corporis humani.*
*Fortitudo.* *Magnitudo.*
*Exigua Statura.*
*Quinque ſenſus corporis.*
*Oculi ſeu viſus.*
*Anima ſeu auditus.* *Odoratus.*
*Os ſeu lingua Hominis.*
VITA HOMINIS.
*Tempus vitæ humanæ.*
*Ætas infantilis.*
*Ætas adoleſcentiæ.*
*Ætas Virilis.* *Ætas Senilis.*

*Pars II.*

STATUS HOMINUM SACRI.

STATUS ET OFFICIA HOMINUM IN GENERE.
STATUS SACERDOTALIS.
STATUS RELIGIOSUS.
*Monaſteria.*
HOMO RELIGIOSUS.
VIRGINES SACRÆ.
*Novitii Religioſi.*
*Caſtitas Religioſa.*
*Obedientia Religioſa.*
*Paupertas Religioſa.*
EPISCOPUS.
DIGNITATES ECCLESIASTICÆ.
PAROCHUS.
CURA ANIMARUM.
SACER PRÆDICATOR.
CONFESSARIUS.

*Pars III.*

STATUS HOMINUM PROFANI.

MAGNATES, REGES, PRINCIPES.
NOBILITAS, AULICI.
OFFICIALES, PRÆTORES.
JUDICES. ADVOCATI.
CONSILIARII. SUBDITI.
STATUS CONJUGALIS.
*Conjugati.* *Uxor.* *Maritus.*
PARENTES. PATRES-FAMILIAS.
FILII-FAMILIAS. STATUS VIDUALIS.
STATUS MILITARIS.
*Bellum.* *Stratagemata.*
*Rebelliones.*
STATUS RUSTICUS.
*Agricultura.*
MENDICI.

*PARS PRIMA.*

# HOMO IN GENERE.

### 1. *Eſt excellens Dei creatura.*

MIra partium mundi proportio inter ſe ſimilis eſt proportioni, & pulchritudini humani corporis, quæ ex concinna membrorum omnium compoſitione conſurgit, quo fit, ut ſicut homo eſt parvus mundus, ita mundus ſit magnus quidam homo. C. Gen. 1. v. 31. & 26. VV. art. diſc. font. 69. ex. 1.

S. Clemens id graphice deſcribit: *Vide in corpore hominis artificis opus, quomodo oſſa velut columnas quaſdam, quibus caro ſuſtentetur, ac portetur, inſervit: tum deinde æqualis ex utraque parte, id eſt dextra, ac læva menſura ſervetur: ut congruat pes pedi, ac manus manui, digiti* S.Clem.l.8. Recognit.



*quoque digitis ut ſinguli ad ſingulos congrua æqualitate concordent; ſed & oculus oculo, & auris auri, quæ non ſolum conſona ſibi ac concordantia, ſed & uſibus neceſſariis apta formantur, &c. &c.* C. Gen. 2. v. 7. Vide infra titulum *Corpus Hominis.*

Etſi homo quoad naturam inferior ſit Angelo, tamen quoad aliqua ſuperat Angelum, magiſque quam ille eſt imago Dei. 1. Quia mundus creatus eſt propter hominem; homo ergo eſt Deus terreſtris. 2. Quia omnes beſtiæ, aves, piſces ſerviunt homini. 3. Quia homo per inventiones, & opera naturæ & artis videtur imitari omnipotentiam Dei, &c. *Magnum miraculum eſt homo!* C. in Ep. Jac. c.3. v.9.

Et inſuper nobiliſſima imago Dei 1. quia habet animam incorpoream, & individuam. 2. Quia anima hominis eſt immortalis. 3. Quia prædita intellectu, voluntate, memoria. 4. Quia eſt liberi arbitrii. 5. Quia capax ſapientiæ, virtutis, gratiæ, & beatitudinis. 6. Quia præeſt & dominatur cunctis animantibus, &c. C. in Ep. ad Epheſ. c. 4. v. 24.

Homo excellit creaturas cæteras, quia eſt imago SS. Trinitatis, per Chriſtum Deificatus, finis ob quem mundus eſt conditus, Rector & princeps animalium, Dominus ſuarum paſſionum, &c. C. Gen. 1. v. 26.

Eſt imago Dei, quia ejus anima ſpiritualis, immortalis, intellectualis, libera, capax gratiæ & gloriæ, atque cunctorum animantium domina eſt, &c. C. Gen. 1. v. 26.

Dignitas, ſeu excellentia hominis deſumitur ex ſuis cauſis: Efficiens eſt Deus rerum omnium creator, formalis eſt ſpiraculum vitæ, exemplaris eſt Deus unus & trinus, finalis eſt æterna ſalus, ſeu iterum Deus in æternum feliciter poſſidendus. C. Gen. 2. v. 7.

### 2. *Naſcitur ad laborem.*

Adamus in paradiſo ponitur, ut operaretur: ubi Bernard. quis filios ejus poſitos ad feriandum arbitretur? homo ad laborem natus eſt &c. S. punct. 143. f. 450.

Homo, cum naſcitur, in hunc mundum intrat quaſi in officinam laboris: homini labor, ſicut volucri volatus convenit: ideo otioſus non homo eſt, ſed monſtrum hominis, ait Tertullianus. B. Ser. 6. n. 9. Tertull. l. de b. ll.

Chriſtus miſero illi manum aridam ſanavit: *Extende manum tuam.* Quare hoc miraculum fecit, etiam non rogatus? volebat quaſi dicere Chriſtus, teſte S. Athanaſio: *Surge, neque per occaſionem manus aridæ mendica, ſed illam recuperans ſanam jam deinceps operare.* B. Ser. 69. n. 27. S. Athan. hom. de ſemint.

Non eſt dignitas tam eminens inter homines, cui non convenit labor; hinc Alex. Magnus dicere ſolebat: *Nihil eſt magis ſervile, quam luxuria, nihil magis regium, quam laborare.* C. in Ezech. c. 10. v. 14.

Labor neceſſarius eſt homini non tantum ad præſentis vitæ felicitatem, ſed & ad futuræ conſecutionem: hinc rogatus Democritus, quomodo differrent laborioſi a deſidioſis, reſpondit, differunt ſicut pii ab impiis. C. ibid.

Ruſticus moriturus, vocatis filiis edixit: Vobis parce vivendo, quidquid potui, in vita mea recondidi, idque totum in vinea noſtra quærere poteſtis: Mortuo patre filii putantes in vinea theſaurum eſſe abſconditum, ligonibus eam perfoderunt, theſaurum quidem nullum invenerunt, terram tamen fodiendo, fructum uberrimum tulerunt. C. in Ezech. c. 10. v. 14. &c.

### 3. *Creatus eſt ad ſervitium Dei.*

Enos ſolus vocatur homo, ubi Euſebius Cæſarienſis: Enos verus homo interpretatur, neminem enim putant hominem præter eum, qui verum Deum agnoſcit, & pie colit. B. Ser. 2. n. 7. Euſeb. l. 7. de præpa. Eva. c. 13.

Jeremias lamentatus eſt: *Aſpexi terram, & ecce vacua erat.* Quomodo vacua in tanta multitudine hominum? Philip. Diez reſpondet: etſi aliqua domus plena ſit aere aut araneis, tamen dicitur vacua, quia non pro araneis, ſed pro homine ædificata eſt: ita terra dicitur vacua, dum in ea juſti non erant, quia pro hominibus juſtis creata eſt, &c. B. Ser. 54. n. 21. Diez conc. 1. in Comm. Sanct.

*Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt.* Cur homo tantum caro vocatur, qui præter carnem etiam animam habet? nempe, ubi caro imperat, non meretur homo dici animam habens, ait Diez. B. Ser. 54. n. 22.

Homo conditus eſt ad imaginem Dei, qui illi tanquam ſuo peculio ſuæ imaginis ſigillum impreſſit: idque ex quatuor cauſis: Primo, homo gerit imaginem Dei, ut filius ſui patris, cui debet amorem ac reverentiam. Secundo, ut mancipium Domini ſui, quem timere debet. Tertio, ut miles ducis ſui, cui fidem & obedientiam præſtare oportet. Quarto, ut miniſter & di-

diſpenſator bonorum heri ſui, cui rectum uſum creaturarum exhibere debet, &c. C. Gen. 1. v. 26. f. 58. 1. D. 11. 67.

Deus omnes creaturas fecit, & conſervat propter hominem! Nobis enim gyrantur cæli, lucet ſol, lucent ſydera, ſpirant venti, germinat terra. Hæc omnia nobis ſerviunt, ut homo ſerviat Deo. Imo ipſa etiam Dei omnipotentia, ejuſque concurſus ſemper nobiſcum laborat. C. in Eccli. c. 42. ad finem.

### 4. *Multis malis obnoxius in hoc mundo.*

Habac. 1. Homines comparantur piſcibus: *Facies hominis quaſi piſces*: Et: *Faciam vos piſcatores hominum*. Sicut piſces in amarulento mari a fluctibus nunc ſurſum, nunc deorſum, nunc dextrorſum, nunc ſiniſtrorſum jactantur: ita homines in hoc mundo, ubi omnia amara ſunt, a variis ærumnis, & adverſitatibus incurruntur: & ſicut minores piſces a majoribus devorantur; ita infirmior a potentiore opprimitur. C. in Habac. 1. v. 14.

*Natus de muliere, brevi vivens tempore repletur multis miſeriis*, tam corpore, quam anima tenus. Corpus millenis infirmitatibus, morti, putredini, & vermibus: anima ignorantiæ, malitiæ, & inſtabilitati obnoxia eſt! cur ergo ſuperbit homo? conſideret ſuam miſeriam, & ſicut pavo intuens deformes ſuos pedes, caudam complicabit. C. in Eccli. 10. v. 22. item c. 27. v. 5.

De Joſepho Ægyptio vere pronuntiatur

Sap. 10. v. 14. illud: *In vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi ſceptrum regni &c.* Quot perſecutiones & ærumnas ſuſtinere debuit Joſeph, donec fuerit evectus ad ſolium! Diſce ergo viam ad gloriam & regnum eſſe cruces & labores. C. in Sapient. 10. v. 14.

Quidquid eſt, habet, aut agit homo, eſt mera inanis vanitas. C. Eccleſ. 1. v. 2.

### 5. *Excoli debet ad vitam urbanam, & civilem.*

Ad amorem & concordiam mutuam hominum nihil efficacius, quam morum urbanitas ab omni barbariſmo prorſus aliena. Titus Imperator ob ſuavitatem converſationis vocatur: *Deliciæ orbis*. Hadrianus Imperator, etiam erga minimos civilis erat. C. Exod. 28. v. 19.

Abſalon mirum quantum blandiebatur ſubditis, condolebat illis, quod judicem non haberent, promiſit ſe illorum protectorem fore, & ſic attraxit animos ſubditorum, qui illum in Hebron pro Rege proclamabant.

Monachus in gentilem ſacrificulum aſperis verbis invectus ab eodem graviter cæditur. S. Macarius autem eundem ſacrificulum blandis verbis ſalutans, eum ad fidem & ad monachatum convertit. E. Verbo *Benevolentia* n. 1.

S. Paphnutius, utut vinum alias guſtare non ſolebat, quia tamen latronibus combibit, omnes convertit. E. Verb. *Converſio* n. 6.

Quantum e diverſo auſteritas, & inurbanitas avertat animos, patet ex eo, quod Dionyſius tyrannus, cum Ariſtippo gratiam roganti aures non adhiberet, niſi genuflexo, dictus ſit ab hoc Philoſopho aures habere in pedibus. C. in Exod. 28. v. 19.

Hanc civilitatem nutrit affectus naturalis, quo *omne animal diligit ſimile ſibi: Formicæ grata eſt formica, cicada cicadæ, accipiter placet accipitri, &c.* Sic homo amat hominem, quia ſuam naturam intuetur in alio. C. in Eccli 13. v. 20.

### 6. *Indiget amicitia illorum.*

Sicut inter vitem & ulmum, inter myrtum & oleam, inter acina uvarum, & radicem vitium naturalis datur ſimpathia: ita inter homines dari debet amicitia, vi cujus unus alterum amet, unus alterum defendat, & in neceſſitate ſuccurrat. VV. arte diſc. font. 86. ex. 4.

Juvenis Chriſtianus a gentili benigne exceptus & ditatus, cum gentilis depauperaretur, & inſuper homicidii falſo inſimularetur, illum a morte liberavit, & opibus ditatum in amicum intimum recepit. E. Verbo *Amicus* n. 2.

Quomodo autem conſtituta debet eſſe amicitia? Veteres pingebant amicitiam ſub forma adoleſcentis, nudato capite, hirſuta veſte, in cujus fimbria ſcriptum erat: *Vita & mors*, in fronte *Hyems & æſtas*, latus habebat uſque ad cor apertum cum inſcriptione: *Longe & prope*. Ætas viridis denotat, amicitiam ſemper debere floreſcere. Hirſuta veſtis innuit, amicum debere eſſe paratum ad toleranda pro amico adverſa. Latus apertum ſignificat, amicum non tantum ore, ſed & corde debere amari, & non minus in abſentia, quam in præſentia. VV. art. diſc. font. 79. ex. 3.

7. In-



### 7. *Indiget recreatione moderata.*

Certum eſt! Quemadmodum corpus per laborem fatigatur & ita quietem exigit; ita animus ſeria occupatione enervatus

Cicero l. 1. de off. Caſſian. Collat. 24. c. 21. relaxatione indiget: hinc Cicero: *Ludo & joco uti licet, tum, cum gravibus, ſeriiſque rebus ſatisfecimus*. S. Joannes Evangeliſta viſus eſt cum perdice jocari: ſuggillatus propterea a venatore dixit: ſicut tu arcum rupturus eſſes, ſi eum ſemper intenderes: ita animus fatigatur, ſi ſeria occupatione continuo oneratur. D. 5. 66. E. *Recreatio* 1. 2.

Magni Principes pro relaxatione animi inuſitatas occupationes aſſumebant: Sarochus Tartarorum Rex ſagittas ſcindebat. Attalus Imperator ſtatuas fundebat. Æropus Rex Macedoniæ conficiebat menſulas. Pittacus Mitylenæ Rex molas truſatiles circumagebat. Nero Muſicam, & picturam callebat. Valentinianus Imperator venuſtiſſime pinxit. Cyrus plantabat arbores. Gambrivius Tuiſconum Rex Oeconomiæ ſtudioſus fuit, & primus docuit modum coquendi cereviſiam. Carolus V. horologia fabricabat. Rudolphus II. icones pulcherrime delineabat. Albertus IV. Dux Auſtriæ architectus fuit peritiſſimus. Ferdinandus I. Dux Hetruriæ gremiali præcinctus limare aurum, polire gemmas, detergere arma ſolebat. Guilielmus Dux Bavariæ ligneum horologium confecit. VV. art. diſc. font. 27. Ex. 1.

Hæc tamen recreatio debet eſſe moderata. Mithridates Aſiæ & Ponti Rex venationi adeo erat intentus, ut ſeptem integris annis neque urbis, neque ruris tecto

Sabell. l. 1. c. 7. uteretur. Alphonſus ex Arragonum gente primus Neapoli Rex quotannis mille auri pondo in venationem inſumebat. Barnabas Vicecomes Mediolani Princeps nimio venandi ſtudio inexplicabile populi odium in ſe concitavit. Nam præter iteratas exactiones, inquiri & comprehendi illos juſſit, qui quinquennio ante contra vetus edictum apros occidiſſent, aut ex his in propria vel aliena menſa

Jovius in Barnaba. comediſſent, uſque adeo inexorabili damnatione, ut ſupra centum ex miſeris agricolis laqueo ſuſpenderentur, reliqui univerſa ſubſtantia mulctati in exilium pellerentur. Diviſerat per pagos multa millia venaticorum canum graviſſimo incolarum ſumptu alenda. Cum vicatim per familias diſtribuerentur, & canes nimis frigoſi, aut graciles, aut nimis obeſi invenirentur, homines illi tanquam incurii verberibus & pecuniis mulctati ſunt. VV. de art. diſc. font. 39. ex. 3.

### 8. *Debet perfici per virtutem.*

Quærit S. Ambroſius, cur Dominus S. Amb.

Deus in mundi creatione omnes creatu- l. de Inſtit.

ras, ipſaſque beſtias, non autem homi- Virg. c. 3.

nem laudarit? & reſpondet, quia bonitas aliarum creaturarum foris eſt, & apparet, hominis autem intus eſt, & in occulto: in beſtia nihil reperies, quam quod videtur, in homine vero anima æſtimabilis præ cæteris eſt, quæ non videtur. C. in Eccli 11. v. 2. Alii dicunt hominem non fuiſſe laudatum, quia non totam bonitatem ſuam, velut aliæ creaturæ per creationem adeptus eſt, ſed illam primum per exercitium virtutum perficere debet.

Homo eſt quaſi compoſitum ex Angelo, & bruto; hinc continua illa pugna inter rationem & concupiſcentiam! Quid agendum homini? laborandum per continua virtutum exercitia, ut brutales appetitus, & paſſiones extinguantur, & ſolus Angelus remaneat. C. in Eccli 18. v. 30.

Nummus valorem ſuum non a ſe, ſed a forma, qua cuditur, accipit: ita nullus eſt hominis valor, niſi qui a Dei gratia proficiſcitur. &c. Picinelli lib. 13. n. 79.

Bos ille apud Ezechielem ſubito mutatus eſt in Cherubinum: Quare? quia traxit currum gloriæ Dei. C. in Ezech. 10. v. 14.

Dotes omnes, quas homo recepit a Deo, illum extimulant ad ſervitium Dei: 1. Deus creavit hominem ex nihilo: ergo homo totum, quod eſt, debet ſuo creatori. 2. Deus creavit hominem ad ſuam imaginem: ergo homo Deum tanquam ſuum exemplar ſemper reſpicere debet. 3. Deus rurſus convertet hominem in terram: ergo homo terrena deſpicere, & ad mortem ſe præparare debet. &c. C. Eccli 17. v. 5.

### 9. *Connaturaliter amat patriam ſuam.*

Cur Jonas recuſavit Ninivitis pœnitentiam prædicare? Reſpondet S. Hieronymus: *Timebat, ne per occaſionem prædicationis ſuæ illis converſis ad pœnitentiam Iſrael penitus relinqueretur*. Cum igitur Jonas Iſraelita fuerit, amore patriæ recuſavit in Niniven ire. A. 1. lect. 4. n. 1.

In Archiepiſcopatu Mediolanenſi erant quædam rigida & aſpera loca, ad quæ ad curam animarum exercendam nemo ire

vole-

volebat: S. Carolus Borromæus, ut huic defectui mederetur, aliquot pueros in locis illis natos ſtudio adhibuit, qui dein libentiſſime in ſuam patriam ad curam exercendam redierunt. D. 10. 67.

Admiranda ſunt exempla Gentilium, qui pro patria mortem oppetierunt, aut ſtupenda facinora patrarunt. Codrus Rex Athenienſium vili amictu indutus, quia ab oraculo audiit, patriam ſua morte conſervatum iri, inter hoſtium conflictum moritur. Curtius Romanus in terræ hiatum ſe præcipitat. Horatius Cocles ſolus hoſtium impetum in ponte ſuſtinet. Mutius Scævola manum adurit, qui a Porſenna Rege occidendo aberravit &c. C. Exod. 32. in fine.

Non eſt in orbe, qui ſuam patriam, gentem, mores non extollat: Theodoretus Syrus, natus Antiochiæ in Syria, & Cyri in Syria poſtea Epiſcopus, falſo putat, primam in orbe linguam fuiſſe Syriacam: Hebræam vero primum cæpiſſe poſt Moyſen, falſo, inquam, cum ſciatur, Syriacam eſſe Dialectum ex Hebræa prognatam, eum in modum, quo Gallica, Hiſpana, & Italica a Latina corrupta deſcendunt. Geropius Becanus vult primam mundi linguam fuiſſe Cimbricam, ſeu Flandricam. C. in Gen. c. 11. verſ. 1.

Germani aſſerunt, Tuiſconem, a quo oriundi ſunt Teutones, fuiſſe filium Noemi. C. in Gen. c. 9. v. 19.

Quidni homo amet patriam, in qua vitam accepit, cum & amemus animalia nobis ſervientia? Alexander Magnus Bucephalum ſuum ita amavit, ut in ejus honorem integram urbem condiderit, dictam Bucephaliam. Caligula Imp. tam ſtulte amavit equum, ut præter equile marmoreum, purpurea tegumenta, monile e gemmis, domum etiam & familiam cum ſupellectili dederit. Conſulatum quoque ei deſtinaſſe dicitur. Lohn. T. 3. fol. 583.

### 10. *Nec minus æſtimat honorem ſuum.*

Cur recuſavit Jonas in Niniven ire? Reſpondet Theodoretus; quia metuebat Ninivitas placaturos iram Dei, & ſic ſe pro mendace haberi: *Prædicationem ejus falſam videri ſibi turpe exiſtimavit, ſeque pro Propheta vocari mendacem.* A. 1. lect. 4. n. 1.

Indus quidam jaculator per anguſtum annulum callebat ſagittam jaculari: juſſus ab Alexandro Magno artis ſpecimen dare, pertinaciter recuſavit, & ob hanc pertinaciam morti adjudicatus eſt: dum ducitur ad carnificinam faſſus eſt, ſe ideo jaculum recuſaſſe, quia metuebat ne fallente arte, quam diu abhinc non exercuerat, famam ſuam obſcuraret. Hæc tam magnanima vox vitæ gratiam illi comparavit. D. 5. 3.

Etiam Sancti pro honore ſuo zelant! Quis manſuetior & humilior, Sancto Ignatio Loyola? & tamen cum ſe & Societatem ſuam a quodam invido publice, tanquam turbam Antichriſti præambulam diffamari audiit, juſtiſſima excandeſcentia effervescens hanc calumniam ad Summum Pontificem, pro impetranda ſatiſfactione deferendam eſſe putavit.

Hinc pernicioſiſſimi fures ſunt detractores; quia æſtimatiſſimam rem, quam quilibet hominum omnibus theſauris anteponit, furatur. Qui reus eſt furti quinque aureorum, patibulo dignus cenſetur. Ubi eſt autem homo in toto orbe, cui honor, ac fama ſua pro quinque aureis venalis eſt?

### 11. *Eſt inſtabilis in bono.*

Card. Hugo in Iſa. 40.

Homines *quaſi momentum ſtateræ*: quænam hæc comparatio? Cardinalis Hugo ait: *In hoc ſignificatur inſtabilitas vitæ humanæ, momentum enim ſtateræ de facili in utramque partem inclinatur*. B. Serm. 18. n. 45.

*Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens*: ubi auctor operis imperfecti: *Peccator recte aquæ comparatur propter ſuam inſtabilitatem*. B. Serm. 62. n. 6.

Arbores in vento nutant, ſed tantum cacumine tenus; radicibus fixæ hærent in terra. Ita ſæpe flante vento calamitatis homines cenſentur moveri, ſed ceſſante vento pergunt hærere in luto. B. Serm. 68. n. 14. 15.

*Venerunt filii uſque ad partum, & non erat virtus pariendi*: ſimiles ſunt in hoc Auguſtino adoleſcenti, qui caſtitatem orabat, *ſed non modo*. Similes illi Felici, qui Paulo prædicanti ait: *Quod nunc attinet, vade, tempore autem opportuno accerſam te*. Similes homini torpedine laboranti, qui movetur quidem, non autem progreditur. S. punct. 17. fol. 59.

Diſcipuli omnes timebant ad illud: *Unus ex vobis me tradet*. Quare timebant? propter humanam inconſtantiam. S. punct. 9. fol. 571.

Iſa. 40.

Homo locuſtæ comparatur, *Et habitatores terræ quaſi locuſtæ*. Variæ ſunt cauſæ hujus comparationis: 1. Locuſtæ gignuntur ex putredine: ita homo juxta Job: *Putredini dixi, Mater mea es, ſoror mea vermibus*. 2. Locuſtæ graciles & infirmæ ſunt: ita homo, præſertim ſeneſcens multis ærumnis & infirmitatibus obnoxius. 3. Locuſtæ omnes feminæ ſunt; ita homo mollis, & inſtabilis. 4. Locuſtæ duros habent oculos, & inſipidæ ſunt; ita homo deſipit circa res Divinas. Sed maxime 5. Locuſtæ ſunt leves & mobiles; ita homo variabilis & inconſtans. &c. C. in Iſa. 40. v. 22. In Eccli 11. v. 22.



### 12. *Quantillus ſit in ſeipſo coram Deo.*

Eſt fortunæ luſus, inconſtantiæ imago, corruptionis ſpeculum, temporis ſpolium, mancipium mortis, viator tranſiens, pila, qua ludit Deus, imbecillum, & fragile corpus, corruptionis vinculum, viva mors, ſenſitivum cadaver. &c. C. Gen. 3. v. 19. fuſe.

Secundus Philoſophus interrogatus ab Adriano Imperatore, quid ſit homo, reſpondit: *Mens incarnata, phantaſma temporis, ſpeculum vitæ, tranſiens viator, anima laborioſa*. Epictetus vero: Homo eſt lucerna in vento poſita, loci hoſpes, legis imago, calamitatis fabula, mancipium mortis. C. Gen. 2. v. 7. fol. 65. 1.

S. Aug. in ſent. ſenten. alt.

Homo eſt ſperma vetitum, ſaccus ſtercorum, eſca vermium, ludibrium Dei, ſtilla ſitulæ, momentum ſtateræ, gutta roris antelucani, fœnum, flos, nihilum, & inane, navis pertranſiens, avis tranſvolans, ſagitta emiſſa, fumus, ſpuma gracilis, hoſpes unius diei, pulvis & cinis. Diſce teipſum, & mundum contemnere! S. Auguſtinus ait: *Divitiis flores, & majorum nobilitate te jactas? reſpice teipſum, quia terra es, & in terram ibis!* C. Gen. 3. v. 19.

Iſa. 40. v. 15. S. Amb. in Pſal. 1. in fin.

*Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ*. Ubi S. Ambroſius: Sicut terra ad cælum eſt inſtar puncti, ſic omnes gentes ad multitudinem Angelorum ſunt quaſi ſtilla ſitulæ. Cogita, quanta hujus ſtillæ, vel guttulæ pars tu ſis, & quantus ſis in reſpectu Dei? Sicut ergo ſtilla ſitulam nec gravat, cum manet, nec levat cum decidit: ſic homo neque ſi perit, mundo aliquid eripit, nec ſi exiſtit, aliquid addit, ſi tam vaſtam maris, orbiſque amplitudinem ſpectes. C. in Iſa. 40. v. 15. Item Eccleſ. 1. v. 2.

Ec li 14. v. 19.

*Sicut folium fructificans in arbore viridi*. Quid vilius & infirmius folio? a quolibet vento & pruina decutitur, & marceſcit. Sic homo a modica infirmitate, aut adverſitate opprimitur. &c. C. in Eccli 14. v. 19.

S. Ephrem ait: Quid eſt homo? Nihil! Quid homo? vermis! Quid homo? cinis & pulvis! Quid homo? ſomnium! Quid homo? umbra! Ecce tranſivit! ecce ceſſavit! Et S. Baſilius: Circumſpice illos, qui ante te ſimilibus ſe ſplendoribus offerebant! ubinam ſunt, qui civilibus dignitatibus ornati erant? ubi Duces? ubi Oratores, ubi Principes? ubi Tyranni? Nonne omnia pulvis? nonne fabula? C. in Eccli 10. v. 13.

Pſalm. 38.

Homo eſt microcoſmus, ſeu parvus mundus; ſicut ergo mundus, ita homo eſt vanitas vanitatum & omnia vanitas: *Ecce! menſurabiles poſuiſti dies meos & ſubſtantia mea, tanquam nihilum ante te!* C in Eccleſ. c. 1. v. 2.

Euſ. l. 11. Præp. c. 7.

Sicut fluvius continuo ad mare, ita homo continuo ad mortem fluit: *Unde* Euſebius: *Ridiculoſi homines ſumus, unam timentes mortem, qui multoties jam mortui ſumus, & ſæpe morimur*. C. in Eccl. 1. v. 7.

S. Aug. in Ep. ad Rom. propoſ. 14.

Horologium ſolare cælo nubilo ad nihil valet: ita homo ſine Dei gratia nihil poteſt: *Gratia efficit*, ait S. Auguſtinus, ut non tantum velimus recte facere, ſed etiam poſſimus, non viribus noſtris, ſed liberatoris auxilio. Picinelli l. 21. n. 103.

### 13. *Eſt ad vitia pronus.*

Quidquid brutale & incultum eſt in animalibus, in hominis paſſionibus ſtabulatur, ſicut milites in equo Trojano, ut ait Plato: in doloſo enim eſt vulpes, in crudeli leo, in libidinoſo amica luto ſus, in torpido aſinus, in ſuſpicaci odora canum vis, in guloſo lupus, in compto ſeu compta pavo, in garrulo pica. Hinc dixit Pythagoras, improborum animas degenerare, & migrare in corpora belluina, ſeque induere leones, lupos, canes &c. C. in Iſa. 45. v. 19.

Ariſt. l. 1. de Republ. c. 1.

Hinc eſt, quod homo a juventute aliorum opera, inſtitutione, & exemplo ad vincendas paſſiones indigeat: ſiquis eſt, ait Ariſtoteles, qui congreſſus, & ſocietates hominum ferre non poſſit, aut nullo egeat, atque ſe ipſo contentus ſit, hic profecto aut beſtia, aut Deus eſt. S. punct. 62. f. 217.

Hæc proclivitas venit ex continua pugna inter hominem interiorem, & exteriorem: Interior eſt homo Dei gratia, caritate, & Spiritu Dei imbutus, cujus operatio eſt Deum amare, colere, & obedire: Homo exterior eſt concupiſcentia & vitioſitas omnibus animæ potentiis, ipſique voluntati inſidens. &c. C. in Ep. ad Rom. c. 7. v. 22. Et in Eccli c. 17. v. 30.

Ho-

Homo quaſi conflatus eſt ex Angelo, & bruto; hinc continuum bellum inter rationem & concupiſcentiam. C. in Eccli 10. v. 30.

### Mulier Laudabilis.

*14. In pietate erga pauperes.*

SAnctus Hieronymus laudat Demetriadem, quod potius pauperes Chriſti, quam ædificia veſtiat. S. punct. 79. f. 254.

Paula votum fecit omnia ſua diſtribuendi in pauperes. S. punct. 79. fol. 254.

Fabiola, quam laudat Sanctus Hieronymus, prima fuit, quæ extruxit, & fundavit Xenodochia. S. punct. 79. fol. 283.

Flaccilla Theodoſii uxor in hoſpitalibus quaſi Mater ægris inſervit, laudatur a Sancto Ambroſio, & Gregorio. F. p. 1. l. 21. c. 6. n. 3.

S. Eliſabetha Hungariæ Regis filia, & Landgravii Thuringiæ uxor, pauperum mater, & ancilla facta eſt. C. in Exod. 38. v. 8.

Joſue 2. 6. Rahab pia mulier, quia exploratores anxios & profugos hoſpitio exceptos abſcondit, meruit, ut cum gente incredula non periret.

Gen. 24. Rebecca, ubi vidit ſervum Abrahæ hominem peregrinum ſitire & egere, ſine mora illi reſpondit: Bibe Domine mi, quin & camelis tuis potum dabo, tum in domum ſuam illum induxit, & cibo refecit.

3. Reg. 17. Mulier Vidua Sareptana fuit hoſpita Eliæ Prophetæ, qui apud ipſam ſuſtentabatur.

4. Reg. 4. Mulier Sunamitis induxit filium ſuum, ut fieret in domo ſua Eliſeo Prophetæ locus aptus ad permanendum.

*15. In Religione, & pietate erga Deum.*

Flaccilla Theodoſii Magni Uxor Arianorum hæreſin perſequitur, Catholicam Religionem propagat, conjugem ſæpe admonet gratitudinis debitæ erga Deum. F. p. 1. l. 21. c. 6. n. 3.

Helena Imperatrix glorioſa non tam corona, quam inventione Sanctæ Crucis. F. p. 1. l. 21. c. 1. n. 14.

Mathildis ſtrenua protectrix Gregorii VII. contra Imperatorem Henricum III. F. p. 1. l. 23. c. 18. n. 6.

Clotildis Regem Francorum Clodovæum ad veram Fidem convertit. F. p. 3. l. 6. fol. 115.

Camilla Thuringa monaſterium ingreditur, quia a ſponſo, quem caro pretio e captivitate redemit, contemnitur F. p. 3. l. 7. fol. 301.

Sanctus Hieronymus concione funebri laudat ſanctam Paulam. C. Gen. fol. 529. col. 2.

S. Monica convertit filium Auguſtinum, Juguldis Hermogillum maritum, Clothildis Clodovæum. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

Sophia Socrus, & Conſtantia uxor Mauritii Imp. coronam in Eccleſia Deo obtulerunt. S. Lutgardis patrimonium totum Eccleſiæ pro cultu Divino donavit. Pulcheria Beatiſſimæ Virgini inſigne templum ædificavit. Paula Romana ornamenta ſua omnia in ſupellectilem ſacram commutavit. Sic & S. Eliſabetha Thuringa fecit. &c. C. Exod. 38. v. 8.

S. Natalia Conjugem Adrianum ad martyrium animat, & dum ille membratim truncatur, artus reſecandos ſupra truncum tenet. N. 8. *Sept.*

Sophia Socrus & Conſtantia uxor Mauritii Imp. coronam in Eccleſia Deo donarunt. Pulcheria e patrimonio ſuo Deiparæ templum ædificavit. S. Lutgardis, S. Paula totum mundum muliebrem in ſacram ſupellectilem commutarunt. C. in Exod. 38. v. 8.

Veriſſimum quidem eſt illud: *Mulieres in Eccleſia taceant*, ſed privatim domi inſtruere filias & ancillas, mulieribus valde laudabile eſt, & fidelis mulier Virum infidelem convertere jubetur. Sic S. Cæcilia docuit Valerianum ſponſum, S. Monica Patricium, S. Martha Marium, Theodelinda Agilulphum Regem Longobardorum, Clothildis Clodovæum &c. C. in Ep. 1. ad Tim. c. 2. v. 12. 1. Cor. 14. 1. Cor. 5.

2. Mach. 7. Quid fortius in fide, & ſpe reſurrectionis erga Deum, quam Mulier Machabæa, quæ ſeptem fratres filios ſuos crudeliter torqueri vidit, eoſque ad mortem pro Dei legibus obeundam generoſe animavit.

Matth. 15. Poſt longam exſpectationem & duram reſponſionem mulier Chananæa non deſtitit clamare ad Dominum, donec audiit: O mulier magna eſt fides tua! &c.

Matth. 28. De Reſurrectione Domini legimus multos viros dubitaſſe, de mulieribus nihil tale legitur; hinc meruere, quod Dominus primo apparuerit mulieri, nimirum Magdalenæ, & illa nuntia fuerit diſcipulis Chriſti de Reſurrectione.

*16. In pietate erga patriam.*

Conjux Aſdrubalis everſa a Romanis Carthagine ſupervivere non vult, ſed ſeipſam



ipſam incenſa arce concremat, & marito timiditatem exprobrat. F. p. 1. l. 18. c. 4. n. 5.

Jutha Othonis II. Imperatoris filia, poſtquam e Monaſterio Ratisbonæ ab Udalrico Bohemorum Duce eſſet rapta, & ejus Pater Otho jam in procinctu erat Bohemiam devaſtaturus, Patrem precibus flectit. F. p. 1. l. 23. c. 13. n. 1.

Veturia Coriolanum filium ab obſidione Romæ precibus avertit, & placat. F. p. 1. l. 17. c. 2. n. 2.

Mulieres Carthaginenſes ex abſciſſis crinibus nervos arcuum faciunt ad defenſionem urbis contra hoſtem. F. p. 1. l. 18. c. 4. n. 2.

Dominica uxor Valentis Imp. Gothos ad evertendam Conſtantinopolim irruentes pacavit. Pompeja Plautina Julianum Imp. maritum ſuum ab extorquenda populo pecunia avertit. Placidia Ataulphi Gothorum Regis ferociam, qua Romam evertere decrevit, mitigavit. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

4. Reg. 11. Cum Athalia ex ambitione omne ſemen regium occidit, Joſaba filia Regis Joram tulit Joas unum de filiis regis, eumque in templo abſconditum, futurum patriæ regnatorem ſervavit.

Eſther 4. In populum Judæorum excidium & mors fuit deſtinata, cui compatiens Eſther magno ſe periculo expoſuit, auſa cubiculum Aſſueri Regis ingredi, & pro populi incolumitate preces fundere.

Magnanima Judith, cum obſeſſa urbs Bethulia intra triduum in manus hoſtium tradi deberet, in caſtra exiens Holofernem Ducem trucidavit.

2. Reg. 14. Sapiens mulier Thecuitis induxit Davidem, ut filium ſuum Abſalon ab exilio revocaret.

2. Reg. 20. Cum Joab civitatem Abellam obſideret, mulier ſapiens tam potenter coram illo peroravit, & poſtea etiam populo civitatis, ut ille cum totius patriæ utilitate ab obſidione receſſerit.

*17. In amore conjugali.*

Regina quædam Angliæ mariti venenoſum ulcus exſugit. S. punct. 153. fol. 488. T. n. 353.

Artemiſia defuncti ſui Mauſoli cineres bibit, & inſigne mauſolæum extruit. F. p. 1. l. 2. c. 4. n. 8.

Comitiſſa quædam Mutinenſis, cujus conjux ab Othone Imperatore innocenter erat capite plexus, caput arripuit, coram Imperatore ſe ſiſtit, & contra latronem vindictam clamat. Annuente Cæſare ait: Tu es ille latro, & ego jam ferro candente probabo innocentiam Viri. Affertur ferrum candens, quod illa illæſis manibus tractat. Otho in vindictam criminis ſuam Imperatricem, quæ erat comitis falſa accuſatrix, igni adjudicavit. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 2.

Livia Octaviani Auguſti conjux cor ſui mariti quaſi in manibus habebat. Quæſita quomodo animum Imperatoris ita vinculaſſet, repoſuit: caſta vita, & quod omnia feciſſet, quæ ipſi placuiſſent, illius facta non examinaſſet, & errores diſſimulaſſet. Profecto quatuor puncta, quæ conſervant pacem inter conjuges. F. p. 1. l. 20. c. 2. n. 9.

Cum Mithridates bello omnia uſque ad deſperationem perdidiſſet, mittit ad Monymam uxorem nuntium rogantem, ut ſecum moreretur; illa extemplo ex regali cydare funem fecit, & cum rumperetur, a ſpadone mortem rogans obtruncata eſt. F. p. 1. l. 14. c. 1. n. 9.

Penelope Ulyſſis a multis procis amata repoſuit, ſe uni ex illis nupturam, ſi ſuam texturam ad finem deduxiſſet: quod autem de die texuit, noctu retexuit, & ſic exſpectavit adventum viri. F. p. 1. l. 5. n. 38.

Taniſia ſponſum in exilium relegatum ciſtæ includit, quod factum Octavianus Imperator vehementer laudat. F. p. 1. l. 20. c. 2. n. 7.

Mulieres VVeinſpergienſes a Conrado Imperatore facultatem obtinuerunt, ex obſeſſa urbe aſportandi quod ipſis maxime placeret: Et ecce! quælibet ſuum maritum humeris aſportarunt. F. p. 1. l. 23. c. 21. n. 2. E. *Uxores.*

Hypſicratæa Mithridatem in omnes calamitates ſequitur. Mulieres Lacenæ mutatis veſtibus loco virorum captivitatem ſubeunt. Penelope Ulyſſi per decennium abſenti conſtanter fidelis. Uxor Haſdrubalis incenſa Carthagine una cum filiis in incendium inſilit. &c. C. Gen. 2. v. 24. fol. 76.

Nobilis de Bachevill Gallus in bello contra Turcas capitur, & ope S. Juliani mirabiliter ex carcere in patriam transfertur. Uxor illius jam in eo erat, ut ad alteras nuptias tranſiret, indicibile autem eſt, quanto cum amore ac lætitia reducem maritum exceperit. R. 1. p. mir. 30.

Joanna Regina Caſtellæ a Philippo marito etiam mortuo non voluit ſeparari, funus in ſarcophago ubique ſecum circumduxit & quotidie aperuit. T. n. 349.

*18. In bellica virtute, & fortitudine.*

Artemiſia Cariæ Regina Xerxi contra Athenienſes in auxilium venit, & ea fortitudi-

tudine pugnat, ut Xerſes ſpectans dixerit Viros ſuos feminas eſſe, hanc feminam Virum. F. p. 1. l. 2. c. 4. n. 8.

Budvica Anglica mulier Britannos animat, ut jugum tyrannicum Neronis excuterent. F. p. 1. l. 20. c. 6. n. 7.

Clælia Romana Virgo, ut captivitatem Porſennæ Regis effugeret, in Tyberim ſe injicit. F. p. 1. l. 17. c. 1. n. 2.

Cum Henricus V. Imperator Normannos omnes extirpare ſatageret, uxor illius Conſtantia, Normannorum ſanguine oriunda, exercitum contra maritum colligit, & illum fugitivum obſidione vincit. F. p. 1. l. 33. c. 23. n. 5.

Penteſilæa Amazonum ductrix ab Achille victa. F. p. 1. l. 5. n. 31.

Mulieres Germanæ, dum virorum exercitus a Mario fuſus erat, ne in manus victorum deveniant, ſe filioſque enecant. F. p. 1. l. 18. c. 9. fol. 318.

Joanna ab Arcu, vulgo das Magdlein von Orleans, totam fere Galliam armis recuperat, Anglos fugat, & Carolo VII. ſolium ſtabilit. F. p. 3. l. 6. f. 213. & D. 2. 48.

Cum Octavius Urbem Salon obſideret, mulieres urbis pullato habitu, diſſolutis crinibus, denigrato vultu, & tædis manu geſtatis exeuntes, tantum terrorem incuſſere obſidentibus, ut fugam ſine mora capeſſerent. D. 8. 82.

Urbem Mytilenam in Inſula Lesbos arctas obſidione preſſam puella ſervat, Genuenſes milites adhortata, ut cauſam Chriſti contra barbaros non desererent. Dein armata muros acceſſit, & ſtupendæ fortitudinis exempla edidit, ut milites ſuo exemplo ad prælium commovit. T. n. 256.

Ovid. l. 2. de Pont. Ex Amazonibus una, Hypolite, auſa eſt in Theſeum Magnum heroem arma capere. Semiramis Regina innumeras hoſtium ſtrages edidit, & inſignes victorias reportavit. Artemiſia Halicarnaſſi Regina, Regi Xerxi contra Græcos in auxilium veniens, admirabilem virtutem oſtendit. Clælia Romana Obſes Porſennæ Hetruſcorum Regi data nocturno tempore cuſtodiam egreſſa, equum conſcendit, celerique trajectu fluminis patriam non ſolum obſidione, ſed etiam metu ſolvit. H. Ser. 30. fol. 305.

19. *In ſcientiis.*

Maria Anna Schuermannin Trajecti, novit Latinam, Græcam, Hebraicam, aliaſque linguas, in ſcientiis ac artibus fere omnibus experta. Ita VVeberus Diſcurſibus curioſis, Diſcurs. 52. f. 1235.

Athenais propter rerum peritiam, & eruditionem a Theodoſio Imperatore in ſponſam eligitur, fuit humili origine, nempe Leontii Philoſophi Athenienſis filia. F. in vita Theodoſii Imp. f. 445. D. 2. 26.

Margarita, Franciſci I. Regis Galliæ ſoror, propter omnimodam ſcientiarum notitiam decima Muſa vocatur. F. p. 3. l. 6. fol. 237. & ſeq.

Sancta Eugenia Senatoris Romani filia ſcientiam Philoſophicam ſexdecim annos nata addiſcit. A. 1. lect. 1. n. 5.

Demetria, Ediltia, Algaſia, Fabiola ſunt verſatiſſimæ in ſtudio Scripturarum. A. 1. lect. 1. n. 22.

Elpe Boethii Severini uxor pulcherrimum illum hymnum compoſuit, quem Eccleſia in Principum Apoſtolorum Feſto decantat. A. 1. lect. 1. n. 24.

Proba Falconia Adelphi Proconſulis Romæ uxor, quæ totum Virgilium memoria tenebat, ex eodem Virgilio Paſſionem Dominicam verſibus deſcribit. D. 9. 79. Idem præſtitit Imperatrix Eudoxia.

Cum Henricus D'Effiat & alii primæ Nobilitatis Viri, ut Cardinalis Richelii potentiam ſupplantarent, cum Hiſpanis Galliæ hoſtibus conſpirarunt, hujus conſpirationis conſcius erat Auguſtus de Thou, nec tamen illam Regi prodidit, quare Lugduni decapitatus eſt. Poſtliminio cum Pariſiis etiam Cardinalis Richelius mortuus fuit, & Matrona de Ponſack, quæ erat ſoror illius de Thou, Cardinalis ſepulcrum præteriret, uſurpavit ſcitiſſime illa verba: *Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus*. Theatr. trag. hiſt. 36. in fine.

20. *In adminiſtratione rei domeſticæ.*

Mulier illa fortis laudata a Salomone *quæſivit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum*, neque fuit illa trivialis femina, ſed uxor viri, qui erat nobilis in portis, & ſedens cum Senatoribus terræ. Pariter ſcimus ex Homero, quod Andromacha Princeps femina colum, telamque tractarit. Penelope Uliſſis uxor telam texuit, & retexuit, ut ea fraude procorum dolos eluderet. Auguſtus Imperator non aliis veſtibus induebatur, quam quas conjux, filiæ, & ſorores illi confecerant. &c. D. 2. 64.

Dixit Deus: Faciamus Viro adjutorium ſimile ſibi. Mulier adjutorium viri eſt 1. educatione prolis. 2. In gubernatione familiæ. 3. Ad curarum & laborum levamen. 4. Ad cæteras vitæ neceſſitates ſublevandas. C. in Gen. 2. v. 18.



Gen. 21. Sara prudenter prævidit, ludum inter Iſmaelem & Iſaac eſſe perniticioſum, propterea petiit ut Iſmael ex domo expelleretur, & voluit Dominus, ut Abraham acquieſceret illius voluntati.

Ruth. 2. Prudenter aſtuta fuit Noemi ad modum inveniendum, quo Ruth alienigena, nurus ſua uxor fieret Nobilis ac prædivitis Booz.

1. Reg. 25. Abigail per eloquentiam & liberalitatem ſuam placavit iratum Davidem, & marito ſuo Nabal vitam ſervavit.

Matth. 27. Uxor Pilati, ut infortunium ob læſæ juſtitiæ crimen a domo averteret, marito ſuaſit, ut nihil iniqui contra juſtum illum in vinculis detentum decerneret.

21. *In regnorum adminiſtratione.*

Pulcheria ſoror Theodoſii rem omnem regni totius prudentiſſime adminiſtrat. F. p. 1. l. 21. c. 8. n. 5.

Agitatur quæſtio, an mulieres regnorum adminiſtrationi idoneæ ſint, & reſolvitur eſſe idoneas; cum de multis mulieribus præſtantiſſimæ indolis conſtet, uti de Sara, de Michol, de Eſther, de Judith, de Zenobia, aliiſque, quæ præſtiterunt facinora, etiam viris admiranda. &c. D. 10. 95.

Gen. 27. Rebecca ex indole filii Eſau facile prævidere potuit, illum adminiſtrandæ domui fore ineptum, aut damnoſum; ideo rem ita diſpoſuit, ut Jacob natu minor paternam benedictionem cum hereditate impetraret, quem etiam contra iram & inſidias Eſau ſapienter defendit.

Judic. 4. Debbora uxor Lapidoth judicavit populum, & docuit Barach filium Abinoam, quid facere deberet, ut populum Dei manu Siſaræ liberaret.

3. Reg. 21. Betſabæa Mater Salomonis ſapienter coram Rege Davide peroravit, eumque commovit, ut filium ſuum poſt ſe regnare decreverit.

Judith. 8. Magna cum prudentia & conſtantia allocuta eſt Judith populum, ut Deo confiderent, & ſuis conſiliis acquieſcerent. Dein inaudita fortitudine pergens in caſtra hoſtium dormienti Holoferni caput demeſſuit, & urbem ab obſidione liberavit.

Eſther. 7. Eſther Regem Aſſuerum ad prandium invitans prudentiſſime, ac cautiſſime coram illo pro incolumitate Judæorum peroravit, & ſic populum ab excidio liberavit.

22. *In caſtitate, & pudore.*

Cunigunda Uxor S. Henrici Virginitatem, & innocentiam tactu candentis laminæ probat. F. p. 1. l. 23. c. 15. n. 5. ad finem.

Sophronia, ut inſidias impudentis Maxentii effugeret, in cubili, quo ſe ſub prætextu muliebris ornatus receperat, ſeipſam ſica enecat. F. p. 1. l. 21. c. 1. n. 4.

Chriſtiana mulier, de qua meminit S. Hieronymus, adulterii innocenter accuſata, ſeptenis ictibus a carnifice receptis capite multari non poteſt. F. p. 1. l. 21. c. 4. num. 5.

Lucretia, quod a Sexto Tarquinio violenter fuerit oppreſſa, ſeipſam pugione confodit. F. p. 1. l. 16. c. 7. n. 2.

Maria Maximiliani Imperatoris conjux lapſu ex equo coſtam frangit, & ex pudore chirurgis oſtendendi partem læſam mavult vitam, quam verecundiam perdere. F. p. 1. l. 24. c. 3. n. 2.

Boleslaus V. Rex Poloniæ cum Kunegunda caſte vivit in matrimonio. F. p. 3. l. 10. fol. 529.

Quamvis mulieres fragilitate & complexione in venerem valde propenſæ ſint, cujus rei cauſa eſt otium; amor enim eſt animi cura vacantis paſſio: tamen inter Chriſtianas mulieres ſcimus fuiſſe multas caſtiſſimas Virgines, innumera enim Eccleſia numerat Virginum agmina, in eoque elucet inſignis Chriſti, & fidei gratia. C. in 1. Petr. 3. verſ. 2. & ſeq. Vide Tit. Caſtitas, Virginitas &c.

## MULIER ILLAUDABILIS.

23. *Agitantur regnandi ambitione.*

*Dic ut ſedeant hi duo filii mei. &c.* Maldonatus ait: Ambit velut morituri hominis hereditatem & aviditate feminea præſentia cupit, immemor futurorum. Quæris cur Eva non vocaverit Adamum, ut ipſe prior ederet: Moyſes Barcepha reſpondet: Quia ipſa prior transformari cupiebat in Deum, virumque ſuum Divinitate anteire, ut hac adminiſtrationem rerum præ illo, atque imperium obtineret. Exiſtimarat enim, ſimulatque guſtaret, e veſtigio ſe in Deam transformatam iri, fallacis ſerpentis conſilio. S. punct. 110. f. 325.

Athalia ut regnaret, omne ſemen regium interfecit. Et Mater Neronis: *Occidat, dum imperet*. S. Ibid. ad finem.

Semiramis petit quinque diebus regnare, & occidit Ninum. F. p. 1. l. 1. c. 3. fol. 5.

Aga-

Agathoclea Ægypto magna cum tyrannide præeſt, ſed ab Ægyptiis miſerandum in modum trucidatur. F. p. 1. l. 13. c. 4. n. 3. & c. 5. n. 1.

Gorgo accuſata, quod ſupra Viros regnaret, reſpondit: & nos etiam Viros ſolæ gignimus. F. p. 1. l. 4. c. 12. n. 2.

Tullia, ut regnaret, maritum veneno enecat, ad necem Patris Tullii conſpirat, & ſuper cadaver mortui Patris equos, ac currum agit, merito cognomine *ſcelerata* dicta. F. p. 1. l. 16. c. 6.

Sabina Poppæa Neronis concubina cauſa fuit, ut ille Octaviam uxorem adulterii prætextu capite mulctaret: illa impudentiſſima fuit, quingentas lactantes aſinas nutriebat, ut quotidie earum lacte lavaretur ad conſervandam ſuam pulchritudinem. Suaſit Neroni, ut Agrippinam Matrem necaret: tandem a Nerone calce percuſſa obiit. F. p. 1. l. 20. c. 6. n. 4.

Joanna Regina Hungariæ, Andream Regem Maritum, regnandi libidine fune ſtrangulari, & per feneſtram ſuſpendi vel præcepit, vel certe conſpiravit. *Bonfinius, Foreſti & alii.*

Ejuſdem furfuris erant Jezabel, Hecuba, Imperatrix Eudoxia, Euridice Macedonum Regina, Paryſatis Regina Perſarum & Medorum, Cleopatra Ægyptia, Eliſabetha Angliæ Regina & aliæ. &c.

*24. Crudeles erga amicos, & inimicos.*

Alithea Mater Pauſaniæ, dum filius immurandus eſſet, ipſa primum lapidem attulit. F. p. 1. l. 7. n. 5.

Conjux Aſdrubalis everſa a Romanis Carthagine arcem incendit, ſeque una cum duobus filiis cremat. F. p. 1. l. 18. c. 4. n. 5.

Irene Conſtantino VI. filio ſuo ſuadet, ut a Maria conjuge divortium faceret, & Theodoræ nuberet: Quod dum ille nimis credulus facit, regno & vita privatur. F. p. 1. l. 22. c. 19. n. 1.

Medea crudelis filiorum ſuorum latro, quos coram Jaſone Patre obtruncat. F. p. 1. l. 3. n. 27.

Quædam Mater filium e prælio fugitivum latere necat. F. p. 1. l. 4. c. 14. n. 6.

Evander, Pallantis Regis Nepos, ſuaſu Nicoſtratæ Matris occidit patrem ſuum. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

Mulier comparatur Scorpioni ex multiplici capite: 1. Quia virulentæ linguæ ſpiculo armatur. 2. Quia virum cruciat, & lenta tabe conficit. 3. Quia nequiter etiam blandiens in fine aculeum exerit, omnique nocendi occaſioni invigilat. 4. Quia cum vino incaleſcit, maxime nocet. 5. Sicut ſcorpius non nocet iis, in quibus non eſt ſanguis; ita mulier nequam non nocet viris mortificatis, in quibus non eſt cupiditas. 6. Sicut ſcorpius fœtum devorat, & unum tantummodo ſolertiſſimum reſervat: ita nequam mulier non raro proles ſuas moleſtia conficit. &c. C. in Eccli 26. v. 10.

*25. Sunt cauſæ cruentarum cædium.*

Fauſta Conſtantini Uxor accuſat filium Criſpum attentati inceſtus, & a Patre capite plectitur, innocens novuſque Hippolytus a nova Phædra accuſatus: ſed detecta fallacia Fauſta in thermis ſuffocatur. F. p. 1. l. 21. c. 1. n. 13.

Meſa nepotem ſuum Heliogabalum fingit eſſe Caracallæ filium, mittit eum ad exercitum, & Macrinum Imperatorem e ſolio ejicit. F. p. 1. l. 20. c. 22. n. 2.

Joanna Creſcentii uxor, quem Otho III. Imperator interfici juſſit, ſperabat connubium Othonis, ſed ſpe fruſtrata Imperatori venenatas chyrothecas donavit & ſic occidit. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 4.

Fredegunda Regni Galliæ furia ſceleribus, & plus quam duodecim cædibus famoſa. F. p. 3. l. 6. fol. 123.

Brunechildis decem perſonas regias occidit, in pœnam ab efferato equo diſcerpitur. F. p. 3. l. 6. fol. 127.

Eduardus Rex Anglorum & Martyr, uxoris ſuæ fraude occiſus eſt. Martia meretrix cauſa fuit, ut necaretur Antonius Commodus Imp. a quodam Athleta, quocum adulterii conſuetudinem habebat. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

Dalila per importunitatem evicit, ut Samſon ei revelarit, in quo ejus fortitudo conſiſteret, & ſic eum prodidit, & in mortem dedit. *Judic. 16.*

*26. Perſequuntur Viros Sanctos & probos.*

Eudoxia Sanctum Chryſoſtomum, velut Jezabel Eliam, extreme perſecuta eſt, ſed pœnas dat, dum in partu miſerrime perit: ſepulcrum ejus continuo terræ motu agitatur, donec oſſa Sancti Chryſoſtomi in urbem revehuntur. F. p. 1. l. 21. c. 7. fol. 441. Vide Epiſtolam Innocentii Pontificis ad Eudoxiam de exilio S. Chryſoſt. apud C. Gen. fol. 95. col. 2.

Alpais Pipini Regis concubina, quod a Sancto Lamberto ſceleris incularetur, ſubornat fratrem Dodonem, qui Sanctum Epiſcopum inter ſacra ad altare confodit: ſacrum corpus a nulla impudica femina ſe tangi, aut oſculo coli patiebatur. F. p. 3. l. 6. fol. 133.





Brunechildis Regina S. Deſiderium Epiſcopum, qui ejus impudicitiam arguebat, in exilium per quatuordecim annos expellit, & demum per ſicarios interficit. N. 23. Maji.

*S. Chryſ. de decol. S. Joan. Gen. 36.* Herodias petit caput S. Joannis, ubi S. Chryſoſtomus: *Mulier, cum injuria afficitur, inſanit.* C. in Eccli. 25. v. 29.

Domina cui ſerviebat Joſeph, cum in libidine ſua repulſam ab eo paſſa fuiſſet, illum adulterii, aliorumque criminum tam impie accuſavit, ut innocens in carcerem fuerit conjectus.

Theodora uxor Juſtiniani Imp. dicta factaque *Dæmonodora*, Juſtinianum ad hæreſim Eutychianam inflexit, Concilium Chalcedonenſe proſcripſit, Silverium Pontificem cepit, morique coegit, aliaque nefanda perpetravit. Tandem cancri plaga per totum corpus perfuſa, miſere vitam finivit, ait Hugo Victorinus. C. in Ep. Jac. 3. v. 15.

*27. Sunt infideles erga conjuges.*

Ariadne Imperatorem Zenonem conjugem ſuum, dum vino ſe inebriat, vivum ſepeliri jubet, idque ex deſiderio alterius conjugis. F. p. 1. l. 22. c. 3. fol. 456.

Cleopatra, dum Marco Antonio ſuo falſo mortem ſimulat, eum in furias agit, quibus ſeipſum enecat. F. p. 1. l. 13. c. 13. n. 5.

Tullia maritum Arontem veneno necat, ut Tarquinio nubere, & cum illo regnum conſequi poſſit. Tarquinius igitur trucidat Tullium Regem, & patrem Tulliæ, quæ ſupra mortui patris cadaver equos & currum vi agitabat, merito cognomine ſcelerata dicta. F. p. 1. l. 16. c. 6.

Conſtancia Henrici V. Imperatoris Uxor contra maritum exercitum colligit, eumque obſidione victum veneno enecat. F. p. 1. l. 23. c. 23. n. 5. 6.

Xantippe Socratem excarnificat millenis moleſtiis: dum aliquando aquam illi ſuper caput effunderet, ajebat Socrates: non dubitavi poſt tot tonitrua pluvias ſecuturas. F. p. 1. l. 8. n. 5.

Fredegunda Chilpericum regem conjugem ſicariis enecat. F. p. 3. l. 6. f. 123. & ſeq.

Tullia procurat, ut maritus Servius Tullius a Tarquinio ſuperbo interficiatur. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

Jeſſæi nullam omnino ducunt uxorem, eo quod nullam uni viro fidem ſervare credant. C. in 1. Petr. 3. v. 2.

*28. Sunt cauſa multorum malorum in mundo.*

*Adam Eva induxit, male Petrum induxit ancilla*, ait Sanctus Maximus. S. punct. 9. fol. 573. Vide Andream Bienbeck tract. de Clericorum dignitate præſertim Sect. 5. a §. 7. ſeq.

Fredegunda Chilperici Regis mores ita depravat, ut a Sancto Gregorio Turonenſi novus Nero, & ſui temporis Herodes vocaretur. F. p. 3. l. 6. fol. 123.

Rex Joram ſuaſu Athaliæ uxoris infinita fere commiſit flagitia. Iphis adoleſcens ſpretus ab Anaxarete puella ſe ſuſpendit. Thais meretricula commovit Alexandrum, ut urbem Perſepolim combuſſerit. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

Anaſtaſius Nicænus inter alia ex S. Chryſoſtomo hæc mulieri dat epitheta: Quid eſt mulier? Eſt in terra naufragium, fons ſceleris, theſaurus cædium, lapſus oculorum, animarum exitium, cordis lancea, juvenum pernicies, ſceptrum inferorum. Quid eſt mulier? Sanctorum calumnia, quies ſerpentis, diaboli ſalarium, fornax ſuccenſa, eorum qui ſervantur ſcandalum, vitium immedicabile, officina dæmonum. Quid eſt mulier? Malum amatorium, fera inexpugnabilis, os effrænatum, magiſtra delictorum, ſcelerata oblectatio, veſtita vipera, domus tempeſtas, arma diaboli, mors totius mundi. Hinc merito Sapiens: Parva eſt omnis malitia, ad malitiam mulieris! C. in Eccli. 42. v. 14. Item Prov. 7. v. 12. *Anaſt. Nic. in quæſt. S. Scriptur. qu. 63.*

*29. Sunt molles & carnales.*

Archidamus Rex a ſuis ſubditis mulcta pecuniaria punitur, quia ſponſam nanam duxit, cauſa punitionis erat, quia ſic non reges, ſed regulos eſſet progeniturus: & quis fructus ſperari poteſt, ſi puellæ mature nimis in matrimonia elocentur? F. p. 1. l. 4. c. 10. n. 2. Sic ſæpe verificatur, quod nana nanam, & infans infantem generet.

Gravis & caſta matrona monuit Confeſſarios, ut caverent ab aſpectu, & colloquiis feminarum: Ego enim, ajebat, certa ſum, non eſſe Virum tam Sanctum, tam conſtantem, quem non flectere poſſim, quo velim, ſi cum eo ad quadrantem horæ colloquar, iſque oculos meos intueatur!

ſerpentes ſunt oculi, facies, corpora, & colloquia feminarum. C. in Dan. 13. v. 8.

Achilles veſtibus femineis occultatus in Gynecæo ſtatim agnoſcitur ab Uliſſe: dum enim aliæ puellæ femineum mundum affectant, ille arma arripit. F. p. 1. l. 5. n. 27. fol. 80.

Mulieres comparantur igni, hinc S. Baſilius: mulieris carnem noli tangere, quia inflammabitur cor tuum. Comparantur magneti; ſicut enim magnes trahit ferrum, ita mulieris ſpecies & vox trahit virum. Comparantur Baſiliſco; ſicut enim iſte viſu eos, quos intuetur, necat; ſic mulier jactu oculorum, ſauciat, intoxicat, & necat. C. in Eccli 42. v. 13. Item 1. Petri 3. v. 2.

*Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes*. Sic apoſtatare fecerunt hæreſiarchas noſtri temporis, Calvinum, Lutherum, Bucerum, alioſque. S. Ambroſius (S. Amb. de Elia & jejun. c. 18.) de vino & mulieribus ait: *Si ſingula, ac ſeparata hoc faciunt, quid facient unita?* C. in Eccli 19. v. 2.

### 30. *Comptæ & blandæ ſunt cauſa multorum ruinæ*.

Curioſus obtutus radix eſt adulterii, ait S. Chryſoſtomus de lapſu Davidis. S. punct. 114.

Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti ſunt. S. punct. 114. fol. 345.

Mulier compta eſt inſtrumentum diaboli ad faſcinandas intuentium animas. S. punct. 9. fol. 573.

Alexander magnus noluit intueri captivas, ne ſuam fortitudinem perdat. F. p. 1. l. 2. c. 10. n. 4.

Adamum ſeduxit Eva, Berſabæa Davidem, mulieres Salomonem: hinc pii ac prudentes viri maxima cum cautela illas fugerunt. Præclare ſenior ille apud Sophronium (Sophron. in Prat. Spir. cap. 119.): *Sal ex aqua eſt, & ſi appropinquaverit aquæ, ſolvitur, & deficit: ita Monachus ex muliere eſt, & ſi appropinquat mulieri, ſolvitur & ipſe, ut jam monachus non ſit*. C. in Num. 25. v. 18. S. Jordanus Ord. Præd. Generalis videns fratrem, qui manum mulieris tangeret, auſtere illum increpuit: cumque frater regereret: Mulierem eſſe piam ac ſanctam, ſubintulit: Pluvia bona eſt, & etiam terra bona eſt: & tamen ex harum conjunctione fit lutum. S. Ludovicus Epiſcopus ne a Matre quidem oſculum manus recipere, aut dare voluit, interroganti cauſam repoſuit: Quia mulier es! Sic mulieres averſati ſunt S. Dominicus, S. Franciſcus, S. Thomas Aquinas, S. Bernardus, qui inſidiatrices nocturnas incondito clamore in fugam egit: *Latrones! Latrones!* C. in N. 25. v. 18.

*Averte faciem tuam a muliere compta &c.* (Eccli 9. v. 8.)

### 31. *Sunt cauſæ bellorum*.

Propter Helenam bellum Trojanum & devaſtatio orta. F. p. 1. l. 5. n. 27. f. 80.

Cum Julius Cæſar Veteranis militibus jugera camporum diſtribueret, Fulvia Marci Antonii uxor populum Romanum ad ſeditionem commovit, ipſa ſe gladio accinxit, ducem ſimul, & militem agens. Excivit etiam Marcum Antonium contra Cæſarem atroce bello, quod denique Fulviæ morte extinctum eſt. F. p. 1. l. 19. c. 9. n. 4.

Brunechildis Regni Galliæ furia Childebertum filium ad ſanguinolentum bellum animat. F. p. 3. l. 6. fol. 124.

Pericles propter Aſpaſiam concubinam Samios debellavit: Propter Laviniam Latini Regis filiam ortum eſt bellum inter Æneam, & Turnum. Cleopatra cauſa fuit belli inter Ptolomæum patrem ſuum, & Alexandrum Syriæ Regem. Octavia ſoror Auguſti ab Antonio repudiata cauſa fuit belli civilis. Margarita commovit Ottocarum Regem Bohemiæ, ut bellum inferret Rudolpho Cæſari, in quo occiſus eſt. Filia Juliani cujuſdam præfecti, a Roderico Gothorum Rege adulterio oppreſſa, ſtimulavit patrem, ut convocaret Saracenos, bellumque moveret, in quo ſeptuaginta hominum millia perierunt. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

### 32. *Sunt inſtrumentum hæreticorum ad propagandas ſectas*.

Sanctus Hieronymus obſervat, pene omnes hæreticos mulierum adminiculo uſos fuiſſe ad ſuas ſectas propagandas: Simon Helenæ meretricis adjutus auxilio: Nicolaus Choros duxit femineos. Marcion feminam præmiſit: Montanus per Priſcam, & Maximillam multas Eccleſias evertit. S. punct. 9. fol. 574. Vide Titulum *Hæretici*. Et C. 2. Tim. 3. verſ. 6.

Argula Stauffia nobilis de Ehrenfels in arce Lending prope Ingolſtadium reſidens, a Luthero vocata *Regina Eccleſiæ*, ſollicitat Principem Bavarum ad Apoſtaſiam: illa autem Univerſitatem Ingolſtadianam una cum celebri Doctore Ekio ad diſputationem provocat. Dein patria expulſa eſt, cui Ekius miſit colum, ut occupationem muliebrem loco diſputationis addiſceret. Ertl in Atlante Bav. part. 2. fol. 23.

Ode-



Odetus Cardinalis Chatillon a laſciva muliere ad Calviniſtas ſeducitur. F. p. 3. l. 6. fol. 241. col. 2.

(S. Hier. ad Cteſiphont. Tom. 2.) Arius ut orbem deciperet, ſororem Principis ante decepit. Donatus Lucillæ opibus adjutus eſt. In Hiſpania Agape Helpidium, mulier virum cæcum cæca duxit in foveam, ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit, cui juncta Galla, alterius, & vicinæ hæreſeos reliquit heredem. Sic omnes fere hereſes propagatæ ſunt per mulieres. C. in Act. Ap. c. 13. v. 50.

(Apoc. 2. v. 20.) *Permittis mulierem Jezabel*. Hæc Jezabel fuit nobilis ac potens femina hęretica, quæ prophetiſſam ſe mentiendo propagavit ſectam Nicolaitarum, docens licere fornicari, & edere idolotyta &c. C. in Apoc. 2. v. 20.

### 33. *Sunt aſtutæ & fraudulentæ*.

Meſa nepotem ſuum Heliogabalum, fingit eſſe Caracallæ Imperatoris filium, mittit eum ad exercitum, & ſic Macrinum Imperatorem e throno ejicit. F. p. 1. l. 20. c. 22. n. 2.

Dum Artaxerxes & Cyrus bello contendebant, domi Pariſatis Regia Mater, & Statira Regis conjux propter partium ſtudia in diſſidiis erant. Pariſatis pretioſam aviculam pro cibo parari jubet, & cultrum una ex parte intoxicat, qua de in aviculam diviſit, & illam dimidiam partem, quæ venenoſa parte cultri erat tacta, Statiræ manducandam dedit, quæ ſtatim mortua eſt. F. p. 1. l. 2. c. 7. n. 5.

Sunt mendaciis plus quam Viri deditæ. Paoletti Dom. 2. Adventus.

Samſon a Dalila, cui arcanum virium ſuarum aperuit, crinibus raditur, & inimicis proditur. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

Mulier a S. Ephrem inter alia epitheta vocatur *effrenatum os rerum arcanarum*. Si rem arcanam alicujus momenti mulieri ſub ſilentio confidas, illa taciturnitatis, & prudentiæ incapax, mox arcana ſibi concredita effundet jurgiorum, inimicitiarum & rixarum incentrix. C. in Prov. 7. v. 12.

(Judic. 16.) Dalila blanditiis perſuaſit Samſonem, ut cauſam ſuæ fortitudinis illi revelaret, dein illum abraſis capillis prodidit, & in necem dedit.

(Judic. 4.) Jahel egreſſa in occurſum Siſaræ, dixit ad eum: Intra ad me Domine mi, ne timeas, & dein illum dormientem occidit.

### 34. *Imprudentes ob ſuperbiam*.

Conſtantia a Rege Roberto marito rogat, ut in ſuum honorem verſus componeret: ille in honorem SS. Martyrum rhytmos compoſuit, qui ita incipiebant: *O conſtantia Martyrum laudabilis*: Et quoniam illa latini idiomatis ignara ſuum nomen legerat Conſtantia, ſibi laudem fieri putabat. F. p. 3. l. 6. fol. 162.

In veſtiendo & ornando corpore ultra omnes modeſtiæ leges, & ad riſum uſque ſunt immoderatæ: aureas geſtant veſtes, catenas, bullas ſive capillos aureis filis, vittiſque diſtinctas, & quotidie variabiles. Apparent cum tot tunicis, peplis, velis, palliis, iiſque ſericis, pretioſis, ut Iſaias eas enumerando multos verſus impleat cap. 3. 18. & Tiraquellus multa alphabeta, multaſque paginas. Imo nonnullæ in veſtitu omnes viri opes exhauriunt, juxta illud Propertii: *Matrona incedit cenſus induta nepotum*. C. in 1 Petr. 3. v. 3. Seneca etiam ait: Infanis quibuſdam bina ex auribus pendere gemmarum patrimonia. Ibid. Item 1. Tim. 2. v. 9. & 10.

Quid abſurdius & magis riſu dignum, quam feminam velle dominari viro, & toti domui? Philo ait: *A muliere dominari ſummum eſt viro dedecus*: Et Plutarchus: *Cum femina dominatur in virum, perverſa, & miſera domus eſt*. Uxores autem, quæ malunt ſtolidis viris imperare, quam parere ſapientibus, ſimiles ſunt illis, quæ ducere potius volunt cæcos, quam intelligentia, viſuque præditos ſequi. Hinc Aſſuerus repudiavit uxorem dominari volentem. C. in 1. Petr. 3. v. 1.

### 35. *Sunt incaſtæ, & ſeductrices*.

Phædra Theſei uxor amabat Hippolytum filium Theſei, quem etiam ad nefas ſollicitabat, ſed renuente caſto Hippolyto eum apud Patrem accuſat, quaſi violaſſe ſe voluiſſet, quapropter innocens equis dilaniatur. F. p. 1. l. 5. n. 21.

Arſinoe & Cleopatra ad pudendum amorem pelliciunt Julium Cæſarem. F. p. 1. l. 13. c. 13. n. 1.

Cleopatra velut altera Venus pellicit Antonium Ducem Romanum. F. l. 13. c. 13. n. 2.

Maria Arragonia, Othonis Imperatoris conjux, falſo accuſat Comitem Mutinenſem attentatæ impudicitiæ, Comes capite plectitur, ſed comperta falſitate etiam accuſatrix luit. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 2.

P 2 Ju-

Julia Noverca Caracallæ filium ad inceſtas nuptias trahit, inquiens: Neſcis quod Imperatorſis, & leges ſancire, non acceptare debeas. F. p. 1. l. 20. c. 21. n. 2.

Lais famoſa meretrix Corinthi pro una nocte 10000. drachmas petere ſolebat, ad quam Demoſthenes reſpondiſſe fertur: Non tanti emo pœnitere. F. p. 1. l. 3. c. 2. n. 6.

Julia Octaviani Auguſti filia tam intolerabilis erat impudentiæ, ut demum una cum Scribonia Matre in Inſulam Pandatariam relegata ſit. F. ib. l. 20. c. 2.

Valeria Meſſalina Imperatoris Claudii conjux tot adulteros Romæ habebat, quotquot illi libuerant. F. p. 1. l. 20. c. 5. n. 1.

Fredegunda impuriſſima Galliæ furia. F. p. 3. l. 6. fol. 123.

Feminæ ipſe halitus, aut atmoſphæra Viris periculoſa eſt. Sancta Apollinaris diſſimulato ſexu vitam inter viros egit. Cum ad mortem ægrotaret, & Monachus infirmarius illi aſſideret, ſenſit inſolitas libidinis tentationes, & ideo exclamavit: *Hic Monachus aut diabolus eſt, aut femina!* S. Gregorius VII. Pontifex, gratia compunctionis fuit privatus, eo quod monile ſuæ neptis manu tractavit. C. in Prov. 7. n. 12.

Hinc SS. Patres Viros pietatis & caſtimoniæ ſtudioſos a converſatione, imo & ab aſpectu feminarum dehortantur. Sanctus Hieronymus ad Nepotianum ait: Hoſpitiolum tuum nunquam mulieris pedes terant. Memento ſemper, quod paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier dejecerit. C. in Dan. 13. v. 8. Item in Eccli. 26. v. 14. Item 1. Petr. 3. v. 2. (S. Hier. ad Nep. ep. 2.)

### 36. *Sunt crudeles, & vindictæ ſtudioſæ.*

Philippus Rex Macedonum Olimpiam uxorem repudiavit, ex ſuſpicione infidelitatis, & Cleopatram Attali Ducis ſui ſororem duxit. Poſtquam Pauſanias Philippum ratione denegatæ juſtitiæ occidit, Olimpia ex exilio redux Pauſaniam latronem e patibulo relegatum honeſte ſepelivit, & Cleopatram, cujus aſtu ſe repudiatam ſuſpicabatur, miſerandum in modum una cum filia jugulavit. F. p. 1. l. 7. c. 9. n. 5. 6. Hæc ipſa Olimpia Arideum fratrem Alexandri capite truncavit, & Euridice ejus uxori gladium, funem, & venenum miſit cum nuntio, ut quod vellet eligeret. Præterea centum Macedones nobiliſſimos Regis Caſſandri amicos, & inter hos ejus fratrem Nicanorem occidi juſſit: ſed tandem conſanguineis interfectorum juſtas pœnas dedit. F. p. 1. l. 10. c. 2.

Joanna Creſcentii Uxor Othonem III. quod fruſtra ejus connubium ſperaret, venenatis chyrothecis necat. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 4.

Roſimunda, Cunimundi Gepidorum Regis filia & Alboini Regis uxor, ut victi, & occiſi patris necem, cujus cranio Alboinus pro ſcypho utebatur, vindicaret, Helmigem cubicularium ad necem Alboini inſtigat, cui dein turpiter convixit, & cum tempore venenum propinavit: at Helmiges advertens venenoſum hauſtum medium quidem bibit, dimidium haurire Roſimundam coegit. F. p. 1. l. 3. fol. 20. 21.

Blanca Roberti Regis uxor Hugonem, eo quod Regis favoribus valde eſſet commendatus, ante oculos regis obtruncari jubet. F. p. 3. l. 6. fol. 161.

Fredegunda Regni Galliæ furia plus quam duodecim cædibus famoſa. F. p. 3. l. 6. fol. 123. ſeq.

Achab Rex Iſraelitarum ſuaſu Jezabelis occidit Prophetas. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

*Mulieris ira eſt confuſio magna.* Herodias petit caput S. Joannis; nam ut ait S. Chryſoſtomus, *Mulier, cum injuria afficitur, inſanit.* Plutarchus ait: Mulieres iracundiores ſunt viris, ideo etiam facilius, quam viri, in inſaniam prolabuntur, & difficilius curantur. Ratio prædominantis iracundiæ eſt, ratio debilior, & vitioſorum humorum abundantia &c. C. in Eccli 25. v. 29. (Eccli 25.)

Jezabel cum vineam petitam a Naboth per preces, & promiſſa impetrare non potuit, crudeliter illam lapidari præcepit. (3. Reg. 21.)

## ANIMA HOMINIS.

### 37. *Quid ſit?*

SAncti Patres varie definiunt animam: alii dicunt: *Eſt deiforme ſpiraculum vitæ.* Alii: Eſt *ſubſtantia incorporea rationis particeps, gerendo corpori accommodata.* Alii: Eſt *ſubſtantia ſpiritualis a Deo creata ſui corporis vivificatrix.* Alii: Eſt *ſpiritus intellectualis ad beatitudinem in ſe, & in corpore ordinatus.* Alii: Eſt *ſpiritus intellectualis ſemper vivens, ſemper in motu, bonæ, & malæ voluntatis capax.* Alii: Eſt *omnium ſimilitudo &c.* C. Gen. 2. fol. 66. col. 1.

Quid anima ſit, e corpore mortuo deſume, ait S. Chryſoſtomus. Quod modo vivas, quod movearis, quod creſcas, ſentias, intelligas, bonum a malo diſcernas, omnia ex anima habes. Anima rationalis eſt, intellectualis, ſpiritualis, libera immortalis, principium habuit, finem non habebit &c. B. Serm. 2. n. 9. (S. Chryſ. hom. in Gen.)





Anima eſt paradiſus, aut quaſi hortus, quem homo excolere debet: plantæ fructiferæ ſunt ſobrietas, caſtitas, aliæque virtutes: lolium ſunt vitia: imber eſt Dei gratia, venti ſunt tentationes, meſſis eſt præmium vitæ æternæ. C. Gen. 2. v. 15. fol. 73. 1.

Anima eſt dominatrix corporis; ſicut navarchus navim, eques caballum, paterfamilias domum; ita anima debet regere & ſub capiſtro habere paſſiones corporis. Sed ais: corpus aggravat animam? verum ſi vis aggravat ad tuum emolumentum: Angeli, quia ſine corpore erant, ideo ſuam pulchritudinem intuiti ſuperbierunt. Adeoque anima tua alligata eſt miſero corpori 1. Ut non ſuperbias. 2. Ut corpus ſubigas. 3. Ut anima tua corpori incluſa ſit, ſicut adamas capſulæ, ne pereat. B. Serm. 2. n. 16.

Horologio prodeſt pondus, etſi gravet: Ita corpus animæ, ait S. Gregorius. B. Serm. 33. n. 19.

### 38. *Parum cognoſcitur ab homine.*

Homo omnibus ſcientiis inhiat, animam tamen cognoſcere non ſtudet. Epulo ajebat ad animam ſuam: *Comede, epulare.* O ſtulte! ait Baſilius: *Tam improvidus es, ut eſcas corporeas animæ tribuas.* Homo cum in honore eſſet, comparatus eſt jumentis. B. Serm. 2. n. 2. (S. Baſil. in conc.)

Veteres ethnici putabant animam eſſe ſubſtantiam igneam a ſideribus depromptam; ideo ante omnia mortis genera damnabant ſuffocationem in aquis; quia exiſtimabant in aquis etiam animas ſuffocatorum extingui. O utinam Chriſtiani haberent cognitionem animæ meliorem! &c. D. 8. 1. in fine.

Paradoxas imaginationes habuerunt Veteres de anima: aliqui putarunt animam educi ex materia, aut venire ex traduce, id eſt, generari aut propagari ex anima parentis, uti lex ſpargit lucem, uti tenuit Tertullianus. Alii putarunt animam eſſe ab Angelis, uti docuerunt Seleuciani. Alii, animam eſſe particulam avulſam Divinitatis, aut partem Divinæ ſubſtantiæ. Sed hi ſunt meri errores! anima enim eſt effectus Divinæ omnipotentiæ, de nihilo in homine creatus, ſeu, ut ait Auguſtinus, eſt *Deiforme ſpiraculum vitæ.* C. Gen. 2. v. 7. &c.

Temerarius quidam inter pocula, cum de præmiis & pœnis alterius vitæ diſcurri audiret, ſubriſit, dixitque: hæc omnia eſſe mera commenta Poparum & Monachorum, addiditque, venalis eſt mihi mea anima, quis vult eam coemere? dabo pro modico pretio! Adfuit inter alios ignotus Vir (Perſonatus dæmon) qui licitationem cum illo iniit, pactoque pretio illum una cum corpore abripuit. O quam multi ſcelerati animam ſuam vel pro fabula, vel pro nihilo reputant! &c. (Thom. Cantipr. l. 2. Apum. c. 36. p. 2.)

### 39. *Debet virtutibus exornari.*

Deus Adamo paradiſi hortum concredidit, ut illum excoleret & operaretur: Ita Deus dat homini animam, ut illam ceu paradiſum Divinitatis gratiſſimum virtutibus exornaret. Ager itaque eſt anima, plantæ ſunt ſobrietas, caſtitas, aliæque virtutes. Zizania ſunt vitia, agricola eſt homo, imber eſt Dei gratia, ſemina ſunt illuſtrationes, & inſpirationes, ex quibus virtutes creſcunt. Venti ſunt tentationes, meſſis erit præmium æternum. C. Gen. 2. v. 24.

Virtutibus exornatur anima, cum ſemper cum Deo occupatur, & in rebus omnibus Deum quærit. Pſalmiſta ad laudem, Dei invitat cælum, terram, ſolem lunam, ignem, grandinem, nivem, reges terræ, juvenes & virgines: Parem in modum pueri in fornace Babylonica rorem, pruinam, montes, colles, fontes, & omnia elementa invitant ad laudem Dei! Quomodo autem, & quare? quia homo his omnibus uti debet ad gloriam Dei per ſanctiſſimas virtutum exercitationes. Ita Origenes: *Anima ſancta omnia quæ agit & patitur, refert ad laudem & gloriam Dei.* Debet igitur homo crebro per diem ac noctem, inſtar orationis jaculatoriæ uſurpare hymnos, & ſuſpiria ejuſmodi: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth! &c. Benedictio & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæculorum ſæcula! &c. Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto! &c. C. in Iſ. 6. v. 3. (Orig. in Iſa. Homil. 4.)

Anima eſt paradiſus ſeu hortus Dei: quod igitur facit hortolanus, id faciat Chriſtianus, ut animam virtutum floribus exornet. C. Amos 9. v. 15.

### 40. *Debet eſſe Domina corporis.*

*Per tria movetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere,* ait Salomon. Tria illa

Julia Noverca Caracallæ filium ad inceſtas nuptias trahit, inquiens: Neſcis quod Imperator ſis, & leges ſancire, non acceptare debeas. F. p. 1. l. 20. c. 21. n. 2.

Lais famoſa meretrix Corinthi pro una nocte 10000. drachmas petere ſolebat, ad quam Demoſthenes reſpondiſſe fertur: Non tanti emo pœnitere. F. p. 1. l. 3. c. 2. n. 6.

Julia Octaviani Auguſti filia tam intolerabilis erat impudentiæ, ut demum una cum Scribonia Matre in Inſulam Pandatariam relegata ſit. F. ib. l. 20. c. 2.

Valeria Meſſalina Imperatoris Claudii conjux tot adulteros Romæ habebat, quotquot illi libuerant. F. p. 1. l. 20. c. 5. n. 1.

Fredegunda impuriſſima Galliæ furia. F. p. 3. l. 6. fol. 123.

Feminæ ipſe halitus, aut atmoſphæra Viris periculoſa eſt. Sancta Apollinaris diſſimulato ſexu vitam inter viros egit. Cum ad mortem ægrotaret, & Monachus infirmarius illi aſſideret, ſenſit inſolitas libidinis tentationes, & ideo exclamavit: *Hic Monachus aut diabolus eſt, aut femina!* S. Gregorius VII. Pontifex, gratia compunctionis fuit privatus, eo quod monile ſuæ neptis manu tractavit. C. in Prov. 7. n. 12.

Hinc SS. Patres Viros pietatis & caſtimoniæ ſtudioſos a converſatione, imo & ab aſpectu feminarum dehortantur. Sanctus Hieronymus ad Nepotianum ait: Hoſpitiolum tuum nunquam mulieris pedes terant. Memento ſemper, quod paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier dejecerit. C. in Dan. 13. v. 8. Item in Eccli. 26. v. 14. Item 1. Petr. 3. v. 2. *S. Hier. ad Nep. ep. 2.*

### 36. *Sunt crudeles, & vindictæ ſtudioſæ.*

Philippus Rex Macedonum Olimpiam uxorem repudiavit, ex ſuſpicione infidelitatis, & Cleopatram Attali Ducis ſui ſororem duxit. Poſtquam Pauſanias Philippum ratione denegatæ juſtitiæ occidit, Olimpia ex exilio redux Pauſaniam latronem e patibulo relegatum honeſte ſepelivit, & Cleopatram, cujus aſtu ſe repudiatam ſuſpicabatur, miſerandum in modum una cum filia jugulavit. F. p. 1. l. 7. c. 9. n. 5. 6. Hæc ipſa Olimpia Arideum Fratrem Alexandri capite truncavit, & Euridice ejus uxori gladium, funem, & venenum miſit cum nuntio, ut quod vellet eligeret. Præterea centum Macedones nobiliſſimos Regis Caſſandri amicos, & inter hos ejus fratrem Nicanorem occidi juſſit: ſed tandem conſanguineis interfectorum juſtas pœnas dedit. F. p. 1. l. 10. c. 2.

Joanna Creſcentii Uxor Othonem III. quod fruſtra ejus connubium ſperaret, venenatis chyrothecis necat. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 4.

Roſimunda, Cunimundi Gepidorum Regis filia & Alboini Regis uxor, ut victi, & occiſi patris necem, cujus cranio Alboinus pro ſcypho utebatur, vindicaret, Helmigem cubicularium ad necem Alboini inſtigat, cui dein turpiter convixit, & cum tempore venenum propinavit: at Helmiges advertens venenoſum hauſtum medium quidem bibit, dimidium haurire Roſimundam coegit. F. p. 1. l. 3. fol. 20. 21.

Blanca Roberti Regis uxor Hugonem, eo quod Regis favoribus valde eſſet commendatus, ante oculos regis obtruncari jubet. F. p. 3. l. 6. fol. 161.

Fredegunda Regni Galliæ furia plus quam duodecim cædibus famoſa. F. p. 3. l. 6. fol. 123. ſeq.

Achab Rex Iſraelitarum ſuaſu Jezabelis occidit Prophetas. VV. art. diſc. font. 84. ex. 3.

*Mulieris ira eſt confuſio magna.* Herodias petit caput S. Joannis; nam ut ait S. Chryſoſtomus, *Mulier, cum injuria afficitur, inſanit.* Plutarchus ait: Mulieres iracundiores ſunt viris, ideo etiam facilius, quam viri, in inſaniam prolabuntur, & difficilius curantur. Ratio prædominantis iracundiæ eſt, ratio debilior, & vitioſorum humorum abundantia &c. C. in Eccli 25. v. 29. *Eccli 25.*

Jezabel cum vineam petitam a Naboth per preces, & promiſſa impetrare non potuit, crudeliter illum lapidari præcepit. *3. Reg. 21.*

## ANIMA HOMINIS.

### 37. *Quid ſit?*

SAncti Patres varie definiunt animam: alii dicunt: *Eſt deiforme ſpiraculum vitæ.* Alii: *Eſt ſubſtantia incorporea rationis particeps, gerendo corpori accommodata.* Alii: *Eſt ſubſtantia ſpiritualis a Deo creata ſui corporis vivificatrix.* Alii: *Eſt ſpiritus intellectualis ad beatitudinem in ſe, & in corpore ordinatus.* Alii: *Eſt ſpiritus intellectualis ſemper vivens, ſemper in motu, bonæ, & malæ voluntatis capax.* Alii: *Eſt omnium ſimilitudo &c.* C. Gen. 2. fol. 66. col. 1.

Quid anima ſit, e corpore mortuo deſume, ait S. Chryſoſtomus. Quod modo vivas, quod movearis, quod creſcas, ſentias, intelligas, bonum a malo diſcernas, omnia ex anima habes. Anima rationalis eſt, intellectualis, ſpiritualis, libera immortalis, principium habuit, finem non habebit &c. B. Serm. 2. n. 9. *S. Chryſ. ... in Gen.*



Anima eſt paradiſus, aut quaſi hortus, quem homo excolere debet: plantæ fructiferæ ſunt ſobrietas, caſtitas, aliæque virtutes: lolium ſunt vitia: imber eſt Dei gratia, venti ſunt tentationes, meſſis eſt præmium vitæ æternæ. C. Gen. 2. v. 15. fol. 73. 1.

Anima eſt dominatrix corporis; ſicut navarchus navim, eques caballum, paterfamilias domum; ita anima debet regere & ſub capiſtro habere paſſiones corporis. Sed ais: corpus aggravat animam? verum ſi vis aggravat ad tuum emolumentum: Angeli, quia ſine corpore erant, ideo ſuam pulchritudinem intuiti ſuperbierunt. Adeoque anima tua alligata eſt miſero corpori 1. Ut non ſuperbias. 2. Ut corpus ſubigas. 3. Ut anima tua corpori incluſa ſit, ſicut adamas capſulæ, ne pereat. B. Serm. 2. n. 16.

Horologio prodeſt pondus, etſi gravet: Ita corpus animæ, ait S. Gregorius. B. Serm. 33. n. 19.

### 38. *Parum cognoſcitur ab homine.*

Homo omnibus ſcientiis inhiat, animam tamen cognoſcere non ſtudet. Epulo ajebat ad animam ſuam: *Comede, epulare.* O ſtulte! ait Baſilius: *Tam improvidus es, ut eſcas corporeas animæ tribuas.* Homo cum in honore eſſet, comparatus eſt jumentis. B. Serm. 2. n. 2. *S. Baſil. in catu.*

Veteres ethnici putabant animam eſſe ſubſtantiam igneam a ſideribus depromptam; ideo ante omnia mortis genera damnabant ſuffocationem in aquis; quia exiſtimabant in aquis etiam animas ſuffocatorum extingui. O utinam Chriſtiani haberent cognitionem animæ meliorem! &c. D. 8. 1. in fine.

Paradoxas imaginationes habuerunt Veteres de anima: aliqui putarunt animam educi ex materia, aut venire ex traduce, id eſt, generari aut propagari ex anima parentis, uti lex ſpargit lucem, uti tenuit Tertullianus. Alii putarunt animam eſſe ab Angelis, uti docuerunt Seleuciani. Alii, animam eſſe particulam avulſam Divinitatis, aut partem Divinæ ſubſtantiæ. Sed hi ſunt meri errores! anima enim eſt effectus Divinæ omnipotentiæ, de nihilo in homine creatus, ſeu, ut ait Auguſtinus, eſt *Deiforme ſpiraculum vitæ.* C. Gen. 2. v. 7. &c.

Temerarius quidam inter pocula, cum de præmiis & pœnis alterius vitæ diſcurri audiret, ſubriſit, dixitque: hæc omnia eſſe mera commenta Poparum & Monachorum, addiditque, venalis eſt mihi mea anima, quis vult eam coemere? dabo pro modico pretio! Adfuit inter alios ignotus Vir (Perſonatus dæmon) qui licitationem cum illo iniit, pactoque pretio illum una cum corpore abripuit. O quam multi ſcelerati animam ſuam vel pro fabula, vel pro nihilo reputant! &c. *Thom. Cantipr. l. 2. Apum. c. 56. p. 2.*

### 39. *Debet virtutibus exornari.*

Deus Adamo paradiſi hortum concredidit, ut illum excoleret & operaretur: Ita Deus dat homini animam, ut illam ceu paradiſum Divinitatis gratiſſimum virtutibus exornaret. Ager itaque eſt anima, plantæ ſunt ſobrietas, caſtitas, aliæque virtutes. Zizania ſunt vitia, agricola eſt homo, imber eſt Dei gratia, ſemina ſunt illuſtrationes, & inſpirationes, ex quibus virtutes creſcunt. Venti ſunt tentationes, meſſis erit præmium æternum. C. Gen. 2. v. 24.

Virtutibus exornatur anima, cum ſemper cum Deo occupatur, & in rebus omnibus Deum quærit. Pſalmiſta ad laudem, Dei invitat cælum, terram, ſolem lunam, ignem, grandinem, nivem, reges terræ, juvenes & virgines: Parem in modum pueri in fornace Babylonica rorem, pruinam, montes, colles, fontes, & omnia elementa invitant ad laudem Dei! Quomodo autem, & quare? quia homo his omnibus uti debet ad gloriam Dei per ſanctiſſimas virtutum exercitationes. Ita Origenes: *Anima ſancta omnia quæ agit & patitur, refert ad laudem & gloriam Dei.* Debet igitur homo crebro per diem ac noctem, inſtar orationis jaculatoriæ uſurpare hymnos, & ſuſpiria ejuſmodi: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth! &c. Benedictio & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæculorum ſæcula! &c. Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto! &c. C. in Iſ. 6. v. 3. *Orig. in Iſa. Homil. 4.*

Anima eſt paradiſus ſeu hortus Dei: quod igitur facit hortolanus, id faciat Chriſtianus, ut animam virtutum floribus exornet. C. Amos 9. v. 15.

### 40. *Debet eſſe Domina corporis.*

*Per tria movetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere,* ait Salomon. Tria illa ſunt:

ſunt: ſervus regnans, ſtultus ſatur, & uxor malitioſa. Quartum autem eſt *ancilla cum fuerit heres Dominæ ſuæ*. Hunc locum S. Antonius Paduanus exponit de corpore, cum regnat ſupra animam. *Domina eſt ratio, ancilla eſt ſenſualitas, quam etiam terra ſuſtinere non poteſt, cum ſibi ipſi dominationem uſurpaverit rationis*. B. Serm. 2. n. 18. (S. Ant. Pad. Ser. 9. Pent.)

Semiramis ſerva tantum quinque dies facta eſt Regina, & Regem occidit: ita ſenſualitas occidet rationem, ſi regnet. B. Serm. 2. n. 25.

Sanctus Antoninus parabolam affert de duobus fratribus, uno prudente, altero ſtulto: in via prudens obſequebatur ductui ſtulti, & denique uterque ad furcam condemnatur. Anima eſt frater prudens, corpus ſtultum &c. B. Ser. 42. n. 2. ſeq.

Oza percuſſus eſt, quia arcam duci permiſit a brutis irrationabilibus: ita Deo diſplicet, ſi anima ducatur per appetitus irrationales corporis. B. Ser. 28. n. 19. 20.

(Eccl. 3.) *Fili ſerva animam tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum*. Honor autem iſte in eo conſiſtit, ut dominetur, non ſubſit: Non ſerviat carni, gulæ, jocis &c. præterea præhabenda eſt omnibus, quæ ſunt minoris pretii, uti ſunt amicitiæ hominum, honores, facultates, & omnia caduca; hoc enim eſt meritum animæ, ut his omnibus præferatur. Segn. Manna 4. Jul. n. 1. & 2.

(Corn. a Lap. in Eccl. hic) Cornelius a Lap. ait: *Honor animæ debitus eſt, ut illa quaſi Regina imperet corpori, & ſenſibus quaſi ſubditis, & ancillis*. Anima dominari, corpus famulari, & illas functiones obedienter peragere debet, quæ ad conſecutionem ultimi finis ſunt neceſſariæ.

## 41. *Minus curatur quam corporalia.*

Quidquid homo poſſidet, vult habere bonum: bonum equum, bonam veſtem &c. ſolam animæ bonitatem parum curat. *Præpone vitam caligæ tuæ*, ait Sanctus Auguſtinus. B. Serm. 2. n. 12. (S. Aug. Serm. de Verb. Domin. in Matth.)

Sanctus Bernardus lamentatur: *Cadit aſinus, & invenit, qui ſe ſublevet, cadit anima, & nemo eſt*: B. Ser. 2. n. 28. (S. Bern. Serm. 14. in Cant.)

Pecuniam nemini tradis ſine apocha, quia vis eſſe ſecurus de reſtitutione: animam vero dæmoni vendis per peccatum, cum tamen ſecurus non ſis de futuro tempore, & occaſione agendi pœnitentiam. B. Serm. 6. n. 15.

Carbonem ardentem ſtatim e veſte abjicis: ſpinam e pede ſtatim extrahis: domum dum rimas agit ſtatim fugis: & animam diu in periculo relinquis. B. Serm. 7. n. 21.

Quandocunque de rebus temporalibus agitur, ſemper ſecuriora eligis, & meliora: navigaturus trans mare navem meliorem conducis præ carioſa: ægrotus peritiorem Medicum vocas præ minus perito: itinerans ſecuriorem viam ingrederis præ minus ſecura. Audi nunc Chryſoſtomum: *Quare ergo, cum de anima, vitæque æternitate conſilium inis, imbecillioribus niteris fundamentis?* &c. B. Serm. 8. num. 13. (S. Chryſ. hom. 21. in 2. ad Cor.)

Cum iter facis, arma tecum ſumis: cum contagioſus morbus in vicinia graſſatur, præſervativa remedia procuras: dum deſluxio oculum obfuſcat, ſtatim medicum vocas: &c. Cur ergo non parem ſolicitudinem adhibes pro anima, quam pro corpore. B. Ser. 24. n. 11. & ſeq.

Jeroboam æger anima, æger & corpore, rogat Profetam pro ſanatione manus areſactæ, non pro ſanatione animę. B. Ser. 65. n. 5.

Cum claſſis Hiſpanica anno 1556. in Americam navigans vi tempeſtatum in terram Floridam ejecta eſt, Hiſpani immenſos pecuniarum theſauros in littus expoſuerunt, illoſque barbaris paſſim adventantibus obtulerunt. Illi neglecto auro ſaccos abſtulerunt, plus amantes illorum texturam, quam pretioſum metallum. Ita multi faciunt plus æſtimantes corpus, quam animam. D. 1. 19.

In Veteri Teſtamento lex erat, ut omnia bona ruralia, ſi fuerint vendita, anno jubilæi ad ſuum Dominum redirent. Quanto magis ergo annus ille appropinquabat, tanto vilius habebantur ea bona. At vero ædes & habitacola in urbibus non redibant ad venditores, idque ea de cauſa, ut ædificia tanto ſolicitius excolerentur, quanto certius poſſeſſori remanebant: quod revera fieri ſolebat. Bona agreſtia neglectim, bona urbica pretioſe habebantur. En mi Chriſtiane animam magis, corpus minus ſolicite curare debes; quia illa æternum tua eſt, hoc tantum ad tempus. D. 3. 62.

P. Matthæus Riccius in Chinenſi itinere in morbum incidit, ſed ope amici præter ſpem convaluit: ut ergo amico obſequium compenſaret, vitrum ei dono dedit, quod ille, putans eſſe materiam, e qua cæli confecti ſunt, ultra quingentos aureos æſtimavit, & argenteę capſulæ incluſum cuſtodivit. Ridemus quod illi vitrum auro præhabeant, & nos ſæpe temporale lucrum animæ præhabemus D. 7. 58.



(S. Clim. gradu 26.) S. Climacus ait: Si homo pro ſanitate corporali jejunio ſe affligit, quanto magis pro ſanitate animæ id facere deberet. Sanchez 5. p. c. 6. fol. 515.

## 42. *Non poſſidetur ab homine ut propria, ſed ut mutuata.*

Putas animam tuam eſſe, & ita tuam, ut libere circa illam diſponere poſſis? neutiquam: *Homo vitæ commodatus, non donatus eſt*, ait Publius Mimus. Id quod donatum eſt, plene tuum eſt, at quod commodatum eſt, ſuo tempore reſtitui debet commodanti. Anima in ſua creatione dicitur *ſpiraculum vitæ*: cur autem ſpiraculo comparatur? quia ſicut halitus ſpiratus attrahitur, ut iterum detur; ita anima a Deo accipitur, ut iterum detur. &c. B. Ser. 20. n. 13. (Publius Mim. apud Labbat. v. Mors. prop. 3.)

Homo peregre proficiſcens tradidit famulis talenta, ut cum iis negotiarentur: redux rationem popoſcit de negotiatione, & famulum inertem, qui talentum ſuum in terram defodit, graviſſime punivit. Sic Deus judex repetet animam &c.

Anima creatoris propria eſt, propter creationem, eum in modum, quo artefactum proprium eſt artificis, id quod indicat ſacer textus illis verbis: *Inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ*. (Gen. 2.) Cur enim animam ſpiraculo comparat? Per reſpirationem halitus aer attrahitur, ſed iterum a reſpirante redditur: Parem in modum, etiamſi anima a Deo homini inſpirata ſit, illa iterum exſpiranda erit inſpiranti. Deo ergo reddenda eſt!

Ulterius, poſtquam anima peccato periit, a Chriſto ſuo ſanguine & morte empta & redempta eſt: ergo tua non eſt, ſed Redemptoris! Hinc Publius Mimus, ait: *Homo vitæ commodatus, non donatus eſt*. (*Publius Mim. ap. Labbat. v. Mors. prop. 3.)

## 43. *Magis curanda eſt, quam corporalia.*

Chriſtus in monte Oliveti pro diſcipulis vigilavit, in tempeſtate maris dormivit: Quare? Sanctus Hilarius ait, quia ibi anima diſcipulorum, hic tantum corpus in periculo erat. Anima plus curanda eſt, quam corpus. B. Ser. 24. n. 32. & n. 20. 21. 23. 24.

Duæ ſorores Martha & Magdalena, cum Lazarus infirmabatur, tantum mittebant nuntium ad Chriſtum: *Quem amas, infirmatur*. (Joann. 11.) Cum vero de ſalute animæ res erat, Magdalena ipſamet ivit, voce, lacrymis, amplexibus, & capillis uſa &c. S. punct. 63. fol. 219. in fine.

Lumen naturæ dictat, ea quæ pretioſiora ſunt, ſolicitius cuſtodienda: pugnantes pro toto corpore objiciunt brachia vulneribus, navigantes merces omnes ejiciunt ad alleviandam navim, ægroti pecuniam omnem offerunt pro ſanitate recuperanda. D. 11. 27.

Deus prohibuit Adamo arborem ſcientiæ boni & mali, quæ ſic vocabatur, juxta Damaſcenum, quia homini attuliſſet cognitionem propriæ naturæ, aliarumque rerum naturalium. Cur autem noluit Deus, ut Adamus neceſſitates ſuæ naturæ cognoſcat, conſequenter ſe contra frigus, æſtum, pluvias & alia communiat? rationem dat Nemeſius Epiſcopus Emiſſenus: *Nolebat ipſum noſſe ſuam naturam; nam ubi multa ſibi deeſſe cognoviſſet, animi curam uſui cultuique corporis poſthaberet*. (S. Joan. Damaſ. l. 2. Fid. c. 11.) (Nemeſ. homil. de Natur. in Bibliot. P.P. T. 8.)

## 44. *Quantum ametur & æſtimetur a Deo.*

Præcepit Deus Moyſi, ut numeraret filios Iſrael: *Tollite ſummam veſtræ congregationis filiorum Iſrael*. Nihilominus paulo poſt iterum iterumque numerari mandavit. Miratur Oleaſter inquiens; *Non eſt impletus annus, quo eos numerari præcepiſti, & jam iterum eos ſupputari vis? Quid eſt, quod tam crebro numeras?* Nempe ſicut uſurarius pecuniæ cupidus multoties numerat pecunias, quia amat, ita Deus animas: id quod ipſum inſinuare videtur illis verbis: *Eritis mihi in peculium in cunctis gentibus*. Huic interpretationi adſtipulantur Lyranus: *Iſrael erat quaſi peculium Dei*. Et Oleaſter: *Quemadmodum qui pecunias habet, & diligit, continuo eas ſupputat*, ita Deus. (Num. 1. Ex. 38. Num. 26. Oleaſt in c. 19. Ex.) (Lyran. in c. 1. Num.)

Si totus mundus ex auro conſtaret, non eſſet dignus eſſe ſcabellum Dei: anima autem juſta eſt tabernaculum, & domicilium Dei. C. Exod. 26. v. 1. f. 524. col. 2. (Philo lib. de Cherub.)

Abraham miſit fidelem famulum Eliezer, ut Iſaaco filio ſuo Rebeccam ſponſam procuraret: Abraham fuit figura Divini Patris: Iſaac figura Divini Filii: Rebecca figura animæ, Eliezer figura Apoſtolorum, & Paſtorum: O quantum hi omnes laborarunt, ut animam Divino Filio ſponſam adducerent. Ex hoc labore deſumi poteſt amor Dei, & æſtimatio erga animam. C. in Gen. 24. v. 67.

Adeo æſtimat Deus animam, ut cum illa tanquam ſponſa per caritatem deſponſetur, & quanto magis creſcit caritas,

tanto magis creſcit unio & deſponſatio cum Deo. C. 2. ad Cor. c. 11. v. 2.

*45. Quantum æſtimetur a dæmone.*

Diabolus hominibus viliſſima obſequia præſtat, ut animam lucretur; ſic tempore Matthæi Baſſii Venetiis Advocato ſub ſpecie ſimiæ ſerviit &c. R. 1. cent. 2. p. mir. 50.

Cur autem dæmon ardua ſervitia, & labores ſuſcipit pro anima? Audiamus! Ante adventum Chriſti per totum fere orbem dominium tenuit idololatria, & ſic infernalis tyrannus innumera habebat delubra & aras, quibus a ſuperſtitioſis gentibus in idolis adorabatur. Poſt Adventum Chriſti hæc fana & delubra deſtructa, & in ſanctæ fidei Eccleſias ac templa converſa ſunt. Dum ergo diabolus hodie, ubi Sancta Chriſti Crucifixi Religio univerſo orbe floret, templa materialia recuperare non poteſt, æmulatur pro poſſidendis templis immaterialibus, nempe animabus; anima enim eſt templum Dei! O quot artes, dolos, machinationes, tentationes adhibet, ut vel unam animam ſuam faciat! &c. cum ergo dæmon animam tanti æſtimet, o quantum æſtimanda, & curanda eſt a nobis &c.

Diabolus Sancto Bernardo loco rotæ in curru, uſque Romam ſervit. S. Dominico ſub ſpecie ſimiæ candelam ardentem ad ſcribendum tenuit. S. Narciſſo jubente nocivum draconem occidit. In monaſterio Indiæ ſeptem annis mediaſtinum egit. Cornelio Agrippæ ut canis, S. Romualdo ut corvus, Margaritæ Virgini ut draco, S. Gallo ut urſus, S. Antonio ut venator apparuit. Cur tam variis formis? Nempe nulli induſtriæ parcit, ut animabus noceat, & decipiat. Huc etiam tendunt ejus afflictiones!

*46. Solicite cuſtodienda contra peccatum.*

Maximum malum, quod infelicem poteſt reddere animam, peccatum eſt: *Peccatum peccavit*, ait Jeremias, *propterea inſtabilis facta eſt*. Prima infelicitas, quam peccatum animæ infert, eſt inſtabilitas. Cur autem peccatum animam reddit inſtabilem? 1. Quia peccator ſe avellit a Deo, qui eſt rerum omnium conſtantia & firmamentum. 2. Quia ſolus Deus ſatiare poteſt animam; cum igitur ſe a Deo ad creaturas avertit, ad infinita rerum deſideria diffunditur, & nullibi invenit requiem. 3. Quia omnis creata voluptas, quam peccator quærit, fluxa, & vana eſt; igitur mox hanc faſtidit, & aliam quærit. 4. Quia ſicut una virtus ad aliam diſponit; ita unum vitium ad aliud tranſit. 5. Quia remorſus conſcientiæ non ſinit peccatorem conquieſcere, unde peccator volens hos angores fugere, ab una voluptate ad aliam, ab uno peccato ad aliud tranſit. 6. Quia peccatum eſt velut febris, quæ æſtu & frigore alternat. 7. Quia anima per peccatum fit meretrix, id eſt, perdit innocentiam; igitur ſemper alios, & alios amaſios quærit, eſt enim libido inſatiabilis. C. in Thren. c. 1. verſ. 8.

Thren. 1. n. 3.

Quam ſolicite tempore peſtis per medicinas præſervativas te cuſtodis: peccatum peſtis eſt animæ; igitur omnia remedia adhibere oportet, ut peccati venenum illi non aſpicetur. Quam ſolicite Dominus cuſtodit hortum, Domina ſpeculum, filia veſtem, ne deſtruantur, & maculentur. Eheu! quanto majori ſolicitudine cuſtodienda eſt anima!

*47. Eſt imago Dei, ideo magni æſtimanda.*

Sicut Deus tranſcendit omnes creaturas: ita anima omnes res corporeas. Sicut Deus unus & trinus eſt, ita anima, una in ſubſtantia, trina in ſuis potentiis. Sicut Deus totus eſt in toto mundo, & totus in quavis parte: ita anima tota in toto corpore, & tota in quavis parte. &c. B. Serm. 2. n. 31.

In anima tanquam in ſpeculo elucet Divinitas. M. conc. 40. aſſ. 2. n. 4.

Anima Dei imago eſt 1. Quia incorporea, & individua. 2. Quia æterna, & immortalis. 3. Quia intellectualis, volitiva, & rememorativa. 4. Quia libera. 5. Quia capax beatitudinis, & omnis boni. 6. Quia cunctis animantibus præeſt. 7. Quia omnes res continet eminenter. &c. C. Gen. fol. 57. col. 1.

Imago picta aut ſculpta tanto magis æſtimatur, quanto celebriorem artificem auctorem habuit. Anima autem habuit maximum, infinitum, ipſum Deum! *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Pſalm. 4.

In Inſula Rhodus aſſervabatur imago, quam famoſiſſimus pictor Protogenes ſeptem annis elaboravit. Rex Demetrius cum ab incolis Inſulæ hanc imaginem immenſo auri pretio obtinere non poſſet, urbem obſidione debellare decrevit: verum cum a bellíduce moneretur, ſic fieri poſſe, ut una cum urbe incenſa etiam imago conflagraret, obſidionem ſolvit, inquiens: Malo civitatem inexpugnatam relinquere, quam pretioſum opus deſtruere. &c. Proh quantum æſtimare oportet animam, quæ Dei ipſius indeſtruibile opus eſt! Pereant opes, pereat totus orbis, ne anima pereat! &c.

Aulus Gell. l. 15. c. 31. Et Plin. l. 35. c. 10.



Anima juſti plena eſt gloria Dei, ſemper laudat Deum tum propter bonitatem Dei in ſe, tum propter bonitatem, & beneficentiam quoad nos, Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt Nomini ſancto ejus. C. Iſa. 6. v. 3.

*48. Non ſatiatur, niſi ſolo Deo.*

Circumſpice omnes mundi dignitates, his habitis flebis adhuc cum Alexandro: Diſcrimen inter viduam Sareptæ, & fatuas Virgines eſt, quod illa non habuerit vaſa, ſed oleum abundans, iſtæ vero vaſa, non oleum: jam ait Cardinalis Hugo: *Oleum Dei, dulcedo æternorum: Oleum mundi delectatio præſentium: illa ſufficit: iſta deficit.* B. Serm. 3. n. 10. & ſeq.

Hugo de S. Vict. l. 1. miſc. t. 31.

Ubi ille avarus quantumcumque dives, qui aliquando diviciarum ſatur fuit? S. punct. 65. fol. 227.

*Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te*, exclamat S. Auguſt. C. Gen. fol. 31. col. 2.

S. Aug. l. 1. conf. c. 1.

Sicut aer & ventus, quia non ſunt cibus proportionatus corpori, ſatiare illud non poſſunt; ita cum omnia creata ſint vanitas, animæ appetitum non ſatiant. Lohner Tit. *Reſignatio* §. 8. n. 11.

Deus ſolus eſt centrum animæ; hinc ſequitur illa turbatio, quam ſentit peccator, cum peccando alium ſibi Deum ſtatuere deſiderat. Si in imperio plures conſurgunt reges, oritur turbatio, uti experta eſt Monarchia Romanorum & aliæ: ita ſi anima plures ſibi ſtatuit Deos. Pone lapidi duo centra, quid faciet, dum a quovis attrahitur? eodem modo cum homo eodem tempore, quo a Deo trahitur, a paſſione rei creatæ trahatur, neceſſe eſt, ut inquietus hæreat. Hæc eſt violentia, omnis autem violentia parit moleſtiam. P. p. 2. diſ. 4. n. 8.

Si lapis in aere hæreat, ſi torrens a folio papyri cohibeatur, miraris! Et te forſan detinet papyri folium, charta amatoria? quid detineris in creaturis; vas vacuum eſt, etſi aere plenum ſit; quia non ideo vas eſt, ut aerem capiat. Sic anima vacua eſt, etſi creaturæ illam poſſideant; quia non ad creaturas, ſed ad Deum facta eſt. An ectypon tibi præ originali placet? B. Ser. 3. n. 18. Item S. pun. 65. f. 78.

Ulterior ratio 1. eſt; quia res mundanæ non penetrant ad animam, ſicut aqua non refrigerat ſitim, ſi tantum aſpiciatur, non bibatur. 2. Quia circulus triangulum explere non poteſt, circulus mundus eſt, triangulum anima cum ſuis potentiis. 3. Quia ad ſolum Deum facta, & creata eſt. B. Ser. 3. a n. 11. uſque 18.

Stellulam polarem ſemper aſpicit lingula magnetica: cur non & alios planetas? quia illa ſola ſuus ſcopus & finis eſt: ita anima tendit ad Deum. B. Ser. 3. n. 15. S. fol. 227.

Magnes naturali ſympathia ferrum affectat: Offer illi aurum, argentum, aut lapides pretioſos, adamantem, Smaragdum, Topazium, alioſque, & his omnibus neglectis adhærebit ferro, quia ad hoc congenito naturæ inſtinctu inclinatur. Heliotropium flos pulcherrimus continuo ſolem intuetur, ita ut etiam Occidentem vultu ſequatur. Cur non æque delectatur intuitu Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, aliorumque Planetarum? quia ad Solem natus, factuſque eſt! Sic homo in rebus creatis nullam ſatietatem, ſed in ſolo Deo invenit! Ponamus avarum, qui favente fortuna immenſas corradit divitias! Ponamus ſuperbum, qui ad ſublimes honorum apices ultra ſpem aſſurgit? Ponamus evanidum mundi troſſulum, qui inter comeſſationes, compotationes, ſaltus, jocos, nugas, ludos, diebus ac noctibus genio indulget. Quid fit? craſtina die, aut ſæpe inter ipſas mundi delitias animi mœrorem & amaritudinem decumanam ſentiunt: econtra dum ſuam ſtultitiam deteſtantur, animum ad Deum erigunt, peccata deplorant, & in pœnitentiæ lacrymas effunduntur, tantam lætitiam ſolatiumque experiuntur, cui omnes mundi delitiæ comparari non poſſunt. Unde hoc? quia ad Deum tanquam finem ſuum, non ad divitias, honores, & vanitates nati, factique ſunt.

S. Cutbertus Epiſcopus in pueritia aliquando petulanti coætaneorum ludo interfuit, & ecce! ſubito perſonatus cuſtos Angelus ei adſtitit, illique ſonantem colaphum infringens exprobravit: Tu a Deo in Eccleſiæ præſulem deſtinaris, & his nugis occuparis? exhorruit juvenis, & ad ſeria deinceps animum modeſtior applicavit. O quoties hac correptione opus ſo-

foret, diceretque: Tu Chriſtiane, ad Deum creatus es, & mundi vanitatibus allegaris? &c. Sanchez 5. part. c. 10.

Sancti hanc vitam conſiderant ut peregrinationem, ſic Jacobus Patriarcha reſpondit Pharaoni: Dies peregrinationis meæ centum viginti anni: ſicut ergo, qui Romam peregrinatur, in oppidis, & urbibus non detinetur, dicens ſibi ipſi: *Non habemus hic manentem civitatem!* ita homo Chriſtianus in delitiis, & divitiis eandem ſibi gnomen occinat. &c.

### 49. *Eſt immortalis, ideo ſolicite curanda.*

Jacob filium ſuum Joſeph poſt mortem victurum cognovit: idipſum cognoverunt plurimi gentilium, ut Cercida, Socrates, Cato, Cyrus &c. Ratio eſt 1. quia anima concupiſcit cæleſtia & immortalia. 2. Quia in hac vita non habet ſatietatem. 3. Quia non habet contrarium. C. Gen. fol. 272.

Chriſtus Dominus probat immortalitatem animæ ex hoc textu: *Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob:* infert enim contra Saducæos: non eſt Deus mortuorum: ergo hi Patriarchæ adhuc vivunt apud Deum. C. Gen. fol. 360. col. 1.

O quanta ſolicitudine cuſtodiuntur archivia, fundationes & apochæ! quia res ſunt pretioſæ, non per unum, ſed plura ſæcula duraturæ? ſi contingat, unam vel alteram hujuſmodi poſſeſſionem in litem vocari, O quanta induſtria ſtudiorum, quanta ſalaria advocatorum, quam pretioſa munera judicum impenduntur, ut vincatur. Et tamen hæc omnia tranſitoria ſunt, cum tempore interitura! Anima autem tua poſt decem, poſt centena, poſt mille ſæcula vivet, cur non eadem diligentia illam conſervare ſtudes? O quam longe aliter ſentiunt in inferno, qui animam perdiderunt! interroga damnatos! Dic avare, qui propter lucrum injuſtum animæ jacturam ſubiiſti, quid velles dare, ſi animam recuperare poſſes? vellem dare domum, agros, arces, totumque mundum! Dic impure, qui propter ſpurcam voluptatem periiſti, quid velles dare, ſi animam recuperare poſſes. Vellem in cinere, cilicio, & inedia vivere. &c. &c.

### 50. *Nobilitatem ſuam non occupet his nugis mundi.*

Si regium Principem cum trivialibus pueris ludere cerneres inter vitri fragmenta, & luteas domos, nonne diceres: Ceſſa regie puer, ad majora natus es. &c. O anima! nata es heres Dei, age, quæ tua nobilitate digna ſunt. &c. B. Ser. 2. n. 42.

Anima non alliget ſe perituris rebus, ſed habeat affectum ab his liberum. S. punct. 78. per totum.

Conon Athenienſium Bellidux apud Artaxerxem Perſarum Regem negotiorum cauſa ad audientiam admitti cupiebat: Quærebatur an vellet regem more Perſarum pronus adorare? recuſavit conſtanter, dixitque, ſi id faceret, vergere in probrum ſuæ civitatis, quæ imperia dare, non capeſſere conſueviſſet: adeoque negotium ſuum per alium tractari fecit. Et tu, mi Chriſtiane, non putas, in probrum tuæ nobilitatis cedere, ſi animam tuam inclines his nugis, peccatis, & ipſi dæmoni! &c. D. 12. 25.

*Eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis.* (Jerem. 48.) Columba in extremitate foraminis nidificat, ut ſit eo promptior ad fugam, ſi ruina tectis immineat. Sic quilibet conſtitutus eſſe deberet, oportet meminiſſe hunc mundum eſſe tectum ruinoſum, & ideo quidem in eo habitare neceſſe eſt, ſed ſemper paratum eſſe ad fugam: quia hoſpites ſumus, non incolæ. &c. Segn. Manna 12. Aug. n. 1.

Riſu digniſſimus eſt Imp. Domitianus, qui neglectis regni negotiis muſcas capere, & hac occupatione inepta, ac Principe prorſus indigna tempus terere ſolebat. Verum riſu dignior eſt Chriſtianus, qui æterna bona negligit, & temporalibus bonis animum affigit, quæ reſpectu cæleſtium longe minus ſunt, quam muſca reſpectu integri regni.

### 51. *Venditur dæmoni per peccatum.*

Imaginare tibi venire duos emptores, Chriſtum, & dæmonem: ille totum ſe dat pro anima: iſte parum luti: & tam imprudens es, ut huic alteri pro re tam vili animam tradas; id autem fit per peccatum, ait Sanctus Aug. *Unuſquiſque peccando animam ſuam vendit diabolo, accepto tanquam pretio dulcedine temporalis voluptatis.* (S. Aug. in Ep. ad Rom.) B. Serm. 2. n. 36.

Nugax quidam joculator doctrinam de immortalitate animæ explodens animam ſuam venalem offert: ecce! confeſtim adeſt ignotus vir, qui pretium obtulit. Fit pactum: finito luſu dæmon miſerum abripit. B. Serm. 2. n. 46.

Enormis fit injuria Chriſto, ſi animam tam vili pretio dæmoni vendas; arguis



arguis enim Chriſtum inſipientiæ, quod tam pretioſum ſanguinem pro anima dederit, quæ tam pro voluptatula viliſſima venalis eſt: imo indicium prodis quod plus æſtimes momentaneam voluptatem, quam ſanguinem Chriſti. *Quid facis de pretio, ſi contemnis quod emptum eſt,* ait S. Auguſtinus. B. Ser. 25. n. 29.

*Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* Vide Tit. *Peccator:* Graviſſime laborat, in ſervitute dæmonis. Seneca deplorat Platonem Philoſophum ſolum octo ſeſterciis e captivitate fuiſſe redemptum; quia Vir tanti nominis integro talento debebat æſtimari. An non ſimiliter dolere poſſumus de anima? P. p. 2. diſ. 2. n. 12.

Ponamus, quod imprudens ruſticus pretioſiſſimum adamantem in via inveniat, eumque ex inſcitia tanquam vitrum pro aliquot crucigeris vendat, nonne compaſſione, aut riſu dignus eſt ſtultus venditor? O quam multi peccatores animam tanquam vile vitrum pro modica voluptatula vendunt! ridet dæmon, paratus totum mundum, ſi hunc poſſideret, pro anima dare, eum in modum quo dixit ad Chriſtum in monte excelſo: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me! &c.

### 52. *Quam pretioſa ſit, deſumitur ex Paſſione Chriſti.*

(S. Euſ. Emiſ. homil. 6. de Paſſ.) *Tam pretioſo munere ipſa redemptio agitur, ut homo Deum valere videatur,* ait Emiſſenus, & Chryſoſtomus. *O homo quare tibi tam vilis es, qui tam pretioſus es Deo?* S. punct. 1. fol. 532.

Sitibundus David noluit bibere aquam, quæ trium militum periculo ſtetit, ſed *libavit eam Domino.* Quanti facienda eſt anima noſtra, quæ ſtetit ſanguine Dei hominis, ait Labbata. B. Ser. 2. n. 36.

Et quidem ſtetit integro ſanguinis profluvio. S. punct. 4. fol. 548.

Sicut igitur ſanguis Chriſti, ita & anima pretioſior eſt toto mundo, ait Sanctus Chryſoſtomus. S. punct. 34. f. 757.

Cur Angelos Deus poſt unicum peccatum damnavit, econtra homini ſæpe poſt millena peccata veniam concedit? Reſpondeo, quia pro Angelis Chriſtus paſſus non eſt: econtra anima per Divini ſanguinis guttulam pretioſa fit.

Res terrenæ emuntur pro pretio temporali; Chriſtus autem animam emit non auro, & argento, ſed ſeipſo: unde Euſebius: *Tranſiiſſe ipſum video in pretium meum.* (S. Euſ. Emiſ. homil. 6. de Paſſ.) Anima Deum valet. P. p. 2. diſ. 2. n. 11. 12. Et quidem non placitam ſed crudeliſſimam mortem elegit. Ibid. n. 13.

Siquis neſciat pulchritudinem Rachelis, poteſt ſatis eam deſumere e laboribus Jacobi per quatuordecim annos exantlatis: ita animæ pretium patet ex laboribus Chriſti. P. p. 2. diſ. 8. n. 12. Reges terreni non conficiunt iter niſi ob rem ſummi momenti: quanti momenti igitur res eſt anima, ob quam Rex cæli in terram deſcendit? Ib. n. 13. Recte Bonaventura: *Domine tantum me diligis, ut te pro me odiſſe videaris.* (S. Bon. in ſtim. amor.) Ibid. n. 15.

### 53. *Solicite curanda eſt, quia una.*

Deus dedit homini duos oculos, duos pedes &c. uno perdito habet adhuc alterum: animam vero dedit unam, ſi hanc perdimus, qua vivemus? ait S. Chryſ. B. Serm. 2. n. 43.

David vehementer ſuccenſuit Viro illi, qui oviculam unicam Domino ſuo rapuit. B. Ib. n. 44.

Sancto Franciſco quondam obviam factus eſt ruſticus, qui Peruſium oviculam portabat lanionibus vendendam. (In V. t. S. Fra. c. 8.) Sanctus Vir innocens animal miſeratus ruſtico oppignoravit pallium pro ovicula, eamque morti eripuit. Quanto magis oportet te miſereri animæ tuæ?

In iis rebus, quas dupliciter aut tripliciter poſſidemus: minorem eſſe noſtram induſtriam, mirum non eſt: Si villicus habeat centum oves, parum curat, ſi unam vel alteram perdat. Si agricola habeat plures agros, parum curat, ſi unus grandine devaſtetur: ſi Princeps habeat duos exercitus, parum curat, ſi unus vincatur. At vero homo habet animam unicam, ſi hanc perdat, qua alia vivet?

Si poſſet homo ter, aut quater mori, adeoque artem moriendi per iteratas mortes addiſcere, & ſic animam prima vice perditam recuperare, minori cura res indigeret. At *ſtatutum eſt homini ſemel mori.* (Hebr. 9.) Et ſi ſemel male ceſſerit, actum eſt! non poteſt corrigi error, non poteſt recuperari anima ſemel perdita!

Negotiator inventa *una* pretioſa margarita, vendidit omnia, & comparavit eam: Ita homo pro *una anima* terrena omnia vendere, & deſpicere debet; quia hac neglecta damnum eſt irreparabile! &c.

Intel-

### Intellectus Animæ.

*54. Depravatur per vitia voluntatis.*

LYranus narrat in Normandia geminas ſorores fuiſſe natas, quæ humeris ita erant connexæ, ut una perſona videretur: ſed mortua altera illius fœtor etiam vivam infecit, ut præ putredine mori debuerit. Si voluntas plena eſt maliciis, quid mirum ſi etiam intellectus depravetur. &c. B. Ser. 40. n. 22. 23.

In Scripturis frequenter conjunguntur fides & caſtitas: *In fide & caſtitate*. Deficiente enim hac etiam altera deficiet. S. punct. 9. fol. 574.

Ex putredine naſcuntur vermes & inſecta: ita etiam ex putredine vitiorum in voluntate naſcuntur vermes in intellectu: dicit aliquis, non eſt Deus, qui rerum humanarum curam gerit: poſt mortem de anima nihil ſupereſt: infernus ſunt mera terriculamenta. &c. Hi ſunt vermes ex putredine voluntatis.

Cum vitia v. g. ſuperbia, avaritia, ira, luxuria, aliaque, plena tyrannide dominantur voluntati, experimur nonnunquam, quod intellectus phantaſticis imaginationibus depravetur, cujus rei Galenus, & Lemnius mira aſſerunt exempla: Quidam putabat naſum ſibi excreviſſe in immenſum, ut elephantis proboſcidem circumferre videretur. Alius hypochondriacus credebat ranas, & bufones in interioribus ſuis nidulari. Alius putabat ſe membra poſteriora habere ex vitro, unde ſemper ſtabat, nunquam auſus ſedere. Quidam ex nimia capitis defatigatione exiſtimabat ſe mortuum eſſe, & ideo nihil amplius comedit aut bibit. Hinc multi fiunt ſtulti ex ſola vehementi rei alicujus vel amabilis, vel odibilis apprehenſione &c. C. in Dan. c. 4. v. 13. (Lemn. l. 2. de com. plex. ſub fin.)

Hinc mala voluntas dicitur Manubrium diaboli, quo nos cædit, & tentat. C. Levit. 17. v. 16.

*55. Semper cogitet Deum, & cœleſtia.*

Hic Oeconomiam, & negotia cogitat: alius de luſu & lætitiis &c. ad cogitandum vero de Deo vel tempus non habemus, vel neſcimus &c. S. punct. 30. f. 133.

Sicut in omnibus creaturis relucet Deus creator; ita homo in omnibus actionibus Deum quærere & invenire poteſt. Homines Sancti, ex ſole, luna, ſyderibus, floribus, & operationibus elementorum agnoverunt Bonitatem, Potentiam, Providentiam ac Majeſtatem Dei, nec ita fuerunt abſorpti in laboribus terrenis, ut non continuo Deum ſibi habuerint præſentem. Sed de his plura alibi, de Deo, de Sanctis, de intentione bonorum operum, &c.

*Nec adipem omnino comedetis*. Cur Dominus Deus quaſi innumerabiles leges & ceremonias Judæis in rebus omnibus præſcripſit? Nempe, ut ſemper habeant occaſionem cogitandi Deum. Sic homo Chriſtianus det operam, omnes actiones ſuas per puram intentionem elevandi ad Deum: hanc in rem ait S. Gregorius: *Sicut fabrica columnis, columnæ autem baſibus innituntur; ita vita noſtra in virtutibus, virtutes autem in intentione intima ſubſiſtunt*. C. in Levit. c. 3. verſ. 17. ad finem. Levit. 3.

*56. Eſt potentia præambula voluntatis.*

Intueamur Bibliothecam, ſeu aulam refertam libris, immenſa hic aſſervatur farrago innumerabilium auctorum ex omnibus ſcientiis, & facultatibus! illud autem nota, non eſt liber ex omnibus, qui non prius fuerit manu ſcriptus, antequam typo impreſſus. Parem in modum ex innumerabilibus virtutum aut vitiorum actibus nullus eſt in voluntate, qui non prius fuit in intellectu.

Quam abſurdas doctrinas tenent, & tenuerunt Gentiles & hæretici: Idololatræ adorarunt ſolem, lunam, beſtias terræ, imo dæmones in idolis. Muſoritæ adorarunt mures, cum enim arca capta in bello, plaga murium mulctarentur, ſuaſu ſuorum Sacerdotum quinque mures aureos Deo Iſrael obtulerunt, eoque remedio putabant plagam ceſſaſſe, alii muſcas, alii ranas, alii ſerpentes coluerunt, alii filios ſuos idolo Moloch immolarunt. Cerinthus hæreticus docebat, regnum Chriſti poſt reſurrectionem fore terrenum, item poſſe unum pro alio baptizari. Doſitheus, nullam ſperandam eſſe reſurrectionem, nullum timendum judicium, & in Lege Domini vivendum eſſe ſecundum carnem. Nicolaus Advena Antiochenus, neceſſariam eſſe promiſcuam Veneris libidinem. Ebion, Chriſtum fuiſſe purum hominem, & filium naturalem S. Joſephi. Saturninus, Chriſtum non fuiſſe hominem, cum tantum ad ſpeciem & umbram apparuiſſe & paſſum eſſe. Carpocrates, animæ ſolum, non corporis ſalutem ſperandam eſſe, Mundum non a Deo, ſed ab Angelis creatum eſſe, nullum opus eſſe bonum præter fidem, & caritatem. Chiliaſtæ, Chriſtum poſt reſurrectionem mortuorum per mille annos cum Sanctis & Beatis regnaturum in voluptatibus carnis. Cerdon Magus, duos dari Deos, unum bonum, alterum malum, illum bonorum, iſtum malorum eſſe auctorem. Valentinus, Chriſtum non ſumpſiſſe carnem de B. Virgine, ſed attuliſſe de cælo, illum in cruce deſperaſſe. Marcion, baptiſmum eſſe reiterabilem, & etiam mortuos eſſe baptizandos. Cajani, Judam fuiſſe ſalvatum, & illum honorari poſſe, eo quod proditione Chriſti profuerit ad redemptionem humani generis. Encratitæ, Adamum fuiſſe damnatum, uſum vini & carnium eſſe illicitum, eo quod ſint creatæ a dæmone. Montanus, Spiritum Sanctum ſibi, non Apoſtolis fuiſſe infuſum &c. Et hæc ſunt hæreſum monſtra, primis tribus poſt Chriſtum ſæculis nata, & aliqua ex iis ab hæreticis recentioribus reſuſcitata. Unde autem tanta impietas? unde hæc ſcelera? Reſpondeo, omnia prius concepta ſunt in intellectu, & dein iis depravata voluntas! Unde neceſſarium omnino eſt, ut intellectus ſubſit dominio voluntatis, voluntas obedientiæ Eccleſiæ, Eccleſia Directioni Spiritus Sancti! hæc ſubordinatio ſi abrumpatur, ex intellectu conſurgunt hæreſum & ſcelerum portenta!



### Memoria Animæ.

*57. Mirabilis in retinendis plurimis objectis.*

SEneca de ſeipſo teſtatur, quod duo millia nominum, quo ordine erant recitata, retulerit, & a ſuis condiſcipulis ſingulos verſus a ſingulis datos, quorum ultra ducenti erant, ab ultimo incipiens uſque ad primum recitarit.

Adoleſcens quidam Patavii, genere Corſicus, triginta ſex millia nominum alieniſſimorum memoriæ artificio complectebatur, ita ut non uno duntaxat die, ſed elapſo etiam anno omnia ordine recitare poſſet: & quod mirabilius eſt, eam memoriæ artem Franciſcum Molinum Patricium Venetum ita edocuit, ut is intra paucos dies, qui alias duræ fuit memoriæ, quingenta nomina comprehenderet.

Cyrus Perſarum Rex omnia militum, etiam gregariorum nomina tenuit. Apparat. Convival. f. 238. & ſeq. D. 5. 59.

Nicaſius de VVerda, licet a teneris cæcus, tamen libros utriuſque juris ex auditu didicit, mente tenuit, & memoriter recitavit, in Univerſitate Lovanienſi gradum Magiſterii ſuſcepit, ex indulto Pontificio Sacerdos ordinatus, Coloniæ Doctor creatus leges Imperiales docuit, omnia ex memoriæ felicitate. Kornmann. f. 76. VV. art. diſc. Font. 28. Ex. 1.

De Julio Ceſare proditur, quod quaternas ſimul litteras dictarit. Kornmann. fol. 221.

Mitridates duarum & viginti gentium Rex totidem linguas calluit. Joannes quidam Palæſtinus ſacras litteras verbatim recitare novit, & certe, ſi periiſſent, ipſe ſolus reparare potuiſſet. Pari modo Sanctus Aug. narrat de quodam ſuo amico, quod tali modo Virgilium callucrit.

S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus in juventute ſolicitabat ingreſſum in Ordinem Sancti Dominici. P. Provincialis quærebat ex eo, cui ſtudio ſe vellet impendere? repoſuit Juri Canonico. Bene eſt, ſubinferebat Superior, ſi totum Decretum Gratiani memoria tenueris, tunc voti te compotem faciam. Hac reſponſione nihil aliud intendebat Superior, quam ut juvenis deſiderium aliquamdiu ſuſpenderet: & ecce Antoninus intra annum totum illud volumen perfectiſſime memoriæ impreſſit. D. 2. 72.

Portius Latro Declamationes omnes, quas ſcripſerat, inoffenſe e memoria recitabat. Legatus Pyrrhi Regis, altera die qua Romam venerat, totum Senatum, omnemque populum nominatim ſalutabat. D. 5. 59.

Clemens VI. tanta valuit memoria, ut nihil auditum, aut lectum potuerit amplius oblivisci, fuitque hæc memorandi vis tanto mirabilior, quod eam ex vulnere capitis inflicto acquiſierit. D. 7. 51.

Didymus a nativitate cæcus, tamen inſignis Magiſter in exponendis Scripturis fuit, Geometriam etiam, quod fere incredibile videtur, perfecte calluit. D. 12. 92.

S. Gaugericus Epiſcopus Cameracenſis adhuc puer nil puerile geſſit. Epiſcopo Trevirenſi Diœceſin ſuam viſitanti a Parocho laudatus eſt, cui ad ſe vocato Epiſcopus: Mi juvenis, ſi paulo poſt huc rediero, & tu totum Davidis Pſalterium e memoria recitaveris, ego te in Clericum adoptabo. Paulo poſt rediit Epiſcopus, & Gaugericus totum Pſalterium recitavit,

tavit, ut ne in verbulo offenderit. Factus Epiſcopus fidem Chriſti verbo Dei, & miraculis propagavit. *Leucht.* 11. *Aug.*

B. Joannes Micon Ord. S. Dominici tam ſtupendæ fuit memoriæ, ut totam ſummam S. Thomæ, quæ una cum ſupplemento tertiæ partis ſexcentas duodecim quæſtiones, & articulos ter mille centum, & viginti complectitur: præterea totam Scripturam, & libros ſententiarum memoria tenuerit. *N.* 31. *Aug.*

PHANTASIA.

Somnia.

58. *Non omnia ſunt vana.*

XEnophanes putat ſomnia omnia eſſe inaniſſimas illuſiones, ſed non eſt ita, uti patet in ſomniis Abrahæ, Abimelech, Jacobi, Joſeph, Pharaonis, & Nabuchodonoſor. Proinde ſciendum ſomniorum eſſe quadruplicem cauſam: aliqua veniunt ex naturali humore, & ſic ſæpe quis ſomniat idipſum quod revera fit: Plinius ſomniabat ſe excæcari, & cum evigilabat, revera cæcus erat. B. Ramvoldus Abbas ſomniabat ſe cæcitate liberari; & revera evigilans invenit ſe liberatum. Altera cauſa ſomniorum eſt præcedens imaginatio, & occupatio animi in certa arte aut facultate; ita artifices ſomniant de ſuis artefactis. &c. Tertia cauſa nonnunquam eſt dæmon, qui ut homines vanis obſervationibus peccent, nonnunquam vera, & futura in ſomno propoſuit. Quarta cauſa interdum eſt Deus, qui in ſomnis ſalutaria monita frequenter dedit, uti ſupra allegatum eſt. D. 2. 6.

*Plin. l. 7. c. 50.* — *In Mau. ſ. l. 3. Emerami c. 10.*

Filia Polycratis videt in ſomnio Patrem a Jove lavari, & a ſole inungi. Id verificatum fuit, cum Polycrates in patibulum fuit ſuſpenſus; ibi enim a Jove pluviis fuit lotus, & ſolari calore ſua adipe inunctus. D. 4. 81.

Duo itinerantes, cum Megaram veniſſent, unus in hoſpitio, alter ad amicum divertebat. Nocte hic alter videbatur ſibi primum videre & audire lamentantem, rogantemque ut ſibi contra inſidias hoſpitis auxilium ferret. Proripit ſe lecto, opem ſocio laturus. Sed paulo poſt neglecto conſilio denuo decumbit. Iterum ergo primus, jam ſaucius rogare viſus eſt, ut ſaltem necem ſuam ulciſceretur; corpus enim ſuum a caupone occiſum in plauſtro ſtercore coopertum ad portas devehi. Hoc viſo iterum excitatus alter ad monſtratum locum ſe confert, cadaver invenit, & cauponem ad judicem defert. VV. Art. diſc. Font. 8. Ex. 4.

*Valer. Max. l. 1. c. 5.*

Voluntas animæ.

59. *Proclivis eſt ad malum, tarda ad bonum.*

MUlieres Iſraeliticæ dederunt inaures ad idolum. O ſi debuiſſent dare ad Sacrificium! &c. S. punct. 17. fol. 60.

Petrus Damiani ait: Facilius inprimitur imago vanitatis, quam veritatis. S. punct. 113. fol. 145. Vide ſupra titulum *Homo*, ubi deſcribitur inſtabilis in bono.

Diſcipuli omnes timebant ad illud: *Unus ex vobis me tradet:* Quare? an propter malam conſcientiam? non, ait Sanctus Leo, ſed propter mutabilitatem humanam. S. punct. 9. fol. 571.

S. Paulus Apoſtolus mala omnia totius mundi provocat, quærens, quis nos ſeparabit a caritate Dei? certus ſum, quia neque mors, nec tribulatio, nec anguſtia, nec quidquam aliud poterit nos avellere ab amore Chriſti: cur non addit Apoſtolus, certus ſum, quod neque voluntas propria poterit nos ſeparare? quia voluntatis proclivitatem ad malum timuit tanquam nocentiſſimum inimicum, qui plus, quam alia mala, poterit nos ſeparare a caritate Dei. *Cum tot, ac tanta dixiſſet*, ait S. Bernardus, *unam, ſcilicet propriam voluntatem ſubticuit*. Una ergo voluntas nos ſeparat a Chriſto. A. 1. lect. 5. num. 4.

*S. Bern. l. de conſcium.*

Petrus poſt peccatum ex atrio abiit. Quid ergo timuit? ſeipſum! metuebat, ne centies aut millies negaret Chriſtum propter infirmitatem voluntatis in occaſione. Sancti Anachoretæ procul a mundo in eremos profugerunt. Quare? quia ſciebant, voluntatem eſſe velut paleam, quæ removeri debet ab igne. Non eſt peccatum, quod fecit homo, quod non facere poteſt alter homo, ait S. Auguſtinus.

60. *Ejus affectus habetur a Deo pro opere.*

Si magna dare aut facere non potes, magnam ſaltem habe voluntatem: ſi pauper es, habe voluntatem magnas elargiendi eleemoſynas, & eris largiſſimus: offer Deo mille animas, mille vitas &c. Voluntas enim ſeria & reſoluta omnis virtutis, & meriti fons eſt & origo. C. in Gen. 4. v. 7.

Deus promiſit Eliacim ſummi pontificatus

ca-us



*Iſa. 22.* catus dignitatem: *Dabo clavem domus David ſuper humerum ejus*. Hic quæritur cur templum Salomonis Deus vocet domum David? Nempe quia David habuit voluntatem ædificandi templi; ideo etiam præparavit impenſas. A. lect. 4. §. 4.

Deus non tantum præcepto ſexto, & ſeptimo fornicationem & furtum, ſed etiam præcepto nono, & decimo affectum horum peccatorum interdixit; quia affectare, ſeu velle impudicitiam aut rem alienam, coram Deo jam facit furem aut impudicum. Par ratio ſe habet in virtute; affectus reputatur pro opere: hinc ſanctus quidam Doctor ait: *Quidquid toto corde, tota intentione, toto deſiderio vis, id es certiſſime*. Vis toto corde eſſe humilis, hoc ipſo revera es humilis: vis efficaciter eſſe patiens, obediens, conſtans, hoc ipſo talis es; Deus voluntatem tuam pro facto computabit, quia voluntas omnis meriti aut demeriti fons & cauſa eſt. C. in Gen. c. 4. v. 7. Item Oſeæ c. 9. v. 10.

Abrahami filium Iſaac immolare volentis obedientiam, pro facto ipſo accepit & remuneratus eſt: *Contentus ſum voluntate tua, & ex hac te corono, & prædico*, ait S. Chryſoſt. C. in Gen. 22. v. 12.

*Deſiderium juſtorum omne bonum eſt, præſtolatio impiorum furor*. Ex hac gnome patet, praxim facilem creſcendi in omni virtute & merito eſſe, crebra, & ardentia eorum deſideria; per hæc enim virtutem quamlibet, etiam quam exterius ob paupertatem, infirmitatem, aliumve defectum exercere non potes, interius in animo concipis, & auges, v. g. pauper ſi habeat efficax deſiderium faciendi eleemoſynam, ſi opes haberet, acquirit virtutem eleemoſynæ. Infirmus, qui jejunare, & cilicia ferre non poteſt, deſiderans hoc facere, acquirit meritum hujus mortificationis, & ſic in aliis; nam Deus iſta deſideria adeo grata habet, ac ſi eſſent opere completa. Quare ſi Deo placere cupimus, frequenter pia deſideria eliciamus. C. Prov. 11. verſ. 23.

Libertas Voluntatis.

61. *Eſt neceſſaria ad meritum, & demeritum.*

SAmſon nullis funibus cohiberi potuit: quando ergo captus fuit? reſpondeo, tunc, cum voluntatem ſuam ultro in ſinu Daliliæ poſuit. S. punct. 36. fol. 157.

Semei pronus colebat Davidem, & tamen ad mortem condemnatus eſt: Quare? quia neceſſitate compulſus tum primum Davidem coluit, cum is victor jam Jordanem tranſierat: defuit obſequio libertas, ideo gratum non fuit: Coacta ſervitia, ait S. Auguſtinus, quantum Deo & hominibus placeant, conſiderate. B. Ser. 9. n. 30. Item Serm. 20. n. 14.

S. Pachomius increpavit coquos in culina, quod fratribus non appoſuerint legumina; ſi enim, ajebat, jejunent, cum comedendum aliquid habeant, eſt grande meritum. Cum autem, jejunant, cum nihil manducandum habent, meritum non eſt. E. *Verbo abſtinentia* Ex. 9.

Si homo non eſſet liber, prout ſomniant Lutherus & Calvinus, non ageremus, ſed ageremur ut bruta, imo ut ſtipites & trunci: ridicule nobis Deus præciperet, & prohiberet id, quod non eſt in noſtra poteſtate, atque tyrannice minaretur, & infligeret tranſgreſſoribus pœnas æternas. *Virtus & vitium*, ait Philoſophus, *in noſtra eſt poteſtate*. C. in Canon. in Epiſt. S. Pauli Can. 15.

*Ariſt. l. 3. Eth. c. 1. 2. 3. 5. &c.*

62. *A nullo agente extrinſeco cogi poteſt.*

Samſon cogi non potuit, donec voluntatem ultro in ſinu Dalilæ poſuit: Fratres! omnes Samſones ſumus, vim non patimur, arbitrium cogi nequit: infernus totus prævalere non poterit, ſi nolumus S. punct. 36. fol. 157.

Sanctus Chryſoſtomus ait: *Magna vis eſt voluntatis, quæ nos efficit poſſe quod volumus, & non poſſe, quod nolumus &c.* C. Gen. c. 4. v. 7.

*S. Chryſ. Serm. de Zachæo.*

Ipſe Deus non vult, quamvis poſſet, cogere arbitrium: *Tunc unus abiit de duodecim*. Signate dicitur: *Tunc*: quando nempe Magdalena ad ungendum venit. Quid? ait Chryſoſtomus: qui meretricum mores valuit immutare, diſcipulum non potuit retinere? & reſpondet? valide & incunctanter potuit retinere, ſed neceſſitate nolebat bonum efficere. S. punct. 6. f. 556.

S. Chriſtina Martyr terribilibus tormentis, Patre cooperante, laniata, laceræ carnis fruſtum in faciem Patris projiciens, dicenſque: Satiare carnibus, miſer, quas genuiſti! nullis doloribus vinci poterat, ut idola adoraret. C. Gen. 4. v. 7.

Eadem ratio ſe habet de omnibus Martyribus, ita ut ajat S. Chryſoſtomus: *Magna vis eſt voluntatis, quæ nos efficit poſſe, quod volumus, & non poſſe, quod nolumus*. C. in Gen. 4. v. 7.

*S. Chryſ. Serm. de Zachæo.*

63. Red-

*63. Reddit hominem bonum aut malum.*

S. Amb. de inſt. vir. Virg. c. 3.

Cum Deus creavit omnia, omnia laudavit præter hominem: Quare reſpondet S. Ambroſius: quia in interiori, hoc eſt per ſuam libertatem antea probandus erat. B. Ser. 2. n. 10. C. Gen. 1. v. 29. & 31.

Anima ſicut ſcutum lævigatum eſt, in quo inſculpenda ſunt patrata facinora. B. Serm. 2. n. 11.

Seraphim ſtabunt ante thronum habentes quatuor alas, quarum *duabus volabant*. Quomodo autem ſtabant, ſi volabant? ſicut flamma in lampade ſtat & tamen ſurſum tendit &c. Ita homo habet quidem alas, quibus a Deo avolare poteſt, ſi tamen ſtans perſeverat, hoc illi imputatur ad meritum. Audi Bernardum: *Solum homini inter animantia datum eſt poſſe peccare, datum autem non ut proinde peccaret, ſed ut inde glorioſior appareret, ſi non peccaret, cum peccare poſſet &c.* B. Ser. 20. n. 14.

S. Bern. Serm. 81. in Cant.

Ariſt. l. 3. Eth. c. 1. 2. 3. 5. Or.

Philoſophus ait: Quæ in noſtra ſunt poteſtate, ea agere & non agere poſſumus. Et circa hæc verſatur lex, laus, vituperium, pœna & præmium; ad ea enim, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, nemo hortatur, præcipit, punit: nemo de iis conſultat, deliberat, eligit, ſicut non eligimus famere, frigere, ſed ea patimur. C. in Can. in Epiſt. S. Pauli Canon. 15.

Deus potuiſſet Divina virtute convertere Mundum, quia habet remedia infinita commovendi violenter & frangendi hominum corda. Sic Chriſtus Dominus in vita & paſſione ſua potuiſſet ſignis evidentibus demonſtrare ſuam Divinitatem! potuiſſet in horto Gethſemani, ubi a lictoribus captivus ligabatur, abrumpere funes & catenas, atque, prout ad Petrum dixit, e cælo evocare legiones Angelorum ad ſui defenſionem! Potuiſſet in flagellatione induere gloriam Montis Taboræi! Potuiſset iniquos judices terrere eo vultu, quo in die judicii terrebit peccatores damnatos! Potuiſset pervicaciam Pilati frangere terribilioribus prodigiis, quam olim Moyſes terruit Pharaonem! Potuiſset facere, ut manus, & brachia percutientium obrigeſcerent, & illi tanquam ſaxa & trunci inutiles hærerent. Potuiſset in cruce coruſcare ſolari ſplendore, & elementa omnia commovere, ignem, ut fulminibus exſcinderet crucifixores, aerem ut procelloſis turbinibus illos collideret, terram, ut apertis faucibus illos devoraret, aquam, ut effuſis imbribus illos ſuffocaret. Sed hæc omnia noluit, ut libertatem impiis relinqueret. Invitavit ſignis, ut agnoſcerent ſuam Divinitatem, ſuaſit, ut crederent, non coegit. Similiter hodiedum hæreticis ſuggerit motiva ad credendum, non cogit. Vident illi infelicitatem Judæorum: quod non obſtantibus tot ſignis Meſſiam recipere noluerint, quod ſi funeſto eorum exemplo ſapere, veramque fidem amplecti nolint, relinquit illos ſuæ obſtinatiæ! Quare non vi compellit? Quia grata illi non eſt converſio, niſi ſit libera!

CORPUS HOMINIS.

*64. Eſt mirandum opus Omnipotentiæ Divinæ.*

S. Amb. l. 6. Hexam. c. 9.

SAnctus Ambroſius de mirabili corporis ſtructura ita diſſerit: *Humani corporis fabricam inſtar eſſe mundi: ſiquidem, ut cælum eminet aeri, terris maria, quæ velut quædam membra ſunt mundi, ita etiam caput ſupra reliquos artus cernimus eminere: in arce autem hac regalem quamdam habitare ſapientiam. Rurſum quod ſol & luna ſunt in cælo, hoc ſunt oculi in homine: ſol & luna duo mundi lumina, oculi autem quædam in carne ſidera fulgent deſuper, & inferiora claro illuſtrant lumine .... quam ſpecioſa cæſaries? Quid ſine capite eſt homo, cum totus in capite ſit? Huic frons libera, quæ mentis habitum ſpecie ſui prodat: Imago quædam animi loquitur in vultu: Geminæ ſeries ſuperciliorum oculis munimenta prætendunt, prætexunt gratiam. &c.* C. Gen. 2. fol. 64. col. 2. Vide ſupra titulum *Homo*, ubi deſcribitur eſse microcoſmus.

Mirabilis eſt dimenſio corporis humani: Homo enim altus eſt quatuor cubitos, cubitum computando ad ſeſquipedes, & pedem ad quatuor tranſverſas manus. Pariter ab extremitate digiti ad alteram digiti extremitatem in expanſo homine eſt quatuor cubitorum menſura. Longitudo faciei eſt hominis totius decima pars, oculi longitudo & latitudo quadrageſima quinta pars. Longitudo naſus trigeſima pars. Linea a maxilla ad verticem octava pars, collum decima quinta pars, latitudo pectoris ſexta pars. Umbilicus eſt medium hominis &c. D. 3. 34.

Corpus hominis habet muſculos fere quadringentos, oſsa ducenta viginti quatuor, tanto artificio compacta, ut ſingula





oſſa quadraginta uſus habeant. VV. art. diſc, font. 74. ex. 5.

*65. Debet ſubeſſe Dominio animæ.*

*Per tria morietur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere*, ait Salomon. Tria illa ſunt ſervus regnans, ſtultus ſatur, & uxor malitioſa: Quartum autem eſt *ancilla cum fuerit heres Dominæ ſuæ*, id eſt corpus, cum regnat ſuper animam &c. B. Ser. 2. n. 18. Vide titulum *Anima*, ubi docetur, quod debeat eſſe Domina corporis.

Neque moroſe, ac tædioſe debet corpus ſubeſſe animæ, ſed cum alacritate: *In omnibus operibus tuis eſto velox*, monet Eccleſiaſticus, id eſt, diligens, ſtrenuus, excitatus, ac ſolers: nulla acedia, nullus torpor irrepat in iis, quæ præcipit anima: de Chriſto Domino dicitur in Can-

Cant. 2.

ticis: *Ecce, iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis eſt capreæ, hinnuloque cervorum.* De Beatiſſima V. Maria teſtatur ſacrum eloquium, quod accepto per Angelum nuntio de Incarnatione Dominica, *abiit in montana cum feſtinatione*. Sic omnes Sancti erant alacres ad omne bonum, præſertim in executione ſuæ Vocationis &c. in Eccli. c. 31. v. 27.

Sancti ad horrorem uſque afflixerunt corpus jejuniis, vigiliis, ciliciis, aliiſque auſteritatibus, ut illud dominio animæ perfecte ſubjicerent. C. in Act. Ap. c. 1. verſ. 3.

Sanctorum corpora poſt mortem mirabiliter ab Angelis, ab elementis, a brutis fuerunt honorata, aut ab omni corruptione præſervata. Verum hanc gloriam non promeruere, niſi per omnimodam ſubjectionem erga animam in negotio ſalutis. C. in Iſa. 11. v. 10. Item Ezech. 37. v. 28.

*66. Rebellat contra animam per paſſiones.*

Pugnam continuam corporis per rebelles paſſiones deplorabat David, excla-

Pſal. 55.

mans: *Miſerere mei Deus, quoniam conculcavit me homo*, id eſt, Vetus homo cum concupiſcentiis ſuis: *Multi bellantes adverſum me*, id eſt, carnales affectus, quos tanquam ſatellites concupiſcentia contra me educit. Hoſtes noſtri domeſtici ſunt, non alienus quærendus eſt, ait S. Laurentius Juſtinianus. S. punct. 108.

Dan. 7.

*Ecce! quatuor venti pugnabant in mari magno, & quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari.* Ubi Richardus: Quid per mare niſi cor inſtabile? quid per ventos niſi rebelles paſſiones: quid per beſtias, niſi beſtiales motus deſignantur? Quatuor venti ſunt quatuor præcipuæ paſſiones, quæ dum agitantur in mari cordis, nunc beſtiam unam, nunc alteram excitant, nunc leænam inſolentiæ, nunc urſum luxuriæ, nunc pardum hypocriſis &c. S. punct. 110.

Richard. de S. Vict. l. 3. de erudit. c. 1. & ſeq.

Rom. 7.

Exclamat Apoſtolus: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Quare liberari cupit? Propter moleſtiam & importunitatem pugnæ; concupiſcentia enim carnis tanquam hoſtis domeſticus ſemper nos affligit, & oppugnat. S. punct. 112.

Deut. 7.

Sed cur Dominus Deus continuam hanc ac moleſtam pugnam admittit? Nempe ad humilitatem noſtram: *Ne forte multiplicentur beſtiæ agri contra te.* Ait Sanctus Bernardus: O quot beſtiæ ſuperbiæ, inanis gloriæ, jactantiæ inſurgerent, ſi nihil adverſi in ſe homo pateretur. S. punct. 109.

*67. Debet ſubjugari cum paſſionibus ſuis.*

Jerem. 48.

*Maledictus, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine*: hoc eſt, qui rebelliones corporis dominari permittit. *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter*: ubi Iſidorus Clarius: Opus Dei erat eliminare & devaſtare Moabitas, & qui hoc negotium negligenter agebant, maledicebantur. *Pepercit Saul Amalec & Agag*, ideo reprobatus eſt. S. punct. 108.

1. Reg. 15.

David cum ſitiret aquam de ciſterna in Bethlehem, cupiditatem habuit quidem, quæ rationem prævenit, ſed reſtitit, dum eam Domino libavit. Ubi S. Ambroſius ait, Davidem in effuſione aquæ fuiſſe fortiorem, quam tres heroes, qui per medios hoſtium cuneos eam attulerant; quia facilius eſt aliis, quam ſibi ipſi vim inferre. S. punct. 109.

Nec objiciat homo difficultatem aut impoſſibilitatem; quia plus virium habet mens ad tenenda membra carnis, quam concupiſcentia ad movenda. S. punct. 109.

*Abneget ſemetipſum*: Hæc abnegatio nihil eſt aliud, ait S. Baſilius, quam ſumma rerum omnium vitæ ſuperioris oblivio, atque a ſui ipſius voluntatibus receſſio. Paſſiones, ſi non frænentur, tyrannice nobis dominantur. Contra hanc tyrannidem conqueritur Eccleſiaſticus, & Deum rogat pro ejus refrenatione: *Beatus, qui non ſervivit indignis ſe.* Servire ſemper eſt durum, ſed indignis ſervire duriſſimum: tales indigni, ſeu tyrannici Domini

### 63. *Reddit hominem bonum aut malum.*

*S. Amb. de inſt. int. Virg. c. 3.* Cum Deus creavit omnia, omnia laudavit præter hominem: Quare reſpondet S. Ambroſius: quia in interiori, hoc eſt per ſuam libertatem antea probandus erat. B. Ser. 2. n. 10. C. Gen. 1. v. 29. & 31.

Anima ſicut ſcutum lævigatum eſt, in quo inſculpenda ſunt patrata facinora. B. Serm. 2. n. 11.

Seraphim ſtabant ante thronum habentes quatuor alas, quarum *duabus volabant*. Quomodo autem ſtabant, ſi volabant? ſicut flamma in lampade ſtat & tamen ſurſum tendit &c. Ita homo habet quidem alas, quibus a Deo avolare poteſt, ſi tamen ſtans perſeverat, hoc illi imputatur ad meritum. Audi Bernardum: *Solum homini inter animantia datum eſt poſſe peccare, datum autem non ut proinde peccaret, ſed ut inde glorioſior appareret, ſi non peccaret, cum peccare poſſet &c.* B. Ser. 20, n. 14. *S. Bern. Serm. 84. in Cant.*

Philoſophus ait: Quæ in noſtra ſunt poteſtate, ea agere & non agere poſſumus. Et circa hæc verſatur lex, laus, vituperium, pœna & præmium; ad ea enim, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, nemo hortatur, præcipit, punit: nemo de iis conſultat, deliberat, eligit; ſicut non eligimus famere, frigere, ſed ea patimur. C. in Can. in Epiſt. S. Pauli Canon. 15. *Ariſt. l. 3. Eth. c. 1. 2. 3. 5. Or.*

Deus potuiſſet Divina virtute convertere Mundum, quia habet remedia infinita commovendi violenter & frangendi hominum corda. Sic Chriſtus Dominus in vita & paſſione ſua potuiſſet ſignis evidentibus demonſtrare ſuam Divinitatem! potuiſſet in horto Gethſemani, ubi a lictoribus captivus ligabatur, abrumpere funes & catenas, atque, prout ad Petrum dixit, e cælo evocare legiones Angelorum ad ſui defenſionem! Potuiſſet in flagellatione induere gloriam Montis Taboræi! Potuiſset iniquos judices terrere eo vultu, quo in die judicii terrebit peccatores damnatos! Potuiſset pervicaciam Pilati frangere terribilioribus prodigiis, quam olim Moyſes terruit Pharaonem! Potuiſset facere, ut manus, & brachia percutientium obrigeſcerent, & illi tanquam ſaxa & trunci inutiles hærerent. Potuiſset in cruce coruſcare ſolari ſplendore, & elementa omnia commovere, ignem, ut fulminibus exſcinderet crucifixores, aerem ut procelloſis turbinibus illos colliderent, terram, ut apertis faucibus illos devoraret, aquam, ut effuſis imbribus illos ſuffocaret. Sed hæc omnia noluit, ut libertatem impiis relinqueret. Invitavit ſignis, ut agnoſcerent ſuam Divinitatem, ſuaſit, ut crederent, non coegit. Similiter hodiedum hæreticis ſuggerit motiva ad credendum, non cogit. Vident illi infelicitatem Judæorum; quod non obſtantibus tot ſignis Meſſiam recipere noluerint, quod ſi funeſto eorum exemplo ſapere, veramque fidem amplecti nolint, relinquit illos ſuæ obſtinatiæ! Quare non vi compellit? Quia grata illi non eſt converſio, niſi ſit libera!

## CORPUS HOMINIS.

### 64. *Eſt mirandum opus Omnipotentiæ Divinæ.*

SAnctus Ambroſius de mirabili corporis ſtructura ita diſſerit: *Humani corporis fabricam inſtar eſſe mundi: ſiquidem, ut cælum eminet aeri, terris maria, quæ velut quædam membra ſunt mundi, ita etiam caput ſupra reliquos artus cernimus eminere: in arce autem hac regalem quamdam habitare ſapientiam. Rurſum quod ſol & luna ſunt in cælo, hoc ſunt oculi in homine: ſol & luna duo mundi lumina, oculi autem quædam in carne ſidera fulgent deſuper, & inferiora claro illuſtrant lumine .... quam ſpecioſa cæſaries? Quid ſine capite eſt homo, cum totus in capite ſit? Huic frons libera, quæ mentis habitum ſpecie ſui prodat: Imago quædam animi loquitur in vultu: Geminæ ſeries ſuperciliorum oculis munimenta prætendunt, prætexunt gratiam. &c.* C. Gen. 2. fol. 64. col. 2. Vide ſupra titulum *Homo*, ubi deſcribitur eſse microcoſmus. *S. Amb. l. 6. Exam. c. 9.*

Mirabilis eſt dimenſio corporis humani: Homo enim altus eſt quatuor cubitos, cubitum computando ad ſeſquipedes, & pedem ad quatuor tranſverſas manus. Pariter ab extremitate digiti ad alteram digiti extremitatem in expanſo homine eſt quatuor cubitorum menſura. Longitudo faciei eſt hominis totius decima pars, oculi longitudo & latitudo quadrageſima quinta pars. Longitudo naſus trigeſima pars. Linea a maxilla ad verticem octava pars, collum decima quinta pars, latitudo pectoris ſexta pars. Umbilicus eſt medium hominis &c. D. 3. 34.

Corpus hominis habet muſculos fere quadringentos, oſsa ducenta viginti quatuor, tanto artificio compacta, ut ſingula oſſa



oſſa quadraginta uſus habeant. VV. art. diſc. font. 74. ex. 5.

### 65. *Debet ſubeſſe Dominio animæ.*

*Per tria movetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere*, ait Salomon. Tria illa ſunt ſervus regnans, ſtultus ſatur, & uxor malitioſa: Quartum autem eſt *ancilla cum fuerit heres Dominæ ſuæ*, id eſt corpus, cum regnat ſuper animam &c. B. Ser. 2. n. 18. Vide titulum *Anima*, ubi docetur, quod debeat eſſe Domina corporis.

Neque moroſe, ac tædioſe debet corpus ſubeſſe animæ, ſed cum alacritate: *In omnibus operibus tuis eſto velox*, monet Eccleſiaſticus, id eſt, diligens, ſtrenuus, excitatus, ac ſolers: nulla acedia, nullus torpor irrepat in iis, quæ præcipit anima: de Chriſto Domino dicitur in Canticis: *Ecce, iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis eſt capreæ, hinnuloque cervorum.* De Beatiſſima V. Maria teſtatur ſacrum eloquium, quod accepto per Angelum nuntio de Incarnatione Dominica, *abiit in montana cum feſtinatione*. Sic omnes Sancti erant alacres ad omne bonum, præſertim in executione ſuæ Vocationis &c. in Eccli. c. 31. v. 27. *Cant. 2.*

Sancti ad horrorem uſque afflixerunt corpus jejuniis, vigiliis, ciliciis, aliiſque auſteritatibus, ut illud dominio animæ perfecte ſubjicerent. C. in Act. Ap. c. 1. verſ. 3.

Sanctorum corpora poſt mortem mirabiliter ab Angelis, ab elementis, a brutis fuerunt honorata, aut ab omni corruptione præſervata. Verum hanc gloriam non promeruere, niſi per omnimodam ſubjectionem erga animam in negotio ſalutis. C. in Iſa. 11. v. 10. Item Ezech. 37. v. 28.

### 66. *Rebellat contra animam per paſſiones.*

Pugnam continuam corporis per rebelles paſſiones deplorabat David, exclamans: *Miſerere mei Deus, quoniam conculcavit me homo*, id eſt, Vetus homo cum concupiſcentiis ſuis: *Multi bellantes adverſum me*, id eſt, carnales affectus, quos tanquam ſatellites concupiſcentia contra me educit. Hoſtes noſtri domeſtici ſunt, non alienus quærendus eſt, ait S. Laurentius Juſtinianus. S. punct. 108. *Pſal. 55.*

*Ecce! quatuor venti pugnabant in mari magno, & quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari.* Ubi Richardus: Quid per mare niſi cor inſtabile? quid per ventos niſi rebelles paſſiones: quid per beſtias, niſi beſtiales motus deſignantur? Quatuor venti ſunt quatuor præcipuæ paſſiones, quæ dum agitantur in mari cordis, nunc beſtiam unam, nunc alteram excitant, nunc leænam inſolentiæ, nunc urſum luxuriæ, nunc pardum hypocriſis &c. S. punct. 110. *Dan. 7. Richard. de S. Vict. l. 3. de erudit. c. 1. & ſeq.*

Exclamat Apoſtolus: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Quare liberari cupit? Propter moleſtiam & importunitatem pugnæ; concupiſcentia enim carnis tanquam hoſtis domeſticus ſemper nos affligit, & oppugnat. S. punct. 112. *Rom. 7.*

Sed cur Dominus Deus continuam hanc ac moleſtam pugnam admittit? Nempe ad humilitatem noſtram: *Ne forte multiplicentur beſtiæ agri contra te.* Ait Sanctus Bernardus: O quot beſtiæ ſuperbiæ, inanis gloriæ, jactantiæ inſurgerent, ſi nihil adverſi in ſe homo pateretur. S. punct. 109. *Deut. 7.*

### 67. *Debet ſubjugari cum paſſionibus ſuis.*

*Maledictus, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine*: hoc eſt, qui rebelliones corporis dominari permittit. *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter*: ubi Iſidorus Clarius: Opus Dei erat eliminare & devaſtare Moabitas, & qui hoc negotium negligenter agebant, maledicebantur. *Pepercit Saul Amalec & Agag*, ideo reprobatus eſt. S. punct. 108. *Jerem. 48. 1. Reg. 15.*

David cum ſitiret aquam de ciſterna in Bethlehem, cupiditatem habuit quidem, quæ rationem prævenit, ſed reſtitit, dum eam Domino libavit. Ubi S. Ambroſius ait, Davidem in effuſione aquæ fuiſſe fortiorem, quam tres heroes, qui per medios hoſtium cuneos eam attulerant; quia facilius eſt aliis, quam ſibi ipſi vim inferre. S. punct. 107.

Nec objiciat homo difficultatem aut impoſſibilitatem; quia plus virium habet mens ad tenenda membra carnis, quam concupiſcentia ad movenda. S. punct. 109.

*Abneget ſemetipſum*: Hæc abnegatio nihil eſt aliud, ait S. Baſilius, quam ſumma rerum omnium vitæ ſuperioris oblivio, atque a ſui ipſius voluntatibus receſſio. Paſſiones, ſi non frænentur, tyrannice nobis dominantur. Contra hanc tyrannidem conqueritur Eccleſiaſticus, & Deum rogat pro ejus refrænatione: *Beatus, qui non ſervivit indignis ſe.* Servire ſemper eſt durum, ſed indignis ſervire duriſſimum: tales indigni, ſeu tyrannici Domini ſunt

ſunt rebelles paſſiones corporis. S. punct. 108. Vide infra: *Quinque ſenſus hominis*.

*68. Cur concupiſcentiæ obnoxius ſit?*

Primo, ait Theodoretus, quia id conveniens eſt, ad pugnæ ſpiritualis exercitium: Populo Iſrael tota terra Chanaan promiſſa eſt, & tamen rebelles populi durabant uſque ad tempora Davidis. Qua [S. Aug. l. 11. in Joſue.] de cauſa? Reſpondet S. Auguſtinus: *Pars illa, quæ nondum fuerat in poſſeſſionem data, jam fuerat data in quamdam exercitationis utilitatem*. Ita Deus concupiſcentiam carnis non extinxit, ut homo haberet hoſtem, contra quem cum Dei gratia pugnaret, & non otio torperet. B. Ser. 35. n. 11. & ſeq. Item Ser. 54. n. 16. 17.

Secundo, ut homo Chriſtianus etiam in licitis diſceret mortificationem. Rex David, quia a concupiſcentia fuit deceptus in illicitis, ideo etiam in licitis fuit cautus & circumſpectus; hinc ſitiens effudit aquam, quia etiam titulus neceſſitatis ei fuit ſuſpectus. S. punct. 112. Sara (id eſt Virtus) ejecit e domo Iſmaelem, quia ludebat cum Iſaac: quæ cauſa hujus auſteritatis? ludere enim eſt conveniens huic ætati. S. Paulus Apoſtolus hunc ludum vocat *perſecutionem*; ſi ergo Iſmael (id eſt caro) cum Iſaac (id eſt cum ſpiritu) ludere præſumat, ejice, id eſt, reſiſte, ne ſub ſpecie ludi perſecutionem patiaris. S. punct. 112.

Tertio, ut homo ſemper ſit paratus ad bellum pro conſervanda & defendenda [Exod. 32.] anima: *Ponat Vir gladium ſuum ſuper femur ſuum*. Ita præcepit Moyſes Levitis: [S. Amb. Ep. ad Romul.] ubi Ambroſius: Ille eſt verus Levita, qui carnem, ac paſſionum corpus cum vitiis ſuis interimit. S. punct. 112.

Quarto, ut homo magnam habeat confidentiam in Deum, & Chriſtum Crucifixum: Inviſceratam ſpiritus & carnis pugnam valde moleſtam eſſe expertus eſt S. Paulus; ideo ad retundenda prava deſideria invocavit Dei auxilium. S. punct. 112. Cum Iſraelitæ in deſerto a ſerpentum morſibus vulnerarentur, Moyſes erexit ſerpentem æneum, cujus aſpectu fuerunt ſanati. Quæſo, ſi Deus voluit ſanari vulneratos, & præſervari non vulneratos, cur non extinxit venenoſos ſerpentes? Ideo, ut totus populus ſemper haberet confidentiam in aſpectu ſerpentis ænei. Serpens hic æneus fuit typus Chriſti crucifixi: adeoque concupiſcentia non fuit extincta, ut ſemper oculos, animumque confidenter elevare diſceremus ad Crucifixum. B. Serm. 33. n. 12.

Cor hominis.

*69. Eſt oblatio, quam Deus præ omnibus rebus deſiderat.*

HOlocauſtum Abelis placuit, non placuit Caini: Quare? Rupertus ait: *Cain ſeipſum retinuit repoſitum habens cor cupiditate terrena: Abel vero cor ſuum, deinde rem ſuam obtulit*. B. Serm. 84. n. 8. C. Gen. c. 4. v. 4.

David *inclinavit cor ſuum* ad faciendam oblationem Deo. B. Serm. 85. n. 7.

Deus primogenita petiit ab Hebræis: [Exod. 13.] primogenitum cenſeri poteſt cor; quia in homine primo præ aliis membris formatur. Sic Æſchines Magiſtro ſuo Socrati cor ſuum, id eſt, ſeipſum donavit: cui Socrates: ſtudebo, ut meliorem te tibi reddam quam accepi. C. Exod. 13. v. 2. f. 435.

Gentiles abſurda ſacrificia idolis ſuis offerebant: Jovi arietem, taurum Neptuno, capram Apollini, hircum Baccho, aſinum Priapo, gallinam Æſculapio, cervam Dianæ, columbam Veneri! Apage cum his nugis! cor petit Deus, & quidem totum cor! Non ſicut Cain, Nadab & Abiu, Ananias & Saphira, dimidiatum cor obtulerunt! Non conveniunt Dagon & Arca, Chriſtus & Belial, nec in una cordis ſede morantur! *Feciſti nos* [S. Aug. confeſſ. l. 1. c. 1.] *Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te!* Ginther Cor JESU conſ. 45. n. 5.

Cor quia præcipua pars hominis, ideo Deo digna eſt: nam 1. Cor vocatur Mens & intellectus, ab illo enim ſicut ſpiritus vitales corporis; ita & animæ procedunt, omniumque potentiarum. 2. Cor ſapientis eſt ipſa ſapientia, ſicut cor animalis eſt ipſa anima. 3. Cor ſignificat affectum, benevolentiam, amorem, ut omnia tædia & moleſtias, quæ in docendo rudes occurrunt, generoſe ſuperet, &c. C. Prov. 16. v. 23.

Cor pro principali membro hominis reputatur, ideo in corpore politico comparatur Sacerdotibus, caput Principibus, pedes ſubditis. Deo autem competit oblatio partis principaliſſimæ. C. in Iſa. 1. v. 6.

Quid Deo magis acceptum, gratumque quam voluntas? Cur autem habetur pro voluntate? 1. quia ſicut cor eſt principium vitæ naturalis, ita voluntas principium eſt vitæ piæ, 2. Sicut cor eſt officina ſpirituum,





rituum, & cauſa omnis motus & actionis; ita voluntas eſt officina virtutis & vitii, meriti & demeriti. 3. Quale eſt cor, talis eſt ſpiritus & habitus corporis: ita qualis eſt voluntas, talis eſt & homo. &c. C. in Ezech. 36. v. 26.

Cor mundum eſt hoſtia Deo debita 1. quia Deus eſt puriſſimus ſpiritus. 2. Quia [Matth. 5.] per eſſentiam eſt ipſa ſanctitas: decet ergo eum victima ſancta. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. C. in Jac. cp. 1. v. 27.

*70. Eſt inſatiabile in ſuis deſideriis.*

Quæſitum olim fuit, quantum ſit cor hominis? & reſponſum fuit eſſe parvum & magnum; parvum, quia in nota illa fabula Promethei milvus quotidie devoravit cor illius ſemper renaſcens: magnum autem; quia ſaturari non poteſt toto mundo: Cardinalis Hugo ait: *Cor parvum eſt, & magna cupit: Vix ad unius milvi refectionem ſufficere poſſet, & totus mundus ei non ſufficit*.

Regis Aſſueri Aulicus Aman habuit omnia, fuit ſecundus a Rege, abundavit divitiis, authoritate & deliciis, & tamen infelicem ſe reputabat, quia non ſatis honorabatur a Mardochæo, ideo etiam excidium meditabatur Judæorum.

Dives Epulo affluebat divitiis, ita ut iis aſſervandis haud ſatis loci ſeu ſpatii haberet, & tamen ingemiſcendo concluſit: Dilatabo horrea mea.

De Alexandro Magno dicitur, quod poſt ſubjugatum orbem terrarum doluerit, non ſupereſſe alium orbem, quem ſibi ſubjiceret. Unde tanta inſatiabilitas? Nempe quia cor humanum capax eſt infiniti Boni, id eſt, Dei ad quem creatum eſt, unde bono mere finito ſatiari non poteſt.

*71. Cuſtodiendum ab omni immunditie.*

Pro corde mundo continuo exorandus [Ezech. 11.] eſt Deus, qui dicit: *Auferam cor lapideum & dabo eis cor carneum!* Id autem fit 1. quia Deus aufert duritiem, id eſt obfirmationem, & pertinaciam ab anima. 2. Mollitiem indit animæ, oſtendendo rationi, planum eſſe virtutis iter, ita, ut quidquid arduum eſt, facile ſuperet per opem Dei, conſiderando æternitatem præmiorum, & pœnarum. 3. Quia Deus, qui continet omnes voluntates hominum, illi ſuaviter illabitur, flectitque ut libere conſentiat, ſeque ad nutum Dei ſubjiciat. C. Ezech. 11. v. 19. Sicut ergo obſtinaciam, aliaſque qualitates, quæ ad vitium inclinant, e corde aufert; ita habitus & qualitates, quæ ad virtutem diſponunt, cordi infundit, cui utique homo cooperari debet. C. Ezech. 36. verſ. 26.

Remedia autem conſervandi munditiem cordis ſunt 1. Timor Domini: *Con-* [Pſal. 118.] *fige timore tuo carnes meas, a judiciis tuis timui*. 2. Mortificatio appetituum & ſenſuum; immunditia enim & macula non eſt in opibus, deliciis & honoribus, ſed in appetitu, qui nimis ea amat, & ambit, ſpreto ſæpe Deo. 3. Conſtans reſolutio & fortitudo ad reſiſtendum ſociis, illecebris, & mundi invitamentis. 4. Fuga ſæculi, & deſiderium cæli; hinc cor habemus pyramidale, cujus orificium ſpectat cælum, conus terram, ut per hoc ſignificet Deus, nos amore, & affectu tantum in puncto debere terram, & terrena tangere: id faciunt Religioſi, qui totum affectum, & converſationem a mundo abſtrahunt, ut omnem ſpem, & amorem in Deo collocent, dicantque: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt*. Vis ergo immaculatus eſſe ab hoc ſæculo? eſto peregrinus in mundo, & civis, ac domeſticus in cælo. C. in Ep. S. Jac. c. 1. v. 27. ad finem.

*Omni cuſtodia ſerva cor tuum*, & qui- [Prov. 4.] dem fortius ac diligentius quam domum, agros, theſauros, uxorem & filios; hæc enim exteriori tantum egent cuſtodia, at cor tam interiori, quam exteriori indiget. Sicut milites omni cuſtodia, qualibet diei & noctis hora cuſtodiunt urbem & caſtra: ſic Chriſtianus qualibet hora, [Pſal. 129.] & momento cuſtodiat cor ſuum: *A cuſtodia matutina uſque ad noctem*. S. Bernardus ait, ex omni parte ab ante & retro, a dextris & ſiniſtris, a ſurſum & deorſum cuſtodi cor tuum; quia ubique ſunt inſidiæ & pericula. Contra triplicem [S. Bern. Serm. 46. inter parv.] cogitationem, ait idem S. Bernardus, obmuniendum eſt cor. 1. Contra otioſam ſeu vanam. 2. Contra carnalem de cibo & potu. 3. Contra obſcœnam. &c. C. in Prov. 4. v. 23.

*72. Exornandum eſt virtutibus.*

Primum & præcipuum virtutis fundamentum eſt horror peccati, quo Divinum Cor graviſſime læditur, & ſauciatur. Serviat hic S. Bernardini narratio: Pater [S. Bernardin. ...] quidam, Cimmerius nomine, Pariſiis Regulus, tres habuit filios, de quibus dubitavit, an omnes ex legitimo connu-

bio ſint geniti. In teſtamento igitur præcepit, ut poſt mortem corpus ſuum palo alligetur, & qui ex filiis cor patris proxime ſagitta tetigerit, ille pro herede habeatur. Duo filii jam emiſerant ſagittam, cum ecce! tertius expalleſcere, tremere, & ſagittam indignabundus abjicere cœpit, inquiens: Abſit a me crudele facinus, malo hereditatem perdere, quam in cor amantiſſimi parentis impie ſævire. Hic dein a judicibus pro genuino filio habitus, & pro herede declaratus fuit. Sic ſic, Chriſtianus averſari debet peccatum, tanquam ſagittam ſacrilegam, qua vulneratur Cor JESU, & ſic gratum erit Deo cor illius. Ginther, Cor JESU conſ. 44. num. 6.

Paulus Bar. T. 1. cen. ſacr. n. 8. Alterum eſt ſincerus & ardens amor Crucifixi. Anno 1636. Romæ pientiſſimus Sacerdos vivere deſiit, cujus cadaver cum juſſu amicorum ab anatomicis aperiretur, nullum repertum eſt cor. Obſtupeſcentibus omnibus ecce! inventum eſt cor ad pedes Crucifixi appenſum inſtar roſæ rubeum. Quo prodigio declarare viſus eſt Deus ingentem amorem Dei famuli erga Crucifixum, a quo nec poſt mortem avelli potuit. Ginther, Cor JESU conſ. 28. num. 8.

Tertium eſt compaſſiva meditatio amariſſimæ Paſſionis Dominicæ. Cor B. Claræ Virginis, non crucem tantum & ſpineam coronam in ſe geſtavit, ſed totam amariſſimæ Paſſionis ſupellectilem, quæ poſt mortem in ejus corde inventa eſt. Ginther, Cor JESU conſ. 36. num. 2. & Conſ. 5. n. 3.

In corde S. Ignatii Epiſcopi & Martyris inſcriptum fuit ſanctiſſimum Nomen JESU: etiamſi a leonibus fuerit dilaniatus, tamen cor ejus omnino intactum permanſit. Ibid. conſ. 2. n. 7.

Cor V. Catharinæ Raconiſiæ, ad humiles ejus preces, a Chriſto Domino quinquies lavatum, & purius illi reſtitutum fuit. Ginther, Cor JESU conſ. 3. n. 2.

### Sanitas corporis.

*73. Eſt ingens bonum, & homini indebitum.*

CUr vicinus tuus æger, claudus, cæcus eſt? nonne & tu reus es peccati originalis & multorum actualium? David tremuit, & infrigidatus eſt, ut calefieri non amplius potuerit: Quare? vidit Angelum, qui 70000. viros interfecit, & quidem ſua culpa. Cogitabat apud ſe: hi miſeri jacent, & ego vel maxime reus ſum, quid mihi eveniet? B. Ser. 21. n. 18.

*Non eſt cenſus ſupra cenſum ſalutis corporis:* Eccli. 30. Quantum enim bonum ſit ſanitas, deſumi poteſt ex miſeria morbidorum. &c. D. 9. 80.

Uſitatum eſt ab ipſa origine Eccleſiæ, quod homines claudi, cæci, aliique miſeri ante portas templorum recumbant, eleemoſynam pro ſua paupertate rogantes, ſic ſcimus, cum Petrus & Joannes aſcendebant ad horam orationis nonam, ſub porticu templi jacuiſſe paraliticum, quem S. Petrus ſanavit. Sed unde, & qua de cauſa hic mos? Nempe, ut introeuntes & exeuntes templum ſuæ valetudinis felicitatem metiantur ex infelicitate, & ægritudine miſerorum, Deoque grates referant, quod ab ejuſmodi infortuniis fuerint præſervati. Ibid.

Valetudo eſt baſis & fundamentum cæterorum bonorum, ipſam enim eſſentiam hominis proxime tangit. Miſera eſt vita, quæ valetudine deſtituitur, quia non tam vita, quam lenta mors dicenda eſt: ægroti in vino, in deliciis, in opibus nullam ſentiunt voluptatem, quia hanc dolor intercipit, & mentem mœrore conficit. &c. C. Eccli. 30. v. 15.

*74. Licet ſollicite ſervetur, tamen facile deſtruitur.*

In deſcriptione earum plagarum, quibus Deus Pharaonem punivit, ſingulariter additur: *Occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina:* Adverte morus alias ex natura ſua contra pruinas ſecura eſt, ideo tanquam ſingularis circumſtantia additur, etiam moros fuiſſe deſtructas: Pari ratione nulla prudentia, & cautela ſufficit ad ſanitatem conſervandam. &c. B. Serm. 15. n. 27. 28.

*Fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi.* Hi qui tantopere ſanitati ſtudent, pluribus gravantur morbis &c. S. Punct. 126. fol. 396. & 397.

Certiſſimum eſt, quod ſydera, & præſertim luna influxibus ſuis vehementer agant in ſublunaria: Juveni cuidam Germano ſingulis menſibus ſuperius labium ad varietatem lunæ intumuit, & reſedit. Nonnulli accepti vulneris nova ſemper luna admonentur, aut cum tempeſtas variat, novum dolorem ſentiunt. Quidam ex utero materno ſignum natalitium fragi accepit, quod quotannis tempore, quo fraga rubent, itidem rubuit. In epilepticis cerebrum creſcente luna humectatur & augetur, decreſcente minuitur, & ſiccatur. &c. VV. art. diſc. font. 4. Ex. 5. Jam, ſi iſte influxus ſyderum ſit ſanitati inimicus, quis reſiſtet?

Comparationes omnes, quibus humanæ vitæ fragilitas vento, nubi, navigio, curſori, vapori, fumo, ſtillæ, aliiſque rebus fragilibus comparatur, valetudini corporis applicari poſſunt. Arundo eſt, ad omnem ventum mobilis: eademque remedia, quæ hodie proſunt, cras nocere poſſunt. C. Jac. 4. v. 15.

*75. Magis amatur quam anima.*

Quamprimum ægritudo imminere videtur, ſtatim Medicum vocas: dum vero laborat anima, differs remedia. B. Serm. 24. n. 15.

Cum ægrotas, quam acerba pateris a medicis, ipſa medicamenta *non ſunt medicamenta, ſed tormenta*, ait S. Auguſtinus (S. Aug. l. 21. de civ. Dei.): nec ſanguini, nec membris parcis, ſuſtines ſciſſuras & phlebotomias, abſtines omni humano conſortio, luce & aere &c. *Si tanto labore agitur, ut aliquanto plus vivatur, quanto agendum eſt, ut ſemper vivatur.* Ait S. Auguſtinus (S. Aug. tract. 49. in Jo.). B. Serm. 24. n. 19. & 20.

Regulus pro ſanitate filiæ, Hæmorrhoiſſa, Naaman quid non faciunt? pro anima autem quid non omittitur? S. punct. 127. fol. 395. & ſeq.

Quandocunque de vita & corpore agitur, ſemper ſecuriora eligis, & meliora: Navigaturus trans mare navim meliorem præ carioſa conducis: ægrotus peritiorem medicum vocas præ minus perito: itinerans ſecuriorem viam quæris præ minus ſecura: *Quare ergo*, ait Chryſoſtomus (S. Chryſ. Hom. 25. in 1. ad Cor.), *cum de anima, vitaque æternitate conſilium iniis, imbecillioribus niteris fundamentis?* B. Serm. 8. n. 13.

Jeroboam æger anima, æger & corpore rogat Prophetam pro ſanatione manus arefactæ, non pro ſanatione animæ. B. Serm. 65. n. 5. Vide Tit. *Anima:* Minus curatur quam corporalia.

### Nutrimentum Corporis.

*76. Labore, & Dei benedictione comparatur.*

DEus homini tanquam villico claves dedit ad aurum, ad ſcientias &c. ſed quatuor claves ſibi reſervavit, 1. ad mortem. 2. Ad vitam. 3. Ad pluvias 4. Ad alimenta. B. Serm. 63. n. 2. 3. 4.

Poſtquam terra protulit herbam virentem, tunc primum Deus creavit ſtellas, ut nempe fertilitas terræ ſibi, non influentiis adſcribi poſſet. M. conc. 20. aſſ. 2. n. 8.

Duo fratres in interiora deſerta ex eremo profugientes decreverunt nihil manducare, niſi quod Deus ſpecialiter ipſis ſubmiſerit. Ita errantibus gentiles barbari obviarunt, & panem famentibus obtulerunt: unus accepit tanquam a Deo ſibi ſubmiſſum, alter autem volens a Deo ſolo paſci non accepit, & inedia mortuus eſt. E. *Indiſcretio* n. 2.

Benedictio Dei laborem hominis certe felicitabit, ſi dona Dei grato animo accipiantur: Chriſtus multoties gratias egit: Tu pro frugibus toties collectis quid? *Neſcio quo congregem fructus meos?* Quid ais imprudens? *Meos?* O ingrate, nonne Dei ſunt? Aratores Ægyptii nunquam cælum reſpiciunt, quia humectationem a Nilo exſpectant. &c. S. punct. 156. fol. 503.

Cur tu labori tuo adſcribis, quod Divinæ potius beneficentiæ adſcribere debuiſſes? S. punct. 156. fol. 503. Joſeph in ſolium erectus non Pharaoni, non ſorti, ſed Deo gratias egit. S. ib. fol. 504.

*77. Sperandum eſt a Deo cum magna fiducia.*

*Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita &c.* lactentes tantam habent fiduciam in matrem, ut ſuorum corporum curam nullam habeant. S. punct. 22. fol. 92. 93.

Homo homini exiguæ chartulæ obligatione conſtringitur, Deus tot ac tantis voluminibus cavet, quod juſtum non velit derelinquere, & tamen debitor non tenebitur? S. ib. fol. 92.

Deus tam liberalis eſt, ut tantum opus ſit indicare indigentiam: *Domine, quem amas infirmatur*, dixit Martha. Ezechias minaces Antiochi litteras tantum oſtendit. S. punct. 63. fol. 220.

Deus dedit famelico Eliæ panem in deſerto, Danieli in ſpecu leonum, populo in ſequela Chriſti. Beatus Hermannus a Beatiſſima Dei Matre mirabiliter nutritur; illa enim egenti puerulo lapidem oſtendit, ſub quo ſemper ſecundum indigentiam pecunias inveniebat. D. 7. 67.

Deus *dives eſt in omnes, qui invocant eum.* Rom. 10. Sicut parvuli panem petunt a parente; ita Deus rogari vult. S. punct. 3. fol. 21. &c.

Salomon omnes theſaurorum cellas excuſſit, ut Reginæ Sabæ benefaceret: an putas

putas minus liberalem fore Deum? S. punct. 3. fol. 22.

Chriſtus ſemper plus dedit, quam fuerat rogatus. S. punct. 3. fol. 23.

Turba a Chriſto paſta & ſaturata fuit, etſi modicum panem acceperit: En! quod Deus dat, etſi modicum ſit, ſatiat, quia benedictio Dei accedit. M. conc. 24. §. 2. n. 9.

*78. Datur vel negatur a Deo ſecundum merita & dignitatem hominis.*

Cain Abelem foras vocavit in campum. Cur non in hortum pomiferum, in agrum virentem? quia non decet quod ille locus ſit fertilis, ubi nulla eſt caritas, ait Oliva. *Seges non tam in agro viret, quam in foro: ibi legitur ſed hic evolvitur*. B. Serm. 65. n. 12. (Oliv. l. 1. ſerm. 5. 77.)

Iſaac in agro Gerara centuplum meſſuit; quia homo virtuoſus erat. B. Ser. 65. n. 13.

S. Cyprianus ait: *Cum Dei ſint omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit*. D. 7. 67. Cum Beatiſſima Virgo Beato Hermanno oſtendit lapidem, ſub quo ſemper ſecundum indigentiam inveniebat pecunias, etiam alii acceſſerunt hunc lapidem, ſed nihil invenerunt; quia non adeo erant digni. Ibidem in fine.

Quidam Monachus comedentes vidit, quorum aliqui mel, alii panem, alii lutum comedebant. Admirans ab Angelo edoctus eſt, eos, qui cum timore Domini menſæ aſſiderent, comedere mel, alios qui cum gratitudine, comedere panem, qui vero cum cupiditate, & voracitate, lutum. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 536.

Talis eſt Deus erga nos, quales nos ſumus erga Deum, liberalis erga liberales, parcus erga parcos: *Ingratitudo*, ait S. Bernardus, *exſiccat fontem pietatis*. E contra gratitudo eundem fontem prolicit, & auget, S. punct. 156. fol. 505.

Unde tua infortunia, unde paupertas? Cur omnis fortuna tibi retro fluit? Quia erga Deum ingratus fuiſti, & fontem Miſericordiæ peccatis obſtruxiſti. S. Ib. fol. 506. Vide Tit. *Providentia Dei*: Mirabilis circa nutritionem & media naturalia &c.

*79. Non immoderate quærendum eſt.*

*Quærite primo regnum Dei &c.* M. conc. 24. aſſ. 3. n. 6.

Si piſcator hamum violenter rapiat, nihil capit: ſi venator impetuoſe ſectetur feram, nihil acquirit: ſed ſedate, & ſine immoderata cura agendum eſt. M. conc. 24. aſſ. 2. n. 7.

Turba a Chriſto paſta ſaturata fuit, quia modicum ſumpſit: quod Deus dat, etſi modicum ſit, ſatiat. M. conc. 24. aſſ. 2. n. 9.

Sunt, qui negligenter vivunt, & de labore non minus, quam de pane quotidiano parum ſoliciti ſunt, putantes, ſe a Deo ſolo debere nutriri: Eremita, nomine Joannes Brevis, putavit ſe per mortificationem, ſeu jejunium eo deveniſſe, ut nullo amplius cibo indigeat; receſſit ergo in interiorem eremum, ſed brevi deſiit eſſe Angelus; fame enim compulſus ad ſenem redit, & lamentabiliter cibum petiit. Hi omnem curam in Deum rejiciunt: E diverſo alii diu noctuque fatigantur & ſudant, atque tempus omne, etiam cum præjudicio rei Divinæ laboribus impendunt, putantes omnem ſuam fortunam e ſua induſtria dependere: utrique errant! alimenta corporis moderate quærenda ſunt, ſimul cum labore, & ſimul cum benedictione Divina. &c. (Ex vitis PP. l. 5.)

Natura eſt paucis contenta: id expertus eſt Epiſcopus Tornacenſis ab hæreticis in carcerem datus: faſſus eſt, ſe nunquam fuiſſe vegetiorem, quam in ea victus exiguitate. C. Philip. 4. v. 15. Item 1. Tim. 6. v. 6. Et 2. Cor. 9. v. 8.

Labor hominis.

*80. Eſt homini proprius.*

CUm homo naſcitur, in hunc mundum quaſi officinam laboris intrat; ſicut volucri volatus, ita homini labor convenit, ideo homo otioſus non homo, ſed monſtrum eſt hominis. Deus Adamo & Evæ perizomata fecit, ubi Tertullianus: Homo pellitus orbi quaſi metallo datur. &c. B. Serm. 6. n. 9. (Tertull. l. de pall.)

*Vade piger ad formicam*. Quid facturus? intuere quomodo *congregat in meſſe, ut comedat in hyeme*. Ubi Sanctus Baſilius ſubinfert: O homo, *non hoc tempore præſenti fruges tibi recondes? requiemque ad futurum, formicæ exemplo parabis?* B. Serm. 7. n. 4. 5. Formica laborioſum eſt animalculum, & in Scripturis formicæ laudantur, quia feſtam diem, id eſt nonam cujuſvis menſis colunt, Rempublicam politicam formant, Aſtrologiam, Architectonicam & Oeconomiam callent, & alia faciunt. VV. art. diſc. font. 49. ex. 4. (S. Baſil. hom. 9. in Hexam.)

Qui-



Quidam veniens ad Abbatem Silvanum, ſuaſit illi ut fratres non ſineret operari, Maria enim optimam partem elegit orando ad pedes Domini. Abbas aſſignavit illi cellam & non vocavit illum ad comedendum. Eſuriens ergo frater ipſum venit quærens: an fratres non comederent? reſpondit Abbas: jam comederunt. Quare ergo me non vocarunt? Quia tu homo ſpiritualis es, non indigens cibo, nos autem carnales ſumus. Agnovit ille errorem, & deprecatus eſt. E. *Laborare* n. 4.

S. Franciſcus fratrem, qui non laborare & tamen bene comedere volebat, tanquam inutilem & indignum ordine dimiſit. E. *Laborare* n. 9.

(Prov. 6.) *Vade piger ad formicam, & conſidera vias ejus, & diſce ſapientiam*. Formica colligit in æſtate, quod hyeme comedat, reponit granula frumenti in cellas ſuas, meliora ſeligit, corrupta rejicit, juvat alias in ferendo onere &c. propterea exemplum eſt laboris & induſtriæ, homini imitandum. C. Prov. 6. verſ. 8.

*81. Eſt meritorius, ſi fiat cum fine debito.*

Hæc inter brutum & hominem differentia eſt, quod illud ex ſolo naturæ impetu agat; ita ſi unica ovis in puteum inſiliat, cæco ductu ſequuntur reliquæ, homo autem agit, & agere debet cum fine. Ideo Abbas Moyſes ſuos monachos in omnibus factis, & actis commonuit, *quæ eſt deſtinatio veſtra, quis finis! &c.* B. Serm. 3. n. 2. 3.

Sed pro dolor! homines fere eodem cæco impetu laborant, quo bruta; ideo ingemiſcit Seneca: *Magna vitæ pars labitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus*.

Finis autem, qui cuivis labori præfigi debet, eſt Dei beneplacitum & gloria! huc litterati ſua ſtudia, huc opifices ſua commercia, huc famuli ſua ſervitia, huc ruſtici ſuos conatus convertant, & certi ſint, Domino Deo hos labores ſibi oblatos tam eſſe acceptos, quam orationes, & meditationes continuas. S. Richardi manus, qua libros ad Dei gloriam conſcripſit, poſt mortem manſit incorrupta: ſic Deus remuneratur omnes alios labores intentione ſupernaturali ſibi præſtitos. E. *Laborare* n. 8.

Sicut ergo reatus peccatorum expungi poteſt per alia bona opera, preces, jejunia, eleemoſynas & alia; ita & per labores ex fine meritorio ſuſceptos. S. Bernardus Fratri converſo, qui in agro meſſuit, & manipulos collegit, ſincere promiſit, quod in altera vita purgatorium non ſit habiturus. E. *Laborare* n. 10.

Bos mutatus eſt in Cherub; ita labor, cujus ſymbolum bos eſt, mutat hominem in Angelum. C. Ezech. c. 10. verſ. 14.

*82. Ad nutrimentum hominis neceſſarius.*

Joannes cognomento brevis putavit ſe mortificationem eo deduxiſſe, ut poſſet ſine nutrimento velut Angelus vivere. Abiit ergo contra conſilium ſenis in interiorem eremum, ſed poſt octo dies rediens, pulſavit oſtium ſenis. Quis adeſt? Ego ſum Joannes! Non credo repoſuit ſenex; Joannes factus eſt Angelus, & per totam noctem uſque mane non aperuit, illum deinde vero monuit, ut ſi vellet vivere ſicut homo, deberet laborare ſicut homo. E. *Laborare* n. 3.

Iſaac, licet a Deo benedictionem & divitias promiſſas haberet, tamen in Geraris ſevit, & coluit agros; quia homo & ſuam operam conferre debet. C. Gen. 26. v. 12.

Jacob in patriam rediens vidit duas Angelorum turbas ſibi in auxilium venire contra fratrem Eſau, & tamen illum muneribus placare ſtuduit, & comitatum ſuum in duo agmina diviſit. Sic ergo ſperandum eſt in Deo, ut tamen humana remedia omnia ſimul adhibeamus. C. Gen. 32. v. 7. Vide ſupra Tit. *Nutrimentum hominis*: Labore & Benedictione Dei comparatur.

Democritus rogatus, quomodo laborioſi differrent a deſidioſis, reſpondit, differunt ſicut pii ab impiis, ſpe nimirum bona; ſperant enim, qui corpus laboribus exercent pinguia laborum præmia, deſides autem ſemper præſentem intuentur paupertatem.

Ruſticus moriturus vocat filios, eiſque ait: Vobis in vita mea theſaurum paravi, eumque in vinea noſtra recondidi. Filii poſt mortem patris, putantes ſe theſaurum inventuros, totam vineam fodiendo everterunt: theſaurum non invenerunt, ſed terram fodiendo fructiferam reddiderunt, ita ut vites uberrimum fructum tulerint. C. Ezech. 10. verſ. 14.

Veſtes corporis.

*83. Non debent eſſe ad pompam, ſed ad neceſſitatem.*

VEſtes protoparentum erant ex pellibus animalium, ut mancipia deno-

Q 4 ta-

tarent, tanquam ad latomias damnata. *Homo pellitus orbi quaſi metallo datur*, ait Tertullianus. B. Serm. 6. n. 5.

Tertul. l. de cult.

Veſtes Iſraelitarum per 40. annos itinerantium una cum illis excreſcunt, nunquam rumpuntur, aut atteruntur. Sanctus Apollonius in deſerto Thebaidis vivit 40. annis, & illius veſtes nunquam veteraſcunt. Idem enarrat Sanctus Ephrem de Abrahamo Eremita. Sancta Maria Ægypciaca 47. vivit in eremo, primis ſeptendecim tantum duobus panibus victitans, reliquis triginta ſine cibo vitam egit, & veſtibus conſumptis nuda, frigore & æſtu toſta eſt, ita ut videretur Æthiopiſſa &c. C. Deut. c. 8. v. 4. Quæſo, an unquam expertum habetur, veſtes mundanas, aureas, argenteas, ſericas, æque a Deo fuiſſe conſervatas?

Ab omnibus SS. Patribus veſtes pomposæ & luxuoſæ damnantur: S. Cyprianus ait: Virgines ſericum, & purpuram indutæ Chriſtum induere non poſſunt. S. Baſilius: Sicut procellæ naves diſpergunt; ita pravi mulierum (in veſtibus) affectus, debiles animas corrumpunt. S. Nazianzenus: Nobilibus feminis non aurum, nec pigmenta ornamentum afferunt, ſed morum probitas. S. Hieronymus de veſtitu inverecundo ait: Candidos nudat humeros, & quaſi videri noluerit, celare feſtinat, quod volens detexerat. S. Auguſtinus: Hominis ornamenta, quanto magis appetuntur, tanto ſunt hominis interioris majora detrimenta. S. Petrus Eremita: Si pictor egregius pinxiſſet imaginem, & alius ei alios colores induceret, pictor ſane excandeſceret: ita & Deus naturæ noſtræ opifex iraſcitur, cum ejus ſapientiam inſcitiæ accuſatis. C. in Iſa. 3. v. 26.

Deus in paradiſo parentes veſtivit ex pellibus 1. ut hæ veſtes Adamo, & Evæ tam æſtate quam hyeme ſola inverſione ſervirent. 2. Ut nuditatem contegerent, & aeris injurias arcerent. 3. Ut frugalitatis & continentiæ ſignum ſint, ideo non panno, aut ſerico; ſed pellibus eos veſtivit. 4. Ait S. Auguſtinus, ut ſint continuum monitum mortis, ideo erant ex pellibus animalium mortuorum. &c. C. Gen. fol. 88. col. 2. D. 12. 96.

S. Aug. lib. 2. de Gen. cont. Man. c. 21.

Sanctus Aſterius culpavit veſtes ſui temporis, quibus multi ad æmulationem picturæ varia animalia, volucres, aut Veteris vel Novi Teſtamenti hiſtorias intentas gerebant, admonens, ut potius cultui animæ, quam corporis per virtutum exercitia vacarent. D. 1. 67.

Imperator Auguſtus *Veſte non temere alia quam domeſtica uſus eſt, ab uxore & ſorore, neptibuſque confecta*. Imperator Carus croco quidem utebatur, ſed ſine auro, eoque ornatu in viridi humo jacens, atque fumigatam carnem porcinam comedens legatos Parthorum excepit. Imperator Julianus dicere ſolebat, *turpe eſſe ſapienti, cum animum habeat, captare laudes ex corpore. &c.* D. 2. 33.

Sueton. c. 71.

Imperator Tiberius prohibuit veſtes ſericas, imo nec ipſe talibus uſus eſt. Eſſetque laudabile, ut hac in re hominum ſuperbiæ limes poneretur; ſunt enim veſtes pure ad neceſſitatem, & decentiam. Præſertim mulierum ambitio hac in re frænanda eſſet. &c. D. 9. 37.

## Qualitates corporis humani.

### 84. *Admiranda fortitudo.*

VVilhelmus Comes Batavus mulierem giganteam ſecum in Galliam duxit, quæ ex utraque manu dolium vini quatuor centenariorum, velut duas ampullas gerere poterat. F. 3. l. 6. fol. 196. VV. font. 45. ex. 1.

Carolus Magnus Imperator tantæ erat fortitudinis, ut virum una manu de terra levare uſque ad humeros poſſet. Vir quidam Helvetus ſub eodem Carolo Magno contra Venetos, & Avares pugnans tanti roboris erat, ut octonos ſæpe armatos haſta ſua avicularum inſtar confixos ſupra humerum portaret. Scanderbegus ille, ſeu Princeps Georgius Caſtriotus uno ictu cataphractum findere poterat, Mahometi Turcarum Imperatori enſem illius videre cupienti, manum ſe retinuiſſe ajebat. Kommannus fol. 247.

Milo Crotonienſis nudæ manus pugno tauros ſternebat, & dein una die ſolus abſumebat, ſed cum diſciſſam quercum manibus findere vellet, arbor in ſe rediens ita manus Miloni conſtrinxit, ut ibi detentus feris in prædam ceſſerit. Kornm. 251.

Claudius II. Cæſar digitis ita validus fuit, ut ictibus digitorum ſingulis, ſingulos equis dentes excuſſerit. Kornm. fol. 254.

Apud Indos tantæ proceritatis fuere homines, ut maximis elephantibus tanquam equis uterentur. Patagones in America ſunt admodum proceri, qui una bucca duas carnis libras ſumunt, & tantum aquæ uno hauſtu bibunt, quantum duodecim hominibus ſufficere poſſet. VV. art. diſc. font. 45. ex. 1.

Mila l. ... c. 4.

In



Valeſſ. l. 1. c. 6. S. Aug. l. 15. de Civ. Dei c. 9.

In Sicilia inventi ſunt dentes, quorum ſinguli tres libras appendebant. S. Auguſtinus vidit dentes centuplo majores uſitatis. Lodovicus Vives teſtatur, ſe vidiſſe dentem molarem pugno majorem. VV. art. diſc. font. 45. ex. 3.

### 85. *Admiranda magnitudo.*

In Monaſterio VVildavienſi prope Oenipontum oſtenditur ſepulcrum Haymonis Gigantis, quindecim pedes longum. Kornmannus fol. 23.

S. Aug. l. 15. de Civ. Dei.

Sanctus Auguſtinus aſſirmat, ſe vidiſſe dentem molarem hominis centuplo majorem uſitatis. In Sicilia repertum eſt corpus Gigantis, cujus ſinguli dentes trium librarum pondus habere comperti ſunt. Kornm. fol. 32. & ſeq.

Majol. l. 11. dier. Canic. col. loq. 1.

Corpus Pallantis anno 1039. repertum æquabat altitudinem Mœnium Romanorum. Ludovicus Vives narrat ſe vidiſſe dentem hominis pugno æqualem, & adhuc majorem Tiberio Imperatori oblatum fuiſſe perhibet Majolus. D. 1. 55.

Tempore Theodoſii Vir erat in Syria quinque cubitorum & unius ſpithami. In quadam Inſula inventum eſt corpus hominis ad decem cubitos longum. Trapani in Sicilia quidam ruſtici invenerunt ſpeluncam, in qua ſedebat immanis gigas malo navali altitudine æqualis, in manu clavum tenens: ubi aer in ſpeluncam irrupit, totus in pulverem concidit, & plumbum clavi mille quingenta pondo librabat. In Africa in agro ab arantibus invenitur calvaria humana undecim palmos in circumferentia complectens. D. 3. 92.

## Exigua ſtatura.

### 86. *Non obſtat excelſo animo.*

THomas de Vio ex Ordine Sancti Dominici vivebat in Conventu Mediolanenſi, cum a Ludovico Sforzia Principe ob humilem perſonam deſpectus fuerat, a ſuis confratribus laudatus eſt dicendo, eſſe Virum doctiſſimum, ac ſanctiſſimum: atque ita res ſe habebat, factus eſt poſtliminio Cardinalis ſub nomine Cajetani. Principi autem Ludovico repoſuit illud: *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.*

Philopemenes celeberrimus belli dux erat exiguæ perſonæ: cum Megaræ exſpectabatur, joci cauſa ille ſolus ſine famulitio in hoſpitium anteibat, & ecce, hoſpitiſſa putans eum eſſe ex præcurſoribus unum, præcepit illi, ut ligna finderet ad focum, paruit ille, & amicis dein admirantibus dixit: luo humilitatem perſonæ. D. 2. 1.

S. Gregorius Taumaturgus urbi Cumanæ Epiſcopum præficit Alexandrum Chriſtianum Philoſophum, qui licet ex humilitate munus carbonarii exercebat, & corporis ſtatura vilis erat, tamen excelſo animo, ac virtute pollebat. D. 3. 56.

Cum Regina Amazonum Taleſtris cerneret Alexandrum Magnum, ſtaturam ejus exiguam rerum famæ haud parem eſſe arbitrabatur; quippe cum barbari ſolebant magnitudinem animi ex corporum majeſtate metiri. &c. D. 3. 22.

## Quinque ſenſus hominis.

### 87. *Sunt noſtri hoſtes ſemper mortificandi.*

JOſue quinque Reges Adoniſedech Regem Jeruſalem, Othan Regem Hebron, Pharan Regem Jerimoth, Japhia Regem Lachis, Dabir Regem Eglon ſuſpendit ſuper quinque ſtipites: Quinque hi Reges ſunt quinque ſenſus, qui ante ſolis occaſum, hoc eſt, ante mortem e cruce abnegationis liberandi non ſunt. S. punct. 112. fol. 339.

S. Ambroſius ait: *Reſpexit oculus, & ſenſum mentis evertit, audivit auris, & intentionem inflexit, inhalavit odor, & cogitationem impedivit, os libavit, & crimen reddidit, tactus contigit, & ignem adolevit, intravit mors per feneſtras.*

S. Amb. lib. de fuga ſæc. c. 1.

*Maledictus, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine*: Hoc eſt, maledictus, qui hoſtes ſuos, ſenſus carnales cum concupiſcentia, & affectibus dominari permittit. Serio & ſolicite illis reſiſtendum eſt: Jerem. 48.

*Maledictus, qui facit opus Domini negligenter.* Opus Dei erat, ait Iſidorus Clarius, eliminare, & devaſtare Moabitas, & qui hoc negotium negligenter agebant, maledicebantur. *Pepercit Saul Amalech, & Agag.* Atque ideo reprobatus eſt. S. punct. 108.

1. Reg. 15.

*Miſerere mei Deus, quoniam conculcavit me homo*, id eſt, vetus homo cum paſſionibus ſuis, & ſenſuum illecebris: *Multi bellantes adverſum me.* En hoſtes acerrimi ſuos affectus tanquam ſatellites contra nos in prælium ducunt: contra hos ſtrenue pugnavit David: *Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos.* Hi hoſtes nobis domeſtici ſunt, non quærendus eſt alienus. S. punct. 108.

Pſalm. 55.

88. Sunt

*89. Sunt portæ per quas intrat hoſtis in animam.*

Thren.1c. *Defixæ ſunt in terra portæ ejus &c.* Portæ myſticæ ſunt ſenſus noſtri, in terra fixi ſunt per deſideria terrena. Olim in his regnabat ratio & judicium, nunc hæ portę in terram defixæ ſunt, ſcilicet poſt peccatum Davidis &c. S. punct. 113. fol. 343.

Isboſeth (quod interpretatur Vir confuſionis) occiditur, dum oſtiaria obdormit, id eſt, ait S. Gregorius, dum menti diſcretio obdormierit. S. punct. 113. f. 343.

Felix anima, quæ dicere poteſt: *Oſtium meum clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt.* Per clauſum oſtium intelligitur cuſtodia ſenſuum, per pueros cogitationes, & affectiones ad interiora revocatæ. S. punct. 113. fol. 344.

Sic pie ille, dum Chriſtum ligatum conſiderat, promittit ſe oculos, aures, os &c. deinceps ſedulo ligaturum. S. punct. 7. fol. 563.

Cum minime putaveris, irrumpunt per portas ſenſuum pravi affectus & concupiſcentiæ: ſunt hoſtes noſtri interni & domeſtici, ait S. Laurentius Juſtinianus, non extraneus quærendus eſt, ſat bellorum nobis cauſant interni: *Unde bella & lites in vobis? nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris?* (S. Laur. Juſt. de int. conf. c. 8.) Claudendæ igitur ſunt portæ; nihil enim eſt aliud abnegare ſeipſum, quam carnalibus deſideriis, quæ adverſus animam militant, reluctari. S. punct. 108.

*89. Oppugnari cum ſuis paſſionibus poſſunt, non expugnari.*

*Jebuſæum habitatorem Jeruſalem non deleverunt filii Benjamin, habitavitque Jebuſæus cum filiis Benjamin in Jeruſalem uſque in præſentem diem.* (S. Bern. Serm. 18. in Cant.) Ubi Bernardus: Velis nolis intra fines tuos habitat Jebuſæus, ſubjugari poteſt, exterminari non poteſt. Jebuſæus eſt ſenſuum cupiditas, & paſſiones exinde ortæ, unde tot rebelliones carnis, contra quas ſemper pugnandum eſt. S. punct. 108.

Quantumlibet in hac vita profeceris, erras ſi vitia putas emortua, & non magis ſuppreſſa. S. punct. 108.

Senex ille, qui jam ſatis emortuum ſe credidit, cadit in peccatum carnis. Alius in agone ad feminam ait: Recede mulier, adhuc igniculus vivit, paleam remove. S. punct. 108.

S. Hieronymus refutat quoſdam, qui hominem perfectum uſque ad peccandi impoſſibilitatem, & omnem carentiam affectuum venire poſſe contendebant. Sic (S. Hier. Epiſt. ad Cteſiphon.) Job ait: *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea eſt, nec caro mea ænea.* S. punct. 109. (Job 6.)

Non uno anno, ſed pluribus annis gens Chananæa, Amorrhæa, a filiis Iſrael deleta eſt, & tamen ſemper ſupermanſit Jebuſæus. S. punct. 109.

Mater cum filiis non immolabatur una die, id eſt, ſenſuum cupiditas, & delicta cupiditatis non una die extinguuntur. S. punct. 109.

Sed cur Dominus Deus non extinxit hoſtiles concupiſcentiæ, & ſenſuum motus? nempe ad utilitatem noſtram, ut habeamus occaſionem meritorii certaminis, & humiliationis: *Ne forte multiplicentur beſtiæ agri contra te!* O quot beſtiæ ſuperbiæ, inanis gloriæ, & jactantiæ ſurgerent! S. Apoſtolo Paulo datus eſt ſtimulus carnis, ne magnitudo revelationum eum extolleret. S. punct. 109. Vide ſupra, quomodo Corpus rebellet contra animam &c.

Oculi.

*90. Sunt pars principalis inter ſenſus.*

Solent oratores cœtum populi intuentes eum ſibi conciliare; quia maxima vis dicendi conſiſtit in ardore oculorum. Auguſtus Cæſar fulgore oculorum terruit intuentes, quod idem dicitur de Imp. Tiberio. Oculi arcana cordis pandunt; ait enim Demoſthenes: *Oculi ſunt morum indices.* C. Act. 23. n. 1.

Quod in communitate ſunt Superiores, hoc inter humana membra ſunt oculi. 1. Quia vigilant pro toto corpore. 2. Quia alios intuentur, non ſeipſos. 3. Quia deflent mala totius corporis. 4. Quia quævis macula in illis, utut parva, pro magna reputatur. B. Serm. 34. n. 32. & ſeq. 5. Quia ſemper debent ſurſum tendere in cælum. B. Ser. 48. n. 15. & Serm. 49. n. 4.

Oculi ſignificant intentionem, qui eſt actus dans primariam bonitatem operi: *Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* &c. C. in Cant. 1. v. 14.

Sunt Symbola trium principalium virtutum fidei, ſpei, & caritatis; per fidem enim cœleſtia cognoſcimus & intuemur. Per ſpem, quod ſperamus, hoc oculo aſpicimus, & totam fiduciam in eo collocamus. Per caritatem amamus, quod oculo fixo intuemur, juxta illud: Ubi oculus, ibi amor &c. C. in Cant. 4. v. 9.

91. Sunt



*91. Sunt porta per quam intrat hoſtis in animam.*

Jeremias luget: *Defixę ſunt in terra portę ejus, perdidit, & contrivit vectes ejus:* Portæ myſticæ ſunt oculi: in terram defiguntur cum terrenas delectationes quærunt &c. S. punct. 113. fol. 343.

Sanctus Bernardus ad Evam: Quid tuam mortem tam intente intueris? &c. C. Gen. 3. v. 6.

S. Aquilinus & S. Audomarus uterque erat cæcus, poſtquam a Deo miraculoſe viſum receperunt, rogarunt iterum exoculari; quia ſtatim experti ſunt, quod mors aſcendat per feneſtras. Gregorius Nyſſenus ait: *Sæpe oculus multis mortibus intreundi aditum præbet,* quia præbet aditum per intuitum divitiarum, præbet aditum per intuitum inimici, præbet aditum per intuitum feminæ. Quintilianus ait: *Oculi ſunt tota noſtra luxuria, hi nos in omnia vitia præcipitant.* Petrarcha aliquem, qui oculos perdiderat, ſolatur, jubetque gaudere, eo quod hoſtes infenſiſſimos perdidiſſet. &c. D. 10. 38.

S. Petrus Abbas Claræyallenſis, cum ex morbo unum oculum perdidiſſet, ajebat, oculum, quem perdidi, non timeo, ſed quem reſervavi. Sanch. 5. p. c. 10. fol. 619.

Quædam Domina rogans S. Thomam Cantuarienſem pro pulchris oculis acceſſit ad ejus ſepulcrum, & ibi omnino excæcata eſt, nec amplius niſi cum ſumma difficultate recuperavit viſum. E. *Laſcivia.*

Pachon in juventute aſpiciens æthiopiſſam, ſpicas in meſſe colligentem, ab hoc aſpectu uſque ad ſeptuageſimum annum terribiles tentationes patitur. E. *Oculi* n. 2.

*92. Sunt primi duces ad malum.*

Curioſus obtutus radix eſt adulterii, ait Chryſoſtomus de peccato Davidis: viſum ſequitur cogitatio, cogitationem delectatio &c. ac tandem deſperatio.

Sanctus Bernardus ad Evam: Quid tuam mortem tam intente intueris? Quid ſpectare libet, quod manducare non licet? &c. Oculi ſunt primi amoris via, ait Lucanus: Plato, amoris principium, Dionyſius, amoris duces, Phyloſt. ſedes amoris. &c. S. punct. 114. fol. 345.

*Vidit mulier, quod eſſet bonum.* Unde noverat eſſe bonum? Oleaſter ait, oculus ſubinfert imaginationi conſenſum. S. punct. 114. fol. 346.

S. Auguſtinus: Non dicatis mihi, quod animum habeatis pudicum, ſi oculos habeatis impudicos. S. punct. 116. fol. 355.

Alipius propter unicum in ludis theatralibus obtutum depravatur. S. punct. 139. fol. 513.

Non abs re eſt quærere, cur Dominus Deus peccatis hominum iratus maxime placetur per lacrymas: cur non per jejunia, cur non per flagella, quibus domatur caro? cur non per ſuſpiria, quæ ex corde, principali hominis parte emergunt? ratio eſt, quia oculi ſunt principium peccati, & ſi hi aliquando pœnitentiam agant, maxime ſperanda eſt emendatio. Ita loquitur Seneca: *Ingenti providentia poſuit Deus in oculis viſum, & fletum, ut qui delictum committunt videndo, pœnas exolvant plorando.* Quocirca quiſque faciat, quod monet Ezechiel: (Ezech. 1. 18.) *Unuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abjiciat.* Et Chriſtus Dominus: *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum.* (Matth. 5.) Rationem reddit S. Bernardus: *Quod non videt oculus, cor non dolet.* C. in Thren. c. 3. v. 51. (S. Bern. Ser. 5. in Feſt. Om. Sanct.)

Sanctimonialis quædam oculos ſibi effodit, & juveni amanti obtulit. S. Herluca Bavara ob vanitatem ornatus cæcitate punitur, ſed oculum recuperat. C. in Thren. Ibid.

Quintilianus ait: *Oculi ſunt tota noſtra luxuria, hi nos in omnia quotidie vitia præcipitant. Mirantur, adamant, concupiſcunt.* &c. D. 12. 77.

S. Job pepigit fœdus cum oculis, ut ne cogitarent quidem de Virgine. Quæres quid intelligatur per fœdus? Intelliguntur induciæ, ut indicetur hoſtes eſſe oculos, quia induciæ non fiunt, niſi cum hoſtibus. Quæres, cur oculi dicantur cogitare? Quia aſpectus & cogitatio ſemper junguntur. Quæres cur dicitur *de Virgine*, cur non dicitur de femina? Quia etſi Virgo pudica ſit, & non oriatur ſcandalum *datum*, poteſt tamen ex quovis aſpectu oriri *acceptum*. Segn. Manna 12. Jul.

Eva quia intuetur fructum, David quia intuetur Betſabæam, Dina quia intuetur alienigenas peccant, & miſerabiliter cadunt &c. Sanch. 5. p. c. 10. fol. 618.

*Nequius oculo quid creatum eſt?* Sicut Medici diſpoſitionem corporis omnem ab oculis deſumere poſſunt: ita & animi habitus ex oculis deſumendi ſunt. Difficile eſt videre & non deſiderare, ſicut difficile eſt ſclopetum in foco ignem concipere, & illum non intra propagare. Hinc rara ſunt peccata, quæ non ab oculis originem

ginem trahunt: recte Seleucus juſſit adulteris oculos erui, ut primi ſint ad pœnam, qui primi fuerunt ad culpam: ideo etiam Scriptura oculos reos agit omnium peccatorum, quæcunque fiunt. P. 1. parc. diſc. 15. n. 8. ſeq. Vide C. Gen. 27. v. 1.

S. Jordanus Ordinis Prædicatorum Generalis cum ex continuo ſtudio, & lectione librorum unum oculum perdidit, in Eccleſiam cucurrit, campanam inſonuit, qua fratres convocavit, juſſitque Hymnum Ambroſianum decantari, eo quod unum hoſtium amiſiſſet.

S. Ubaldus duos cæcos illuminavit, tertio autem idem petenti diſſuaſit. Calend. perpet. 16. Maji.

Caſtiſſimus quidam in feminam curioſius oculos defigens, ejus forma continuo animum infeſtante, cum illa dein familiaritatem contrahit, ex optimo factus peſſimus. Tanta etiam debita contraxit, ut cum non eſſet ſolvendo fuga ſe eripuerit. J. 55.

S. Audomarus ex ſenio cæcus oculorum lumen recepit, ſed quia metuebat pericula oculorum, iterum excæcari petiit. N. 9. *Sept.*

Matrona ſapiens & ſancta monuit confeſſarios etiam Religioſos, ut ſibi ab aſpectu, & colloquiis feminarum caverent, quia illices ſunt oculi eorum: certa ſum, ajebat, non eſſe Virum, etiam gravem, cui, ſi fixe & reciproce cum per quadrantem intuita fuero, non perſuaſerim, quidquid voluero. C. Prov. 6. verſ. 25.

Aures, ſeu Auditus.

93. *Sunt ſenſus utiliſſimus homini.*

VOcatur ab Ariſtotele, aliiſque *Senſus diſciplinæ*, quia per aures addiſcuntur ſcientiæ & artes: nemo per viſum aut tactum doctus evaſit, ſed per auditum. *Audiens ſapiens ſapientior erit.* Prov. 1.

Quid magis neceſſarium & ſalutare, quam ſalvifica fides? hæc autem communicatur animæ per auditum: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Hoc verbum autem Dei recipitur in corde per auditum: *Quomodo audient ſine prædicante?* Rom. 10. hoc ſenſu mediante barbaræ & infideles gentes ad ſanctam fidem, peccatores ad pœnitentiam converſi ſunt. *In auditu auris obedivit mihi.*

Audita voce Angeli Beatiſſima Virgo, feliciſſima Dei Mater facta, concepit Verbum Divinum: *Sed inde longe beatior; quia ejuſdem ſemper amandi cuſtos manebat æterna.* Beda l. 4. in Luc. c. 49.

Quæritur, ſi infernali inimico poteſtas foret, homines oculis, aut auribus privare, quid eſſet facturus? credo, quod non oculis ipſis, ſed aures eriperet; quia per has majus damnum, quam per illos regno ſuo irrogari videt. Andelotus hæreticus rebellis in Gallia ex abſciſſis Presbyterorum auribus torquem ex collo gerebat. F. p. 3. l. 6. fol. 244. Tartari ut ſtragem hoſtium metirentur, cæſis cadaveribus aures abſcindunt, & novem ſaccos implent: F. p. 3. l. 10. f. 529. Hoc idem certe faceret diabolus ſi poſſet.

94. *Cuſtodiendæ contra malignos diſcurſus.*

Monet Sapiens: *Sepi aures tuas ſpinis:* ſicut frugifer hortus muro, aut ſpinoſo ſepimento contra nociva animalia munitur, ita innocentia, & pietas cordis per aurium cuſtodiam præſervanda eſt.

Auditus periculoſior ſenſus eſt quam viſus, quia latius patet: viſu tantum percipiuntur præſentia, auditu autem etiam abſentia, quæ per diſcurſus, ſive bona ſive mala ſint, in animam ejuſque facultates ingrediuntur. Ponamus diſcurſum eſſe laſcivum: hic primum ad aures, deinde ad intellectum, & memoriam & denique ad voluntatem penetrat, eum in modum, quo lapillus in ſtagnum projectus circulum in aqua parit, & iſte majorem ac majorem, donec circuli per totum ſtagnum ſeſe extendant. Ita, ait S. Baſilius, *Sermo laſcivus in animam caſtam, velut in undam puriſſimam conjectus, alias poſt alias amatorias cogitationes excitat, totamque animam voluptatis fluctibus agitat.* S. Baſil. l. de Ver. Virgin.

Quod deterius eſt, nociva verba poſtliminio in memoriam per vices recurrunt, unde audiens ſimilis fit animali, quod cibum de ſtomacho revocatum noviter ruminando maſticat: *Quando audit fit ſimilis manducanti,* ait S. Auguſtinus, *cum audita in memoriam revocat, fit ſimilis ruminanti.* S. Aug. in Pſalm. 46.

95. *Quibus diſcurſibus maxime obſtruendæ ſint.*

S. Antonius Paduanus tria auditus pericula detegit, cum audiuntur *verba elationis, verba detractionis, verba adulationis.* Ejuſmodi verba peſſimos effectus in animo relinquunt, & prout loquitur Ven. Beda, auditum, *qui animæ eſt porta, portam mortis efficiunt.* S. Ant. Pad. Ser. Dom. 14. poſt Pent. Beda l. 2. in Luc. c. 7.

Qui detrahentibus aures præbent, aut illos



illos ſtudioſe provocant, & nævos aliorum explorant, non minus ſcelerati ſunt, quam ipſi detrahentes, ait S. Bernardus: *Detrahere, & detrahentem libenter audire, quid horum damnabilius ſit, non facile dixerim.* S. Bern. l. 2. de conſ. Nec eſt differentia, niſi quod primus habeat diabolum in lingua, alter in aure. Sic proſcinduntur integræ familiæ, denigrantur perſonæ ſacræ, & profanæ, & vitia, dudum oblivione conſepulta, in memoriam cum ingenti damno proximi protrahuntur.

Præterea damnabile ac perniciosum eſt, ſuſurronibus auditum adhibere, qui unam partem apud alteram, & hanc apud illam denigrant, ut inter utramque inimicitias conſſent, ex quo ſæpe litigia, & decumanæ hoſtilitates inter amicos optimos cum ingenti ſcandalo conſurgunt. *Suſurro, & bilinguis maledictus,* ait Sapiens, *multos enim turbabit pacem habentes.* Eccli 28. v. 15.

96. *Non cuſtoditæ maxima mala cauſant.*

Eva in paradiſo, cum lenociniis & mendaciis ſerpentis aures dedit, & ſe & nos omnes perdidit. Sic hodiedum fit: per ſtygii ſerpentis fallacias multi a vera fide ad hæreſin abducuntur: alii in juramentis & blaſphemiis inſtruuntur: alii per auditum ad fabulas convertuntur: alii ad detractiones, & injurias animantur: Et quod peſſimum eſt, ſerpens illis perſuadet ſicut Evæ, hæc non eſſe peccata grandia: *Non moriemini.* Gen. 3.

Qui mundanis garritionibus aures aperiunt, ad ſalutaria autem audienda pigri & tardi ſunt, ſimiles ſunt Malcho, cui auris dextera amputata eſt in horto oliveti. Per dexteram aurem intelligi poteſt auditio cæleſtium, per ſiniſtram auditio mundanorum: *Caveat Chriſtianus,* ait Barradius, *ne aurem amittat dexteram, qua Deus auditur, ſiniſtram vero ſervet, qua auditur mundus, diabolus & caro.* Tales Malchi ſunt Judices, qui viduas & pupillos non audiunt: Avari, qui clamorem pauperum non curant: Peccatores, qui ad pia monita non reſipiſcunt: Evanidi, qui adulationibus cum guſtu aures tribuunt.

Ariſtoteles docet: *Aures magnæ, & ultramodum erectæ ſunt indices ſtultitiæ:* nempe, qui ad omnes fabulas aures erigunt, & ad omnes garritiones extendunt, clamantes, & affectantes ſemper Nova, nova' ſtuleſcunt, ait Drexelius. Ariſtot. l. de ani. mal. Drexel. in Nicet. l. 2. c. 9.

Odoratus.

97. *Valde perfectus & paradoxus.*

VUltures tam perfecto ſunt odoratu, ut commiſſo in Græcia prælio a quingentis milliaribus ad cadavera mortuorum advolarint. S. Thomas ſcribit, quod per quingenta millia paſſuum præſentiant cadaveris putorem. VV. Art. Diſc. Font. 11. Ex. 28.

In Inſulis quibuſdam reperiuntur Æthiopes odoratu tam ſubtili præditi, ut ipſa etiam veſtigia hominis exteri a veſtigiis Æthiopis ſagacitate narium diſcernere poſſint. VV. art. diſc. font. 41. ex. 13.

Nobilis Pedemontanus uxorem in flagitio deprehenſam una cum adultero ſuſpenſo immurari jubet, ut illa fœtore cadaveris pereat. Lohn. T. 2. v. *Luxuria* §. 4. n. 47.

Conſtantinus Copronymus non dulci roſarum, aut cinnamomi odore delectabatur, ſed rerum ſordidarum, ac excrementorum graveolentia: ideo hominum, ac jumentorum ſordibus ſe illiniebat tanquam unguentis, gaudebatque conſortio eorum, qui hircum olebant. Erat Imperatorum monſtrum. Heum. fol. 108. Baron. ann. 775.

Hic ipſe Imperator Copronymus equorum excrementa præ roſis amabat; ideo ſacculum ſeu reticulum, recentibus ejuſmodi turundis plenum, e collo gerebat, ideo dictus, caballinus. VV. art. diſc. font. 83. ex. 2.

Os, & lingua hominis.

98. *Indicant ex loquela, quid in animo deliteſcat.*

QUi Hiſpanice loquitur Hiſpanus creditur: qui cæleſtem linguam loquitur cæleſtis eſt: Petrus utut negaret, ex loquela proditus fuit. B. Ser. 48. n. 15.

Ideo lingua dicitur interpres mentis, & inſtrumentum rationis. B. Ser. 22. n. 28.

Socrates ad adoleſcentem quemdam: *Loquere, ut videam te.* Et Seneca: *Qualis eſt, oratio, tales ſunt mores.* Lingua duabus fibris, una capiti, altera cordi agglutinatur: *Hinc ſpeculum mentis in verbis refulget,* ait S. Ambr. ſiquis loquitur de peculio, de cenſibus, de modis acquirendi, ſignum eſt eſſe avarum: ſiquis ſpurca ſpuit, ſignum eſt eſſe impudicum. Siquis ſancta loquitur, ſignum eſt eſſe ſanctum, &c. Trauner Gall. cant. Anno 4. conc. 6. n. 1. 2. Ex quo conjecturarunt Judæi Petrum in atrio eſſe diſcipulum Chriſti; ex eo, inquit Cardinalis Hugo, quia de Deo loquebatur. Ibid. S. Amb. l. 13. ep. 82.

Dux

Jud. 12. Dux Jephte fugitivos Ephraimitas prohibet a tranſitu Jordanis: quo indicio cognovit? ex loquela, ſi nimirum non poſſent proferre vocem Sciboleth. Traun. Ib. n. 5.

Sicut ex pulſu deſumitur, an bene procedat horologium; ita ex loquela deſumitur an bene ordinatus ſit animus. Debet autem animus tripliciter eſſe bene ordinatus, ad ſeipſum, ad proximum, ad Deum. Si audis aliquem prorumpere in verba audacia, adulatoria, ambitioſa & ſimilia, animus non eſt bene ordinatus ad ſeipſum. Si audis alium eloqui verba duplicia, mordacia, maledica, animus non eſt bene ordinatus ad proximum. Si audis proferre verba blaſphema, perjura, & hæreſim olentia, animus non eſt bene ordinatus ad Deum. &c. Segn. Manna 26. Junii n. 1. C. in Jac. 3. verſ. 6.

99. *Eſt membrum, quo cautiſſime utendum.*

Eccl. 28. S. Aug. ep. Corn. in Ecl. 28. *Verbis tuis facito ſtateram*, monet Eccleſiaſticus, quaſi diceret, ait Auguſtin. *Ut ipſa verba velut ponderantes diligenter expendamus*. B. Serm. 54. n. 29.

Jac. 3. *Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt Vir. &c.* S. punct. 116. fol. 353.

S. Hier. Ep. ad Celantiam. S. Hieronymus monet: Diu ante conſidera, quid ſit, & adhuc tacens provide, nequid dixiſſe pœniteat. &c. S. Ib. fol. 354.

S. Bernardus: Verba tua bis ad limam rationis veniant, antequam ſemel ad linguam. S. Ib. fol. 354.

S. Chryſoſtomus & S. Thomas inquiunt: ex moderamine linguæ totum hominem moderari. *Linguam nullus hominum domare poteſt. &c.* S. punct. 116. fol. 353. Et M. conc. 19. aſſ. 1. n. 3.

*Beatus Vir qui non eſt lapſus in lingua*. Lapſus linguæ periculoſior eſt, quam lapſus in pavimento ait S. Iſidorus. Moyſes propter verbum incautum terra promiſſa excluditur. M. conc. 35. aſſ. 2. n. 4. & 5. Tauner gall. cant. anno 4. conc. 6. n. 11. (S. Iſid. l. 1. ep. 459.)

Prov. 13. v. 3. *Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala.*

Mulier ab ipſa nativitate muta rogavit S. Vincentium Ferrerium, ut ſibi linguæ Officium tribueret. Fecit id Sanctus, ſed non ultra horam; ſi enim loquendi uſum habuiſſes, ajebat, tanta fuiſſet linguæ tuæ mordacitas, ut vitam corporis & animæ perdidiſſes. E. *Lingua* n. 8.

Nazian. in car. de ſilen. S. Bern. Nazianzenus ait: Lingua quidem parva eſt, ſed viribus omnia vincit. Et S. Bernardus: Lingua modicum eſt membrum, ſed, niſi caveas, magnum malum. C. Jac. 3. v. 5. Serm. de cuſt. ling.

100. *Lingua bona multa bona præſtat.*

Valerius rebellionem populi ſua eloquentia compeſcit: Hegeſias Philoſophus ſic mala vitæ repræſentabat, ut multi mortem oppetierint. Amphion ſua oratione ſaxa ad muros Thebanos traxiſſe dicitur: Orpheus & Arion homines ſtupidos inſtar ferarum in ſilvis viventes ſua oratione ad vitam civilem pertraxerunt. Cicero Romanis perſuaſit, quæcunque voluit, Catilinam, Antonium, & alios tyrannidem ambientes urbe expulit. Idem fecit Demoſthenes Athenis. Verum hos omnes ſuperarunt Oratores Chriſtiani, & Chriſtus ipſe, qui turbas deflectebat, quo volebat, ita, ut dicerent Phariſæi: *Nunquam ſic locutus eſt homo*. Hinc Apoſtolis linguas igneas dedit, & præſertim S. Paulo, qui gentes totius orbis traxit ad Chriſti fidem. Ejus diſcipuli, & ſucceſſores fuerunt S. Chryſoſtomus, S. Antonius Paduanus, S. Vincentius Ferrerius, S. Bernardinus & alii. C. in Jac. 3. v. 5. (Valerius Max. l. 8. c. 9.)

Lingua data eſt ad laudandum Deum: talis lingua fuit S. Antonii Paduani, ideo triginta duobus annis poſt mortem incorrupta inventa eſt. Lingua S. Bonaventuræ 160. annis poſt mortem integra reperta. Talis lingua fuit S. Pauli, S. Auguſtini, aliorumque Sanctorum, qui continuo laudarunt Deum. C. in Jac. 3. v. 8. Comparatur argento. C. Prov. 10. v. 20.

Memoranda hic etiam venit Lingua S. Joannis Nepomuceni. &c. Item linguæ SS. Martyrum Africanorum, qui ſine lingua abſciſſa nihilominus articulate locuti ſunt. C. in Jac. 3. v. 8.

*Lingua ſapientum ornat ſcientiam*; quia oſtendit, & commendat ſcientiam, & eam audienti tribuit. C. in Prov. 15. v. 2. Prov. 15.

101. *Lingua mala multa mala cauſat.*

Lingua vocatur *univerſitas iniquitatis*. Quomodo? ſi per univerſitatem intelligitur mundus univerſus, lingua eſt fons iniquitatis; quia nulla regio, nulla civitas, nulla platea, imo nulla domus eſt, quam maledica lingua non implet detractionibus, calumniis, litibus, tumultibus, bellis. 2. Lingua impetit Deum blaſphemando, proximum calumniando, ſeipſum jactando. 3. Lingua eſt alphabetum, & congeries omnium vitiorum; ex lingua enim oritur adulatio, blaſphemia, calumnia, detractio, excuſatio peccati, gloriatio, hæreſis, hypocriſis, irriſio, lamentatio, mendacium, nugæ, otioſa verba perjurium, querimoniæ, rixæ, ſuſurratio, ſcandalum, taciturnitas noxia, vituperatio, zelus amarus. En! lingua, *Univerſitas iniquitatis!* C. in Jac. 3. v. 6. Et Proverb. 21. v. 23.



In ore repoſita eſt a Deo Creatore ex quatuor cauſis: 1. Ut ſit interpres animi, 2. ut ſerviat cibo, & comeſtioni. 3. Ut diſcernat ſaporem ciborum. 4. Ut in potu etiam adjuvet. Verum homo vitioſus his omnibus abutitur ad vitia, nempe ad mendacia, perjuria, rixas, gulam, & crapulas. C. in Jac. 3. v. 6. & v. 12.

Cætera vitia certam ætatis, & vitæ partem occupant, ut gula pueritiam, libido juventutem, ambitio virilem ætatem: ſolum linguæ vitium omnem ætatem occupat, & in ſenio perdurat. C. in Jac. 3. v. 6.

*Os impiorum redundat malis*: Metaphora a fluviis excreſcentibus ducta, qui aggeres ſuperant, & agros vaſtant. *In ore ſtultorum cor eorum.* An cor in ore? omnino reſpondet Hilarius; quia ſine meditatione cordis omnia effutiunt. S. punct. 116. fol. 352. Et M. conc. 19. aſſ. 1. n. 3.

Suſanna ad ſuam accuſationem omnino tacuit, ne quid imprudens, aut impudens loquatur. M. conc. 35. aſſ. 2. n. 6.

Lingua juxta S. Bernardum, in diſcurſibus otioſis eſt diſſoluta, in propriis laudibus vana, proprii cordis impudica nuntia, mordax in factis proximi, mendax in defenſione ſui ipſius. &c. M. conc. 35. aſſ. 2. n. 8.

Piſiſtratus, & Pericles Rempublicam Athenienſium ſola eloquentia turbant, & tyrannidem exercent. Quid Evæ lingua miſerabilius? quid lingua ſerpentis nocivius? quid exitialius lingua Judæ proditoris? quid ſtolida lingua Roboami veſanius? quæ ſua ſævitia totum Iſraelis regnum a ſe, & Juda, & templo, & Deo avertit? Quid hodie bella inter reges Chriſtianos cum innumerabilibus calamitatibus ſuſcitat? linguæ peſtiferæ & inquietæ invidorum, qui ſuam quietem æſtimant bellum commune, & ſua lucra putant damna aliena. O quot incendia, quot ſtupra, quot furta, quot funera cumulat nocentiſſima lingua! C. in Jac. 3. v. 5. & v. 8.

Jac. 3. *Et lingua ignis eſt*. En lingua comparatur igni! Quare? quia verbum mordax urit, & cruciat proximum velut ignis! item, quia per linguam ſe prodit internus ignis amoris vel Divini, vel impuri & carnalis. C. Jac. 3. v. 6.

Præſertim Religioſis lingua periculoſa, & fere ſola damnationis occaſio eſſe poteſt. C. in Jac. 3. v. 8.

Animalia ferociſſima per artem cicurata ſunt: ferox animal eſt Elephas, & tamen teſte Eliano aliquis ad numerum concentus Muſici doctus eſt ſaltitare. Ferox animal eſt Tygris, & tamen aliqua edocta eſt manum ſui magiſtri blando oſculo lambere. Ferox animal eſt Leo, & tamen aliquis venatori inſtar canis venatici ſerviit, lepores aliaſque prædas apportavit. Ferox animal eſt aquila, & tamen aliqua edocta eſt infantem in ſublime aeris deportare, & iterum illæſum in terram deportare. Ferox animal eſt Serpens, & tamen unus adeo cicuratus eſt, ut puero alicui ad obſequia eſſet, cumque puer quondam in latrones incidiſſet, Serpens illum defendit, & in vivis conſervavit. &c. Verum ſcio animal tam ferox, quod nulla arte cicurari valet. Quod illud? Lingua; dicit enim S. Jacobus: *Omnis natura beſtiarum & volucrum & ſerpentum, & cæterorum domantur, & domita ſunt a natura humana, linguam autem nullus hominum domare poteſt. &c.* D. 10. 61. Jac. 3.

Linguam S. Bernardus, a lingendo, vel ligando deducit; quia lingit adulando, mordet detrahendo, occidit mentiendo &c. C. Jac. 3. v. 5.

102. *Quomodo prudenter uſurpanda.*

*Pone Domine cuſtodiam ori meo*: Sicut cuſtodes portarum, qui merces evehi, vel invehi non ſinunt niſi examinatas. S. punct. 116. fol. 353.

*Verbis tuis facito ſtateram*: ubi Ambroſius: ut ſit gravitas in ſenſu, in Sermone pondus, in verbis modus. S. punct. 116. fol. 354.

Rex Angliæ ex tribus filiis unumquemque rogabat, quid data optione a Deo poſtularent. Primus petiit fortitudinem, ut omnes ſuperaret. Alter pulchritudinem, ut omnibus placeret. Tertius collum gruis, ut non niſi bene diſcuſſa verba depromeret. Et hunc regno præfecit. E. *Loqui* n. 5.

Lingua cum dentibus primam facit maſticationem cibi, ut illum bene præparatum ſtomacho tranſmittat. Ita loquela ſapientis, præſertim ſacri Prædicatoris, ſic præparare debet veritatem, ut illam au-

audiens facile recipiat. In hunc finem præprimis a Spiritu Sancto dirigi debet, hinc Feſto Pentecoſtali donum eloquentiæ Apoſtolis per linguas datum eſt. C. Act. 2. v. 3.

Lingua mortificanda eſt per ſilentium: S. Baſilius de ſe ipſo teſtatur, quod Euſtachium hæreticum, a quo fuit graviter offenſus magis per ſilentium, quam contradictionem confutarit. Tam gratum fuit Deo ſilentium Radulphi, ut ejus voce incendium extinxerit; fuit is ob continuum ſilentium cognominatus Silens; per ſedecim enim annos nullum verbum protulit: cumque incendium in Monaſterio oriretur, quod nulla vi reſtingui poterat, Radulphus ſilentium ſolvens confidenter edixit: *Sta ignis! conquieſce flamma!* & ignis continuo ſtetit, ſicut Sol ad imperium Joſue. C. in Jac. 3. v. 6.

## VITA HOMINIS.

### 103. *Quantum ametur ab homine.*

S. Aug. in Pſalm. 102.

HÆmorrhoiſſa per duodecim annos omnes facultates expendit, multa patitur a medicis. S. Auguſtinus ait: Multi ligari ſe volunt, & ſecari, daturi pro incerta ſalute certum dolorem, & magnam mercedem. S. punct. 127. fol. 395.

Naaman Syrus magnum iter ſuſcipit, ut ſanetur. Ib. Seneca ait: una eſt catena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ, & hæc catena non ſolum juvenes, ſed & ſenes conſtringit. S. punct. 127. fol. 396.

Temporalis vita magis amatur, quam æterna, quia pro illa major adhibetur ſolicitudo, quam pro iſta. B. Serm. 24. §. 3. S. punct. 127.

Abraham ne occidatur rogat uxorem, ut ſe ſororem ſuam eſſe dicat: David, ut mortem fugiat, apud Regem Achis ſtultum ſe ſimulat. D. 10. 19.

Vidi aliquando tabulam calcographicam, in qua Mors gigantæa proceritate, cum ſua falce contra univerſum genus humanum pugnabat: reſiſtebant ei Reges cum ſuis ſceptris, Milites cum gladiis, Ruſtici cum baculis, & palis. Fuit prælium aſpectu terribile, ſed veritati conforme: omnes hominum ſtatus pugnant contra mortem pro vita! Magni principes quam exquiſita remedia, pharmaca, & medicos conquirunt. Conſtantinus Imp. pro ſananda lepra, qua fere contabuit, balneum ex ſanguine infantum ſibi parari præcepit: & vero crudelitas effectui data fuiſſet, niſi Imperator in ſomnis a SS. Apoſtolis Petro & Paulo de meliori, videlicet Baptiſmi lavacro fuiſſet admonitus. Ludovicus XI. Rex Galliarum inconſolabiliter lamentabatur, cum mortem ſibi imminere vidit: Archiatro ſuo Jacobo Cotterio in ſingulos menſes decem coronatorum millia pro ſalario conſtituit, ut ejus induſtriam acueret. Sanctorum Reliquias, quas ſibi profuturas putabat, magno numero afferri juſſit, denique S. Franciſcum de Paula ex Calabria Pariſios evocavit, rogans, ut ſibi vitæ inducias a Deo impetraret. F. p. 3. l. 6. in vita Lud. XI. ad finem. Quis unquam tanta cum induſtria pro vita æterna laboravit?

### 104. *Eſt perpetua militia contra paſſiones animi.*

Caſſianus ait: *Gladius crucis ſemper evaginatus tenendus eſt*, cum mundus ſemper ſeſe offerat cum ſuis delectationibus: ideo Apoſtolis dictum eſt: *Qui non habet gladium, emat. &c.* S. punct. 108. fol. 317.

Senex ille pius cum jam ſatis emortuum ſe credit, labitur in peccatum carnis. Alius in agone exclamavit ad feminam: recede a me mulier, adhuc igniculus vivit, paleam tolle. S. Ib. fol. 318.

*Qui certat in agone non coronabitur, niſi legitime certaverit.* En corona promittitur certanti, quia vera ſanctitas conſiſtit in hoc certamine contra paſſiones. Legitime autem & continuo per totam vitam certare &c. Segn. Manna 23. Febr. 2. Tim. 2.

*Si militia eſt vita hominis ſuper terram,* plane variæ conſequentiæ ſequuntur ex hoc principio. Nam ſequitur 1. quod vita ſit tempus continui laboris, non quietis. Sequitur 2. quod vita ſit tempus meriti, non præmii. Sequitur 3. quod vita ſit tempus obediendi, non ſuo vivendi arbitrio. Sequitur 4. quod vita ſit tempus ſummi periculi. Sequitur quinto, quod vita ſit tempus probationis, non præſumptionis. &c. Segn. Manna 2. Septembr. Job. 7.

Rex David conqueritur: *Conculcaverunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes adverſum me.* Quinam ſunt iſti bellantes? ſunt hoſtis noſter acerrimus, Vetus homo, ejus milites & ſatellites ſunt paſſiones, cupiditates, & pravi affectus, contra quos continuo pugnandum. Non alienus quærendus eſt, extra nos, qui vincatur, ait S. Laurentius Juſtinianus, intra nos armatus eſt hoſtis, videlicet prava cupiditas. S. punct. 108. Pſal. 55.

105. Eſt



### 103. *Eſt brevis, fluxa, & fragilis.*

S. Amb. in Hexam. l. 3. c. 7.

Sanctus Ambroſius ait: Hodie vides adoleſcentem validum florentem gratia, ſpecie, ſuavi colore: craſtina die tibi facie, & ore mutatus occurret. S. punct. 126. fol. 393.

S. Hier. in Iſ. 40.

Sanctus Hieronymus: qui dudum infans, ſubito puer, qui puer, ſubito juvenis, & ante ſe ſenem intelligit, quam ſe non juvenem eſse miretur. Hinc Nazianzenus: a tumulo tumulum peto, quaſi diceret: *De utero translatus ad tumulum.* S. punct. 126. fol. 393.

*Dies mei velociores curſore:* Nam curſor interdum quieſcit, non vero dies. S. Ib. fol. 393.

Vita comparatur picturæ, navigio, telis aranearum, plantæ, fluvio labenti &c. M. conc. 30. aſs. 1. n. 18.

Nullus patrum ad milleſimum annum pertigit, ut ſignificetur vitam etiam longiſſimam ne quidem punctum eſse, quia mille anni ante oculos Dei velut dies heſterna. C. Gen. fol. 101. col. 2.

Hebraica vox: *Metin.* cum puncto ſignificat vitam, ſine puncto ſignificat mortem: Vita, & mors unico puncto differunt. S. punct. 126. fol. 390. Et B. Serm. 6. n. 24. n5. &c.

Hugo Cardin. in Pſ. 38.

*In imagine pertranſit homo.* ubi Cardinalis Hugo: *Ad modum imaginis, quæ videtur in ſpeculo & ſtatim diſparet.* B. Serm. 7. n. 18.

Vita humana a S. Jobo vocatur folium arboris, quod a vento excutitur. A S. David fumus: a S. Jacobo vapor. A S. Chryſoſtomo curſus: a Sancto Dorotheo iter plenum periculis: a S. Baſilio comœdia. B. Ser. 15. n. 10. 18. Ser. 17. n. 14. 15. S. punct. 126. f. 390. Paoletti Feria 4. Cinerum.

Sanctus Hieronymus narrat, quod Xerxes fleverit, conſiderando, quod e numeroſo ſuo exercitu intra centum annos nullus ſit amplius ſuperfuturus. Et eſto te vivere centenis annis: quid ſunt centeni anni cum æternitate collati? dæmon ex obſeſso reſpondit, ſe heri damnatum eſse: mirantibus repoſuit: quinquies millenos annos eſse unam diem ad æternitatem. In eundem ſenſum ſonant verba Dei ad Adamum, *in quacunque die comederis, morte morieris*, & tamen Adamus ſenuit ad 930. annos: Nempe mille anni ante Deum ut dies unica. B. Ser. 15. §. 2. & ſeq. Serm. 17. n. 14. 15. Serm. 19. n. 1. Serm. 49. §. 5.

Olim mors pedibus incedebat, hinc homines non moriebantur ante trecentos, aut quadringentos annos, nunc equitat, & cito venit. *Ecce! equus pallidus &c.* S. punct. 126. fol. 392.

Quotidie immutamur, & tamen immortales nos eſse putamus, exclamat Hieronymus. S. punct. 126. fol. 392.

Vita hominis comparatur comœdiæ: ſic Auguſtus moriturus adſtantibus dixit: Nunquid bene meam perſonam egi? comparatur autem comœdiæ tum propter brevitatem, ſic Galba ajebat, multos Imperatores magis guſtaſse, quam poſsediſse imperium, tum propter varietatem rerum humanarum &c. D. 7. 22. C. Exod. 14. v. 25.

Patriarcha Jacob a Pharaone interrogatus de ætate reſpondit: *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt.* Tam brevis eſt vita, ut parum in ea commorati iterum exire debeamus: *Quid aliud eſt vita, quam curſus ad mortem?* ait Aug. C. Gen. 47. v. 9. &c. Gen. 47. v. 9.

Cur auctor vitæ, vitam tam brevem eſse voluit? nimirum ex variis, iiſque momento rationibus, ut Novarinus ait: 1. Ut terrena non diligamus. 2. Ut tribulationes generoſe feramus. 3. Ut citius liberemur ab adverſitatibus. Adamo e paradiſo ejici gratia fuit: ſi enim comediſſet de ligno vitæ, & æternum vixiſset, miſerrima hæc vita fuiſset in ſudore vultus, ait Abulegbs. B. Serm. 32. n. 19.

Circa flumen Hypanim, qui prope Thraciam in mare defluit, oriuntur animalia, quæ una duntaxat die vivunt. Quædam herbæ mane creſcunt, veſperi areſcunt: Hic vitæ humanæ eſt typus, etiamſi ad centenos annos producatur! unica dies eſt, ſi cum æternitate comparetur. *De mane uſque ad veſperam finies me. &c.* C. in Iſa. 38. v. 12. Cicero in Tuſc.

Si mille anni ante oculos Dei, ſicut dies heſterna quæ præteriit, quam brevis erit vita hominis ante oculos Dei, etiamſi ad centenos & amplius annos producatur. C. in 2. Petri c. 3. v. 8.

*Oſtendit mihi Dominus Deus, & ecce uncinus pomorum.* Sicut uncino decutiuntur poma, ſic mors homines, & familias abripuit; vita enim humana recte comparatur pomis; quia ſicut poma creſcunt, matureſcunt, carpuntur; ita & homines. 2. Poma matura, immatura decidunt, putreſcunt, verminant, vi aut baculo decutiuntur; ita alii in infancia, alii in pueritia, alii in ſenectute, morbis, bello, pugna, aut violenta morte abripiuntur. Inter poma, pauciſſima ad maturitatem, Amos 8.

audiens facile recipiat. In hunc finem præprimis a Spiritu Sancto dirigi debet, hinc Feſto Pentecoſtali donum eloquentiæ Apoſtolis per linguas datum eſt. C. Act. 2. v. 3.

Lingua mortificanda eſt per ſilentium: S. Baſilius de ſe ipſo teſtatur, quod Euſtachium hæreticum, a quo fuit graviter offenſus magis per ſilentium, quam contradictionem confutarit. Tam gratum fuit Deo ſilentium Radulphi, ut ejus voce incendium extinxerit; fuit is ob continuum ſilentium cognominatus Silens; per ſedecim enim annos nullum verbum protulit: cumque incendium in Monaſterio oriretur, quod nulla vi reſtingui poterat, Radulphus ſilentium ſolvens confidenter edixit: *Sta ignis! conquieſce flamma!* & ignis continuo ſtetit, ſicut Sol ad imperium Joſue. C. in Jac. 3. v. 6.

### VITA HOMINIS.

103. *Quantum ametur ab homine.*

S. Aug. in Pſalm. 122.

HÆmorrhoiſſa per duodecim annos omnes facultates expendit, multa patitur a medicis. S. Auguſtinus ait: Multi ligari ſe volunt, & ſecari, daturi pro incerta ſalute certum dolorem, & magnam mercedem. S. punct. 127. fol. 395.

Naaman Syrus magnum iter ſuſcipit, ut ſanetur. Ib. Seneca ait: una eſt catena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ, & hæc catena non ſolum juvenes, ſed & ſenes conſtringit. S. punct. 127. fol. 396.

Temporalis vita magis amatur, quam æterna, quia pro illa major adhibetur ſollicitudo, quam pro iſta. B. Serm. 24. §. 3. S. punct. 127.

Abraham ne occidatur rogat uxorem, ut ſe ſororem ſuam eſſe dicat: David, ut mortem fugiat, apud Regem Achis ſtultum ſe ſimulat. D. 10. 19.

Vidi aliquando tabulam calcographicam, in qua Mors gigantæa proceritate, cum ſua falce contra univerſum genus humanum pugnabat: reſiſtebant ei Reges cum ſuis ſceptris, Milites cum gladiis, Ruſtici cum baculis, & palis. Fuit prælium aſpectu terribile, ſed veritati conforme: omnes hominum ſtatus pugnant contra mortem pro vita! Magni principes quam exquiſita remedia, pharmaca, & medicos conquirunt. Conſtantinus Imp. pro ſananda lepra, qua fere contabuit, balneum ex ſanguine infantum ſibi parari precepit: & vero crudelitas effectui data fuiſſet, niſi Imperator in ſomnis a SS. Apoſtolis Petro & Paulo de meliori, videlicet Baptiſmi lavacro fuiſſet admonitus. Ludovicus XI. Rex Galliarum inconſolabiliter lamentabatur, cum mortem ſibi imminere vidit: Archiatro ſuo Jacobo Cotterio in ſingulos menſes decem coronatorum millia pro ſalario conſtituit, ut ejus induſtriam acueret. Sanctorum Reliquias, quas ſibi profuturas putabat, magno numero afferri juſſit, denique S. Franciſcum de Paula ex Calabria Pariſios evocavit, rogans, ut ſibi vitæ inducias a Deo impetraret. F. p. 3. l. 6. in vita Lud. XI. ad finem. Quis unquam tanta cum induſtria pro vita æterna laboravit?

104. *Eſt perpetua militia contra paſſiones animi.*

Caſſianus ait: *Gladius crucis ſemper evaginatus tenendus eſt*, cum mundus ſemper ſeſe offerat cum ſuis delectationibus: ideo Apoſtolis dictum eſt: *Qui non habet gladium, emat. &c.* S. punct. 108. fol. 317.

Senex ille pius cum jam ſatis emortuum ſe credit, labitur in peccatum carnis. Alius in agone exclamavit ad feminam: recede a me mulier, adhuc igniculus vivit, paleam tolle. S. Ib. fol. 318.

*Qui certat in agone non coronabitur, niſi legitime certaverit.* 2. Tim. 2. En corona promittitur certanti, quia vera ſanctitas conſiſtit in hoc certamine contra paſſiones. Legitime autem & continuo per totam vitam certare &c. Segn. Manna 23. Febr.

*Si militia eſt vita hominis ſuper terram,* Job. 7. plane variæ conſequentiæ ſequuntur ex hoc principio. Nam ſequitur 1. quod vita ſit tempus continui laboris, non quietis. Sequitur 2. quod vita ſit tempus meriti, non præmii. Sequitur 3. quod vita ſit tempus obediendi, non ſuo vivendi arbitrio. Sequitur 4. quod vita ſit tempus ſummi periculi. Sequitur quinto, quod vita ſit tempus probationis, non præſumptionis. &c. Segn. Manna 2. Septembr.

Rex David conqueritur: *Conculcaverunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes adverſum me.* Pſal. 55. Quinam ſunt iſti bellantes? ſunt hoſtis noſter acerrimus, Vetus homo, ejus milites & ſatellites ſunt paſſiones, cupiditates, & pravi affectus, contra quos continuo pugnandum. Non alienus quærendus eſt, extra nos, qui vincatur, ait S. Laurentius Juſtinianus, intra nos armatus eſt hoſtis, videlicet prava cupiditas. S. punct. 108.





103. *Eſt brevis, fluxa, & fragilis.*

S. Amb. in Hexam. l. 3. c. 7.

Sanctus Ambroſius ait: Hodie vides adoleſcentem validum florentem gratia, ſpecie, ſuavi colore: craſtina die tibi facie, & ore mutatus occurret. S. punct. 126. fol. 393.

S. Hier. in Iſ. 40.

Sanctus Hieronymus: qui dudum infans, ſubito puer, qui puer, ſubito juvenis, & ante ſe ſenem intelligit, quam ſe non juvenem eſse miretur. Hinc Nazianzenus: a tumulo tumulum peto, quaſi diceret: *De utero translatus ad tumulum.* S. punct. 126. fol. 393.

*Dies mei velociores curſore*: Nam curſor interdum quieſcit, non vero dies. S. Ib. fol. 393.

Vita comparatur picturæ, navigio, telis aranearum, plantæ, fluvio labenti &c. M. conc. 30. aſs. 1. n. 18.

Nullus patrum ad milleſimum annum pertigit, ut ſignificetur vitam etiam longiſſimam ne quidem punctum eſse, quia mille anni ante oculos Dei velut dies heſterna. C. Gen. fol. 101. col. 2.

Hebraica vox: *Metin.* cum puncto ſignificat vitam, ſine puncto ſignificat mortem: Vita, & mors unico puncto differunt. S. punct. 126. fol. 390. Et B. Serm. 6. n. 24. 25. &c.

Hugo Cardin. in Pſ. 38.

*In imagine pertranſit homo.* ubi Cardinalis Hugo: *Ad modum imaginis, quæ videtur in ſpeculo & ſtatim diſparet.* B. Serm. 7. n. 18.

Vita humana a S. Jobo vocatur folium arboris, quod a vento excutitur. A S. David fumus: a S. Jacobo vapor. A S. Chryſoſtomo curſus: a Sancto Dorotheo iter plenum periculis: a S. Baſilio comœdia. B. Ser. 15. n. 10. 18. Ser. 17. n. 14. 15. S. punct. 126. f. 390. Paoletti Feria 4. Cinerum.

Sanctus Hieronymus narrat, quod Xerxes fleverit, conſiderando, quod e numeroſo ſuo exercitu intra centum annos nullus ſit amplius ſuperfuturus. Et eſto te vivere centenis annis: quid ſunt centeni anni cum æternitate collati? dæmon ex obſeſso reſpondit, ſe heri damnatum eſse: mirantibus repoſuit: quinquies millenos annos eſse unam diem ad æternitatem. In eundem ſenſum ſonant verba Dei ad Adamum, *in quacunque die comederis, morte morieris*, & tamen Adamus ſenuit ad 930. annos: Nempe mille anni ante Deum ut dies unica. B. Ser. 15. §. 2. & ſeq. Serm. 17. n. 14. 15. Serm. 19. n. 1. Serm. 49. §. 5.

Olim mors pedibus incedebat, hinc homines non moriebantur ante trecentos, aut quadringentos annos, nunc equitat, & cito venit. *Ecce! equus pallidus &c.* S. punct. 126. fol. 392.

Quotidie immutamur, & tamen immortales nos eſse putamus, exclamat Hieronymus. S. punct. 126. fol. 392.

Vita hominis comparatur comœdiæ: ſic Auguſtus moriturus adſtantibus dixit: Nunquid bene meam perſonam egi? comparatur autem comœdiæ tum propter brevitatem, ſic Galba ajebat, multos Imperatores magis guſtaſse, quam poſsediſse imperium, tum propter varietatem rerum humanarum &c. D. 7. 22. C. Exod. 14. v. 25.

Patriarcha Jacob a Pharaone interrogatus de ætate reſpondit: *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt.* Gen. 47. v. 9. Tam brevis eſt vita, ut parum in ea commorati iterum exire debeamus: *Quid aliud eſt vita, quam curſus ad mortem?* ait Aug. C. Gen. 47. v. 9. &c.

Cur auctor vitæ, vitam tam brevem eſse voluit? nimirum ex variis, iiſque momento rationibus, ut Novarinus ait: 1. Ut terrena non diligamus. 2. Ut tribulationes generoſe feramus. 3. Ut citius liberemur ab adverſitatibus. Adamo e paradiſo ejici gratia fuit: ſi enim comediſſet de ligno vitæ, & æternum vixiſset, miſerrima hæc vita fuiſset in ſudore vultus, ait Abulenſis. B. Serm. 32. n. 19.

Circa flumen Hypanim, qui prope Thraciam in mare defluit, oriuntur animalia, Cicero in Tuſc. quæ una duntaxat die vivunt. Quædam herbæ mane creſcunt, veſperi areſcunt: Hic vitæ humanæ eſt typus, etiamſi ad centenos annos producatur! unica dies eſt, ſi cum æternitate comparetur. *De mane uſque ad veſperam finies me. &c.* C. in Iſa. 38. v. 12.

Si mille anni ante oculos Dei, ſicut dies heſterna quæ præteriit, quam brevis erit vita hominis ante oculos Dei, etiamſi ad centenos & amplius annos producatur. C. in 2. Petri c. 3. v. 8.

*Oſtendit mihi Dominus Deus, & ecce uncinus pomorum.* Amos 8. Sicut uncino decutiuntur poma, ſic mors homines, & familias abripuit; vita enim humana recte comparatur pomis; quia ſicut poma creſcunt, matureſcunt, carpuntur; ita & homines. 2. Poma matura, immatura decidunt, putreſcunt, verminant, vi aut baculo decutiuntur; ita alii in infancia, alii in pueritia, alii in ſenectute, morbis, bello, pugna, aut violenta morte abripiuntur. Inter poma, pauciſſima ad maturita-

tem, & inter homines pauciſſimi ad virilem ætatem adoleſcunt. C. in Amos c. 8. v. 1.

106. *Debetur Deo, & ejus ſervitio.*

Vita tua, tua non eſt, ait enim Bernardus: Chriſto JESU debes omnem vitam tuam, quia ipſe vitam ſuam poſuit pro vita tua. S. punct. 165. fol. 502.

Vita, quæ non impenditur Dei ſervitio, pro vita omnino habenda non eſt; in Geneſi multi homines recenſentur, quorum anni vitæ non indicantur: *Henoch genuit Irad &c.* Cur vero in altera linea recenſentur anni vitæ: *Vixit Adam annos nongentos triginta &c.* Ratio eſt, quia primi illi a Caino deſcenderunt, & peccatores fuerunt, quorum vita pro vita non habetur: alteri a Seth, juſto, & juſti &c. B. Serm. 82. n. 13.

Saul dicitur tantum duobus annis regnaſſe, quia duobus bene regnavit. M. conc. 20. aſſ. 2. n. 1. 2. 3. *Tempus in quo de Deo non cogitas, hoc te reputa perdidiſſe*, ait Hugo a Sancto Victore. C. Gen. fol. 109. col. 1.

Cum Deus liberavit Iſraelitas ex Ægypto, ait: *Menſis iſte vobis principium menſium.* Quare? an tunc primum vivere inceperunt? Reſpondet Abulenſis: Annos illos non fuiſſe computatos, quos in ſervitute Ægypti inſumpſerunt. B. Ser. 81. n. 11. & ſeq. Serm. 82. n. 13.

S. Alexandra inſidias proci fugiens ſeceſſit in ſolitudinem Ægypti: quæſita a S. Melania, qui viveret, ait: ſe primam partem diei orationi, alteram labori, tertiam lectioni, quartam pſalmodiæ, & ultimam brevi ſomno concedere. Sanchez 4. part. c. 4. fol. 281.

107. *Eſt tempus merendi.*

Sanctus Laurentius Juſtinianus ait, ſanguinem Chriſti ſudantis in terram defluxiſſe, ut intelligatis accelerandum eſſe, ſi ſanguinis tam pretioſi fieri velitis participes, qui non tam fluit, quam velociſſime currit. S. punct. 4. fol. 549.

Moyſes ſex civitates refugii conſtituit, per quas ſignificantur ſex dies, in quibus operari licet, ſeptimus eſt figura æternitatis, quæ ſterilis eſt. M. conc. 1. aſ. 3. n. 1.

Sicut agricola deſiperet, qui primum tempore meſſis vellet ſeminare; ita homo deſipit, qui tempus merendi differt in finem vitæ. B. Ser. 8. n. 4. Ser. 18. n. 17. Ser. 20. n. 35. Ser. 54. n. 12. 13.

Vita hæc eſt mera laborioſa peregrinatio: ita Jacobus a Pharaone quæſitus, *quot ſunt dies annorum vitæ tuæ?* Reponſuit: *Dies peregrinationis meæ centum triginta*; hinc omnes Sancti in hoc orbe tam veteris, quam novæ Legis vocantur, *Exſpectantes*, quia gaudia non poſſident in hac vita, ſed exſpectant in altera. Segn. Manna 20. Mart. n. 2. Gen. 47.

Vita humana comœdiæ ſimillima eſt, quæ cito tranſit. Hic perſonam Principis, ille ruſtici, alius perſonam militis, & iterum alius perſonam mendici aut morionis agit, fierique facile poteſt, ut ruſticus majorem applauſum auditorii referat, quam Princeps. Sic fit in hac vita! nil refert, an magnus ſis vel humilis in hoc mundo, ſed an perſonam ſtatus tui bene agas! ſicque fieri poteſt, ut illa die, qua diſtribuuntur præmia, mendicus regi præferatur. C. Exod. 14. v. 25.

108. *Eſt tempus triſtandi, non lætandi.*

Apoſtolus monet: *Ecce! nunc tempus acceptabile* ad operandam ſalutem, nunc tempus flendi, dein ridendi. *Patres comederunt uvam acerbam, & dentes eorum obſtupuerunt.* Ubi Hieronymus: *Omnis qui comederit uvam acerbam, obſtupeſcent dentes ejus.* Quid eſt uva acerba, niſi gaudia hujus mundi, quæ hic nondum matura ſunt: hinc homo incapax redditur ad comedendum panem vitæ: *Dum peccato anima paſcitur, panem juſtitiæ edere non valet.* B. Serm. 6. n. 3. 4.

Sanctus Bernardus ait: *Totum vitæ tempus nonniſi ad pœnitentiam inſtitutum.* B. Ib. n. 9. & ad laborem. B. Ser. 18. n. 17. Serm. 81. n. 11.

Sola illa vita, quam ſperamus in beata patria, eſt tempus lætandi. Quid faciunt autem mundani? hic quærunt, quod ſolum ibi invenitur, ſcilicet gaudere. Quare id faciunt, quod helluones, qui invitati ad epulas regales cum tempus ſolito ſerius aliquandiu exſpectare non poſſunt, prius ventrem rudioribus cibis implent, & dein apti non ſunt capiendis ſuavioribus cibis. O mi homo, mundi deliciæ ſunt totidem furta gaudiorum longe majorum &c. Segn. Manna 20. Mart. n. 3.

Ut Deus indicet hanc vitam eſſe tempus non gaudii, ſed luctus, diſpoſuit, illam eſſe miſeram, & adverſis plenam. Chriſtus excitaturus Lazarum flevit. Qua de cauſa? Reſpondet S. Hieronymus: quia cogebatur eum propter ſalvandos ad vitam revocare. S. punct. 127. fol. 397.

Homines recens nati plorant, ut impen-



pendentibus miſeriis quaſi anticipato illacrymemur. *Natus de muliere, brevi vivens tempore repletur multis miſeriis.* S. punct. 127.

109. *Præpoſtere, & perperam impenditur.*

Dæmon perſuadere contendit homini: *Da mihi id quod fluit temporis, futurum Deo.* O quam multi ſunt, qui vinum dæmoni offerunt, fæcem Deo &c. B. Serm. 9. n. 27. M. conc. 30. aſſ. 2. num. 5.

Verum reſpuit Deus decrepitam ætatem: piſces excluſit ab holocauſto: Quare? Reſpondet Abulenſis: *Quia piſces raro adduci poterant viventes ad Deum*, ſed tantum tunc quando incipiebant mori. B. Ser. 9. n. 29. In holocauſtis nunquam amabat Deus pecora ſenilia, ſed agnos, vitulos, id eſt tenera &c. B. Ser. 11. n. 16. Abulenſis q. 11. in Levit. c. 1.

Is eſt ſæculi ſenſus, ut Numini applicare ſoleat abjecta, & mundo pretioſa. Paoletti Feſto Purificationis B. V.

Seneca ait: *Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, fere tota aliud agentibus.* B. Ser. 3. n. 18. Quid facit aranea? eviſcerat ſe fila texendo, ut muſcas capiat. Et quid major pars hominum tota vita meditatur? ut ſe labore, ſuendi, fabricandi, ſcribendi, docendi exhauriat. Quorſum? ut muſcas capiat! Quid enim ſunt honores, & opes vitæ, niſi textura araneæ: *Dies mei ſicut umbra declinaverunt.* Theophraſtus moriens naturam accuſat, quod corvis & cornicibus longævam, homini vero breviſſimam vitam tribuat, qui tamen humano generi, ſi diuturnior vita foret, inſigniter prodeſſe poſſet. C. in Iſa. 38. verſ. 12.

Ridiculæ nonnumquam fuerunt occupationes magnorum Principum: Domitianus Imp. pro fallendo tempore muſcas aureo ſtylo configebat, alius lucernas conficiebat, alius calceos & crepidas reficiebat, alius in ſtabulo equos pectinabat &c. Quid abſurdius in Principe, ad regnorum, & rerumpublicarum adminiſtrationem deſtinato. Sed proh dolor! quid frequentius inter Chriſtianos, quam quod fabulis, comeſſationibus, compotationibus, luſibus, aliiſque nugis nugatum occupentur, qui ad acquirendum regnum cælorum a Deo vocati ſunt? Mercatorum nonnullorum mos eſt, ut pecunias, quas ex mercibus hebdomadatim redigunt, in occultum ſimul ſcrinium conjiciant, & tum primum, cum hebdomadas finita fuerit, diſcutiant, & numerent. O quam diverſas, utiles & inutiles monetas invenient. Opera noſtra in hoc vitæ curriculo peracta, quaſi in theſaurum reconduntur, qui tempore mortis aperietur. O quam inutilia, vana, vitioſa, & nullius frugis opera invenientur, quæ ad infernum potius, quam ad cælum prodeſunt! &c.

110. *Decurtatur propter peccata.*

*Non permanebit ſpiritus meus in homine. Eruntque dies ejus centum viginti annorum.* Quando hoc minatus eſt Deus? dum Noe erat 500. annorum. Et quando venit diluvium? dum erat 600. annorum. Ubi ergo ſunt viginti anni, quos Deus ſupra centenos promiſit? Sanctus Hieronymus reſpondet: *Quia contempſerunt, noluit exſpectare, ſed viginti annorum ſpatiis amputatis induxit diluvium.* B. Serm. 6. n. 29. Serm. 15. n. 33. Serm. 21. n. 18. Serm. 81. num. 14. Gen. 6. S. Hier. T. 3. l. q. in Gen.

*Qui ſe jungit fornicariis, vermes hæreditabunt illum*, ideo multi in juventute emoriuntur. S. punct. 126. fol. 394.

Ordinarium eſt Deo, ut inutiles Rectores puniat *caſtigatione crudeli, & plaga inimici*, & prematura morte auferat. A. 1. lect. 3. n. 8. Jerem. 30. v. 14.

Pharao cum toto exercitu demergitur in mari rubro, *ferebaturque in profundum!* O quam verum illud: *Omnis potentatus vita brevis*, & maxime *omnis tyrannidis vita brevis.* Pharao poſt unum menſem vita & regno ſpoliatur. Julius Cæſar invaſor imperii poſt triennium in curia confoſſus interit. Cyrus a capta Babylone triennio duntaxat regnavit, atque a Tomiri Regina Scytharum cæſus, capiteque amputato, & in culeum ſanguine plenum conjecto, ab ea inſultante audivit: *Satia te Cyre ſanguine, quem ſitiviſti.* Alexander Magnus ſex annis tantum a victo Dario ut Monarcha imperavit, fulmini ſimilis, quod cito fulget, & cito diſparet. C. in Exod. 14. v. 25. Exod. 15.

111. *Prolongatur per Virtutem.*

Sanctus Thomas docet, Præpoſitos probos, ac pie regentes ordinarie in canam ætatem conſeneſcere, hancque doctrinam deſumit ex Origine: *Raro inveniuntur utiles rectores parvo tempore vivere.* Ita conſenſerunt Petrus, Paulus, Remigius, aliique. A. 1. lect. 3. n. 7.

Ratio eſſe poteſt 1. quia ubi virtus & pietas, ibi neceſſario etiam temperantia, quæ ad vitam longævam perducit, ſicut e contrario intemperantia, & ebrietas illam cito abrumpit & decurtat, juxta illud: Plures occidit gula quam gladius. 2. Quia ubi virtus & pietas, ibi etiam dominium, & moderatio paſſionum, quæ vitam certe prolongat, ſicut econtra tumultuans bilis & ira annos abbreviat. 3. Quia pro homine pio, ac virtuoſo funduntur preces & ſuffragia fidelium, rogantium, ut Deus illum propter bona exempla, doctrinas, & inſtructiones diu ad emolumentum fidelium conſervet, ſicut econtra contra impios, & præſertim Superiores tyrannice regnantes, juramenta, impatientiæ, & imprecationes in cælum mittuntur, rogaturque Deus, ut hominem inutilem & Reipublicæ pernicioſum e medio collat. 4. Quia pro hominibus piis ac virtuoſis etiam coram throno Dei militant ſuffragia, & intercesſiones Sanctorum; cedit enim ad illorum gloriam, ſi in ſuo ſtatu, munere, & officio tales illis ſuccedant, qui, quod illi ad honoris Divini, & Eccleſiæ incrementum feliciter cæperunt, ſtrenue proſequantur.

112. *Interdum mirabiliter longæva.*

In Inſula Tabrobane homines ad centum & quinquaginta annos ſeneſcunt, & tunc ſtrangulantur, diutius victuri, niſi vi occiderentur. Quidam Epiſcopus Scotiæ nomine David centum & ſeptuaginta annis vixit. Olaus ſcribit, Epios in Ætholia ad ducentos annos vitam prorogare. Haud procul Mundaſabara inventus eſt Vir trecentorum annorum: Incolæ regionis Series in Oriente ad trecentos pariter aſcendere ſolent. Martyrologium Leodienſe narrat de S. Severo, quod ducentos nonaginta ſeptem annos habens, factus ſit Epiſcopus Tungrenſis, & poſtliminio ſeptuaginta ſex annis regnarit. Anno 1364. ſub Imperatore Ferdinando II. in Hoſpitali Sanctæ Crucis Viennæ mortuus eſt Vir, qui Caroli V. auriga fuerat, numerans annos centum & triginta duos &c. D. 2. 88.

Moyſes 125. Mardochæus 150. Simeon 120. Galenus 140. annis vixerunt. Ad juſſa Imperatorum in Italia indagatum fuit in ſeneciones, inventique ſunt Boniæ unus, alter Arimini 150. annorum ſenes: in aliis partibus Italiæ multi reperti ſunt, qui ultra centenos viginti annos vitam prorogarunt. Neſtor & Sibilla Cumana trecentis, & quidam Vir in Regno Bengala trecentis triginta quinque annis vixit &c. D. 9. 9. VV. art. diſc. font. 17. Ex. 1.

In Epiſcopatu Leodienſi Parochus fuit, qui centeſimum ſacerdotii ſui annum celebravit. VV. Art. diſc. Font. 17. Ex. 1.

113. *Cur aliis proſpera, aliis infortunata?*

Cur unus proſpere, alter infortunate vivat, Gentiles cauſam refuderunt in Deam fortunam, Aſtrologi in horoſcopum, ſeu influxum ſyderum. Sed certum eſt, quod tam proſpera, quam adverſa proveniant a Deo: *In manibus tuis ſortes meæ! quaſi lutum figuli in manu ipſius plaſmare illud.* Cur autem Deus uni proſperitatem, alteri adverſitatem mittit? 1. Ut ſe abſolutum omnium Dominum oſtendat. 2. Ut in Univerſo ſint diſpares hominum gradus. 3. Ut homines ex his Deum agnoſcant, eaque a Deo poſtulent. 4. Ut felices habeant materiam benefaciendi aliis, & infelices materiam exercendæ virtutis. 5. Ut homines aſpirent ad veram & æternam felicitatem &c. Sic ergo diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum &c. C. Gen. 30. v. 27.

Pſal. 30. Eccli. 18.

Deus ex infinita Providentiæ abyſſo ea prævidet, quæ homini prodeſſe aut nocere poſſunt: ſicut ergo benigna Mater infanti roganti cultrum aut faculam, provide negat, & reſiſtit, etiamſi infans lugeat, & ploret; ita Deus homini roganti divitias, honores, valetudinem, hæc omnia, quæ petit, tanquam nociva negat, etiamſi homo non exauditus triſtetur & affligatur. An dives Epulo, ſi fuiſſet pauper & inops, fuiſſet ſalvatus, ignoro: ſed hoc metuo, ne pauper Lazarus, ſi divitiis abundaſſet, in vita jovjali forſan periiſſet. Notiſſimum eſt illud, quod pius ex Ordine Ciſtercienſi Religioſus, cui infula cum pedo offerebatur, & tantum non obtrudebatur, poſt mortem appaƨuerit, dixeritque: ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum, eſſe nunc de numero damnatorum.

Tempus Vitæ humanæ.

114. *Quod per peccata perditum, per pœnitentiam compenſari debet.*

*Recogitabo tibi omnes annos meos*, ubi Bernardus: Oportebat ſi fieri poſſit, revivere me, quod male vixi: ſed quia hoc non poſſum, ſaltem recogitabo tibi &c. S. punct. 107. fol. 313.



Verus pœnitens percurrit vitam præteritam, & retractat, quod deliquit: ita David: *Docebo iniquos vias tuas &c.* S. punct. 107. fol. 313.

Eph. 5. Si quæras quomodo compenſari poſſit tempus perditum, dico, quod modicum tempus in virtutibus actum æquivaleat plurimis annis: *Quoniam puer centum annorum morietur.* M. conc. 20. aſſ. 2. n. 6.

*Videte quomodo caute ambuletis... redimentes tempus.* Qua ratione poteſt redimi tempus? compenſando damna, quæ incurriſti, augendo ſolitudinem, operando perfectius, multiplicando preces, augendo rigorem pœnitentiæ. Sic faciunt viatores, qui in via cunctati ſunt, ſic faciunt agricolæ, opifices, compenſant temporis jacturam, & tamen diſpendium tantum fuit temporale. Tu quid facis, qui diſpendium paſſus es æternum? quære ex damnatis, quid facturi eſſent, ſi reverti poſſent, & reddere ſibi tempus elapſum? an credis vacaturos jocis, ſomno, confabulationibus? &c. Segn. Manna 12. Sept. n. 2.

Si tempus inutiliter perditum, per bona opera non compenſetur, erit materia graviſſimi judicii, ita, ut ajat S. Anſelmus: *Quid reſpondebis in illa die cum exigetur a te omne tempus vivendi tibi impenſum, qualiter fuerit a te expenſum?* B. Serm. 28. §. 7.

S. Anſ. l. de Miſer. hum.

115. *Velociſſime dilabitur.*

Stella in æquinoctiali poſita una hora conficit 42000. milliaria: ait Ambroſius: *Tu dormis, & tempus tuum ambulat.* C. Gen. fol. 48. col. 2. B. Serm. 49. §. 5. S. punct. 126.

Eccl. 7. Tempus humanæ vitæ comparatur umbræ: *Velut umbra præterit.* Cur non curſori, ſagittæ, navi aut aliis; quia umbra velocior eſt his omnibus, ejus enim motus commenſuratur ſoli, qui una hora ultra millionem milliarium conficit. Nihilominus umbra non advertitur moveri, uti patet in horologiis ſolaribus: ita etiam tempus vitæ utut velociſſime tranſeat, putatur tamen ſtare. Segn. Manna 10. Jul. n. 4.

Tempus metiri ſolemus ſecundum curſum ſolarem. Sol autem una hora percurrit 1140000. milliaria, quod tantundem eſt, ac ſi terræ ambitum quinquagies circumcurreret. Stella in Æquatore tam velocem una hora curſum facit, ut illum eques, qui quotidie triginta milliaria Gallica faceret, per 583. annos vix abſolveret. Sagitta aut globus e tormento æneo excuſſus indigeret 40. dierum ſpatio ad hoc, ut totum terræ ambitum obiret, quam tamen ſtella illa, una hora bis millies obit. VV. art. diſc. font. 54. ex. 3. & ſeq.

Quid ex hoc ſequitur? Sequitur certe ſumme æſtimandum, & ſumme curandum eſſe tempus, quia quolibet temporis momento augere merita, & operari ſalutem poſſumus. Habet annus 12. Menſes, 52. Septimanas, 365. dies, 8760. horas: ſi Deus judex rationem exiget de qualibet hora, heu! quam gravis judicii materia erit tot horarum inutilis jactura!

116. *Eſt pretioſiſſimum.*

Nihil pretioſius tempore æſtimandum eſt præ omnibus mundi theſauris: 1. Quia breve eſt, & inſtar umbræ, navis, & ſagittæ prætervolat, ideo etiam comparatur vapori, fumo, ſtillæ. 2. Quia cum præterit, eſt irrevocabile; ſicut enim, dicente Heraclito, in idem flumen bis non deſcendimus; ita eodem momento bis non operamur. 3. Quia ab hoc brevi tempore, ſeu momento dependet tota æternitas noſtra interminabilis. 4. Quia tempus hoc eſt in noſtra poteſtate, & arbitrio; datum fuit nobis a Deo, ad augenda merita, ad ſalutem & gloriam comparandam. 5. Quia poſt hoc tempus non habebimus aliud, quo errorem & negligentiam corrigere, & compenſare poſſimus. Sunt in inferno milliones damnatorum, qui tempus hoc neglexerunt, jamque cuperent pati per milliones annorum, ſi unicam horam conſequi poſſent ad pœnitendum; hinc Seneca ex hoc capite docet, omnium maximam eſſe hominum inſaniam, quod, cum in cæteris ſint avari, in perdendo tempore ſint liberales. 6. Quia Deus brevi hoc tempus a nobis auferet, & in æternitatem transferet. *Non pie tranſigitur dies*, ait Climacus, *niſi hanc eſſe ultimam totius vitæ exiſtimemus! probatus eſt ille, qui mortem ſingulis horis exſpectat, ſed ille ſane ſanctus, qui eam ſingulis horis deſiderat.* Ex quo ſequitur, ſi quæras, quanti habendum eſt tempus? reſpondeo, quanti ipſum cælum; quia hoc illo comparatur. C. in Apoc. c. 10. v. 6.

Jac. 4. v. 15. Clima. grad. 6.

*Redimentes tempus*: id eſt compenſantes male perditum. Qui vult cognoſcere pretium temporis, interroget damnatos,

purgantes animas, & beatos. O ſi redire poſſent, quam longe aliter æſtimarent momenta ſingula. C. Epheſ. 5. verſ. 16.

### 117. *Inutiliter impenditur.*

Plinius l. 7. c. 21. Callicrates ex ebore formicas & alia tam parva fecit animalia, ut partes earum a cæteris cerni non poſſent. Myrmicides quadrigam fecit, quam muſca integeret alis. Quidam catenulam tam ſubtilem elaboravit, quam pulex alligatus facile ferre poterat. Alius formicam artificioſam, quæ gradiendo horas diei ſignabat. Tryphiodorus Poeta viginti quatuor poemata componit, ita ut in primo poemate littera A, in ſecundo littera B, in tertio littera C, & ſic deinceps non inveniretur. Quidam librum conſcripſit ſine littera S, alius pugnam porcorum deſcripſit ita, ut ſingula verba inchoarentur a littera P. &c. inutilis labor, utinam tempus meliori occupationi fuiſſet reſervatum. D. 4. 80.

Peruani diſtinguebant annum in octodecim menſes: menſis habebat viginti dies: annus numerabat trecentos & ſexaginta. Reliquos quinque dies vocabant dies nihili. O quot dies nihili in vita noſtra numeramus!

Quot horæ impenduntur ſomno, ſæpe ſuperfluo, quot dantur prandio & cœnæ, quot recreationi, luſui, converſationi, fabulis, comœdiis, ambulationi, ipſique peccato! hæc omnia fiunt cum guſtu & & voluptate! cum autem unica hora impendenda eſt ſervitio Dei, videtur illa nimis longa, accuſatur tempus de moroſitate! Quæſo, ſi ſponſa pretioſiſſima cimelia prodigeret in lixas & calones, nonne ſponſus ſummæ id ſibi injuriæ duceret? Et non ſic injuria Deo, ſi videat horas omni auro pretioſiores, homini a ſe ad ſalutem datas, prodigi in nugas nugarum?

## Ætas infantilis.

### 118. *Mature debet bonis moribus inſtrui.*

STatim octava die infans debebat circumcidi: Ubi Hugo a S. Caro: ſicut cera mollis figurabilis eſt, ita infantilis ætas diſciplinabilis. M. conc. 30. aſſ. 2. n. 2.

Quod in infantia diſcitur, haud facile in adulta ætate dimittitur: Iſraelitæ cepas, & allia deſiderant, quia his a teneris aſſueverunt. M. Ib. n. 3.

*Eſtote prudentes ſicut ſerpentes:* Serpens ante omnia cuſtodit caput: tu caput cuſtodi, nimirum ætatem teneram, & tunc bene ſperare potes de ætate adulta. M. Ib. n. 10. & ſeq.

Ex ætate infantili pendet omnis vita: ſicut enim nulla arbor fructus profert, quæ antea non protulit flores: ita ætas adulta non erit virtuoſa, niſi prima ætatis teneritudine virtuti aſſueverit; *ſicut dies juventutis tuæ, ita & ſenectus tua.* D. 7. Deut. 33. 1. Item C. Eccl. 30. v. 1.

Quamquam ætati infantili ludus puerilis omnino ſit conveniens; quia ſeriis occupationibus necdum eſt matura; nihilominus ex ipſo genere ludi elucet, ad quid infantulus inclinet: S. Athanaſius adhuc puer æmulabatur ceremonias baptiſmi, S. Carolus Borromæus loco otii viſitabat Eccleſias, ædificabat altariola, quibus actionibus indicabant, ſe a Deo ad Eccleſiæ munia deſtinari. Econtra Iſmael ludebat ludum perverſum & ſeductorium, propterea e domo debebat ejici. D. 10. 75. Sanchez f. 461.

Chriſtus Dominus reprehendit eos, qui volebant parvulos a ſe avocare, aitque, *ſinite parvulos venire ad me.* Item ille juvenis erat tenerrimæ ætatis, cui Dominus ſuaſit, ſi vis perfectus eſſe vende omnia. &c. S. Paulus & Hilarion erant quindecim annorum, Simeon Stylita tredecim, Maurus & Placidus duodecim, Thomas Aquinas quatuordecim, Beda ſeptem annorum, cum Deo ſervire cœperunt. &c. D. 12. 27.

Præſertim cura habenda, ut homo a tenera infantia ſtatim contra peccatum cuſtodiatur; quia nimis certum eſt, quod infernalis inimicus juventuti quaſi ab unguiculis inſidias ſtruat, hinc eſt, quod pauciſſimi, cum ad annos diſcretionis perveniunt, retinent gratiam Baptiſmalem; accidit illis, quod corvis, qui albi naſcuntur, & dein indies magis magiſque nigreſcunt. &c. Vide Tit. *Baptiſmus: Gratia quam confert, a paucis retinetur.*

Diabolus crudelis Herodes eſt, infantibus inſidiatur, ut illos in primo ætatis flore gratia, virtute, Dei inſpiratione, & bonis cogitationibus privet; unde S. S. Leo ſerm. 4. de Epiph. Leo: *Si parvulos interficit, JESUM ſibi videtur occidere, quod facere ſine intermiſſione molitur.* C. in Matth. c. 2. v. 16.

Utiliſſimum eſt, a puritia aſſueſcere diſciplinæ, mortificationi, & patientiæ. Chriſtus a præſepio aſſueſcens pauperi ac duræ vitæ ſic paravit ſe ad crucem. Samſon & Samuel a puero abſtinuerunt a vi-





no & ſicera. S. Joannes Baptiſta vix bimulus ivit in eremum, cilicio veſtitus, & locuſtis victitans. Sic S. Placidus, S. Nicolaus, S. Paulus Eremita, S. Antonius, S. Hilarion eremum, & vitam auſteram inierunt. Cum Dunaan tyrannus in Arabia Chriſtianos perſequeretur, pia Matrona filiolum quinquennem martyrum ſanguine perungebat, quare a tyranno ad rogum juſſa eſt raptari. Et ecce! filiolus contra tyranni blanditias, in rogum ad matrem inſiliit factus cum illa Martyrii heres. Multum ergo valet educatio puerorum dura; facit enim illos animoſos, tolerantes malorum, & naturaliter longævos. C. in Thren. c. 3. v. 27. Vide etiam Matth. 19. v. 14.

## Adoleſcentia.

### 119. *Eſt ætas aptiſſima virtuti.*

NEmo ducum vult militem ſenem, nemo principum aulicum ſenem &c. ita ait Chryſoſtomus: *Multo magis regnans virtus mavult adoleſcentiam, quam ſenectutem.* M. conc. 30. aſſ. 2. n. 5. Vide C. Prov. 10. v. 5.

Deus a Judæis petiit agnum anniculum, id eſt unius anni: tropologice vult ſibi a teneris ſerviri, prout fecerunt S. Joannes Baptiſta, S. Nicolaus, S. Agnes & alii. &c. C. Exod. 12. v. 5.

Puerilis ætas propter innocentiam & ſimplicitatem Chriſto Domino ita complacuit, ut delectatus ſit cum parvulis converſari: *Sinite parvulos venire ad me!* C. in Matth. c. 18. v. 5. Et c. 19. v. 14.

Paſtor nonaginta novem oves relinquit in deſerto, & centeſimam perditam quærit. Per nonaginta novem intelliguntur juſti, per centeſimam puſilli; ſingularis enim cura & ſolicitudo eſt Chriſto de puſillis, utpote ab aliis deſertis. C. in Matth. 18. v. 13.

Thren. 3. Propheta Jeremias ait: *Bonum eſt viro, cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua.* Et hunc ipſum in ſenſum Plato: Plato lib. 6. de Legib. *Qui præſtantes Viri in aliquo evaſuri ſunt, ab ineunte ſtatim pueritia oportet in ſingulis ei negotiis convenientibus meditari.* S. Joannes Evangeliſta ſtatim ut juvenis, & a ſæculi corruptione adhuc immunis Chriſtum ſecutus eſt, ideo fuit Diſcipulus, quem diligebat JESUS. Paulus primus Eremita, & Antonius & Hilarion anno 15. ſe Domini ſervitio manciparunt. S. Benedictus anno ætatis 12. item S. Maurus, & Placidus eodem anno omnia reliquerunt. S. Joannes Calybita 14. S. Romualdus anno 20. S. Thomas 14. S. Franc. de Paula 13. S. Antoninus 12. S. Vincentius Ferrerius 18. S. Laurentius Juſtinianus 19. Deo ſervire cœperunt.

Quodſi, mi juvenis, ab infernali inſidiatore deceptus in peccatum, proh dolor! incidiſti, ne tardes obſecro converti ad Dominum: In Imperii Sinici mari invenitur piſcis, nomine *Hajul*, id eſt, *Puer*, qui dum capitur, lamentabilem pueri vocem emittit. VV. art. diſc. font. 28. Ex. 13. Si contingat te a diabolo capi, ſtatim lamentari, id eſt, pœnitere incipe! &c.

Quatuor reddunt adoleſcentiam omnium ætatum periculoſiſſimam: 1. Quia facillima eſt ad malum. 2. Quia inconſtantiſſima eſt in bono. 3. Quia difficillime corrigitur. Cum tamen 4. Fundamentum eſt totius vitæ ſequentis. Hinc omni ſtudio & conatu his quatuor periculis quatuor induſtrias opponere conetur: 1. Statim a puero virtuti aſſueſcat. 2. Statum vitæ præſentis diligenter perpendat. 3. Prompte Deo vocanti obediat. 4. Conſtanter in bonis cœptis perſeveret. C. Prov. c. 1. v. 4.

Diabolus valde inſidiatur adoleſcentibus, 1. quia ſcit adoleſcentes a Deo amari, ut pullos columbarum. 2. Quia ſic viam ſternit ad ſequentis vitæ peccata. 3. Quia ſcit, quod difficile ſe a vinculis peccati expedire poſſint. 4. Quia dum peccant, impotenter peccant. C. Prov. 22. v. 6. Hinc ut ſe contra inſidias præmuniant, ſtudeant amare Deum, honorare Beatiſſimam Virginem, peccatum odiſſe, & mortem ſemper præ oculis habere. C. Prov. ibid. Vide etiam C. Prov. 7. v. 7.

### 120. *Diligenter, & ſolicite educanda.*

Sapientes omnium gentium & temporum cenſuerunt, non tantum ad domus, ſed totius Reipublicæ emolumentum neceſſe eſſe, ut parentes bene filios educent, corrigant, & caſtigent; unde enim fures, adulteri, homicidæ, niſi ex mala educatione? *Noli ſubtrahere a puero diſciplinam,* Prov. 23. ait Salomon. Et S. Paulus: *Educate illos in diſciplina, & correptione Domini.* C. Epheſ. 6. Eccli. 30. v. 1.

S. Chryſoſtomus docet parentibus, nullam majorem curam eſſe debere, quam ut filios recte educent, & bonis pædagogis aſſignent. Plato bonam filiorum educationem ponit bonæ Reipublicæ fundamentum, & ſeminarium: *Puerilis inſtitutio* Plato l. de Repub.

*eſt maximi momenti ad univerſam vitam recte inſtituendam*. Idem narrat, filios Regum Perſarum, cum ad decimum quartum ætatis annum veniſſent, commendatos fuiſſe curæ Regiorum Pædagogorum, qui ab omnibus Perſis ſeligebantur, & quatuor erant: unus ſapientiſſimus, alter juſtiſſimus, tertius temperatiſſimus, quartus fortiſſimus, qui Regis filio cultum Dei, veracitatem, victoriam gulæ, & cupiditatum, ac denique invictam fortitudinem inſtillare debebant. C. Eccli. 30. v. 1.

Ariſtoteles ait: In civitate primam & maximam curam eſſe oportet in erudienda juventute, qua ſublata pereat Reſpublica neceſſe eſt: qua de cauſa ille ipſe Ariſtoteles Alexandro Magno Magiſter datus eſt. Plutarchus Trajani Imp. præceptor ſcripſit librum de educatione liberorum, in quo inter cætera ait: Sicut infantum membra, ſimul ac nati ſunt, formari debent, ne obliqua fiant: ita puerorum mores principio apte, concinneque fingere oportet. C. Eccli. 30. v. 1.

Exempla illuſtria ſunt: Conſtantinus Magnus filios pietate, probiſque moribus optime inſtituit. Carolus Magnus maxima cura educavit filios, & filias. Idem fecit Theodoſius, qui Arcadium & Honorium filios Arſenio inſtruendos dedit, qui poſtea ab Eccleſia inter Sanctos relatus eſt. S. Blancha Mater filium Ludovicum ſua inſtitutione Sanctum fecit. C. Eccli. Ibid.

Econtra Heli, qui Ophni & Phinees filios non caſtigavit, pontificatu & vita excidit. Prava inſtitutio pueri Juliani poſtea Imperatoris eum Apoſtatam reddidit. Juſtina Valentinianum filium Imp. impietate Ariana imbuit. Andronicus Junior ob non caſtigatos in pueritia ejus mores, ad tantam licentiam evaſit, ut Andronicum Avum imperio deturbarit. Verum nullum illuſtrius exemplum eſt, quam VVenceslai & Boleslai fratrum, quorum primus ab Avia Ludmilla educatione Sanctus, alter a Drahomira Matre impius, & fratris occiſor factus eſt &c. C. Eccli. 30. v. 1. Vide etiam Titulum Parentes &c.

Pater magis exemplo quam verbo inſtituat filios, ſecus horrendum Dei ſupplicium experietur. Ipſa animalia, & volucres ingentem curam habent de educandis ſuis prolibus, & pullis. C. Eccli. 30. v. 13.

Præſertim adoleſcentes a malis ſociis præſerventur. Nebridius aula exceſſit, ne inter aulicos mores mutaret, omne conſortium poſtea cum Monachis & Clericis habuit. C. Jerem. 42. v. 18.

Ætas Virilis.

121. *Debet continuare Virtutis exercitium.*

S*Ic currite, ut comprehendatis*: Nemo antequam metam attingit, quieſcit. M. conc. 30. aſſ. 2. n. 6.

Timotheus etiam in ſenio continuabat auſteritates. M. Ib. n. 7.

Sanctus David ait: *Tota die expandi ad te manus meas*. Id eſt tota vita. M. Ib. n. 8.

*Orate ne fuga veſtra fiat in hyeme*, id eſt, ne primum in ſenio deſerere vitia incipiatis. M. Ib. n. 9.

Vir dicitur a virtute & viribus: igitur virtutem & vires adhibere debet contra ſeipſum, in edomandis paſſionibus animi, dein contra mundum, carnem & dæmonem, reſiſtendo tentationibus. Eſt potior, & præſtantior femina, igitur nihil femineum in ſe habere debet.

Vir in vegetiſſima vitæ ætate conſtitutus, ad pacem & militiam aptus, & ad tractanda negotia omnia ob maturitatem judicii capax, exemplum debet eſſe virtutis, cui cæteri omnes ſe conforment; hinc Viri in Scriptura nonnunquam dicuntur Angeli: *Vir veſtitus lineis erat Angelus*, non alio certe indicio, quam quod Viri labore, ſapientia, induſtria, & conſilio Angelos imitari debeant. Dan. 10.

Si vir, a robore ætatis ſic dictus, imbecillitatem ſpiret, tentationibus ſuccumbat, in peccata cadat, ſcandalizat imbecilliores, qui propter infirmitatem eadem ſibi, aut deteriora licere arbitrantur &c.

Ætas Senilis.

122. *Non eſt Deo grata poſt adoleſcentiam ſceleratam.*

DEus petiit agnum anniculum: ubi Hugo Victorinus: Audiat hoc ſenum ſera converſio: hi non offerunt agnum immaculatum, ſed, ut ita dicam, porcum curatum. C. Gen. fol. 419. col. 2.

Rex Salomon deſcribit fuſe, quibus infirmitatibus obnoxia ſit ætas ſenilis: *Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ &c.* Cum enim venerit tribulationis, id eſt ſenii tempus, non erit homo diſpoſitus ad ſerviendum Deo &c. D. 3. 100. Eccl. ſa- ſu. c. 12.

Mirabile eſt effatum Iſaiæ: *Puer centum annorum morietur*. Quid intelligitur per puerum centum annorum? Antonius Monachus in ſua Meliſſa reponit: *Qui multum ævi in vita corporis ſine ulla virtute vixerint, ac probitate, eos longi temporis pueros appellare licet*. Sicut virtuoſi juvenes ſæpe dicti ſunt ſenes, uti Salomon, Daniel, S. Macarius & alii: ita ſenes ſine virtute dicuntur pueri; apud Deum enim anni non computantur ſpatio temporis, ſed merito virtutis. D. 11. 38. Iſa. 56. Anton. Mon. in Meliſſ. l. 2. c. 18.



Inter tres ſpecies, quas odivit Salomon, numerat etiam, *ſenem fatuum, & inſenſatum*; quia nihil turpius, quam canitiem cum ſordibus laſciviæ conjungere. D. 11. 38.

Quapropter operam conferant ſenes, ut Deo fideliter ſerviant, quia potens eſt illorum exemplum ad excitandam in aliis virtutem: Deus hominem mittit ad formicam: formicæ ſeniores a Reipublicæ adminiſtratione ceſſant, alas proferunt, pinnulas exerunt ac in eminentem quemdam locum perinde ac ſi terrena faſtidirent, ſe conferunt. VV. art. diſc. font. 49. ex. 4. Parem in modum homo in ſenio ad cæleſtia aſcendere debet. Albert. M. de animal. l. 26. §. formicæ.

123. *Eſt venerabilis.*

Primo: quia juvenes erga ſenes gerere ſe debent ut diſcipuli erga magiſtros. Hinc Theodoſii Imperatoris filii coram Arſenio Magiſtro ſtare debebant. 2. Quia ut Ariſtoteles ait: *Honor pro ætate reddendus eſt*. 3. Quia in ſenibus eſt excellentia experientiæ, & prudentiæ. 4. Quia ſenes honorari natura dictat. 5. Quia ſenes ſunt inſtar parentum. 6. Quia & tu ætatem ſenilem ſic aſſequeris. C. Gen. f. 714. col. 1. & 2. Senex quaſi Deus inter juvenes. C. Prov. 26. v. 29.

Lacedæmonii ſeu Spartani liberos ſuos inſtituebant, ut maximum honorem ſenibus deferrent, ab iiſque, etiam ignotis & nulla affinitate conjunctis documenta & correctiones reciperent: proinde dicere auditus eſt nonnemo: *In ſola Sparta expedit ſeneſcere*. D. 12. 51.

Senes ſunt in honore habendi; quia ſunt magiſtri juniorum: quia habent excellentiam prudentiæ & experientiæ. Quia ab omnibus nationibus inſtinctu naturali honorantur. Quia ſunt inſtar parentum & Deum repræſentant. Quia Deus retribuet in ſenio honorem. C. Lev. 19. v. 32.

*Corona dignitatis ſenectus, quæ in viis juſtitiæ reperitur*. Corona Senum ſeptuplex eſt: 1. Corona canitiei, quæ ut ſymbolum ſapientiæ ornat caput. 2. Corona ætatis & antiquitatis. 3. Corona propaginis & filiorum. 4. Corona prudentiæ, & experientiæ. 5. Corona gradus, & ſtatus. 6. Corona vitæ quaſi militiæ emeritæ. 7. Corona, eaque præſtantiſſima, juſtitiæ, & virtutis. &c. C. in Prov. c. 16. v. 31.

*Ne ſpernas hominem in ſenectute ſua; etenim ex nobis ſeneſcunt*. Id eſt, nemo, niſi ex nobis ſeneſcit, omneſque nos ſeneſcere poſſumus. Vide ergo, O Juvenis, qui ſenem rides, tibi pariter poſſe obtingere, & forte reipſa eventurum, ut ſeneſcas, tuncque & ipſe ridearis. C. in Eccli. 8. v. 7. Eccli 8.

S. Cyprianus Rogatianum Epiſcopum, propter ſenectutem a quodam Diacono contemptum, exemplo Samuelis conſolatur: *Cum Samuel Sacerdos a Judæorum populo ob ſenectutem, ſicut tu modo, contemneretur, exclamavit iratus Deus: Non te ſpreverunt, ſed me!* C. in Eccli. 8. verſ. 7. S. Cypr. Ep. 58.

124. *Compenſare debet peccata in juventute commiſſa.*

S. Job ait: *Conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ?* Quibus verbis ſignificare vult, quod quamvis homo in aliquos defectus in juventute inciderit, in ſenectute tamen illis carere debeat: cum eques effræni curſu equitat, accidit, ut comæ diſſipentur, pallium, aut pileus decidat: peracto tamen curſu neceſſe eſt, ut ſe componat, & ornet, aliter enim deformitas magna foret: Omnes indomito & effræni corporis noſtri equo in juventute currimus, quod ſi tunc aliquid inordinate factum eſt, oportet ut peracto adoleſcentiæ curſu, ſenectutem rite & laudabiliter componamus. *Cum eram parvulus*, ait Apoſtolus, *loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus: Quando autem factus ſum vir, evacuavi ea, quæ ſunt parvuli. &c.* Diez. in communi Conf. non Pont. conc. 3. n. 8. 9. Job. 13. 1. Cor. 13.

Hortenſius orator cum in juvenili ætate flumina verborum fundebat, omnibus erat gratus auditu, ſed quia etiam in ſenio ea dicacitate pergebat, ab omnibus irriſus eſt. Ita ſi ſenex nævos & levitates retineat juventutis &c. D. 1. 27. ad finem.

Inter illos, de quibus dicit Deus tres ſpecies odivit anima mea; recenſentur etiam *ſenex fatuus*: ſi enim juvenis deliret, quivis illi compatitur, fervor bullientis ſanguinis non permittit, ut agat cum maturitate judicii. Sed quæ excuſatio ſeni, ſi evaneſcat, libidini indulgeat inſtar juvenis? &c. Segn. Manna 26. April. num. 1.

Sanctus Auguſtinus delicta juventutis abunde compenſavit. D. 7. 3.

Berzellai a Rege Davide in aulam invitatus excuſat ſe, aitque ſe non amplius quadrare ad aulæ delicias, quia jam eſſet ſeniculus. D. 7. 92. 2. Reg. 19.

*125. Eſt variis vitiis dedita.*

Senibus ordinarie familiaris eſt avaritia, & tenacitas; ideo dicit Cicero: *Poteſt quidquam eſſe abſurdius, quam quo minus viæ reſtat, eo plus viatici quærere?* [Cicero de ſenect.]

Ratio autem eſt frigidior ſanguis, qui cauſat timorem, ideo ſemper timent ſenes, ne neceſſaria illis deficiant.

Senes ſunt dediti loquacitati, ideo in uſu habent præterita tempora laudare, præſentia vituperare, ſua facinora narrare, mores aliorum carpere, ideo etiam indignabundi, ad quævis lævia delicta aliorum exardeſcunt. &c. D. 7. 3.

Putant præterita omnia fuiſſe meliora præſentibus, ideo artifices antiquos plus laudant modernis: ſed male, id quod docuit celeberrimus ſtatuarius ille Bonarota: is confecit ſtatuam inſignem, & in ſuo prædio defoſſam poſtmodum iterum effodit, ac publico populi conſpectui exponit. Populus putans eſſe ſtatuam ab antiquitate reſiduam, & caſu inventam, miris laudibus celebrabat artificium, idque ſupra omnia opera Bonarotæ tamdiu extulit, donec iſte ex ſignis manifeſtis ſuum eſſe artificium probavit. Nova non ſemper ſunt viliora priſtinis &c. D. 7. 25.

Senex Monachus oblatam pecuniam non acceptat, dicens, ſeptuaginta anis Deo ſervio & nihil mihi unquam defuit. Cur nunc deſeri extimeſcam? Sanch. 4. p. c. 5. f. 283.

Senes, ait Palatius, ſunt importuni, moroſi, rixoſi. Dicunt, faciuntque inepte multa; ea de cauſa ſpernuntur a multis. C. in Eccli. 8. v. 7.

# PARS SECUNDA.

## *De Statibus Hominum Sacris.*

### STATUS AC OFFICIA HOMINUM IN GENERE.

*126. Mirabiliter a Deo ordinantur in mundo.*

QUam pulchra eſt Eccleſia in diverſiſſima varietate ſtatuum, tam mirabilis eſt Dei Providentia in dividenda hac, ac ordinanda varietate. Hunc in finem dat hominibus diverſiſſimas inclinationes, quibus hunc ad iſtum, alium ad alium ſtatum ducit, nullumque eſt officium tam arduum, aut contemptibile, quod non ab aliquibus libenter aſſumatur &c. Hanc varietatem S. Paulus ſæpe deſcripſit ſub allegoria humani corporis: *Si totum corpus oculus, ubi auditus &c.* B. Serm. 27. n. 6. 7. & ſeq.

Si quæras, cur Dominus Deus varios ſtatus conſtituerit in Eccleſia? Reſpondet S. Thomas: 1. *Ad perfectionem Eccleſiæ*, ſicut in cælo tres ſunt Hierarchiæ, & varii chori Angelorum. 2. *Ad neceſſitatem actionum*: ſi totum corpus oculus foret, ubi auditus? ſi omnes vellent eſſe Religioſi, quis arma ferret? 3. *Ad pulchritudinem Eccleſiæ*, ad quam alludit David, ait Caſſiodorus: *Adſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate*. B. Serm. 39. n. 7. & ſeq. [Caſſiod. in Pſalm. 44.]

Varietas ſtatuum eſt paradiſus voluptatis Divinæ, ait Cyrillus Hieroſolymit. in quo creſcunt flores electorum. Eſt cythara David bene conſona, qua pellitur diabolus. Eſt currus gloriæ Dei, quem trahunt aquila, id eſt Prælati: Bos, id eſt Religioſi, Homo id eſt Clerici, Leo id eſt ſtatus mundanus, ait Ludovicus de Ponte. B. Serm. 39. n. 6. [Cyrillus catec. 16.] [Lud. de Pont. To. 2. de Per. ſtat. tr. 1. c. 1. §. 1.]

*127. Nullus aſſumendus mere ob commodum temporale.*

Sichem Princeps circumcidit ſe, & tamen juſto Dei judicio poſt circumciſionem interfectus eſt: Quare? quia Judaiſmum aſſumpſit tantum propter Dinam Jacobi filiam, ut hanc in uxorem haberet. S. Antonius Paduanus ait: *Quis, ut ſecurius indulgeat voluptati, aſſumit laborem exterioris paupertatis*. B. Serm. 25. n. 30. & Serm. 39. §5.

Quamdiu Samſon Dei vocantis diſpoſitionem ſecutus eſt, fuit invictus, vicit, ſtravitque Philiſtæos, & leones: cum autem vocem audiit blandientis Dalilæ, viribus, & oculis orbatus periit. Si homo certam vult facere ſuam prædeſtinationem, & ſalutem, in eligendo ſtatum ſolum Deum reſpiciat, ille dabit gratias proportionatas, quæ omnes difficultates occurrentes mitigant & dulceſcere faciunt. Econtra ſi ſe, non Deum, ſi commoditatem, non ſanctitatem quærat, millies impinget ſine adjumento gratiæ, & de ſalute periclitabitur velut ille, qui navim negligit, & natando vult trajicere mare. Vide Titulum: *Vocatio Dei!* &c.

Deus conqueritur contra nonnullos: *Declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt*. De



De quibus loquitur? de illis, qui a via Divinitus ſibi præſtituta declinantes pro ſuo libitu, & guſtu ſcopum vitæ ſibi præfigunt. Quid fit? finem a Deo ſibi præſtitutum amittunt, & illum, quem ſibi in honoribus, divitiis, & voluptatibus ſæculi præfixerunt, non aſſequentur. *Simul inutiles fiunt*; dum enim mille difficultates, & adverſitates experiuntur, atque interna etiam animi conſolatione deſtituuntur, nec ſibi, nec aliis proſunt: *Infructuoſi ſibi & aliis*, ait S. Bruno: imo moleſti ac nocivi tam ſibi quam aliis. B. Serm. 39. n. 2.

Propheta Jonas a Deo ad convertendos Ninivitas vocatus, prædicationis difficultatem exhorruit, & averſa via in Tarſis navigare contendit: ſed mare, ventos, nautas, cetum, omniaque alia ſibi adverſantia expertus, illuc, ait S. Gregorius, *geſtante bellua pervenit, quo ire ſponte contempſit*. C. in Jonæ 1. verſ. 3.

*128. Nullus aſſumendus ſine aptitudine naturæ.*

Aquila inter quatuor animalia volabat altior, leo autem & bos non æquali volatu ſequebantur: Quare? quia ex natura inepti ſunt ad volatum. B. Serm. 35. n. 33. Serm. 39. §. 3. 5.

Bene Sanctus Lucas de Petro ait, erat *Neſciens quid diceret*, quia cum tota vita nil didicit, niſi retia texere, in monte Thabor voluit fabrum agere, & tabernacula ædificare. B. Serm. 39. n 49.

Lapis, qui evertit ſtatuam Nabuchodonoſoris in montem crevit, non vero ille, quo ſtratus eſt Goliath: Quare? quia primus ille juxta naturam devolutus eſt, alter contra naturam & per violentum projectus eſt: quidquid contra naturam fit, nunquam in montem, hoc eſt ad perfectionem creſcet. B. Ser. 85. n. 3.

In parabola, quam Jonathas Sichimitis propoſuit, rhamnus electus eſt in regem arborum. Quid? rhamnus? qui ſuis hamis omnia retinet? qui ſuo igne reliquas arbores exurit? Campenſis ait: Væ illis, quorum ſuffragio electionis ſuſtolluntur indigni, eis fit, ſicut in Libro Judicum dicitur, ut ignis egrediatur de rhamno, & ligna ſylvarum ſuccendat. B. Serm. 34. n. 37. 38. &c. Item Ser. 39. n. 23. 24. & ſeq. [Campenſ. l. 1. n. 34.]

Nauta & auriga commutarunt invicem ſua officia: auriga voluit navim ad curſum promovere calcaribus & ſcutica: nauta voluit curſum equi ad ſecundum ventum remo dirigere, quid abſurdius? ſi carbonarius vellet telas dealbare, & fullo carbonibus occupari, quid abſurdius? Ita fit, cum inepti ad officia, quibus impares ſunt, ſeſe intrudunt! &c.

*129. Non ſit turbatio, ut unus in alterius officium involet.*

In oſſa arida intravit Spiritus Domini: ſic in Eccleſiam intrat Spiritus Dei, inquit Berchorius, *ſi quilibet efficiatur contentus proprii gradus, & promotionis*. B. Serm. 39. n. 2.

Ridemus ad ineptas occupationes quorumdam Regum & Principum: Abas Rex Perſarum equos ſuos ipſe ferreis ſoleis armabat, quocunque itinerabat inſtrumenta fabrilia ſemper ſecum portabat. Atheas Scytharum Rex ſuum ipſe equum pectebat, fricabat, inſternebat, cumque a Legatis Macedonibus in ſtabulo hæc agens deprehenſus eſſet, rogavit, num etiam Philippus Rex Macedoniæ hujuſmodi exerceret? VV. art. diſc. Font. 27. Ex. 1. Quam autem abſurdum eſt magnos Principes tam vili ac triviali labore occupari, tam eſt abſurdum, unum in alterius officium involare: v. g. ſi famulus vult imperitare, ſi ſutor, aut ſartor vult Scripturam interpretari, ſi ſubditus præcepta Superiorum vult taxare &c.

Eccleſia Dei vocatur caſtrorum acies ordinata, hic ordo autem in accurata ſubordinatione conſiſtit: ſi miles gregarius vellet imperitare, & Dux ſeu Polemarchus exercitus imperia capeſſere, eſſet turbatio ſeu confuſio cedens in perniciem totius aciei. Parem in modum confuſio eſt, ſi v. g. Eccleſiaſtici aut Religioſi vellent gubernare rempublicam, & Magiſtratus gubernare Eccleſiam vel Monaſteria. Ludovicus XI. Rex Galliæ Epiſcopum Ebroicenſem ad cenſendos milites Pariſios vocaverat, id equitum Magiſter Chabanus ægre ferens, Regem rogavit licentiam reformandi Canonicos Ebroicenſes, putans, idem juris ſibi competere in Clericos, quod competit Epiſcopo in milites! &c.

*130. Eligendus eſt cum magna cautela & ſedulitate.*

*Dominus de cælo proſpexit, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum*. S. Auguſtinus ait: *Ad hoc debet homo eſſe intelligens*, ut [S. Aug. 13 de civ. Dei.]

125. *Eſt variis vitiis dedita.*

Senibus ordinarie familiaris eſt avaritia, & tenacitas; ideo dicit Cicero: *Poteſt quidquam eſſe abſurdius, quam quo minus viæ reſtat, eo plus viatici quærere?* *Cicero de ſenect.*

Ratio autem eſt frigidior ſanguis, qui cauſat timorem, ideo ſemper timent ſenes, ne neceſſaria illis deficiant.

Senes ſunt dediti loquacitati, ideo in uſu habent præterita tempora laudare, præſentia vituperare, ſua facinora narrare, mores aliorum carpere, ideo etiam indignabundi, ad quævis lævia delicta aliorum exardeſcunt. &c. D. 7. 3.

Putant præterita omnia fuiſſe meliora præſentibus, ideo artifices antiquos plus laudant modernis: ſed male, id quod docuit celeberrimus ſtatuarius ille Bonarota: is confecit ſtatuam inſignem, & in ſuo prædio defoſſam poſtmodum iterum effodit, ac publico populi conſpectui exponit. Populus putans eſſe ſtatuam ab antiquitate reſiduam, & caſu inventam, miris laudibus celebrabat artificium, idque ſupra omnia opera Bonarotæ tamdiu extulit, donec iſte ex ſignis manifeſtis ſuum eſſe artificium probavit. Nova non ſemper ſunt viliora priſtinis &c. D. 7. 25.

Senex Monachus oblatam pecuniam non acceptat, dicens, ſeptuaginta anis Deo ſervio & nihil mihi unquam defuit. Cur nunc deſeri extimeſcam? Sanch. 4. p. c. 5. f. 283.

Senes, ait Palatius, ſunt importuni, moroſi, rixoſi. Dicunt, faciuntque inepte multa; ea de cauſa ſpernuntur a multis. C. in Eccli. 8. v. 7.

# PARS SECUNDA.

## *De Statibus Hominum Sacris.*

### Status ac Officia Hominum in Genere.

126. *Mirabiliter a Deo ordinantur in mundo.*

Quam pulchra eſt Eccleſia in diverſiſſima varietate ſtatuum, tam mirabilis eſt Dei Providentia in dividenda hac, ac ordinanda varietate. Hunc in finem dat hominibus diverſiſſimas inclinationes, quibus hunc ad illum, alium ad alium ſtatum ducit, nullumque eſt officium tam arduum, aut contemptibile, quod non ab aliquibus libenter aſſumatur &c. Hanc varietatem S. Paulus ſæpe deſcripſit ſub allegoria humani corporis: *Si totum corpus oculus, ubi auditus &c.* B. Serm. 27. n. 6. 7. & ſeq.

Si quæras, cur Dominus Deus varios ſtatus conſtituerit in Eccleſia? Reſpondet S. Thomas: 1. *Ad perfectionem Eccleſiæ*, ſicut in cælo tres ſunt Hierarchiæ, & varii chori Angelorum. 2. *Ad neceſſitatem actionum*: ſi totum corpus oculus foret, ubi auditus? ſi omnes vellent eſſe Religioſi, quis arma ferret? 3. *Ad pulchritudinem Eccleſiæ*, ad quam alludit David, ait Caſſiodorus: *Adſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.* B. Serm. 39. n. 7. & ſeq. *Caſſiod. in Pſalm. 44.*

Varietas ſtatuum eſt paradiſus voluptatis Divinæ, ait Cyrillus Hieroſolymit. in quo creſcunt flores electorum. Eſt cythara David bene conſona, qua pellitur diabolus. Eſt currus gloriæ Dei, quem trahunt aquila, id eſt Prælati: Bos, id eſt Religioſi, Homo id eſt Clerici, Leo id eſt ſtatus mundanus, ait Ludovicus de Ponte. B. Serm. 39. n. 6. *Cyrillus catec. 18.* *Lud. de Pont. To. 2. de Per. ſect. 17. 1. c. 1. §. 1.*

127. *Nullus aſſumendus mere ob commodum temporale.*

Sichem Princeps circumcidit ſe, & tamen juſto Dei judicio poſt circumciſionem interfectus eſt: Quare? quia Judaiſmum aſſumpſit tantum propter Dinam Jacobi filiam, ut hanc in uxorem haberet. S. Antonius Paduanus ait: *Quis, ut ſecurius indulgeat voluptati, aſſumit laborem exterioris paupertatis.* B. Serm. 25. n. 30. & Serm. 39. § 5.

Quamdiu Samſon Dei vocantis diſpoſitionem ſecutus eſt, fuit invictus, vicit, ſtravitque Philiſtæos, & leones: cum autem vocem audiit blandientis Dalilæ, viribus, & oculis orbatus periit. Si homo certam vult facere ſuam prædeſtinationem, & ſalutem, in eligendo ſtatum ſolum Deum reſpiciat, ille dabit gratias proportionatas, quæ omnes difficultates occurrentes mitigant & dulceſcere faciunt. Econtra ſi ſe, non Deum, ſi commoditatem, non ſanctitatem quærat, millies impinget ſine adjumento gratiæ, & de ſalute periclitabitur velut ille, qui navim negligit, & natando vult trajicere mare. Vide Titulum: *Vocatio Dei!* &c.

Deus conqueritur contra nonnullos: *Declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt.*

De



De quibus loquitur? de illis, qui a via Divinitus ſibi præſtituta declinantes pro ſuo libitu, & guſtu ſcopum vitæ ſibi præfigunt. Quid fit? finem a Deo ſibi præſtitutum amittunt, & illum, quem ſibi in honoribus, divitiis, & voluptatibus ſæculi præfixerunt, non aſſequentur. *Simul inutiles ſunt*; dum enim mille difficultates, & adverſitates experiuntur, atque interna etiam animi conſolatione deſtituuntur, nec ſibi, nec aliis proſunt: *Infructuoſi ſibi & aliis*, ait S. Bruno: imo moleſti ac nocivi tam ſibi quam aliis. B. Serm. 39. n. 2.

Propheta Jonas a Deo ad convertendos Ninivitas vocatus, prædicationis difficultatem exhorruit, & averſa via in Tarſis navigare contendit: ſed mare, ventos, nautas, cetum, omniaque alia ſibi adverſantia expertus, illuc, ait S. Gregorius, *geſtante bellua pervenit, quo ire ſponte contempſit.* C. in Jonæ 1. verſ. 3.

128. *Nullus aſſumendus ſine aptitudine naturæ.*

Aquila inter quatuor animalia volabat altior, leo autem & bos non æquali volatu ſequebantur: Quare? quia ex natura inepti ſunt ad volatum. B. Serm. 35. n. 33. Serm. 39. §. 3. 5.

Bene Sanctus Lucas de Petro ait, erat *Neſciens quid diceret*, quia cum tota vita nil didicit, niſi retia texere, in monte Thabor voluit fabrum agere, & tabernacula ædificare. B. Serm. 39. n 49.

Lapis, qui evertit ſtatuam Nabuchodonoſoris in montem crevit, non vero ille, quo ſtratus eſt Goliath: Quare? quia primus ille juxta naturam devolutus eſt, alter contra naturam & per violentum projectus eſt: quidquid contra naturam fit, nunquam in montem, hoc eſt ad perfectionem creſcet. B. Ser. 85. n. 3.

In parabola, quam Jonathas Sichimitis propoſuit, rhamnus electus eſt in regem arborum. Quid? rhamnus? qui ſuis hamis omnia retinet? qui ſuo igne reliquas arbores exurit? Campenſis ait: Væ illis, quorum ſuffragio electionis ſuſtolluntur indigni, eis fit, ſicut in Libro Judicum dicitur, ut ignis egrediatur de rhamno, & ligna ſylvarum ſuccendat. B. Serm. 34. n. 37. 38. &c. Item Ser. 39. n. 23. 24. & ſeq. *Campenſ. l. 1. n. 34.*

Nauta & auriga commutarunt invicem ſua officia: auriga voluit navim ad curſum promovere calcaribus & ſcutica: nauta voluit curſum equi ad ſecundum ventum remo dirigere, quid abſurdius? ſi carbonarius vellet telas dealbare, & fullo carbonibus occupari, quid abſurdius? Ita fit, cum inepti ad officia, quibus impares ſunt, ſeſe intrudunt! &c.

129. *Non ſit turbatio, ut unus in alterius officium involet.*

In oſſa arida intravit Spiritus Domini: ſic in Eccleſiam intrat Spiritus Dei, inquit Berchorius, *ſi quilibet efficiatur contentus proprii gradus, & promotionis.* B. Serm. 39. n. 2.

Ridemus ad ineptas occupationes quorumdam Regum & Principum: Abas Rex Perſarum equos ſuos ipſe ferreis ſoleis armabat, quocunque itinerabat inſtrumenta fabrilia ſemper ſecum portabat. Atheas Scytharum Rex ſuum ipſe equum pectebat, fricabat, inſternebat, cumque a Legatis Macedonibus in ſtabulo hæc agens deprehenſus eſſet, rogavit, num etiam Philippus Rex Macedoniæ hujuſmodi exerceret? VV. art. diſc. Font. 27. Ex. 1. Quam autem abſurdum eſt magnos Principes tam vili ac triviali labore occupari, tam eſt abſurdum, unum in alterius officium involare: v. g. ſi famulus vult imperitare, ſi ſutor, aut ſartor vult Scripturam interpretari, ſi ſubditus præcepta Superiorum vult taxare &c.

Eccleſia Dei vocatur caſtrorum acies ordinata, hic ordo autem in accurata ſubordinatione conſiſtit: ſi miles gregarius vellet imperitare, & Dux ſeu Polemarchus exercitus imperia capeſſere, eſſet turbatio ſeu confuſio cedens in perniciem totius aciei. Parem in modum confuſio eſt, ſi v. g. Eccleſiaſtici aut Religioſi vellent gubernare rempublicam, & Magiſtratus gubernare Eccleſiam vel Monaſteria. Ludovicus XI. Rex Galliæ Epiſcopum Ebroicenſem ad cenſendos milites Pariſios vocaverat, id equitum Magiſter Chabanus ægre ferens, Regem rogavit licentiam reformandi Canonicos Ebroicenſes, putans, idem juris ſibi competere in Clericos, quod competit Epiſcopo in milites! &c.

130. *Eligendus eſt cum magna cautela & ſedulitate.*

*Dominus de cælo proſpexit, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.* S. Auguſtinus ait: *Ad hoc debet homo eſſe intelligens,* *S. Aug. 13 de civ. Dei.*

ut

Lorin. in Pſal. 13.

ut quærat Deum. Et Lorinus: *Intelligens eſt, qui rerum probe tractandarum exploratos habet modos, attente, diligenter, & ſtudioſe interrogando. &c.* B. Ser. 39. n. 20. 21. & ſeq. fuſe.

Non omnibus idem ciborum genus arridet, aliquibus acetum præ ſaccharo ſapit: ita non omnibus Chriſtianis idem vitæ genus convenit. Paulus Eremita in ſolitudine ad magnam ſanctitatem aſcendit, forſan ſi evangelizaſſet, periiſſet: E contra Paulus Apoſtolus inter Gentes magnus factus eſt Sanctus, forſan ſi in ſolitudine hæſiſſet, periiſſet: *Væ mihi, ſi non evangelizavero.* Non igitur metiendus eſt ſtatus abſolute juxta majorem aut minorem ſanctitatem ſecundum ſe, ſed reſpective ad capacitatem, vocationem, & inclinationem gratiæ & naturæ; hinc monet Sucquez: *Nullam rem eſſe diligentius conſiderandam, cum a ſtatus electione ſæpe aut felicitas, aut miſeria dependeat æterna.* B. Serm. 39. §. 3.

Sucquez l. 1. Via Vitæ æter. c. 3.

Deus gratias ſuas alligat ſuæ vocationi, nec tenetur gratiarum adjumenta dare homini illi, qui ſibi ultro onus impoſuit quod Deus noluit. Arma Regis Saul erant prorſus inſignia, & tamen David non poterat cum illis incedere; quia ex Dei deſtinatione, & docilitate naturæ aptior erat ad fundam & baculum paſtoralem, quam ad enſem, & loricam. B. Ibidem.

### 131. *Quilibet ducit ad Deum.*

Paſtores invenerant Chriſtum in præſepio, Reges in domo, Joſeph & Maria in templo, Samaritana apud fontem, Magdalena in convivio. &c. Cæleſtis Solyma habet duodecim portas, ideo cuilibet ſtatui ſua parte patet. B. Serm. 27. n. 8. S. fol. 458.

Nullus eſt ſtatus, in quo non aliqui ſalvati ſunt. Ideo vana erit excuſatio cum ſtatu. B. Serm. 45. n. 27. 29. S. punct. 148. fol. 457. & ſeq.

Ficulnea ſucciſa eſt: Cur? an ſuam ſterilitatem non potuit excuſare? non potuit; quia in eadem terra, ubi ſita erat, circum circa vites fructificabant: Ita homo ſuum ſtatum non poteſt obtendere, cum in omni ſtatu fuerint ſancti, & ſalvati. B. Serm. 45. num. 29. & S. punct. 59. fol. 211. 212. ſeq.

Olim in Judicio Nero confundetur cum S. Henrico, Pontifices cum S. Gregorio &c. M. conc. 6. aſſ. 2. n. 9.

Chriſtus ſecum in montem duxit Petrum, Joannem, Jacobum: apparuerunt etiam ibi Moyſes & Elias: ubi Landulphus Carthuſianus advertit: *Ad commendationem omnium ſtatuum; nam per Petrum deſignantur conjugati, per Jacobum pœnitentes, per Joannem Virgines, per Moyſen practici, per Eliam Theorici.* Joann. Dedinger 2. poſt Epiphan.

Landul. phus Carthuſianus in Vita Chriſt. 2. p.

Abbas Paphnutius cupiens edoceri, quouſque in meritis aſcendiſſet, ab Angelo informatur, quod ſimilis eſſet choraulæ, ſeu ſymphoniaco ſæculari &c. E. *Status* n. 1.

Moyſes putavit, ſe non poſſe regere totum populum, & tamen tantum habuit ſpiritum, ut dein Deus illum inter ſeptuaginta rectores partitus ſit. B. Ser. 39. n. 11.

Cum S. Joannes Baptiſta prædicabat pœnitentiam, exierunt ad illum milites, cives, Sacerdotes, & alii, quærebantque: *Quid faciemus?* Et en! Sanctus Præconemini diſſuaſit ſuum ſtatum, ſed omnibus ſingularia documenta dedit, & omnibus pœnitentiam ſuaſit. A. lect. 8. n. 1.

## SACERDOTES.

### 132. *Si malo fine aſſumant ſacerdotium, mala maxima cauſant.*

Unde tot ſcelera, unde tanta cædes inter oviculas Chriſti, ait Bernardus, niſi *quia multi Sacerdotes, pauci Sacerdotes, multi nomine, pauci opere.* Et poſtea: *Curritur paſſim ad ſacros Ordines, & reverenda ipſis quoque ſpiritibus Angelicis myſteria homines apprehendunt, ſine reverentia, & conſideratione.* O ſi manerent tales in ſtatu laico, ſaltem haberent infernum mitiorem, ait Gregorius: Quia *ſi ſolus caderet, tolerabilior eum pœna maneret.* B. Serm. 39. n. 31.

S. Bern. de conv. ad Cler.

S. Greg. l. 3. paſt. c. 2.

*Difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio:* ait S. Leo. D. 7. 32.

S. Leo Ep. 35. ad Epiſcop. Afr.

Flumina pluviis aucta cum ſupra ripam exundant, ſordes plurimas colligunt, & vicinis etiam arvis & pratis, non ſine ruſticorum luctu damnum inferunt: ita qui ex motivis ſiniſtris, & malis Sacerdotium aſſumunt, & ſibi, & aliis nocent.

Finis aſſumendi Sacerdotii eſt Dei gloria & animarum ſalus! Ponamus, quod homo ineptus ex ambitione, ex avaritia, aut, ut dies ſibi commodos procuret ad Sacerdotium ſe intrudat, quid fiet? Sicut ſub imperito Navarcho navigium perire, ſub imperito Belliduce exercitum fundi, ſub imperito gubernatore rempublicam turbari neceſſe eſt, ita ſub tali Sacerdote animas deſtrui, & perire certiſſimum eſt, damno tanto majore, quod irreparabile ſit, & æternum! ſicque verificatur illud S. Gregorii: *A nemine majus præjudicium, quam a Sacerdotibus, tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exempla pravitatis cernit.*

S. Greg. Hom. 17. in Evang.

### 133. *Aut ſi aſſumant ex coactione parentum.*

Athenienſes ſolebant variarum artium inſtrumenta infantibus ſuis proponere, & quæ libentiſſime tractabant, ad illam artem eos deſtinabant. Si hoc Gentiles, quanto magis Chriſtiani parentes attendant ad inclinationem filiorum, nec cogant eos ad Sacerdotium cum multis ſcandalis. Sacrificium Abrahæ placuit Deo, non vero Jephte: Quare? quia primum ex Vocatione Dei factum eſt, alterum coacte. O parentes! devovetis filios Deo propter ſuſtentationem, aut avaritiam, quid mirum, ſi mille ſcandala ſequantur? &c. B. Serm. 39. n. 32. 33.

Cur multi nonnunquam in vitia publica exorbitant, contra ſtatus ſui decentiam & obligationem? quia non a Deo vocati, ſed a parentibus & amicis intruſi ſunt: *Inde tot ſcandala*, ait Marchantius, *tot apoſtaſiæ, quia plures irrepunt, non a Deo vocati, ſed a parentibus intruſi.*

March. Cand. Myſt. tr. 1. lect. 4.

Loth ex incendio Sodomæ ereptus, a Deo juſſus eſt confugere in urbem Segor, ſed ille Dei mandato non obediens aſcendit in montem, & ibi inebriatus in turpiſſimum peccatum prolapſus eſt. Mirum! in urbe fuit caſtus, cur in monte impurus? Reſpondet Card. Hugo; quia *montem aſcendit proprio uſus conſilio.* O quoties hæc eadem ratio dari poſſet vitioſæ Clericorum vitæ, additque cum S. Bernardo: *Utinam, qui continere non valent, contraherent! eſſet eis procul dubio melius in humili gradu fidelis populi ſalvari, quam in Dei ſublimitate deterius vivere, & diſtrictius judicari.* B. Serm. 39. num. 46.

Cardin. Hugo ib.

Non omnes omnibus quadrant! Iſraelita ſit neceſſe non eſt, non Ægyptius, qui per mare rubrum illæſus tranſire cupit. Væ parentibus cogentibus! filii vindictam olim clamabunt!

### 134. *Superflua expendant in pauperes.*

Sanctus Bernardus contra avaros Sacerdotes detonat: *Quidquid præter neceſſarium victum, & ſimplicem veſtitum de altari retinens, tuum non eſt, rapina eſt.* Et alio in loco: *Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt noſtrum eſt, quod effunditis, id nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expenditis &c.* B. Serm. 23. n. 36.

S. Bern. ep. 42. ad Henr. Senon.

In conſecratione unguntur manus Sacerdotis, ut liberalis ſit. M. conc. 14. aſ. 3. n. 5. præſertim in amicos pauperes liberalitatem exerceat. M. conc. 26. aſſ. 2. n. 5.

Res probroſiſſima eſt pauperes deſerere, & proventus Eccleſiaſticos impendere in vanitates & pompas; Theophylactus Patriarcha Conſtantinopolitanus alebat duo millia equorum, quos non fœno & avena, ſed amygdalis, ficubus, vino, aliiſque cupediis paſcebat. Aliquando in Feſto Cœnæ Domini, cum audiret hinnulum recens natum fuiſſe, abrupto Divino officio in ſtabulum feſtinavit, equeſtrem partum viſurus & dein primum ad rem Divinam peragendam rediit. Erat de cætero ſceleratus, ſimoniacus, ac ſcandaloſus. D. 5. 18.

Innocentius III. Pontifex ad diuturnum & terribile purgatorium condamnatur; quia proventus ſacros in ædificia profana impendit. D. 8. 7.

Dicunt multi: Non habeo ſuperflua! Sed ſi coram Deo perpendere vellent ſuum luxum in ſupellectile, in veſtimentis, in eſu & potu, in excurſionibus, in canibus, in equis, & aliis, certe poſſent ſibi perſuadere, hanc excuſationem coram Deo ſibi tam parum profuturam, quam Ananiæ & Saphiræ coram Petro! &c.

Dicunt: relinquam pauperibus ſuperflua per teſtamentum! Nempe dabis tunc, cum non amplius proderunt. Relinquere bona terrena pro Chriſto meritorium eſt, ſed non relinqui!

### 135. *Quibus occupationibus dediti ſint.*

Sacerdos idem eſt, ac *ſacris datus, ſacra dans*, & *ſacra docens*, ideo dicitur ſecundum ordinem Melchiſedech. Quare non ſecundum ordinem Aaron? Reſpondeo, quia Aaron in variis locis invenitur, nunc in monte, nunc in valle, nunc apud aurum vituli &c. at Melchiſedech tantum ter reperitur in Scriptura: 1. Sacrificans. 2. In Pſalmo 109. qui pars eſt officii. 3. In Epiſtola Sancti Pauli, quæ doctrinalis eſt, ut indicetur Sacerdotem nullibi debere morari, niſi in Sacrificio, in Breviario, in Doctrina. B. Serm. 27. n. 13. 14.

Vir-

Virga Aaronis, quæ floruit & illi Sacerdotium conſignavit, fuit amygdalina: Quare? ut indicetur, quomodo Sacerdotes conſtitui eſſe debeant: nam 1. debent eſſe vigilantes, amygdalus enim eſt ſymbolum vigilantiæ. 2. Debent eſſe activi, agiles, expediti in omni opere, & in profectu virtutum, nam virga amygdalina ſimul baccas, flores, & fructus protulit. 3. Debent eſſe laborioſi, patientes, ſtrenui; amygdalus enim cum prima inter arbores floreat, neceſſe eſt, ut prima frigora, pluvias, ventos, grandines excipiat, & ſuperet. 4. Debent eſſe auſteræ vitæ & mortificationi addicti, quia amygdala amara ſunt. C. Num. 17. v. 8. Tales Sacerdotes fuerunt S. Nicolaus, S. Andreas Corſinus, Cardinalis Julianus Cæſarinus, & alii. Ibidem.

Cuſtodiant jura Eccleſiæ & Sacerdotii ſui; non otium, delicias, & dignitates quærant. Verum eſt illud: Non alligabis os bovi: ſed cui bovi? trituranti, non petulcienti. C. Num. 18. v. 5.

## 136. *Et quibus virtutibus.*

Sacerdotes comparantur Angelis 1. quia nuntii ſeu Legati ſunt Dei ad homines. 2. Quia Deo miniſtrant. 3. Quia Deo ſemper adſtant, & intentam in eum mentem habent, orando, pſallendo. 4. Quia Angelorum veritatem, caſtitatem, puritatem, virtutem & zelum imitari debent. 5. Quia conſecratione majorem a Deo poteſtatem accipiunt, quam habent Angeli. 6. Quia ſicut Angeli debent purgare, illuminare, & perficere, prout ait S. Baſilius: *Angelorum perfectio eſt ſanctificatio.* 7. Quia in ſanctitate, & ſanctificatione debent perſeverare; qui enim non perſeverarunt, ſunt dæmones, C. in Malach. 2. v. 7.

*S. Chryſ. Hom. de S. Andr.* S. Chryſoſtomus, ubi deſcribit encomia Apoſtolorum, ſatis indicat munia Sacerdotum: Audiamus! Hi cum Verbi Dei eſſent Miniſtri, attrectarunt Incarnatum illum, qui ut Deus figuram non habet: ſecuti ſunt ambulantem eum, qui ubique præſens eſt: diſcubuerunt cum illo, qui nullo loco circumſcribitur: Ejus verba audierunt, qui verbo fecit omnia. Mundum ipſum lingua tanquam ſagena concluſerunt: circuierunt ſuis curſibus fines terrarum: Errores ut zizania eradicarunt. Idola tanquam feras interfecerunt: Dæmones ut lupos fugarunt: Eccleſiam ut gregem quemdam collegerunt: Orthodoxos tanquam frumentum congregarunt. Hæreſes ut paleas projecerunt. &c. &c. C. in Act. Apoſt. c. 1. v. 8.

Obligationes, quæ in primitiva Eccleſia incumbebant Diaconis, jam ſine differentia incumbunt Sacerdotibus: Debebant circumſpicere omnia, quæ in Eccleſia fiebant, eaque referre Epiſcopo, cujus anima & oculus erant. Debebant obire carceres. Confeſſores & Martyres animare, curare ſacras reliquias, pauperum curam habere. &c. C. in Acta Ap. c. 6. v. 3.

## 137. *Ex humilitate, non ambitione aſſumant Sacerdotium.*

Diabolus Chriſtum ad templum vocavit, & Chriſtus Petrum: ille, ut Chriſtum extollat ſuper *pinnaculum* templi: iſte ut Petrum fundamentum faciat. Ecce! diabolus vocat ambitionis, Chriſtus humilitatis cauſa. Silveira ait: *Si præſumat ſupra ipſam* (Eccleſiam) *ſe extollere, omnium malorum occaſio, & janua erit.* B. Serm. 39. n. 27. *Silveira Tom. l. 5. c. 3. q. 15. in Evang.*

Imperator Leo dicere ſolebat: *Indignus eſt Sacerdotio, niſi fuerit ordinatus invitus.* D. 10. 56. *Leo Imp. Leg. 31. in Cod. de Epiſ. & Cler.*

S. Hieronymus narrat de Nepotiano, quanta cum triſtitia, & reluctatione factus fuerit Clericus; *Fit Clericus, & per ſolitos gradus Presbyter ordinatur, Bone JESU, qui gemitus? qui ejulatus? quæ fuga oculorum omnium? tunc primum, & ſolum avunculo iratus eſt*, id eſt Heliodoro Epiſcopo, a quo ordinatus eſt. D. 11. 50.

Sacerdotes ſunt imitatores Chriſti; ſicut ergo incarnatus Dei Filius, utut ſit Rex cæli & terræ, Deus Deorum & Dominus Dominantium, pauperem & humilem vitam elegit, in ſtabulo natus, in officina Nutritii deliteſcens, & tandem abjectiſſima morte moriens: Item ſicut filios Zebædei propter arrogantiam regni repulit, & Apoſtolos de majoritate, & præcedentia contendentes confudit; ita Sacerdos, ſi JESUS Chriſti imitator eſſe voluerit, honores deſpicere, & in dictis, factis, victu, veſtitu aliiſque humilitatem ſpirare debet, ſemper in animo recolens doctrinam illam Chriſti: *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde!* &c.

Quis credat Clericum ex humilitate, non ambitione veniſſe, qui ſuperbe ornatus, ac cincinnatus incedit! cincinni ſunt cultus meretricius. C. Lev. 19. v. 27.

138. Fu-



## 138. *Fugiant familiaritates hominum mundanorum.*

Petrus ſe miſcuit aulæ famulis, & cecidit: ait Paulus Granatenſis: *Si iiſdem rebus lætatur, & caleſcit Petrus, quibus & infima plebs, quid exſpectet, niſi ut in infima ruat peccata.* B. Serm. 46. n. 9.

Iſaac pergere voluit in Ægyptum, & Deus ipſi prohibuit: Cur? quia in monte conſecratus erat Domino, ideo non decebat, ut Ægyptiis impiis immiſceretur. M. conc. 29. aſſ. 2. n. 7.

S. Arſenius quondam urbis plateas obiens a laſciva æthiopiſſa turpiter ſollicitabatur. Ille ſevera objurgatione repulit ſcelus: at mulier repoſuit: ſi Monachus es, quid facis inter ſæculares? vade & mane in eremo tua. Hanc vocem Arſenius tanquam a Deo venientem veneratus eſt. Sanchez 5. p. c. 3. fol. 424.

Iſraelitæ ex Ægypto educti, in deſerto contra Moyſen, imo contra Deum murmurare, & hoc crimine Divini ſupplicii reatum contrahere cæperunt. Unde tam enormis ingratitudo contra ſummum benefactorem? Nempe cum Iſraelitis multi Ægyptiorum egreſſi ſunt, qui illos ſua impietate adeo perverterunt, ut ipſi Deo obloqui non erubuerint. M. conc. 5. §. 1. n. 5. Eundem in morem Sacerdotes, utut de mundo non ſint, tamen ubi mundanis ſeſe immiſcent, mundanum idioma, moreſque addiſcunt. In Iſlandia corvi ſunt albi coloris, & tamen cum nigris crocitant: ita etiamſi initio Sacerdos albus ſit, ſucceſſive tamen nigreſcere incipiet. VV. arte diſc. font. 48. Ex. 10. Inter peſtiferos facile peſtis contrahitur.

## 139. *Veritati ſtudeant, ſine fuco & timore.*

Iſaac ut olfecit veſtium fragrantiam, ſtatim credidit filium Eſau adeſſe. Quare? S. Hieronymus ait: fuiſſe veſtes Sacerdotales, igitur Iſaaco nihil ſuſpectum erat de mendacio, inquiens male congruunt hæc veſtis, & mendacium. B. Serm. 46. n. 10. *S. Hier. in q. Heb.*

Sacerdos in corde habeat caritatem, in ore veritatem, in manu largitatem. M. conc. 14. aſſ. 3. n. 5.

Authoritas Sacerdotalis exigit ſinceritatem; hinc Sacerdos in cathedra, in ſacro tribunali, in conſortio Nobilium, aut Principum, præſertim in re, de qua conſulitur, a fuco & blanditiis abſtinet. Quia, ut ait S. Ambroſius: *Nihil in Sacerdote tam periculoſum apud Deum, nihil tam turpe apud homines, quam quod ſentiat veritatem non libere pronuntiare.* *S. Amb. in epiſt. ad Theo. Imp.*

Sunt nonnulli, præſertim qui favores, & quadras Nobilium affectant, qui interrogati, placere potius cupiunt, quam prodeſſe, adeoque non tam veritati, quam blandimentis ſtudentes, etiam illicita approbant, aut excuſant: *Nihil tam probroſum ordini Sacerdotum*, ait S. Gregorius, *quam rigorem mentis compatiendo flectere, & cum perſonis ſupervenientibus animum mutare.* Et S. Hieronymus: *Sacerdotum eſt officium, de lege interrogatos reſpondere; ſacerdotis enim eſt ſcire legem, & ad interrogationem reſpondere de lege.* *S. Greg. Homil. 6. in Ezech.* *S. Hier. ſuper Aggæum Proph.*

Nunquam autem minus horreat veritatem dicere, quam in Cathedra: Petrus noctu nihil piſcium cæpit, ſed de die. Duce opus eſt, abſit tenebræ? B. Ser. 75. num. 1. 2. &c.

## 140. *A Deo vocati ſint, non favoribus intruſi.*

Duo diſcipuli atrium Sacerdotis ingreſſi ſunt, Joannes, & Petrus; Primus innocenter ibi converſatus eſt, alter turpiter cecidit: Quare? primus *intravit cum JESU*, alter introductus eſt ab oſtiaria. B. Serm. 27. n. 30.

Merito Marchantius deplorat: *Inde tot ſcandala, tot Apoſtaſiæ, quia plures irrepunt, non a Deo vocati, ſed a parentibus intruſi &c.* B. Serm. 35. n. 32. *March. candelab. myſt. tr. 3. lect. 5.*

Sanctus Chryſoſt. ait: *Quis non vocatus ad aulæ Regis ſe præripit ſervitutem?* ita ad Sacerdotium nemo accedat niſi vocatus &c. B. Serm. 39. n. 23. Item M. conc. 15. aſſ. 2. n. 4. *S. Chryſ. Serm. 109.*

Quinam autem a Deo vocati non ſint, declarant varie SS. Patres: 1. ait S. Iſidorus vocatos non eſſe, qui ipſimet ſunt vitiis dediti. 2. Ait S. Bernardus vocatos non eſse indoctos; quia utiles non ſunt ad docendum. 3. Ait S. Hieronymus vocatos non eſse, qui pure ex lucri temporalis amore aſſumunt Sacerdotium, ita ut dein ſub Chriſto paupere poſſideant, quæ ſperare non poterant ſub mundo divite. Quarto ait Menochius, vocatos non eſse, qui potentum patrociniis, ac blanditiis intruduntur &c. D. 7. 32. Vide infra: *Quæ notæ boni Sacerdotis.*

S. Gregorius per vocem cælitus delapſam ad Epiſcopatum vocatur. S. Chryſoſtomus per SS. Petrum & Joannem, S. Severus per Spiritum Sanctum in forma columbæ in Epiſcopum inauguratur.

S. Ni-

S. Nicolaus ex revelatione electoribus facta, dum primus ea die in Eccleſiam ingreditur, fit Epiſcopus. S. Ambroſius ab infante in Epiſcopum promulgatur. S. Alexander ex carbonario ad Epiſcopatum evehitur. Petr. Sanchez 4.p. c. 2.

Epiſcopus poſt mortem in fumante lecto conſpicitur, cui Nepotes promoti, circum circa ſtantes, maledicebant: viciſſim ille maledicebant nepotibus. E. Verbo *Beneficium* n. 7.

S. Attilianus Epiſcopatum Zamoræ reliquit amore ſolitudinis projiciens annulum in mare, promittenſque ſe non rediturum, niſi annulus rediiſſet. Admonitus in ſomno reverſus eſt, in via pernoctavit in paupere tugurio piſcatoris: iſte cum nihil haberet, quod hoſpici apponeret, vadit piſcatum ad mare, extrahit piſcem, in quo claves inventæ ſunt. *Leucht.* N. 5. Oct.

141. *Rei ſunt peccatorum, quæ non impediunt.*

Exod. 32. Moyſes de monte deſcendens peccati a populo commiſſi rationem popoſcit ab Aarone. Cur? Brixianus reſpondet: *Sacerdoti adſcribitur peccatum populi, quod non omni conatu reſtiterit.* B. Serm. 34. num. 19. 20. (Brixian. in Exod. 32.)

Superior, nimis lenis & indulgentioſus in correctione vitiorum, in morte vidit importunos exactores, qui rationem exigebant propter vitia ſubditorum non correcta. E. *Prælatus* n. 8.

Dum Moyſes in monte orans brachia remittebat, vincebat hoſtis. Pari ratione, ſi Sacerdos remiſſus in oratione, aut diſtractus, aut negligens, & luridus, per hoc roborat hoſtem. B. Ser. 38. n. 23.

Quodſi Sacerdos ipſe peccator ſit, immenſam lætitiam cauſat infernali inimico: Lucifer in conventiculo dæmonum, ſatellites ſuos emiſſarios, utut intra exiguum tempus grandia mala in mundo perpetrarint, fuſtigari præcepit. Illum autem, qui quadraginta annis Monachum in luxuria tentatum tandem vicit, oſculatus & remuneratus eſt. E. *Dæmon.* n. 7.

Navicula Apoſtolorum periclitabatur in mari. Quæ cauſa tempeſtatis? S. Ambroſius ait: *Hæc eſt cauſa periculi, erat ibi Simon Petrus, ſed & erat pariter proditor Judas.* Hujus perfidia omnium aliorum merita quatiuntur. Si regiones integræ affliguntur, ait S. Gregorius, *cujus hoc, niſi noſtro Sacerdotum præcipue peccato agitur?* (S. Greg. ep. Paſt. ... 34.) cum ergo preces fidelium non exaudiuntur, & alii in impatientias, blaſphemias, & juramenta erumpunt, ſacerdos peccaminoſus in culpa eſt. B. Ser. 38. n. 24.

142. *Decenter, non vane veſtiti ſint.*

David prælians *Bellica arma non requirit; baculum paſtoralem ut paſtor accepit: Videant te paſtoris habitu prælìantem*, ait Baſilius Seleucienſ. B. ſerm. 46. n. 8. (S. Baſil. Seleuc. orat. 15.)

Non eſt dubium, quod decentia veſtium commendet dignitatem perſonarum; hinc in Concilio Gangrenſi feriuntur ille excommunicationis fulmine, qui Sacerdotes taxabant ob habitum veſtis ſericæ, quæ Birrus vocabatur. (Concil. Gangrenſ. can. 11. dist. 30.) Conformiter ad illud, quod Deus in veteri Lege præcepit, ſacerdotum nimirum veſtes eſſe debere elegantiſſimas in gloriam, & decorem. D. 2. 33.

*Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe... ornatum pudicum.* (1. Tim. 3.) Per vocem *ornatum* intelligitur decentia, non vanitas, ideo ait S. Hieronymus, vanum ornatum ſacerdoti turpiorem eſſe, quam ſorditiem. (S. Hier. ep. 83. ad Ocean.) S. Auguſtinus etiam mediocri ornatu ſibi nimis comptus eſſe videtur inquiens: *Fateor vobis de pretioſa veſte erubeſco, quia non decet hanc profeſſionem, hæc membra, hos canos.* (S. Aug. ſerm. 50. de divers.) In Concilio Carthaginenſi præſcribitur: *Clericus Profeſſionem ſuam & habitu & inceſſu probet, & ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat.* (Concil. Carthag. 4. c. 45.) Idem habetur conſtitutum in aliis Conciliis. S. Hieronymus ait: *Ornatus & ſordes pari modo fugiendi ſunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet* &c. (S. Hier. Ep. 2. ad Nepot.) Porro Sacerdotes etiam nutritione capillitii; item venatione interdicuntur, additque S. Hieronymus notabile effatum: *Nembrod ille gigas magnus in conſpectu Dei venator fuit, & Eſau venator erat, quoniam peccator erat, & penitus non in Scripturis Sanctorum aliquem Venatorem, Piſcatores invenimus ſanctos.* (S. Hier. in Pſ. 90.) D. 11. 15.

Clericus forſan laxius victurus prohibuit tonſori coronam Clericalem ſibi fieri: oblitus imperii tonſor raſit illum. Clericus ivit ad mare, navigium incidit in piratas, vectores omnes occiduntur, illi ob raſam coronam ſervatur. J. 152.

Quæſo quid Clericis cum veſtibus uſque ad genua decurtatis, contra morem veſtimenti talaris ab antiquis Conciliis tam generalibus, quam particularibus adeo laudatis? Quid Clericis cum veſtimentis verſicoloribus, albo, cæruleo, flavo, rubro, aliiſque, quaſi vero pullatum a ſeculis uſitatum una cum ſtatu nauſearent.

Quid



Quid Clericis cum capillamentis alienis, pure ex affectata venuſtate aſſumptis, quorum uſus jam ita invaluit, ut Sacerdotes ſæculares jam a Magiſtellis Lutheranis quoad habitum externum vix diſcernantur. Quid Clericis cum appendicibus aureis, & argenteis, inter quas clavicula horologii portatilis ita inter crura emicare debet, ut videantur mundum & carnem publice profiteri? An hæ vanitates conducunt ad ſequelam Chriſti? an conveniunt Apoſtolorum ſequacibus? an eorum ſacræ functiones & exhortationes ullam habere poterunt efficaciam? an mirum eſt, ſi eorum culpa totus ſtatus vilipendatur, dicaturque cum riſu, hos vanitatis aucupes aptiores eſſe comœdiis, quam aris? Hi ſunt ſpecioſi effectus eorum, qui ſtatum Clericalem non ad gloriam Dei, ſed pure ad ſuſtentationem temporalem, aut ex ambitione affectant! &c. Cincinni ſunt cultus meretricius. C. Lev. 19. v. 27.

*Miniſtri Chriſti ſunt*, ait S. Bernardus, *& ſerviunt Antichriſto! Honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt.* (S. Bern. ep. 33.) C. in Ezech. c. 22. v. 27.

143. *Non ſint immiſericordes erga pauperes.*

Sunt quidam, ait ſanctus Baſilius, qui in omnibus, in quibus ſumptus non requiritur, omnem pietatem oſtendunt, egentibus vero nec obolum præbent. (S. Baſil. hom. 1. in divit. avar.) S. punct. 82. fol. 267.

Ille juvenis Evangelicus præcepta ſervabat, ſed ubi audiit: *Vende omnia, & da pauperibus* triſtis abiit, caput fricans: ſic multi &c. hos gentilis mulier Sareptæ in ruborem dabit, quæ extreme indiga, tamen largita eſt. S. punct. 82. f. 267. In conſecratione unguntur manus Sacerdotis, ut liberalis ſit. M. conc. 14. aſs. 3. n. 5.

Sicut Principes in corpore morali Reipublicæ comparantur capiti & Superiores oculis; ita Sacerdotes ſunt cor Reipublicæ; 1. ſicut cor eſt principium motus & directionis in homine, eo quod vitam quam recipit ab anima, per ſpiritus vitales in totum corpus diffundit: ita Sacerdos non tantum Spiritualia chariſmata, ſed etiam temporalia adjumenta, quantum poteſt, in membra Chriſti diffundere debet. Quid fieret, ſi cor omnem ſanguinem, quem recipit, ſibi reſervare, & nihil de eo membris communicare vellet? Langueſceret totum corpus & ipſum cor demum periret. Ita Sacerdos immiſericors & ſibi & aliis nocet &c. C. Iſa. 1. v. 6.

S. Bernardus ait: *Conceditur, ut de altari vivas, non autem ut de altari luxurieris, & ſuperbias: Quidquid præter neceſſarium victum, ſimplicemque veſtitum de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.* (S. Bern. ep. 2.) C. in Ezech. 22. v. 27.



144. *Tenentur mortificare ſuas paſſiones.*

Moyſes præcepit Levitis: *Ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat unuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.* Ubi ſanctus Ambroſius: Ille eſt verus Levita, Dei ultor, & vindex, qui carnem, & paſſionum, ac vitiorum corpus interimit, ut ſervet animam, & jam non ſit caro peccati, ſed Dei &c. S. punct. 112. fol. 339.

S. Apoſtolus Paulus de ſe ait: *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar.* (1. Cor. 9.) Finis Apoſtoli erat Gentes convertere, & ideo vaſtiſſimas regiones percurrebat, atque ut hunc finem conſequeretur, pugnavit contra corpus ſuum, illud male tractando: quis non obſtupeſcat? videtur ſuffeciſſe, ſi corpus ſuum adeo fatigarit itineribus, & tamen addidit mortificationes, quia has ad obtinendum finem ſuum judicavit aptiſſimum medium. Addit: *Ne forte reprobus efficiar.* Quaſi negligere mortificationem illi allaturum ſit damnationem: *Quid faciet agnus, ubi aries timet, & tremit*, ait S. Auguſtinus. (S. Aug. ſerm. 21. de verb. Ap.) Quid tu facis? &c. Segn. Manna 10. Sept. n. 2.

Patriarcha Abraham, antequam a ſacerdote Melchiſedech panem de ſacrificio accepit, debuit prius quatuor Reges vincere, qui ſunt quatuor paſſiones. S. punct. 152. fol. 482. & C. Gen. f. 559.

Chriſtus flagello percuſſit ementes in templo: cur non baculo? quia flagellum prius percutit percuſſorem, dein primum percuſſum. Ita ſacerdos ſe prius, quam alios corrigat. B. ſerm. 46. n. 9.

Qui comedebant agnum Paſchalem, prius renes cingere, quam baculum paſtoralem arripere jubebantur. M. conc. 33. §. 1. n. 11.

145. *Puritati conſcientiæ ſtudere debent.*

Henricus III. Imperator cum aliquando ſciret, ſacellanum ſuum aulicum peccato letali inquinatum, petiit ab eo, ut ſacra faceret. Obſtitit Sacellanus, ne (Vincent. l. 25. c. 18.)

S con-

conſcientiam magis læderet, urgente Imperatore ab aula potius egredi, quam ſacra operari voluit. Quæ res adeo placuit Imperatori, ut Epiſcopatum proxime vacaturum ei addixerit, & poſtea etiam contulerit. C. Lev. 22. v. 3.

Initiandi ſacris Iſidis per decem dies carnibus & vino abſtinebant. Numa Pompilius pro frugibus ſacrificaturus eſu carnium & venere abſtinuit. Idem Ægyptii, Gymnoſophiſtæ & alii. Quid nos facere debemus? C. Lev. 1. v. 17. ad fin.

*S. Greg. Turon. li. 5. hiſt. Francor. c. 9.* Pappolus Lingonum Epiſcopus, peccator iniquus & impurus, quondam B. Tetricum ſibi apparentem habuit, dicentemque: Quid tu Pappole meam ſedem pollnis! cede loco! relinque ſedem &c. his dictis virga illum in pectore percuſſit: tertia die Pappolus mortuus eſt. C. Lev. 22. v. 3.

*Petrus Damian. in ep. ad Hil. libr. 1. ep. 7. 1. Bib. Patr.* Beneventi Presbyter pius, qui ſæpe Angelos ad aram miniſtrantes habuit, in fœdiſſimum peccatum lapſus eſt: dum in peccato Miſſam celebrat, Angelus adeſt, & ſpurciſſimum liquorem ſuper caput ejus effundit. Vidit hoc Princeps loci & examinans Presbyterum ita terruit, ut ille crimen luxuriæ fateretur. C. Ibid.

Clericus impurus Romæ juſſus a Sacris abſtinere, & non abſtinens repentina morte obiit. C. Ibid.

S. VVicterpus Epiſc. apparens S. Herlucæ oſtendit illi Chriſtum toto corpore vulneratum & ſanguine perfuſum, dixitque, illum tam crudeliter tractari a Richardo ſacerdote indigne ſacrificante. N. 8. April.

346. *Habent grave judicium ob SS. Miſſæ ſacrificium.*

S. Acepſima ſummo ſenio, & appropinquante jam morte ſacerdotium ſuſcipit, ut fugiat gravem rationem dandam ob ſacrificium. Venerabilis Avila de ſacerdote ſtatim poſt primum ſacrificium mortuo ajebat, quod nihilominus ſatis ſuperque coram Deo judice dandam rationem habiturus ſit, quamvis unicum ſacrificium legerit. D. 7. 32.

S. Auguſtinus ajebat, in nulla re puto me gravius offendiſſe Deum, quam ſuſcipiendo Epiſcopatum, ad quem idoneus non ſum. S. Ambroſius in ædes vocat ſuſpectas mulierculas, ut pro impio haberetur, & ad ſacerdotium non aſſumeret. S. Marcus digitum, S. Ammonius auriculam ſibi præſcindit, præſciſſurus etiam linguam, ſi moleſtius ad ſacerdotium fuiſſet vocatus. S. Gregorius in ſpeluncam fugit, non exiturus ad Pontificatum, niſi a Deo ardente columna fuiſſet proditus. Nulinus ad ſacerdotium vocatus impetrat a Deo mortem. Sanch. 7. part. c. 2. f. 924.

S. Cajetanus quotannis redeunte anniverſaria die, qua ſacerdotio fuit initiatus, amariſſime flebat. Cauſam rogatus ajebat: an non merito fleam, cum aliquibus ante annis eo ſuperbiæ devenerim, ut ſacerdotium ſuſcipere auſus fuerim? *N. 11. Aug.*

In veteri Lege Sacerdotibus ad ſacrificia accedentibus interdictum fuit vinum, quod inebriat, idque ad cavendam irreverentiam: quanto magis Sacerdos novæ Legis ſolicitus eſſe debet ad cavendas irreverentias in Sacrificio ſummæ dignitatis? C. Lev. 10. v. 9.

*Qui acceſſerit ad ea, quæ conſecrata ſunt, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino.* *Levit. 22.* Quanto magis interitum metuere debet, qui cum immunda conſcientia accedunt ad Sacrificium novæ Legis? Terribilia ſunt hujus delicti ſupplicia. C. Levit. 22. v. 3.

147. *Sacerdos unicus malus facit, ut totus Ordo contemnatur.*

S. Paulus monet Titum: *In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, ut is, qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* Quare de *nobis?* Si Titus male agat, male dicetur de Tito. *Tit. 2.* Reſpondet Ayllonius: *Non de te ſolum, ſed de omnibus doctrinæ Evangelicæ miniſtris.* *Ayllon. hic.* B. ſerm. 37. n. 33.

Verum perverſa eſt hæc populi perſuaſio, ex unius malitia totum Ordinem taxandi; quia poſſibile non eſſe videtur, ut in tanta multitudine non ſint aliqui mali. Ex octo perſonis a Deo in arcam Noe ſelectis Cham meritus eſt a patre maledici: Ex duobus filiis Abrahæ Iſmael erat ſceleratus: Ex Iſaaci duobus filiis Eſau fuit reprobatus: Ex filiis Jacob novem fuerunt venditores ſui fratris. In collegio Apoſtolorum unus erat Judas, in cælo inter Angelos erat Lucifer cum rebellibus. Et S. Auguſtinus ait, domum ſuam non eſſe puriorem quam collegium Apoſtolorum, & cælum Angelorum &c. D. 12. 39.

Quin imo non tantum Ordo ſacerdotalis propter vitia ſacerdotis contemnitur, ſed etiam ipſum Miniſterium; hinc S. Paulus: *Nemini dantes ullam offenſionem.* *2. Cor. 6.* Quare? *ut non vituperetur miniſterium noſtrum;* ſi enim ſacerdos vitioſus ſit, etiam miniſterium vilipenditur, atque verbum Dei, & Sacramentorum adminiſtratio pro actionibus inanibus habentur. Si ſacerdos impurus ſit, non poterit prædicare caſtitatem: ſi avarus ſit, non poterit commendare liberalitatem! Dicit populus: iſti Popæ multa dicunt & pauca faciunt! En! Miniſterium contemnitur, ſi ſacerdotes dent offenſionem!

Pavonem in tecto cauda explicata ſedentem mirabantur anates, anſeres, & gallinæ. Verum cum his ancilla pabulum præbebat, & pavo de tecto devolans una cum aliis vorabat, contemptui habitus eſt.

148. *Non immiſceant ſe ſæcularibus negotiis.*

*Num. 13.* Moyſes cum legatos in Chanaan miſit, ex omnibus tribubus aliquos elegit, niſi ex tribu Levi: Quare? quia ſacerdotes erant. Abulenſis ait: *Non debuit mitti explorator aliquis, quia non erat Levi ut tribus Iſrael, ſed quædam gens ſeparata ad cultum Dei.* *Abul. hic.* B. Serm. 39. n. 30.

*Peccaverunt ſacerdotes, qui in domo Domini negotia ſæcularia gerebant, & fructum pietatis, quem debuerant ferre, ſuperſederant.* ait Ven. Beda in Breviar. fer. 3. poſt Dom. 3. Quadrag.

*Jerem. 6.* Deus per Jeremiam minatur: *Ejiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis, & ſervietis ibi Deis alienis die, ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* Maledictio hæc eſt in quoſdam, qui a Dei ſervitio recedunt, ut mundo ſerviant. S. punct. 110. fol. 327.

*Jurant in Domino, & jurant in Melchom.* Hi ſunt, qui tam Deo, quam mundo ſerviunt. S. punct. 134. fol. 422.

De S. Auguſtino legitur, quod negotia ſæcularia per alios adminiſtrari permiſerit, hic nunquam in manibus ejus claves, aut annuli ſigillares ſunt viſi. D. 1. 86. ad fin.

*2. Tim. 2.* *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus*, ait S. Paulus. Alcyones nidum conſtruunt penes aquas, eumque tam dure claudunt, ut ſi forte creſcerent aquæ, non penetrarent, relicto tantum deſuper foramine, quo volucris in nidum deſcendere queat. Ita ſacerdos inter mundi negotia vivat, ut illa non penetrent, ſolum verſus cælum cor apertum gerat. D. 6. 40. in fine.

S. Bernardus ait, nihil eſſe inconvenientius, quam ſi Sacerdos aut Epiſcopus temporalium curam gerat, famulos de fidelitate ſuſpectos habeat, indignetur, ſi liquid frangatur, perdatur, & interim animas minus curet. Sineſius Epiſcopus ajebat. Ego tantæ dexteritatis non ſum, ut poſſem temporalibus una cum ſpiritualibus invigilare ſimul &c. D. 7. 83.

*S. Cypr. Ep. 9. l. 1.* S. Cyprianus graviter indignatus eſt, cum audivit, Geminium Fauſtinum Sacerdotem ſuum conſtitutum eſſe in tutorem, dicens, hoc eſſe contra ſtatuta, quæ dudum in Concilio Epiſcoporum decreta eſſent.

Iſraelitæ in Ægypto cogitabant Deo ſacrificia facere, Pharao volens hanc cogitationem interturbare, occupavit eos laterum & ædificiorum labore. Ita dæmon facit, ut Sacerdotes a functionibus ſpiritualibus avocet, negotia ſæcularia illis obtrudit. &c. D. 12. 31.

S. Gregorius ait: ſicut navigantes, quo diutius remigant, eo remotius a terra recedunt: ita quo plus homo ſæcularibus negotiis ſe occupat, eo magis a cælo recedit. Sanchez 5. p. c. 4. fol. 448.

S. Ludgerus ter in una hora ad Imperatorem vocatus, quia tunc recitatione Horarum Canonicarum occupatus erat, non comparuit, inquiens, non curanda eſſe Principum negotia, cum Deo penſum præſtandum eſt. E. *Horæ Can.* n. 6.

Abbas Apollo rogatus a fratre, ut ſe in extrahendo bove in cœnum prolapſo adjuvaret, repoſuit: cur fratrem juniorem non in opem vocaſti? inferente illo cum admiratione: utique frater noſter junior jam ante quindecim annos mortuus eſt? ſubjunxit Apollo: Et ego jam ante viginti annos mundo demortuus ſum, propterea nolo manum admovere ad rem profanam. E. *Mors* n. 7.

Chriſtus non permiſit Apoſtolo, quem vocabat, ut ſepeliret Patrem; Quare? ne ille poteſt ſepulturam reſerationi teſtamenti, & litibus heredum intereſſet, & ſic ſæculari negotio implicaretur, ut vocationis oblivisci inciperet. C. in Matth. 8. v. 22.

149. *Fugiant vanitates, & nugas.*

*S. Bern. ad Eugen. lib. 2. de conſid.* S. Bernardus ait: *Inter ſæculares nugæ ſunt nugæ, in ore Sacerdotis ſunt blaſphemiæ: conſecraſti os tuum Evangelio, talibus jam aperire illicitum, aſſueſcere ſacrilegium eſt &c.* D. 5. 66.

Agrippinus Philoſophus, cum a quodam Floro interrogaretur, utrum ſibi conveniret ad ludos publicos & ſpectacula ire, repoſuit, iret: ſubinferente Floro cur non & ille, nempe Agrippinus iiſdem

dem ludis intereſſe vellet? reſpondit: Tuum eſt ut ſis filum ſericum in panno ſerico, ego autem vellem eſſe filum aureum in panno hoc ſerico; propterea non mihi convenit agere, quæ plebs agit. Idem de Sacerdote dicendum venit: multa ſunt in laico utcunque laudabilia, in Sacerdote vituperabilia.

Themiſtocles in hoſtium cæſorum cumulo vidit cadaver auream torquem in collo gerens; mandavit ergo triviali militi, ut torquem ipſe auferret, mihi enim, ajebat, dedecori foret facere tanquam duci, quæ gregarius miles ſine dedecore facit. Ita res ſe habet de Sacerdote; hunc [1. Greg. 17. 5. l. 3.] in ſenſum ait S. Gregorius: *Quod in laicis culpa non eſt, hoc crimen eſt in ſacro Ordine conſtitutis.* D. 7. 32.

S. Petrus Damiani Cardinalis graviter objurgat Archiepiſcopum Florentinum, quod ludum latrunculorum exercuerit, indignum eſſe ratus, quod illos digitos, quos conficiendo Sacramento adhibet, ad luſum uſurpet, eique pro pœnitentia injunxit, ut ter Pſalterium integrum Davidis recitet, duodecim pauperum pedes abluat, eoſque cibo & pecunia alat. &c. Quæſo quid diceret hic Sanctus, ſi cerneret Sacerdotes chartifoliis, aleis, aliiſque ludis publice vacare? D. 8. 63.

Henricus Canonicus vitam liberiorem in mundo agens, dum Beatiſſimam Virginem ſalutat, audit ab ea: *Quid me ſalutas homo perdite! niſi vitam emendaveris, cito peribis.* Ingreſſus eſt Ordinem Ciſtercienſem. *N. 19. Dec.*

150. *Illorum maculæ accuratius notantur a plebe, quam bona exempla.*

Moyſes habebat mille ſplendores, & tamen populus tantum intendebat in æthiopiſſam illius uxorem. Lunæ non ſplendor, ſed maculæ aſpiciuntur. Horologium in monte, ſi vel ſemel errat, omnium oculos in ſe rapit. S. punct. 115. f. 351.

Apoſtoli quia manus non lavant, quia ſpicas excorticant, a Phariſæis notantur, propter miracula autem non laudantur. M. conc. 20. aſſ. 1. n. 11.

David præcidit oram chlamydis Saul [1. Greg. 7. 1. 14. c. 5.] ſilenter: ubi S. Gregorius: O quam in hoc ſimiles David ſunt illi, qui ſi verentur mittere manum in Chriſtum Domini, libenter tamen oram chlamydis præcidunt, hoc eſt honoris veſtem, ſi non lacerant, diminuunt &c. S. pun. 115. f. 351.

In nullo membro corporis nocentiores ſunt maculæ, quam in oculis; quia faciunt hominem luſcum, aut cæcum. Oculi autem comparantur Sacerdotibus. C. Prov. 6. v. 25.

Quid utilius in urbe, quam horologium publicum, quo omnes actiones civium diriguntur. Quod ſi horologium toto anno bene & optime horas ſignat, nemo eſt in urbe, qui illi laudes, aut grates referat. Quodſi vel unica vice aberret, murmur conſurgit in tota civitate, nemo eſt, qui non carpat, & indignabundus damnet errorem. Sic Sacerdos, cum toto anno laudabiliter agit, nihil laudis refert. Cum unica vice extra orbitam ceſpitat, eheu! criminationibus, & calumniis ſine fine proſcinditur. &c.

151. *Illorum errores ſupprimi, non propalari debent.*

A Deo benedicuntur, qui Regem Saul ſepelierunt: ubi Gloſſa: ſignificantur illi, qui operiri ſtudent turpitudinem Superioris ſui, non revelare, ut fecit Cham &c. S. punct. 115. fol. 351.

Oza, quia arcam erigere vult, punitur. Arca figura eſt Superioris &c. S. Ib. fol. 352.

Conſtantinus Imperator ajebat, ſe paludamento operturum Sacerdotem male agentem. C. Gen. fol. 129. col. 2.

In Concilio Nicæno diſſidebant Epiſcopi, & unus alterius errores ac delicta ad Imperatorem Conſtantinum deferebant. Imperator autem delationes omnes, non lectas combuſſit, inquiens: Sacerdotes a ſolo Deo debere judicari. E. *Detractio* n. 3.

Vitulum pro peccato Pontificis ſacrificatum juſſit Deus efferri extra caſtra in [Levit. 4. v. 12.] locum mundum, & ibi totum concremari, quo ſignificatur, non licere peccata Sacerdotum in publicum proferre, neque in locum immundum, id eſt, in detractorum conventicula, ſed curandum, ut omnes eorum reliquiæ caritatis igne conſumantur, & perpetuo ſilentio contegantur. C. Lev. 4. v. 12.

In ultima cœna Apoſtoli identidem ſciſcitabantur: Domine, quis eſt qui te tradet? & tamen Chriſtus Dominus non aperte reſpondit, ſed famæ proditoris, quantum potuit, pepercit. Quare hoc? quia Judas fuit Sacerdos, cujus errores, & flagitium noluit propalare. &c.

152. *Jure gaudent immunitate onerum civilium.*

Tempore famis in Ægypto Sacerdotes gratis alebantur, nec tenebantur

poſ-



poſſeſſiones ſuas vendere: quanto magis æqua eſt immunitas Sacerdotum Chriſti a vectigalibus, ſteuris & aliis oneribus? C. Gen. 47. v. 22.

Magnes ferrum attrahit, non vero illud quod fuit adamante tactum. Principes & Magiſtratus magnes ſunt, omnia ad ſe attrahunt, caveant autem attrahere quod adamante, id eſt, SS. Ordinibus tactum eſt.

In Veteri Lege Sacerdotibus pro ſuſtentatione aſſignabantur 1. Victimæ Legales, & quidquid pro peccato fuit oblatum. 2. Victimæ ſpontaneæ. 3. Primitiæ frugum, id eſt, ſpicarum, panum, & uvarum. 4. Decimæ, ad quas Judæi tenebantur jure Divino, & Chriſtiani nunc tenentur ex jure Canonico. 5. Primogenita animalium, præter ea quæ offerebantur ex Voto, & ex his omnibus nulla fiebat detractatio, ſteura, aut imminutio. C. in Num. 18. verſ. 9. & ſeq.

Veterum lex erat, quod equi e ſtabulo regali, qui ad obſequium Principis deſtinati ſunt, ad operas civium ſerviles adhiberi non debeant. &c. Joannes Pontifex ad Juſtinum Imp. Conſtantinopolim profectus, uſus eſt equo, quem uxor Nobilis Corinthii illi commodavit. Et ecce! equus, utut fuerit antea animal manſuetiſſimum, poſtea nullum alterum ſeſſorem amplius admiſit. Indignum igitur eſt, ut Sacerdos, qui ſummo cæli terræque Monarchæ ſervit, eumque quotidie in manibus tenet, ad opera ſervilia, exactioneſque concurrat.

153. *Quanta ſedulitate perſolvere teneantur Breviarium.*

Epiſcopus Colonienſis S. Severinus, quia horas Canonicas ordinato tempore propter negotia non recitat, poſt mortem apparet, & terribilibus pœnis in purgatorio ſe puniri aſſerit. E. *Horæ Canon.* n. 1.

Joannes Sacerdos ob infirmitatem nonnunquam Completorium in lecto recitare ſolebat: cum ergo energumenum liberare vellet, hoc ipſi dæmon publice exprobravit. E. *Horæ Canon.* n. 2.

S. Ludgerus Clericum, qui ſub recitatione Breviarii fumantes prunas removerat, ſevere increpat, & aliquorum dierum pœnitentiam illi injungit. E. *Horæ Can.* n. 7.

Hugo Epiſcopus Lincolnienſis tam accurate ſtatuto tempore recitabat horas, ut neque ob periculum prædonum in itinere illas differre voluerit. Et ecce! cæteri ſocii, qui ſecurius ſe agere putabant, a prædonibus capti ſunt, ipſe ſine periculo ſilvam tranſivit. E. *Horæ Can.* n. 8.

Cum duo fratres quadam nocte ſedendo in lectis ſuis dicerent Matutinum, adfuit diabolus cum fœtore intolerabili dicens: Ad talem orationem tale debetur incenſum. E. *Oratio* n. 14.

Tribus horis orabant Judæi de die: Tertia, quia tunc data eſt Lex in Sina, & eadem hora orat Eccleſia, quia tunc datus eſt Spiritus Sanctus. Sexta, quia tunc erectus eſt ſerpens æneus, & quia tunc Crucifixus eſt Chriſtus. Nona, quia tunc petra dedit aquas in Cades, & quia Chriſti in cruce tunc perforatum latus aquam dedit & ſanguinem. En! originem Horarum Canonicarum. &c. C. Dan. 6. v. 10.

S. Bernardus oraturus ad ſua negotia dicere ſolebat: exſpectate hic cum Aſino. S. punct. 7. fol. 41.

Vidit Sanctus Bernardus penes ſingulos Monachos ſtare in choro Angelos, qui notariorum in morem ſingulas ſyllabas pſallentium nunc auro, nunc argento, nunc aqua ſcribebant: 3. punct. 7. f. 42. & punct. 8. per totum.

Crucifixus indevote pſallentes auſtera facie ita terret, ut exanimes in terram cadant. S. punct. 132. fol. 416.

Cantantibus in choro Clericis quidam Vir ſanctus vidit in eminenti loco dæmonem, qui eo cantu ſaccum ſuum replevit. Finito ergo cantu, cum Clerici ſe rem ſuam optime egiſſe putarent, Vir ille ſanctus repoſuit: Bene cantaſtis, ſed diaboli ſaccum impleſtis. O quoties hodiedum id dici poteſt. E. Verbo *Cantus* n. 5.

Breviarii magna ex parte auctor eſt S. Ignatius Martyr; is enim aliquando raptus ad cælum cum audivit Deum laudari canto reciproco Angelorum, mox in terris eundem cantum inſtituit. Sic a Græcis pervenit ad Latinos, & legitur, quod in Monaſterio Fuldenſi trecentis annis nunquam ſiluerit vox humana cum cantu reciproco. E. Verbo *Cantus* n. 7.

Religioſis indevote canentibus apparuit in choro diabolus cum clava ignea. Cum autem Religioſi reaſſumpta devotione S. Auguſtinum invocarent, hoſtis ſedem ligneam percuſſit, in eaque ſtigma igneum relinquens diſparuit. E. Verbo *Cantus* n. 8.

154. *Caſti ſint, & continentes.*

*Pacem ſequimini, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videt Deum.* Sanctus Chryſoſtomus & Hieronymus loco *ſanctimoniam* [Hebr. 12.]

legunt caſtimoniam; quam caſtus igitur eſſe debet, qui quotidie videt Deum in Altari. S. punct. 116. fol. 355.

*Mares tantum comedent &c.* ubi Heſichius: Qui nihil femineum in cogitationibus, & operibus habent. S. Pun. 152. f. 482. Vide *SACRIFICIUM MISSÆ*.

S. Paulus Titum monet, in omnibus te ipſum præbe exemplum in integritate, in gravitate &c. Ubi alii legunt in caſtitate, & majeſtate, nam caſtitas majeſtatem conciliat præſertim apud diſcolos. S. punct. 116. fol. 355.

*Pſal. 37.* Econtra impudicitia denigrat: *Contriſtatus ingrediebar*, alii legunt: *denigratus*, quia ut ait Chryſoſtomus non tantum eum ornabat purpura, quantum hujus peccati macula fœdabat. S. punct. 116. fol. 355.

Sanctus Hieronymus impurum Sacerdotem alloquitur: Dic mihi quiſquis es, qualiter iis labiis Filium Dei oſcularis, quibus oſculatus es labia meretricis? S. punct. 152. fol. 484.

Ante ſacrificium extremitates digitorum abluuntur, ut ſignificetur, etiam leves noxas ablui debere. M. conc. 40. aſſ. 3. n. 7.

Etiam in Veteri Lege Sacerdotes, quando per ſtatas vices vacabant officio, continuerunt ſe a mulieribus: In Nova Lege omnes Apoſtoli erant cælibes, & ſic cælibatus inter Sacerdotes ob altiſſimam muneris dignitatem propagatus fuit. D. 3. 26.

Viri fortes ſummo dedecori ſibi æſtimabant a femina occidi; an non ergo Sacerdoti ſummum probrum eſt a femina vinci? D. 8. 1.

Moyſes ſuam legationem coram Pharaone obiturus remittit uxorem in Madian; quia non convenit huic muneri conſortium muliebre. C. Exod. 4. v. 27. Quid eſt Clericus aut Sacerdos, niſi Legatus hominis ad Deum, & viciſſim Dei ad hominem? ergo fugere debet conſortium muliebre. S. Auguſtinus ne quidem ſorores & cognatas in domum admiſit, rationem addens; quia licet iſtæ ſuſpicionem movere non poſſint, tamen propter alias, quæ in domum ad iſtas ventitarent, poſſe oriri ſcandalum. Hinc Concilium Carthaginenſe præcepit, ut Clerici feminas non accederent, niſi adſint alii Clerici, vel graves aliqui Chriſtiani. Sicut difficile eſt, ait S. Cyprianus, ut venenum quis bibat, & vivat; ita nos ipſos fallimus, ſi credimus, inter feminas caſtitatem immobilem cuſtodiri. De carbonibus ſcintillæ diſſiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aſpides ſibilant, & mulier fundit concupiſcentiam, id eſt, prout loquitur Salomon, de muliere procedit iniquitas viri: Igitur ſic ambulandum eſt Clericis, ut procul a feminis Eccleſiæ ſanctitas, & morum gravitas conſervetur. C. in Ep. ad Timoth. c. 3. v. 2.

Clerici etiam ſpiritoſas feminas fugere debent, id eſt, Agapetas, quæ quaſi ſpiritales ſpiritalibus Viris cohabitabant, amorem caſtum foris præſeferentes, ſed intus ardentes cupiditate luxuriæ. De his S. Hieronymus in illa verba Salomonis, *Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo*, ita loquitur: Unde in Eccleſiam Agapetarum peſtis introiit? unde nuptiis aliud nomen uxorum? imo unde novum concubinarum genus? Plus inferam! unde meretrices eadem domo, uno cubiculo, & ſæpe uno lectulo? &c. C. Prov. c. 6. v. 28. *Prov. 6. S. Hier. Epiſt. ad Ruſtic.*

155. *Quam turpe ſit, ſi dediti ſint peccatis.*

Lancea vocatur *dira*, qua Chriſtus ſauciatus eſt: Quare? Drogo Oſtienſis ait, quia Chriſtus vulneratus eſt ab illo milite, *qui tunicam ſuam inconſutilem ſorte accepit*. Tu Sacerdos tunicam Chriſti geris &c. B. Serm. 46. n. 11.

*Pſal. 54.* *Si inimicus meus maledixiſſet mihi*, hoc de Juda dictum etiam de Sacerdote intelligi poteſt. S. punct. 6. fol. 551.

Matthæus in Genealogia Chriſti etiam peccatores recenſet, non vero Lucas: Quare? quia primus Genealogiam Chriſti ut Redemptoris, iſte ut Sacerdotis enarrat: Sacerdos ab omni peccato procul ſit. M. conc. 14. aſſ. 2. n. 4.

*Joann. 8.* Chriſtus Dominus Judæorum lapidare volentium manus effugit, & *abſcondit ſe*: cur mori non voluit per lapides? Reſpondet Salmeron: *Quia lapides debebant in paſſione teſtari, & prædicare ejus Divinitatem*. Quam indignum ergo Chriſtum mori per Sacerdotes, quos elegit ad teſtimonium ſuæ Paſſionis. Manſi Ærar. Domin. Paſſion. v. 59. *Salmer. hic.*

*Levit. 21.* Sacerdoti in Lege Veteri prohibitum fuit *Ne contaminetur in mortibus civium ſuorum*: Per mortes civium intelliguntur peccata; Sacerdos ergo cavere debebat, ne criminum civium ſuorum particeps efficiatur, & vitam popularem agat. C. Lev. 21. v. 4. Item Levit. 22. v. 3.

*Gen. 13.* Deus olim prohibuit offerri animal immundum, ubi Abulenſis ait, hanc immunditiem non intelligi ſecundum ſpeciem animalis, ſed ex accidente v. g. ſi



animal ſit cæcum, claudum, morbidum, ut proinde Deo immolari non poſſit juxta Legem Levit. Si Deus deſpexit & rejecit animal defectuoſum, quomodo ſuſtinebit ad altare Sacerdotem vitioſum? avarum, impurum, bibulum? &c. C. Gen. 13. v. 12. *Levit. 22.*

156. *Sancti & inculpati eſſe debent.*

*Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei*. Sacerdos columna Eccleſiæ eſt, hic ſi labatur, læditur ædificium, ſicut domus a Samſone diruta. Columna quatuor habet proprietates: *firma, alta, recta, pulchra*. B. Serm. 79. n. 6.

*Levit. 22.* Sacerdotes Veteris Teſtamenti Deus voluit eſſe Sanctos, quanto magis Novi? Idque 1. quia in terris perſonam Dei repræſentant, ergo Dei ſanctitatem referre debent. 2. Quia comparantur Angelis, imo officio eos ſuperant. 3. Quia alios ſanctificare debent, ſal terræ, lux mundi. 4. Quia ſunt mediatores inter Deum & hominem. 5. Quia eorum munia ſunt ſanctiſſima; hinc Sancti ex humilitate fugerunt Sacerdotium. &c. C. Lev. 22. v. 32.

Adamas nobiliſſimus unionum miro ſplendore luceſcit, cum autem venenum e vicino advertit, ſtatim obnubilatur, & tenebreſcit. Quod Adamas eſt inter lapides, id Sacerdos eſt inter populum: ſi ergo venenum peccati advertit, ſtatim contriſtari & fugere debet.

*Levit. 22.* *Omnis homo, qui acceſſerit ad ea, quæ conſecrata ſunt, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino*. Hanc legem tulit Deus, ne immundi ad res ſacras, & ſacrificiorum carnes comedendas accedant, ut ſignificet, quam ſtricte exacturus eſſet puritatem animi in ſumentibus SS. Euchariſtiam. C. in Lev. 22. v. 3.

Sacerdos imitari debet Deum in ſuis attributis: nempe, debet eſſe immutabilis, alienus ab omni malo, Providus, Patiens, Juſtus, Rectus, nihil faciens ex privato amore vel odio, Liberalis, Placabilis, Benignus, Verax, Imperturbabilis, non quærens commodum ſuum, & præcipue Sanctus. Quæ omnia explicantur. C. in Joel c. 2. v. 13.

157. *Non ſint ambitioſi*.

Sanctus Ambroſius ait: ſæpe quos vitia nulla delectant, quos nulla poteſt movere luxuria, nulla avaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos. S. punct. 20. f. 630.

Ambitio a Petro Bleſenſi in Epiſtola ad Sacellanos aulicos regis Angliæ vocatur ſimia caritatis, ſicut enim caritas patiens, benigna eſt &c. omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat &c. ita ambitio. S. Ib. fol. 630.

Chriſtus veſtibus quaſi ſacerdotalibus induitur, & illuditur a Judæis: & hæc illuſio renovatur quoties illi, qui præſunt in Eccleſia, honores quærunt, veſtium apparatu nitent, dominatum ſibi in Clero vindicant &c. S. punct. 22. fol. 642.

Heu, quanta mala conſequuntur, & quanta bona negliguntur ex ambitione, qua multi tanquam unico motivo ad ſtatum ſacerdotalem irrepunt. In Evangelio legimus, quod Chriſtus, & diabolus ſuos ſequaces ad Eccleſiam vocarint: Chriſtus Petrum, *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Diabolus Chriſtum tentatum: *Aſſumpſit eum diabolus, & ſtatuit ſuper pinnaculum templi*. Sed diverſiſſimo modo! Salvator vocat ad fundamentum, diabolus ad pinnaculum Eccleſiæ: primum ex humilitate, alterum ex ſuperbia, ut elatum præcipitet in profundum! ubi Silveira ait: *Si præſumat ſupra Eccleſiam ſe extollere, omnium malorum occaſio erit*. Quænam ſunt hæc mala? ſunt arrogantia, jactantia, vanitas ſæcularis, contemptus aliorum, ſimonia, otioſitas, & alia plurima. *Matth. 16. Matth. 4. Silv. T. 2. l. 3. c. 3. q. 21. in Evang.*

158. *Quanta ſit dignitas Sacerdotum.*

Innocentius III. ait: *Sacerdos eſt citra Deum, ſed ultra hominem, minor Deo, ſed major homine*. M. conc. 14. in Exord. n. 2. Item C. Iſa. 49. v. 23. *Innoc. III. ſerm. 2. in conſecrat. Pont ſum.*

Excedit regiam dignitatem; nam in firmamento Eccleſiæ ſacerdotium dicitur luminare majus, Rex luminare minus. M. Ib. aſſ. 1. n. 5.

Eſt Deus per gratiam, & quaſi excedit ipſum Chriſtum. M. Ibid. num. 9. 10. 11.

Sacerdotes ſacrificio placant, Sacramentis juſtificant, baptiſmate lavant, chriſmate roborant, oleo ſanant, oratione ſanctificant, precibus impetrant, verbo paſcunt, poteſtate ſolvunt, & ligant, clavibus cælum aperiunt, & claudunt &c. M. conc. 14. aſſ. 1. n. 8.

S. Hieronymus ait: Sacerdos Angelus Dei veriſſime dicitur. M. conc. 14. in Ex. n. 2. Sanctus Paulus ad Tharſenſes ſcribit: *Si Angelus de cælo deſcenderit*: cur dicit de cælo? Sanctus Chryſoſtomus reſpondet; quia in terra Sacerdotes dicti ſunt Angeli. M. conc. 14. aſſ. 1. n. 6. *S. Hier. in Malac. c. 2.*

Apoc. 19. v. 10. Angelus apparens Joanni noluit ab illo coli, quia conſervus ejus erat, & quia Joannes Sacerdos erat. M. ib. n. 7.

Tribus magis in itinere ſtella, in reditu Angelus miniſtrat. Cur? quia illi interim obtulerunt, & quaſi Sacerdotes facti ſunt. M. conc. 14. aſſ. 1. n. 8.

Angelus Cuſtos clienti ſuo ſemper ſolebat præcedere, verum cum cliens iſte factus eſt Sacerdos, Angelus illi præcedentiam dedit. D. 6. 14.

Theodoſius Imperator poſt cædem Theſſalonicæ factam ab Ambroſio excommunicatus, & ab ingreſſu Eccleſiæ prohibitus, o quantam humilitatem ac reverentiam exhibuit erga ſanctum Sacerdotem! certe talem, qualem nunc non exhiberet infimus ruſticorum. D. 6. 95. Similiter Marcellus Papa Imperatorem Philippum, Agapitus Juſtinianum, Chryſoſtomus Eudoxiam, Thomas Cantuarienſis Regem Angliæ, Sacerdos Ricarius Rogerium caſtigavit. Sanchez 6. par. c. 9. f. 821.

### 159. *Pauci ſalvantur.*

S. Chryſ. hom. 3. in Acta. S. Chryſoſtomus ait: *Non arbitror inter Sacerdotes multos eſſe, qui ſalvi fiant, ſed multo plures, qui pereant &c.* Quidam Dei famulus paucos Sacerdotes in purgatorio videt, cauſam quærenti reſpondit Angelus, Sacerdotes pios facile ad cælum tranſire ſine purgatorio: impios autem plerumque damnari præſertim propter vitium carnis &c. B. ſerm. 27. n. 23.

Peccata omiſſionis ſunt valde numeroſa in Sacerdotibus, ideo plurimi propter ſuam laxitatem, & negligentiam pereunt. B. ſerm. 47. n. 26.

Sacerdotum peccata plerumque in hoc mundo manent impunita, unde timendum ne pœna differatur in alterum mundum. S. Bern. ſerm. ad Paſtores. Unde Bernardus: *Uterque cupit, uterque diligit mundum: laicus tamen cum labore, ſed Clerici ſine labore volunt poſſidere mundum: peccare volunt cum hominibus, ſed non flagellari cum hominibus: unde timendum eſt, ne flagellentur cum dæmonibus* &c. M. conc. 14. aſſ. 3. n. 8.

Accedit, quod Sacerdotes, ſi pereant, longe terribiliori inferno, quam alii, torqueantur, prout in revelationibus ait S. Birgitta. D. 7. 32.

Decanus quidam poſt mortem apparens dixit amico: Ne mirare Clericos damnari, ſed potius mirare unum ſalvari; quia vivunt in luxu, & ſibi potius quam Eccleſiæ ſerviunt. E. Verbo *Beneficium* n. 8.

Hinc certe Viri ſancti viribus omnibus ſeſe oppoſuerunt, ne Sacerdotio initiarentur. Petr. Bleſ. Ep. 123. B. Ammonius a furente populo ad Sacerdotium expetitus auriculam ſibi abſcidit. Cumque nihilominus Timotheo Patriarcha adnitente, a populo ad obedientiam adſtringeretur, publice, intrepideque reſpondit: Si me ulterius cogitis, linguam meam, propter quam vobis placeo, propriis dentibus amputabo &c.

### 160. *Suo exemplo ædificant, aut deſtruunt populum.*

Fimbria veſtis ſacerdotalis debuit habere tintinnabula, *ut audiatur ſonitus quando ingreditur, vel egreditur* Sacerdos: ecce! omnia opera Sacerdotis faciunt ſonitum in populo.

Laici ſunt quaſi ſpeculum, quidquid Sacerdos ante ſpeculum ſtans agit, id æmulatur imago in ſpeculo: quomodo populus poteſt eſſe caſtus, ſi Sacerdos ſit impurus, quomodo liberalis, ſi ille ſit immiſericors, quomodo contemptor mundi, ſi ille luxum, & faſtum amat? &c. B. ſerm. 34. §. 2. n. 16. 21. &c.

*Cum ſapiant hi, qui regunt, illico ſapiunt illi, qui reguntur*, ait Cyrillus. Cyril. ap. Lorin. in Pſal. 2. B. ſerm. 64. n. 22.

Sacerdotes comparantur ſali, ſicut enim jumenta, dum petram ſalis lambunt, meliorantur: ita oves Chriſti ex converſatione Sacerdotis meliorari debent. Ex Breviar. in Feſt. S. Greg. 12. Martii hom. in Evang.

Sole ſtante etiam ſteterunt ſtellæ: ita Sacerdote ſtante &c. M. conc. 24. aſſ. 3. n. 4.

Cantipratanus narrat, quod Pariſiis in Concilio dæmon concionatori apparens dixerit: Dic Sacerdotibus, Principes tenebrarum gratias agunt Principibus Eccleſiarum, quod ſua negligentia multas animas mittant in infernum. B. ſerm. 47. n. 29.

Epiſcopi ſemper primario intenderunt in reformationem Cleri, ſcientes per hanc & populum reformatum iri: ſic S. Ivo, S. Franciſcus Saleſius, S. Antoninus, S. Norbertus, S. VVilibaldus, S. Cajetanus &c. Chriſtus tantum rogavit pro Petro, ut non deficeret fides ejus, quia ſalvo capite, ſalvi etiam erunt ſubditi. M. conc. 14. aſſ. 2. n. 5.

Ideo Reformatio laicorum inchoanda eſt a reformatione ſacerdotum, ait Corn. a Lap. in 12. Proph. f. 795.

Julianus Apoſtata omnem operam adhibuit, ut labantem idololatriam reſtauraret, ideo præcepit gentilibus ut mores

Chri-



Chriſtianorum, uti caritatem, hoſpitalitatem æmularentur, præſertim ſacerdotibus ethnicis mandavit honeſtatem; quia mores ſacerdotum trahunt populum. D. 7. 11.

1. Reg. 4. Populus Iſrael bis cæditur a Philiſtæis: quare Deus dereliquit illos? propter peccata illorum. Sed unde conſtat, quod tunc fuerint ſcelerati? Reſpondet Cornelius, conſtat ex eo, quia Ophni & Phinees duo illorum Sacerdotes fuerunt ſceleratiſſimi; ordinarium autem eſt, quod populus imitetur mores Sacerdotum. *Sacerdotes imitatur populus.* C. 1. Reg. 4. v. 10.

Sacerdotes comparantur cordi in corpore politico: ſicut cor recipit vitam ab anima, eamque per ſpiritus vitales diffundit in totum corpus, ita ut in animali ſit primum vivens, & ultimum moriens: ita Sacerdos, medius inter Deum & hominem, ſpiritualia chariſmata, quæ a Deo recipit, transfundere debet in populum, eumque in via Dei movere & regere. Moriente corde moritur corpus, eo vivente vivit: ita vigente Sacerdote viget populus, eo languente languet. C. in Iſa. 1. verſ. 6.

S. Ignatius adoleſcentem Lutheranum, qui nullis argumentis, ob ſuam obſtinaciam, ad fidem converti poterat, in Collegium aſſumit. Et, ecce! paulo poſt ille convertitur: interrogatus, quo motivo fuerit convictus, repoſuit, ſe ſanctitatis, pacis, amoris, & virtutum omnium exercitiis plus quam mille argumentis fuiſſe convictum, ab hominibus tam ſanctis, rectam fidem abeſſe non poſſe. C. ad Philip. 3. v. 17.

Sacerdos cryſtallus eſſe debet, non tantum propter puritatem, ſed etiam propter fulgorem. Ibid.

### 161. *Ad perfectionem tendere debent. Quomodo?*

Sacerdos, qui pro muneris ſui obligatione ad perfectionem tendere cogitat, ſequentes ſibi regulas commendatas habeat. 1. Vocationem ſuam permagni æſtimet, ſeipſum tanquam Miniſtrum Eccleſiæ & militem Chriſti intueatur, cujus eſt pro Deo magna facere, & magna pati. 2. Sacras preces, & functiones ſui muneris nunquam perfunctorie, ſed magna cum diligentia, & fervore peragat. 3. Contradictiones & perſecutiones, quæ devoto Sacerdoti nunquam deerunt, imperturbato animo ferat, & in his aliiſque nullam conſolationem, niſi in Chriſto patiente & crucifixo quærat. 4. Virum prudentem ac diſcretum ſibi ſeligat, cui omnes ſuas tentationes, ac animi moleſtias pro conſilio communicare poſſit. 5. Felicem illam diem æſtimet, in qua aliquid adverſitatis pro Chriſto pati ipſi contingat, præſertim ſi cedat ipſi ad majorem humiliationem; quia ſic in virtute magis proficiet. 6. Quolibet menſe cum reflexione ſeipſum diſcutiat, an in virtute profecerit, aut defecerit, ſicque propoſitum concipiat emendandi emendanda, & perficiendi perficienda. 7. Peccatum etiam veniale deliberatum nunquam admittat, & quantum fieri poteſt, a judicandis aliorum moribus externis, & intentionibus internis abſtineat. 8. Vitas Sanctorum, qui in eodem hoc ſtatu vixerunt, v. g. S. Franciſci Saleſii, S. Philippi Nerii, S. Vincentii a Paulo, aut etiam eos, quos de perſona novit, pro imitatione ſibi ante oculos ponat. 9. Poſt quamlibet confeſſionem hebdomadariam unum aliquod vitium, quod confeſſus eſt, ſibi emendandum ſeligat, illudque invocato Dei auxilio viribus omnibus uſque ad ſequentem confeſſionem oppugnet. 10. Similiter poſt confeſſionem annuam aut ſemeſtrem, ex peccatis committi ſolitis ſecernat aliquod gravius aut periculoſius, quod extirpare decernat; diminutio enim peccatorum eſt fundamentum vitæ ſpiritualis; quia quanto purior eſt anima, eo majora chariſmata cæleſtia percipiet. 11. In converſatione cum aliis modeſtiæ ſtudeat, & id maxime curet, ut colloquia ſint ædificatoria, & de rebus ſacris. 12. Cum nemine amicitiam particularem ineat, & quamvis æquum ſit, ut converſationem piorum ac devotorum Sacerdotum magis quam aliorum affectet, tamen etiam erga eos, qui minus tales ſunt, modeſte, & humaniter ſe gerat. 13. Familiaritatem cum altero ſexu tanquam peſtem fugiat, & ſi talem converſationem neceſſitas, aut animarum ſalus exigat, ſtrictim, & abruptim id faciat. 14. Ab indiſcreto fervore in corrigendis aliorum vitiis tam in cathedra, quam in ſacro tribunali abſtineat; quia plus nocebit, quam proderit. 15. Superiores tanquam Chriſtum Dominum, & æquales, qui ſecum in vinea Domini laborant, tanquam Diſcipulos Domini amet & veneretur. 16. Omnes cogitationes, quæ confidentiam erga Deum minuunt, aut triſtitiam, & puſillanimitatem generant, tanquam blaſphemias rejiciat, econtra illas foveat, quæ ſpem, & lætitiam in ſervitio Dei augent. 17. Promotiones, & altiores honorum

gra-

gradus nunquam contentioſe quærat, ſed forte ſua contentus vivat, & totum ſe Providentiæ Dei relinquat, paratus potius in humilitate, quam in excellentia vivere.

162. *Amant ſuum intereſſe, ſed male.*

Abominatio in templo eſt avaritia in homine ſpirituali; videntur ad aram ſtare pro Deo, & ſtant pro lucro. S. punct. 67. fol. 230. ad finem.

Phariſæi perſuadebant filiis, melius eſſe oblationes facere Deo, quam parentes alere, ut ipſi ditentur. In Breviar. Feria 4. Dom. 3. Quadrag.

Sicut Paſtor in comœdia neſcit quid ovibus conveniat: ita ſæpe Paſtores animarum nihil de ovibus curant, ſed tantum de ovium lana &c. B. Ser. 54. n. 22.

Propheta quidem dixit: *Si dederit mihi Balac plenam domum auri, & argenti, non potero immutare verbum Domini.* At cur toties interrogat, an Deus permittat, ut vadat? ſcilicet merces illum allectavit. Imo cum dein aſina contra mandatum Dei pergere nollet, enormiter illam percuſſit, donec jumentum eum monuit de avara memoria, *animal tuum ſum &c.* S. punct. 67. fol. 231.

*Fecerunt ſibi vitulum conflatilem:* ubi Gaufredus: auctor hujus idololatriæ Sacerdos fuit: caveant igitur ſpirituales &c. nam cauda draconis traxit tertiam partem ſtellarum, cauda erat aurea, & argentea &c. S. punct. 67. fol. 231. & punct. 69.

Sanctus Ambroſius laudat Sacerdotes, qui ante captivitatem Babylonicam ſacrum ignem abſconderunt: Non illis ſtudio fuit aurum abſcondere, argentum defodere, quod poſteris ſuis ſervarent. Corn. a Lap. I. 2. Mach. c. 1. v. 19. M. conc. 26. aſſ. 2. n. 9. conc. 4. aſſ. 1. n. 15.

S. Auguſtinus deplorat, jam vix quæritur JESUS propter JESUM.

Iſaac utut ſpiritualis, tamen dilexit Eſau propter venationem, & cibos. S. punct. 111. fol. 331.

S. Bern. lib. 4. de Conſid. Patientius ferimus Chriſti jacturam, quam noſtram, ait Sanctus Bernardus. S. punct. 14. fol. 758.

163. *Ab omnibus creaturis alieni ſint.*

Ante partum Beatiſſima Virgo vocatur ſponſa, & uxor Joſephi: poſt partum vero nonniſi Mater JESU. Quare? quia poſtquam Dei Filium in manibus habuit, fas non erat, ut alterius cujuſquam diceretur, quam JESU Chriſti. B. Serm. 27. n. 18. 19.

Phil. 2. *Omnes quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ JESU Chriſti:* Multi enim Sacerdotium aſſumunt, ut ſuis, non Chriſti utilitatibus invigilent: Utrum quærant, quæ ſunt JESU Chriſti, elucet ex duobus ſignis: Nempe ex ſenſu injuriarum, & commodorum ſtudio: an injurias Chriſti in tantum vindicant ac ſuas? an commoda Chriſti in tantum promovent, ac ſua? Dantur peccatores adulteri, ſcandaloſi, blaſphemi, & hi tolerantur, dummodo proprius honor non lædatur, atque hæc quoad injurias. Quoad commoda, permittuntur pauperculi ſine pabulo Divini verbi, & tamen continuo cogitatur de extollendo ſplendore domus &c. Segn. Manna 19. Mart.

In Hiſpania Darocæ Sacræ Hoſtiæ mirabiliter in ſanguineum colorem mutantur. Deliberatur, ubi ſacrum Theſaurum Deus aſſervari velit, & corporale una cum ſacris Hoſtiis mulo imponitur, qui recta eas in templum hoſpitalis Darocæ deportavit, ſed ſub porta mortuus concidit: noluit Deus, ut jumentum tam ſancto oneri adhibitum, deinceps ad profana obſequia ſerviret. Tu Sacerdos quotidie hoc ſanctiſſimum onus defers, noli profanis negotiis occupari. &c. D. 10. 41.

Exod. 28. In veſtimentis Sacerdotalibus præcepit Deus, ut Sacerdotes præter rationale, ſuperhumerale, & tunicam, etiam *lineam ſtrictam* gerant: Quare? Philo reſpondet, quia linea non conficiuntur ex mortali materia, ſicut veſtes laneæ. Heumen. conc. 43. 1. Philo l. 2. de Monarch.

Moyſes ad rubum ardentem vocatus, juſſus eſt exuere calceos: Quare? ut per hoc tanquam ſigno conteſtetur, quod pecudibus ſuis, omnibuſque terrenis cedat, & ſe totum ad obſequium Dei transferat; olim enim, cum quis jure ſuo ceſſit, illudque in propinquos & fratres tranſtulit, exuebat calceos, ut patet Ruth 4. v. 7. hinc etiam Sacerdotes Aaronici in tabernaculo nudis pedibus ſua munia obibant. G. in Exod. 3. v. 4.

164. *Infelices, ſi propter victum & panem aſſumant hunc ſtatum.*

Sanctus Gregorius Naz. *Tanquam non Virtutis exemplum, ſed victus parandi occaſionem, & ſubſidium hunc ordinem judicantes.* Ephraim columba ſeducta: Quare columba? quia hæc avis paſcua quærit, nec curat tecta. Columba Noemi ſtatim in arcam reverſa eſt: Quare? quia

extra



Oliv. in Gen. 8. extra non invenit locum, *ubi requieſceret pes ejus.* O infelix ſi hunc ſtatum *diligis, non quia placet, ſed quia ſervat,* ait Oliva. &c. B. Serm. 39. n. 28.

Panes in Veteri Teſtamento ſingulis Sabbatis mutabantur, & tunc veterem panem, utut durum comedebant Sacerdotes: Sacerdos Novi Teſtamenti duram panem edat, non commoditatem quærat. B. Serm. 39. n. 29.

Turbæ ſequuntur Chriſtum propter panem: ita multi Sacerdotes *tantum ſubſidia vitæ præſentis* quærunt, ait Sanctus Gregorius. M. conc. 26. aſſ. 2. n. 8. S. Greg. l. 23. Mor. c. 6.

*Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.* Ubi Apoſtolus aſſertive enarrat, quid tempore Apoſtolorum circa electionem Sacerdotum in uſu fuerit; nullus ſibi ipſe ſumpſit honorem, ſed exſpectabant vocationem Dei. Nunc vero eheu! convolatur ad ſacros Ordines, ut domus & familia ex bonis Eccleſiaſticis ditetur. Sic ſub ſpecie devotionis excuniculantur diſpenſationes ætatis, ut citius accelerentur ſtipendia. Eheu! quantum eſt animæ periculum, cum in eligendo Sacerdotio ambitio, aut avaritia conſilio adhibetur. Segneri Hom. Chr. p. 1. diſ. 15. n. 3.

Diaconus Bononiæ in Sacerdotem inaugurari ſolum propter divitias & vitæ lautitiam cupiebat. Verum ſclopo ad aucupium exiens, eo exploſo & in partes diſſiliente, duos digitos amiſit, & ſic inutilis ad Sacerdotium factus ſpe ſua excidit. J. 124.

165. *Infelicius pereunt, ſi pereant.*

Conradus Hildeſienſis Epiſcopus noctu vidit Sacerdotem ad tribunal Dei citari. Judex præcepit aſſeſſoribus, ut cauſam diſcuterent. Diſcuſſerunt illi, & reum condemnarunt, approbante ſententiam Judice. Tunc accuſatores in eum involarunt, & Caſulam, Albam, cæteraſque veſtes Sacerdotales illi abripuerunt, eum vero ad infernum deduxerunt. Conrado triſtante & evigilante venit nuntius & refert, hac nocte talem & talem repentina morte deceſſiſſe. E. *Judicium.* n. 6.

Certum eſt, quod peccata Sacerdotum, cæteris paribus graviora ſint, quam Laicorum. 1. Propter majorem obligationem ſtatus ad ſervitium Dei. 2. Propter majorem cognitionem Legis, & gravitatis peccati; hinc Chriſtus Dominus ad Pilatum: *Qui me tradidit tibi* (Judas, qui fuit Sacerdos & Apoſtolus) *majus peccatum habet.* 3. Quia peccata Sacerdotum raro fiunt ſine ſcandalo, adeoque & alios ſecum trahunt in ruinam. Ut nihil dicam de damno emergente, & lucro ceſſante Eccleſiæ, juxta illud S. Gregorii: a nemine majus præjudicium tolerat Deus (& Eccleſia) quam cum eos, quos ad aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exempla pravitatis cernit. &c. Cum igitur graviora ſint peccata Sacerdotum, graviora etiam erunt eorum ſupplicia.

166. *Honorandi ſunt, quia honore digni.*

Alexander Magnus adeo honoravit, imo quodammodo adoravit Jaddum Pontificem, qui in veſtibus ſacerdotalibus Hieroſolymam ingredienti occurrebat, ut in ejus gratiam univerſæ Judææ, & Palæſtinæ pepercerit. C. Eccli. 7. v. 33.

Conſtantinus Magnus honoravit Sacerdotes & Epiſcopos Concilii Nicæni, inter quos ipſe ultimam ſedem elegit, imo antea conſidere non voluit, priuſquam illi ab Epiſcopis annutus daretur.

Theodoſius Imperator honoravit S. Ambroſium, illiuſque juſſu ab aditu templi tremens receſſit, ac pœnitentiam ob cædem Theſſalonicenſium ſibi impoſitam humiliter adimplevit.

Carolus Magnus honoravit Summos Pontifices ac Sacerdotes, quorum accitu quater Romam profectus eſt, ac urbem, totamque Italiam Longobardorum tyrannide liberavit.

S. Ludovicus Galliarum Rex mire venerabatur Sacerdotes, ideo moriens Philippum ſucceſſorem monuit: Semper ſis addictus S. Romanæ Eccleſiæ, & elige tibi ſapientes Confeſſarios, qui te poſſint docere, quid agere, quid vitare te oporteat.

Ferdinandus II. Imperator, cui Chriſtus e cruce promiſit: Ferdinande non te deſeram, dicere ſolebat: ſi ſibi eodem loco & tempore occurrerent Angelus & Sacerdos, ſe prius Sacerdoti, deinde primum Angelo honoris officium perſoluturum. Vide C. Iſa. 49. v. 23.

Benedictio Sacerdotum magnam habet efficaciam, quam olim Chriſtiani, & nunc, etiam Reges, & Principes deſideranter expetunt. C. Num. 6. v. 27.

Omnes omnium temporum gentes honorarunt ſummopere Sacerdotes ſuos. Et Concilium Aquiſgranenſe ſtatuit: *Licet Sacerdotes ſint negligentes, non ſunt deſpiciendi. &c.*

Bi-

Baſilius Imperator ajebat: *Honor, qui Sacerdotibus defertur, ad Deum refertur.* M. conc. 14. aſſ. 1. in fine.

Sacerdotes honorantur ab ipſo Deo: Leproſos enim miſit ad Sacerdotes, quos per ſe curare facile poterat. &c. M. con. 14. aſſ. 2. n. 7.

Populi Africani, præſertim Urbis Carthaginenſis incolæ, quia Sacerdotes & Monachos variis contumeliis afficiebant, ita a Deo puniti ſunt, ut centenis annis ſub jugo Vandalorum ingemiſcere debuerint, ait Salvianus. D. 2. 39. in medio.

*Salvian. lib. 8. de Provid.*

S. Henricus Imperator aliquem Epiſcopum, nomine Meinvercum, mentæ adhibitum ita luſui habuit, ut per ſchedam e ſuperiori tabulato deciduam illi mors poſt quinque dies denunciaretur. Epiſcopus parat ſe morti, omnia ſua diſtribuit in pauperes, cum autem poſt quinque dies ludificatum ſe adverteret, ſententiam Excommunicationis contra Henricum dixit: Et ecce! Imperator adeo reveritus eſt Præſulem, ut cilicio indutus veniam ab illo rogarit. D. 6. 2.

Cum Chriſtus Dominus in ſtabulo Bethlehemitico naſcebatur, mox aderant de nocte Angelorum milliones, qui Dominum adorarunt, venerunt Paſtores, qui in illa Regione greges paſcebant, venerunt de longe Reges ab Oriente, &c. Mirum autem, ad Simonem ſenem ulnis ſuæ Matris portari voluit: cur non etiam iſte Seniculus ad præſepe venit? Quia erat Sacerdos, ſuperabat dignitate Angelos, Paſtores & Reges: hinc Chriſtus adeo illum honoravit, ut maluerit eum convenire, quam ab eo conveniri.

### 167. *In ſuis delictis a plebe judicari non debent.*

Chriſtus ipſemet ejecit ementes, & vendentes: cur non hoc miniſterium commiſit alicui ex ſuis diſcipulis? Reſponden, quia erant primates populi, Sacerdotes &c. hos culpare & punire ſoli Deo competit. M. conc. 14. aſſ. 2. n. 8.

Chriſtus Phariſæos ſæpe publice redarguit, Petrum vero negantem oculis ſolis corrigit, quia Prælatus erat, cujus honori parcendum. M. conc. 14. aſſ. 2. n. 9. Aaron utut murmurator non punitur lepra ſicut ejus ſoror. Cur? quia Prælatus erat, ne perderet reſpectum apud populum. M. conc. 14. aſſ. 2. n. 10.

In cubiculum Patris Bonaventuræ Tolomæi, ex Ordine S. Dominici, inſignis concionatoris, ingreſſus eſt dæmon ſub impudicæ mulieris ſchemate, id videntes duo ſeculares ſtatim rem ad Priorem Monaſterii deferunt: ſed una cum hoc Tolomæum in oratione inveniunt. Delatores iſti dein ex cœnobio exeuntes terribiliter vapularunt a dæmonibus. O ſi omnes vapularent a dæmone, qui ex levioribus longe cauſis Sacerdotes perſtringant, quot plagæ cernerentur. R. cent. 2. p. 2. mir. 44.

Chriſtus ipſe ejecit ementes & vendentes in templo, ut indicaret, quod ſæculares in forum Eccleſiaſticum ſe ingerere non debeant. Paoletti Fer. 2. poſt Dom. 4. Quadrag.

### 168. *Conſtituti ſunt, ut corrigant mores populi.*

Singulis tribubus ſinguli diſtrictus aſſignati ſunt, ſacerdotibus nullus. Hi mixti vivunt inter omnes tribus, ut nullibi deſint monitores, & magiſtri. M. conc. 21. aſſ. 3. n. 3.

S. Gregorius ait: *Decet Dominicum Paſtorem & Sacerdotem moribus & vita clareſcere, ... ut plebs ſibi commiſſa & eligere quod ſequatur, & videre poſſit, quod corrigat.* C. Lev. 8. v. 30. *S. Greg. ibid.*

Sacerdotes comparantur apibus 1. quia de divinarum Scripturarum floſculis ſuavia mella conficiunt, ad medicinam animarum. 2. Quia caſtitatem præferunt, cibum vitæ cæleſtis exhibent, & aculeum legis exercent. 3. Quia Matris Eccleſiæ gratiam tanquam in alveari continent, eamque ſacris prædicationibus fideli populo applicant. C. in Malach. 2. v. 7.

Paſtores inter alia id curæ habent, ut ſaginandis & ſanandis ovibus petram ſalis proponant, hanc cum avide lambunt oviculæ, a ſcabie aliiſque morbis præſervantur, & ſanantur. Talis petra ſalis debet eſſe Sacerdos, ita, ut animæ illius fidei concreditæ, quoties illum vel aſpiciunt, vel audiunt, vel illi colloquuntur, aut converſantur, ſemper meliores recedant.

### 169. *Inhonorari non debet.*

Mulier nobilis Sacerdotem, quia cum Miſſa ſe non exſpectaverat, colapho cædit, & dein infantem parit manu dextera captam. J. 1.

Petulans juvenis Ancone Religioſis quibuſdam ſingulis noctibus hederam, tanquam ſignum popinæ, ad portam appendere ſolebat. Utut autem dives fuerit, adeo depauperatus eſt, ut ad eandem Religioſorum portam quotidie panem mendicare debuerit. J. 81.



Adoleſcentibus impuris pater ſubtraxit pecunias. Id illi cuidam Sacerdoti imputantes eum in Feſto S. Stephani occiderunt. Quid factum? ſupra annum eodem Feſto illi omnes interfecti ſunt. J. 149.

Chriſtus Dominus in Diſcipulos euntes in Emmaus auſtere invectus eſt: *O ſtulti & tardi corde ad credendum!* Econtra incredulum Thomam benigne advocavit, jubens, ut tactu exploraret, quod corde credere nollet. Cur non æque in eum invectus eſt illis verbis: O ſtulte & tarde corde! Quia fuit Sacerdos! Sacerdotes tam acerbis verbis perſtringi non debent.

Magni Principes, Reges & Imperatores genuflexi venerati ſunt Sacerdotes, eorum pedes oſculati benedictionem rogarunt, iiſque ſuam felicitatem & victorias in acceptis retulerunt, uti Clotharius, Arcadius, Juſtinus, Carolus Magnus & alii. Quid non faciant homines plebei? &c. C. Iſa. 49. v. 23.

### 170. *Scientia debent pollere.*

Moyſes primum altera vice, dum a Deo rediit, ſplendorem e facie emiſit: cur non prima ſtatim vice? Reſpondet S. Auguſtinus: quia primum altera vice Iſraelis Prælatus factus eſt: ita Sacerdos luceat ſcientia, quia alios inſtruere debet. M. conc. 14. §. 2. n. 1. & ſeq.

*Malach. 2.* *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus.* Sacerdotis eſt legem cognoſcere & eam docere, juxta
*Tit. 1.* effatum Apoſtoli, ut ſit potens in doctrina ſana exhortari, & contradicentes convincere; quapropter S. Ambroſius Biblia vocat librum Sacerdotalem, quaſi Sacerdotibus proprium, & aſſidue legendum. Sicut ſtomachus accipiens cibum coquit: ita Sacerdotes accipiunt ſcientiam ſermonis ex S. Scriptura, eamque excoquunt, & populo ſubminiſtrant. S. Ambroſius Sacerdotes comparat apibus, quæ ex ſuccis florum mel conficiunt: ita, inquit, Sacerdotes ex Scripturarum floſculis medicinam animarum conficere, & applicare debent. C. in Malach. 2. v. 7.

Caveat Sacerdos de illa ſcientia, quæ pure ſervit ad jocos & nugas, ait enim S. Bernardus: *Nugæ inter ſeculares ſunt nugæ, in ore Sacerdotis blaſphemiæ..... Fœde ad cachinnos moveris, fœdius moves.* Quomodo ſcientia Sacerdotis conſtituta eſſe debeat, deſcribit S. Chryſoſtomus: *Meminerit, ut ovibus paſcuas ſalubres tribuat, agnis puri fontis undas exhibeat, exterminet ab ovibus lupos, vulneratos curet, errantes revocet, ignaros inſtruat, lapſos erigat, & univerſos ſuæ vitæ provocet exemplis.* C. in Malach. 2. v. 7.

*S. Bern. lib. 2. de conſid. ad Eugen. c. 13.*

*S. Chryſ. Hom. de co, qui incidit in latron.*

### 171. *Non ſint avaritiæ dediti.*

Giezi ab Eliſeo maledicitur, quia a Principe Naaman pecuniam accepit, & tamen hanc pecuniam tantum accepit, ut vineas, & oliveta Eliſeo emeret. M. conc. 14. aſſ. 3. n. 1.

Zacharias aureum tempus prædicit, quo *non erit mercator in domo Domini*: ubi Ribera: Mercator in domo Domini eſt, qui opera Dei non Dei cauſa facit, ſed lucri, & honoris. Coutinno in Feſt. S. Benedicti conf. 1. n. 2.

*Zach. 14. Ribera hic.*

Cur Chriſtus Dominus Sacerdotii poteſtatem contulit Apoſtolis per aeris inſuſſlationem? cur non per ſignum alterius elementi, terræ, ignis, aut aquæ? Reſp. Omnia alia elementa debent avaritiæ hominum ſervire: terræ fundi, & fructus venduntur pecunia: aqua in mari fert navigia mercatorum, & in lacubus & ſtagnis tributa ſolvit Dominis: ignis ſine expenſis in ligna & fomites haberi non poteſt: ſolus aer a dominio hominum alienus, & cuilibet abſque cenſu liber eſt; igitur Chriſtus per ſignum ſeu inſufflationem aeris dedit Sacerdotibus ſupremam poteſtatem, ut indicaret, illos ab avaritia debere eſſe immunes.

Neapoli Sacerdos multa aureorum millia corraſit, ſupellectilem etiam pretioſiſſimam ſibi comparavit. Cum vero teſtamentum condere moratur, repente extinguitur. Amici involant in ejus bona, itaque exſpoliant, ut illi ad ſepulturam nil niſi habitus Capuccini ſuperfuerit. I. 77.

Ven. Avila in Hiſpania Sacerdos aperiens Evangelium legit: *Quærite primum regnum Dei; & cætera adjicientur vobis*, aſſeruit ſe eam ſententiam lineola ſubduxiſſe, & nunquam neceſſariis caruiſſe! Mercatori opulento ſi fidem tribuo, cur non Deo? T. n. 52.

Deus non permiſit Sacerdotibus veteris Legis, ut bona immobilia, prædia, agros & ſimilia poſſiderent, inquiens: *Ego pars & hereditas tua.* Cur autem hoc non permiſit? 1. Ne ex agrorum & vinearum cultura laboribus implicentur, quo mi-

minus Deo, & ſuis miniſteriis vacare poſſint. 2. Ut cum magna veneratione ſuſpicerentur a cæteris tribubus tanquam alieni a terrenis, & viciſſim Sacerdotes in eorum ſalutem magis incumberent. 3. Ut Deus ſuos Miniſtros populo daret ſpeciem vitæ cæleſtis, dum illi non terræ, ſed cælo inhiant. Hinc illis pro ſuſtentatione aſſignavit primitias, decimas &c. C. Num. 18. v. 19.

Apoſtoli paupertatem voverunt, id quod affirmat, & confirmat Angelicus Doctor verbis illis: *Apoſtoli intelliguntur vovisſe pertinentia ad perfectionis ſtatum, quando Chriſtum relictis omnibus ſunt ſecuti*. C. in Act. Apoſt. c. 5. v. 2.

Væ Clericis & Sacerdotibus adeo avaris, ut etiam beneficia beneficiis, aut penſionibus cumulata acceptare non reformident: Injuria & iniquitas hæc grandis eſt 1. In Deum & Chriſtum, cujus patrimonium miniſtrantibus deputatum, in non miniſtrantes transfertur. 2. In Eccleſiam quamque particularem, quæ ſuis proventibus ſpoliatur, ac proinde doctos & inſignes paſtores, ac miniſtros nanciſci nequit, ſed pauperes, miſellos, ac inidoneos, qui quovis ſtipendio contenti ſunt, ut vivant. 3. In populum & fideles, qui ab his miſellis erudiri nequeunt. 4. In ipſos fundatores, quorum intentionem evertunt. 5. in Canones omnes antiquos, qui has penſiones duplicatas vetant, & damnant. 6. In Eccleſiam univerſalem, cui ingens datur ſcandalum, & quæ ab hæreticis irridetur propter has avaritiæ nundinationes in Viris Eccleſiaſticis. 7. In Epiſcopos, & Sanctos, quorum exempla & ſanctiones violantur. Certe S. Auguſtinus hæc lucra in nemine ſuorum admiſit, qui in Epiſcopatu non divitias, ſed animas quæſivit, & opes non corraſit, ſed in pauperes erogavit. D. in Ezech. 34. v. 3.

172. *Quæ notæ veri ac boni Sacerdotis*.

Hugo a ſancto Caro ait: In corde caritas, in ore veritas, in manibus largitas eſſe debet. M. conc. 14. aſſ. 3. n. 5.

Nuper otii cauſa librum profanum quidem, ſed non ineruditum aperui, incidique in paragraphum, ubi auctor diſcutit, quænam ſint dotes generoſi, & ad venandum apti canis, dicitque illum eſſe, qui eſt toroſus, magnus, lata fronte, nigris oculis & flammeis, auribus tenuibus & longis, collo prælongo, pectore carnoſo, villo tenui ac denſo, colore non uno ſed mixto. His lectis ſubſtiti, ac gemebundus cogitavi: O quam accuratius magni Domini indagant in qualitates boni canis, quam boni Sacerdotis: niſi canis dotes prædictas habeat, non amatur: ſed ſi ſtudioſus male moratus & rudis recommendatur, ſine omni merito ad ſacerdotium ſtatim ordinatur, qui tamen ad venandas animas ineptior eſt, quam ad venandas feras canis prædictis qualitatibus deſtitutus. VV. art. diſc. ſont. 49. ex. 1.

In Ezechieli, prout notat Lyranus, *deſcribitur Sacerdotum genus, habitus, modus, victus & actus*. Circa 1. dicitur, quod ſint filii Sadoc, qui interpretatur *Juſtus*. Circa 2. dicitur, quod habeant veſtes lineas, per quas deſignatur mentis & corporis puritas. Quoad 3. denotatur tonſura Clericalis. Quoad 4. inſinuatur, quod Sacerdotes non debeant de rapina aut alio illicito vivere, & quod vinum non bibant ingreſſuri in templum. Quoad 5. dicitur, ut doceant populum, & faciant Dei officium &c. C. Ezech. 44. v. 31. in fine.

173. *Non adhæreant carni & ſanguini*.

Petri ſocrus tenebatur magnis febribus, & tamen Petrus non adduxit Chriſtum, ut eam ſanaret. M. conc. 25. aſſ. 2. n. 10. & ſeq.

Scripturæ interpretes diſceptant, cur de Sacerdote Melchiſedech ſacer textus non faciat mentionem, quibus parentibus genitus ſit? Verum optima ratio dari poſſet, quia Sacerdos erat, quem oportet ab omni carne & ſanguine alienum eſſe. D. 4. 2.

Sacerdos affectum ſuum a parentibus, & ſæcularibus abſtractum habere debet. Paoletti Fer. 3. poſt Dom. 2. Quadr.

Chriſtus Dominus primas ſedes negavit filiis Zebedæi, quia erant ejus cognati, ne videretur nimirum carni & ſanguini aliquid conceſſiſſe. Paoletti Fer. 4. poſt Dom. 2. Quadr.

S. Paſtor Abbas adeo a carne & ſanguine alienus fuit, ut etiam pro ſororis filio incarcerato apud Judicem intercedere noluerit. E. tit. *Affectus* n. 1.

Abbas Joannes a ſorore rogatus ut ad ſe veniret, & ſui videndi ſibi copiam faceret, tandem venit, ſed nec verbulum locutus, nec a ſorore agnitus reverſus eſt ad Monaſterium, & per literas ſignificavit ſorori ſuum dolum. E. tit. *Affectus*. n. 3.

Sacerdoti primario ſeu Pontifici non licuit etiam funeri Patris intereſſe, qua lege voluit Deus avocare animos Sacerdotum ab affectu humano. Quid jam faciant



ciant Sacerdotes novæ Legis, ut curas animi a terrenis ad cæleſtia transferant? tales fuerunt S. Petrus, S. Paulus, S. Cyprianus, S. Hilarius, S. Gregorius, S. Hieronymus, Climacus & alii. C. Ezech. 44. v. 25.

174. *Sint ſobrietati dediti*.

Sacerdotes Ægypti carne, vino, ovis abſtinuerunt, ut purius, & intentius Divinis vacarent, ardoremque libidinis reſtinguerent. C. Gen. fol. 129. col. 1. in fine.

S. Hieronymus ait: An non confuſio,
S. Hier. in cap. 2. Michææ. & ignominia eſt pauperem, & famelicum Chriſtum pleno ventre prædicare, ac rubente præ luxus abundantia vultu populo jejunii legem proponere? Si Apoſtolorum ſucceſſores ſumus, prout ſumus, non tantum illorum dicta, ſed & facta nos æmulari oportet &c. D. 7. 76.

Aviculæ videntes pavonem admiratæ ſunt, cum autem viderunt illum ad vaſculum ſeu eſcam advolare, illum deſpexerunt. Sic Vir Eccleſiaſticus conviviis inhians deſpicitur. T. n. 360.

Nadab & Abiu afferentes alienum ignem morte puniti ſunt. Cur autem tantum crimen committere ſunt auſi? Credibile eſt, quod fuerint temulenti; hinc paulo poſt eodem capite Deus præcepit
Lev. 10. v. 9. Aaroni: *Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filii tui, quando intratis in teſtimonium tabernaculi*. C. Levit. 10. v. 9.

Sacerdotes in Evangelio vocantur *Sal terræ*: Sal, ſi madefactum fuerit, diffluit, diſparet, & ad nihil amplius utile eſt. Ita Sacerdos ſi crapulis & ebrietatibus immadeſcat, in officio ſuo, præſertim in cura animarum, & verbo Dei proponendo inutilis ſit, diffluit, & nullam amplius habet efficaciam.

*Ebrietas in laico crimen eſt, in Sacerdote ſacrilegium; quia vino Spiritum ſanctitatis extinguit*, effatum eſt Sancti Patris, in Flor. Doct. V. *Ebrietas* n. 22.

175. *Non ditent familias ex redditibus Eccleſiaſticis*.

Conſanguinei inſaturabiles ſunt, contemnunt benefacta, quæ non exæquant eorum avaritiam: Sanctus Engelbertus a conſanguineis interficitur, eo quod ditare illos noluerit. A. 1. lect. 2. n. 9.

Baron. Tom. 12. Annal. ad An. 1159. Adrianus IV. Pontifex pauperculis parentibus natus, cum ſummæ dignitatis apicem tenuit, nec obolum quidem erogavit in ſuos propinquos, adeo, ut nec ipſi Matri aliquid voluerit impendiſſe, quam alendam reliquit eleemoſynis Cantuarienſis Eccleſiæ. D. 1. 12.

Cantipratanus narrat de quibuſdam Clericis, qui proventus Eccleſiaſticos male impendebant, graviſſime eſſe punitos: unus eorum ex equo delapſus cervicem fregit, alter in ſella recubans inventus eſt mortuus, tertius in choro repentina morte obiit, quartus deſperabunda nece ſine Sacramentis decedens extra cœmeterium ſepultus eſt. D. 7. 32.

In beneficiis conferendis ſæpe dignioribus præferuntur amici: hinc ille Sarcaſmus. Cum factor rerum privavit ſemine Clerum: Ad Satanæ votum ſucceſſit turba nepotum. E. Verbo *Beneficium* n. 7.

Familia opulentiſſima ex redditibus Eccleſiaſticis immenſum ditata, intra paucos annos ad inopiam, non ſine ludibrio omnium redigitur. J. 98.

Divitiarum proprie Beneficialium Clerici abſoluti Domini non ſunt, ideo etiam Dominium in familiares transferre non poſſunt; quid ergo mirum, quod hę divitiæ in manibus Laicorum non proſperentur? Accedit, quod Laici per affluxum hujuſmodi divitiarum, in vitæ Chriſtianæ moribus deteriorentur; cum enim a cognatis Clericis identidem liberalibus ſubſidiis ſaginantur, a laboribus manum retrahere, otio diffluere, & bonos ſibi dies in luxu, & luxuria procurare incipiunt.

176. *Non emendant plebem, ſi ipſi vitioſi ſint*.

Cain a Deo punitus fuit: cur non ab Adamo? quia ipſemet ſceleratus, & humani generis occiſor erat. M. conc. 21. aſſ. 3. n. 5. & ſeq.

Belluacenſis narrat, quod Epiſcopi quidam ſe itineri accinxerint, ut hæreticis Belluac. l. 8. Albigenſibus prædicando eoſdem ab erroribus ſuis revocarent. Adibant vero illos in faſtu, & pompa equorum, & comitatuum. Unde hæretici ſcandalizati dicebant: Ecce quomodo iſti prædicant nobis Chriſtum, equites peditem, divites pauperem, pomposi humilem? ſupervenit itaque S. Dominicus, qui omnia ab Epiſcopis, & Abbatibus data ſcandala reſtauravit, dum ad illos diſcalceatus, pauper, humilis, & cilicio veſtitus venit. Lohn. v. Scandalum §. 4. n. 12.

Corvi videntes, ſe ab hominibus & avibus ob raucitatem clamoris ludibrio & vili-

vilipenſioni haberi, conſilio inito decreverunt habere curam, ut deinceps pulli recenter nati ad muſicam, ſeu vocem ſaltem meliorem erudiantur. Conſtituerunt ergo philomelam inſtructionis magiſtram. Adſuit iſta, & criſpata voce juvenibus corvis amæniſſimam ſtropham præluſit. Verum rudiſſimi ſtolones imitaturi cantilenam in abſurdum cras! cras! eruperunt. Indignatus Pater corvus auſtere, & etiam cum minis adhortatus eſt filios, ut diſcerent, quæ docerentur. Verum illi repetierunt, cras! cras! addideruntque: Pater, fac, ut præeas! Sic fit cum Sacerdote, & ſubditis animabus! clamat ille, hortaturque ut ſanctæ ſint, & virtuti ſtudeant! Verum ſi ille vitioſus ſit, nihil efficit! reſpondent illæ: Pater fac ut præeas! & repetunt antiquum cras! cras! &c.

### 177. *Infeliciſſimi ſunt, ſi impuri.*

Deus non æternis ſolum, ſed & temporalibus pœnis animadvertit in impuros Sacerdotes. Anno 1656. in Italia Brixiæ (Breſcia) patibulario fune ſuffocatus eſt aliquis nomine *Farina*, faſſus ſuum parentem fuiſſe filium naturalem illius Hieronymi Farina, qui in S. Carolum Borromæum ſub officio Divino ſclopetum exploſit, omnes ejus nepotes fuiſſe a carnifice confectos, ſe in plurimis periculis mirabiliter evaſiſſe, non alium ſine dubio in finem, niſi ut carnifici reſervaretur. Dein S. Carolum rogavit injuriarum veniam loco totius ſuæ familiæ, & grates habuit pro occaſione pœnitentiæ. Joſ. a Buſm. in Feſto S. Caroli Borr.

Quamvis Sacerdos aliis vitiis deditus ſit, poteſt nihilominus aliquas functiones Sacerdotales utiliter utcunque agere, verum ſi impurus ſit, ineptus prorſus eſt, ut ad animarum curam, ac ſalutem ali-
S. Chryſ. hom. contra lux. quid conferat, verificaturque illud Chryſoſtomi: *Qui talibus vacat, ad præſentem vitam inutilis fit, & ad nihil accommodus.*

Veſtales Virgines, ſi de impudicitiæ crimine convincebantur, flagris primo cædebantur, dein rapiebantur ad ſcrobem, maledicebantur a ſacrificulis, & vivæ ſepeliebantur, totuſque populus lugebat, negotia publica ſuſpendebantur. &c. D. 8.43.

Monachi Abiſſini, in regno Presbyteri Joannis, in ſuis Monaſteriis non tantum mulieres, ſed etiam animalia feminei ſexus excludunt. VV. art. diſc. font. 40. ex. 6.

Spectabilis Vir Reparatus in morte ſubito revixit, & narravit, ſe vidiſſe rogum ardentiſſimum Tyburtio, luxurioſo Sacerdoti paratum. Mittitur confeſtim nuncius ad ædes Tyburtii, & inventus eſt ea hora exſpiraſſe. E. *Luxuria* n. 1.

Plus placet Deo latratus canum, mugitus boum, grunnitus porcorum, quam cantus Clericorum luxuriantium. C. Lev. 1. v. 17. ad fin.

### 178. *Caveant a pluralitate beneficiorum.*

Philippus Cancellarius Pariſienſis poſt mortem apparet, & ſeſe damnatum eſſe lamentatur, quia contra opinionem aliorum, plura beneficia tenuit, quod ipſi expreſſe ab Epiſcopo diſſuaſum fuit. E. Verbo *Beneficium* n. 1. 2. T. n. 100.

Pluralitatem beneficiorum Cardinalis Robertus moriturus letaliter peccaminoſam eſſe affirmavit. Et præter torrentem Doctorum ipſe Pontifex Greg. IX. id confirmavit, addens: ſe neque authoritate Pontificia audere diſpenſare. E. Verbo *Beneficium* n. 3.

Plura beneficia retinentes plerumque mala morte moriuntur. Ib. n. 4.

Cum amicus B. Mariæ de Ognies beneficiatus, alterum beneficium reciperet, vidit Sancta in extaſi, hominem candidum nigro pallio indui: territus hac viſione audita amicus alterum beneficium cito dimiſit. Ib. n. 5.

Æger Sacerdos vocat Thomam Cantipratanum rogans, ut ſibi moribundo aſſiſteret. Thomas ſuadet præ omnibus, ut unum e beneficiis rejiceret. Id dum ille renuit, & moritur, poſt mortem apparuit Religioſo ex Ordine S. Dominici, & propter pluralitatem Beneficiorum ſe damnatum aſſeruit. T. 101.

Etiam milites crucifixores miſerunt ſortem ſuper veſtimenta Chriſti, non auſi, ut unus duas partes accipiat. Multo magis Clericus ſorte ſua contentus vivat, & *a pluribus partibus ſeu beneficiis caveat*, memor quod coram, & de Crucifixo ſua ſorte utatur. Coſterus de Paſſ. Dom. Med. 36. fol. 201.

In cæteris vitiis Clerici poſſunt utcunque obtendere excuſationem: Delicatus in eſu & potu poteſt dicere, facio hoc pro conſervanda valetudine: Bibulus poteſt dicere, facio hoc ad diſpellendas melancholiæ nebulas. Evanidus in veſtibus poteſt dicere, facio hoc ad diſtinguendam meam naſcendi conditionem ab homine triviali. Et ſic de cæteris. Sed quam rationem ſeu naturalem, ſeu ſu-

per-



pernaturalem obmovere poteſt duplex, aut triplex Beneficiatus? Nullam, niſi ambitionem aut avaritiam! Adeoque præ cæteris ſunt in periculo damnationis! Nobiliſſimus quidam Canonicus Cathedralis venit ad Virum pietate, & ſcientia inſignem, ſuum olim in juventute Magiſtrum, conſulens, dicenſque: Jam de facto gaudeo duplici Canonicatu ſatis pingui, ſed occaſio mihi offert tertium, quid faciam? An conſultum eſt, ut hunc acceptem? Repoſuit Vir Religioſiſſimus: Omnino, mi Domine Comes, conſultum eſt, ut acceptetis, & tertium; ſic enim egregie ludum facere poteſtis diabolum; nam cum ad mortem venerit, putabit ille ſe tres habiturum Canonicos, & tantum inveniet unum! Pro! falſa, & triſtis reſponſio! &c. Videatur hac de re Cantipratanus, Dionyſius Carthuſianus, & Sancti Patres antiquiores, qui ſecundum Eccleſiæ Canones de pluralitate Beneficiorum prorſus terribiliter loquuntur &c.

Per hanc pluralitatem Beneficiorum fit præjudicium Deo, Chriſto, Eccleſiæ, Fundatoribus, Populo, Sacris Canonibus, & ſaluti animarum. C. in Ezech. 34. v. 3.

### 179. *Sint zelatores contra peccata.*

S. Hieronymus adhortans Sacerdotes
S. Hier. l. 1. adv. Ruff. ait: *Chriſtus in oculis noſtris crucifigitur, & vos adhuc gladium in vagina habetis!* &c. B. Serm. 34. n. 20.

Sacerdotes comparantur ſali; ſicut enim oves ex ſale meliorantur, ita oves Chriſti &c. *Sal non ſumus, ſi corda audientium non condimus.* In Feſt. S. Greg. 12. Martii hom. in Evang.

Exod. 32. *Siquis eſt Domini, jungatur mihi: congregatique ſunt ad eum omnes filii Levi.* Levi erat tribus ſacrorum hominum: ubi
S. Amb. Ep. 36. Ambroſius: Sanctiores cæteris ad hoc munus eliguntur, quorum portio Deus eſt &c. S. punct. 108. fol. 316.

Sacerdotum eſt deflere peccata populi, ita olim pii Sacerdotes fluebant lacrymis in Sacrificio. Hac de cauſa ſudario utebantur, quod hodie idem eſt ac Manipulus. Beda vocat hoc ſudarium Mappulam, ſeu Amapham, ſic dictam a mundando ſudore ſeu humore, hinc videtur, in locum hujus Mappulæ, deficiente devotione, & lacrymis ſucceſſiſſe Manipulum, hinc Sacerdos illum inducens dicit: *Merear Domine portare Manipulum fletus & doloris, ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.* Sic Sacerdoti jugiter deflenda ſunt peccata populi. C. in Joel 2. v. 17.

*Fortis ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Cant. 8. Zelus gloriæ Divinæ quoad duritiem inferno comparatur. 1. Sicut dæmones incredibilem habent rabiem rapiendi animas: ita oportet te habere zelum ad eas ſalvandas; quia verus ſervus non tantum non offendit Dominum, ſed neque permittit, ut ab aliis offendatur: *Vidi prævaricantes & tabeſce-* Pſal. 118. *bam.* 2. Sicut dæmones propter animas tolerant omnia incommoda, ſerviunt pro mediaſtino, pro equo, pro cane, pro jumento ad onera ferenda: ita non debes abhorrere a ſervitio quantumvis laborioſo, aut abjecto, modo ſerviat ad lucrum unius animæ. 3. Sicut dæmones ſciunt pro omni anima pereunte augeri ſuum ſupplicium, & tamen id non curant: ita paratus ſis etiam tuam gloriam poſtponere alienæ ſaluti. Sic S. Paulus cupivit anathema eſſe pro fratribus, ſic Sancta Catharina Senenſis deſideravit ſuo corpore obtegere fauces inferni, ut nulla deinceps anima eo penetraret &c. Segn. Manna 30. April. n. 1. & ſeq.

Vel maxime, mi Sacerdos, obſtringeris Deo, ut pro mille beneficiis illi vices rependas. Hoc jus autem, quod Deus erga te habet, ceſſit animabus, quæ cum adjutorem non habent, ad interitum properant. Perpende ergo, quis ſit ille, quem a te recuperari oportet? nempe proximus. Perpende, e cujus manibus recuperandus ſit? nempe e manibus diaboli. Et cui recuperandus? nempe Chriſto. &c. Segn. Manna 2. Julii.

### 180. *Tenentur avertere calamitates populi.*

Sanctus Bernardus ait: *Venient ante tribunal Chriſti, audietur populorum querela,* S. Serm. in conc. *accuſatio dura, quorum vixere ſtipendiis, nec diluere peccata.* Et Joannes Avila ait: Cum aliquando quæſtio erit de tot bellis, fame, peſtilentiis, merito nonnullos pœnitebit fuiſſe Sacerdotes: quia ſuis precibus tenentur avertere mala populi. Cum in obſeſſa urbe Samaria extrema fames graſſaretur, Rex Joram indignatus eſt Eliſeo, quia debuiſſet oratione ſua malum avertere. B. Serm. 38. n. 19. 20. 21.

Si lucerna in tabernaculo extinguebatur, bella, peſtes, & omnia mala erant timenda: ita ſi lucerna Sacerdos extinguitur. M. conc. 14. n. 1.

Dum rebellante Core, Dathan & Abiron Deus ſere quindecim millia ex populo, Num. c. 16. & 17.

igne conſumpſit, Aaron interceſſor Deum placavit. Poſtquam Aaron factus eſt Sacerdos, quærente populo: *Num uſque ad internecionem cuncti delendi ſumus?* Reſpondit Dominus c. ſeq. ut Aaronem tanquam Pontificem a ſe deſignatum, deprecatorem adhibeant. C. Num. 17. in fine.

Unde fames, bella, peſtes, & ærumnoſa tempora, niſi ex peccato? Deus vult extirpare ingratiſſimos peccatores! teſtis eſt tota Scriptura! Neceſſe eſt igitur, ut e contrario ſint Sancti, & innocentes Dei famuli, qui velut Moyſes in monte, mitigent Dei iracundiam, aut ſint inſtar illorum decem, quorum meritis Patriarcha Abraham voluit avertere incendium Sodomæ. Et quinam ſunt illi? certe deberent eſſe Sacerdotes, ut mediatores inter Deum & hominem &c.

## Status Religioſus.

### 181. *Habet plures, & graviores obligationes præ reliquis.*

S. Bern. Ser. 55. in Cant. — SCrutabor Jeruſalem in lucernis: ubi Bernardus: *Puto hoc loco Prophetam Jeruſalem nomine deſignaſſe eos, qui in hoc ſæculo vitam ducunt Religioſam.* Præſertim in Divino judicio Religioſus interrogabitur: quomodo intraſti? quomodo vixiſti? quomodo rexiſti? &c. B. Serm. 27. §. 4.

Quamvis autem de Religioſis intelligendum ſit illud: *Cui plus datum eſt, plus requiretur ab illo*, revera etiam magis reſpondent Deo, quam ſæculares. Quis fuit ille ſervus in Evangelio, qui nihil negotiatus ſpem Domini fefellit? an ille, qui multa talenta accepit? Nequaquam, ſed qui unum ſolum accepit. Segn. Manna 31. Mart. n. 3. in fine.

Status Religioſus fuit præfiguratus per Statum Nazaræorum. Nam 1. vivunt ſeparati a communi hominum vita. 2. A vino & deliciis abſtinere debent. 3. Etiam ab uvis & acinis, ne per neglectum minimorum ad majora peccata procedant. 4. Carnales affectus erga parentes, & conſanguineos debent truncare. 5. Ab omni peccato remotiſſimus eſſe debet. &c. C. Num. 6. v. 9.

Cui plus datum eſt, plus requiretur ab eo: famulus, qui unum talentum accepit, ſatisfeciſſet Domino, ſi unum talentum lucratus fuiſſet. Econtra qui quinque talenta accepit, quinque alia debuit lucrari.

### 182. *Eſt ſtatus virtute perfectiſſimus.*

Virtus ſeu perfectio Chriſtiana in duobus principiis primario conſiſtit: *Declina a malo, & fac bonum.* Ad utrumque Status Religioſus principaliter conducit. 1. Quia ſtatus eſt pœnitentiæ, & ſanctæ auſteritatis: occaſio accurate ſerviendi Deo, & ſanctiſſimam ejus voluntatem cum profundiſſima humilitate, & abundantia piorum operum in omnibus explendi. Vide Hieron. Platum de Bono Relig. lib. 1. c. 14. 15. 16. & ſeq. 2. Eſt Status ſecuriſſimus, & opportuniſſimus declinandi a malo; unde enim in vita ſæculari a malo; unde enim in vita ſæculari tot ac tanta oriuntur peccata? Nempe oriuntur a triplici hoſte, mundo, carne, ac dæmone. Verum in Vita Religioſa præſcinduntur occaſiones, & commercia cum mundo, per votum paupertatis, ſolitudinem, contemptum bonorum temporalium. Hieron. Plat. l. 1. c. 6. 7. 8. & ſeq. Per Votum caſtitatis coercentur tentationes carnis. Ibid. c. 10. Per votum obedientiæ præcluduntur inſidiæ dæmonis. Ibid. c. 11. & ſeq.

Status Religioſus præ omnibus aliis abundat efficaciſſimis remediis ad virtutem. Talia remedia ſunt, gratiarum cæleſtium abundantia, correctiones Superiorum, exempla fratrum, mutuæ exhortationes, communio meritorum, & alia. Hieron. Plat. l. 1. c. 21. 22. 23. & ſeq.

Quid felicius in Religione, quam amor fraternus, quo Dei & hominum gratia conciliatur. C. Amos 1. v. 11.

### 183. *Eſt via in cælum tutiſſima.*

Religioſus quaſi in navi ducitur in cælum, ait S. Franciſcus Saleſius. Tres pueri in fornace illæſi fuerunt. Quare? primo ait Sanctus Fulgentius propter mortificationem, qua non manducaverunt cibos regios: *Nunquam vincerent flammas, ſi vellent amare delicias.* Secundo: quia ligati fuerunt: Ita quo magis Religioſi ligati ſunt, eo tutiores ſunt a flammis mundi. B. Serm. 39. n. 45.

*Ducam te per ſemitas æquitatis.... non arctabuntur greſſus tui.* (Prov. 4.) Præcepta Dei ſunt viæ, conſilia ſunt ſemitæ, paſſus ſunt affectus animæ. Hæ ſemitæ ſunt ſine offendiculo, ſunt minus tritæ, ſunt compendia viarum, quibus iter breviſſimum inſtituitur in cælum &c. Segn. Man. 31. Mart.

Per ſcalam Jacob aſcenderunt Angeli: hæc ſcala eſt ordo Religioſus, gradus ſunt Regulæ & diſciplina virtutum. Sic aſcendit S. Benedictus, & S. Romualdus ſuos Monachos aſcendere vidit. C. Gen. c. 28. v. 12. fol. 229. col. 1.



S. Magdalena de Pazzis ſæpe muros Monaſterii viſa eſt exoſculari, inquiens: hanc gratitudinem lapidibus his deberi, quia ſe ſepararent, a maligno mundo. T. n. 133.

Monachus factus Epiſcopus duplicat mortificationis opera propter plura pericula. T. n. 169.

Status Religioſus arx, ſeu caſtrum eſt Eccleſiæ 1. quia munitus eſt legibus, orationibus & exemplis. 2. Quia tanquam arx excelſa cælo proxima eſt. 3. Quia eſt Sion ſeu ſpecula, dum cæleſtia ſpeculatur, & terrena deſpicit. C. Prov. 9. v. 3.

### 184. *Si aſſumatur citra vocationem Dei, multa mala poſt ſe trahit.*

(Gen. 15.) Patriarcha Loth, ut e flammis Sodomæ eriperetur, juſſus eſt a Deo confugere in urbem Segor. Sed Loth in montem aſcendit, & ibi vino inebriatus filias ſuas geminas inceſtuoſe cognovit, ex quo inceſtu nati ſunt Moab, & Ammon. Loth erat in urbe caſtus, cur in monte impudicus? Hugo Cardinalis ait: *Montem aſcendit proprio uſus conſilio.* Et S. Bernardus: *Utinam, qui continere non valent, contraherent: eſſet eis procul dubio melius, in humili gradu fidelis populi ſalvari, quam in Dei ſublimitate deterius vivere, & diſtrictius judicari.* B. Serm. 39. n. 46. (Card. Hugo ibid. S. Bern. ap. Card. Hug. ibi.)

Berchorius ait: *Sunt multi, qui de valle ad montem, de mundo ad Religionem aſcendunt, qui tamen ibidem inebriati, & luxuriæ vacantes deteriores fiunt.* B. Ser. Ib.

Sicut ſi quis librum in publicam lucem ederet, plenum impudiciis, ac venereis nugis, & tamen ei titulum præfigeret: *Opera Sancti Auguſtini*, impudens facinus patraret: ita qui veſtem gerit Sancti cujuſdam Fundatoris, mores autem diſcolos habet. B. Serm. 39. n. 47.

Si aſſumatur ex coactione, aut motivo vano, heu! quanta mala, ait Marchantius: Exinde in Religione, & clauſtris tot infauſta, tot ſcandala, tot apoſtaſiæ, quia plures accedunt non a Deo vocati, ſed a parentibus intruſi. B. Serm. 35. §. 7. (Marchant. Virg. tr. 1. lect. 5.)

Aquila inter illa quatuor animalia volabat altior, quam bos, & leo; quia ex natura aptior eſt ad volatum. Sic qui cum aptitudine naturæ & vocatione accedunt ad Statum Religioſum, in altum volant: cæteri in terram procumbunt. B. Serm. 35. num. 33. Et Serm. 39. num. 46. 47.

### 185. *Perfectior eſt ille, qui ſimul activam & contemplativam vitam profitetur.*

S. Thomas ait: *Sicut majus eſt illuminare, quam lucere ſolum, ita majus eſt contemplata aliis tradere, quam ſolum contemplari.* Dum Elias in eremum ſeceſſit, Deus ipſi exprobravit: *Quid agis?* quaſi diceret, non modo eſt tempus perfectæ quietis. Deus in Veteri Teſtamento ex avibus non tantum turturem, ſed etiam columbam elegit: turtur ſolitaria, columba ſociabilis eſt. Chriſtus per 40. dies diſtulit aſcenſionem in cælum, ut diſcipulos erudiret. Coutinno in Sanctorali Feſt. S. Benedict. §. 2. n. 1. 2. 3. &c.

S. Franciſcus gratius cenſuit eſſe Deo, ſi interdum omiſſa quiete foras procedatur ad prædicandum. C. Gen. fol. 737. col. 1. Item Gen. fol. 234. col. 1.

Lia erat deformis, ſed tamen fœcunda, peperit enim ſeptem filios; Rachel quidem pulchrior, ſed ſterilis. C. Gen. 29. v. 28.

Religioſi comparantur dentibus; quia ſunt candidi ſeu puri, fortes, ordinati. Et ſimul etiam ſtomacho cibum præparant. C. in Cant. 4. v. 2.

Inter aviculas ſingularem laudem meretur alauda; dum invento tritici granulo ſe paſcit, in altum ſe ſupra nubila collit cantillando laudans Deum. Sed iterum in terram ſe demittit, ut cantu, & paſtu hominem oblectet. Sic Religioſi pſallendo laudant Deum, ſed iterum ad hominem revertuntur, ut & illi proſint. C. in Matth. 6. v. 26.

### 186. *Comparatur Martyrio propter mortificationem.*

*Propter te mortificamur tota die.* Ubi Chryſoſtomus: quoniam homines ſumus, atque adeo non datur innumeras ſubire mortes, præſtitit tamen hoc Deus, ut volentati ſi placuerit, quotidie mortem pati liceat ... tot veluti coronas nobis paramus, quot hujus mortificationis dies vivimus. S. punct. 112. fol. 340. ad finem. Hieron. Platus l. 2. c. 12.

S. Bernardus latronem, qui ad ſuſpendium rapiebatur, a morte liberat, dicens, quod illum non momentaneo ſupplicio, ſed lenta & longe acerbiore morte conficere velit. Sic eum duxit ſecum in Monaſterium, ubi Conſtantinus vocatus, &

## Dominica II. Quadrageſimæ.

*Quomodo, & quibus ex motivis adverſitates patienter ſufferendæ ſint?*

1. *Aſſumpſit Petrum, & Jacobum, & Joannem, & duxit illos in montem excelſum. Matth.* 17. Myſterioſa quæſtio conſurgere poteſt ex hodierno Evangelio, quare Dei Filius in monte Thabor, glorificandus, ex omni Apoſtolorum numero, hos tres præ ceteris elegerit, Petrum, Jacobum, & Joannem? An forſan, ut eos ad excellentiorem virtutem præ ceteris extolleret, & confortaret, quia Petrus electus eſt, ut eſſet primus in Regimine, Jacobus primus in Martyrio, & Joannes primus in Dilectione? Eſt hæc conveniens ratio. Verum audite, quid ſentiam. Decreverat Mundi Redemptor, quod hos tres Apoſtolos ſecum in montem Oliveti ducere velit Petrum, Jacobum, & Joannem, ubi amariſſimæ Paſſioni ſuæ initium erat daturus: ut ergo illos ad triſtiſſimum ſpectaculum, periculumque roboraret, illos prius ad intuendam ſuam gloriam in montem Thabor aſſumpſit; nihil enim magis confortat ad perferenda adverſa, quam recordatio, & intuitus cæleſtis gloriæ. (Vide Manſi v. Beatitudo Diſcurſ. 21. n. 9.) Mi Chriſtiane, quid tibi frequentius, quam conqueri contra adverſitates, quas pateris? Age, dabo rationes, quibus onus, ut putas, intolerabile alleviare tibi poſſis. Prima ratio excitandi animum ad ferendas generoſe adverſitates, eſt recordatio culpæ, ſeu peccatorum, quibus meritus es pœnam, id eſt, afflictionem a Deo immiſſam. O quam enormia, quam numeroſa ſunt delicta, quibus Deum offendiſti? cum ergo unum peccatum ſit infinitæ malitiæ, & infinitam mereatur pœnam, an conqueri vis, quod Deus a te exigat ſatisfactionem in hac vita, ne æternam exigere cogatur in altera? &c. Secunda ratio alacriter ferendi adverſitates eſt ſpes & confidentia auxilii Divini: non ſolus geris onus, ſed gratia Dei tecum! gaude, quod tam fidelem habeas adjutorem. Tertia ratio eſt conſideratio æternitatis! perpende, quid, quantum, & quamdiu in inferno patiantur peccatores tui ſimiles, aut multo innocentiores! tua afflictio finem habet, & forſan paullo poſt: illi autem in ſuppliciis æternum ejulabunt. Quarta denique ratio eſt intuitus æternæ mercedis, quam promereri potes tua patientia & reſignatione! cum aliquando centenis & amplius annis Deo frueris in cælis, gaudebis te multa paſſum fuiſſe, optabiſque te paſſum fuiſſe plura, & incomparabiliter graviora. Vide P. Segneri Manna 13. Martii n. 1. & ſeq.

*De paucitate ſalvandorum.*

2. *Aſſumpſit Petrum, Jacobum, & Joannem. Matth.* 17. Ex toto Apoſtolorum Collegio, quare tam paucos? Nonne Chriſtus Dominus, prout loquitur Ludolphus Carthuſianus, omnes hominum ſtatus commendare, oſtendereque voluit, neminem ex quocumque ſtatu hominum non poſſe ſalvari? *Nam per Petrum deſignantur conjugati, per Jacobum Pœnitentes, per Joannem Virgines, per Moyſen Prælati, per Eliam Toxorici.* Quidquid de hoc ſit! aliter ſentit S. Ambroſius inquiens: Dominus paucos ſecum detulit ad intuendam ſuam gloriam, ut oſtenderet, ex omnibus hominum ſtatibus paucos eſſe, qui ad cæleſtem gloriam ſunt aſſumendi. (Vide Speranzam Script. ſel. punct. 142.) Scriptura ſacra de hac veritate multas inſinuat figuras. 1. Per Arcam Noe ex univerſo humano genere tantum octo animæ fuerunt ſalvatæ. Ex Ægypto exierunt ſexcenta hominum millia, & tantum duo venerunt in terram promiſſionis. Vide Speranz. Ibid. & Mich. a Calvo conc. 36. §. 5. num. 7. & alios. 2. Suffragantur aſſerta SS. Patrum. S. Gregorius ait: *Ad fidem multi veniunt, ſed ad cæleſte regnum pauci perducuntur.* 3. Accedunt Hiſtoriæ. Inter triginta millia, qui cum S. Bernardo moriuntur, tantum duo ſalvantur. Vide Speculum Exempl. V. Damnatus, num. 1. 2. Item V. Prædeſtinatio. Item Barz. Serm. 47. n. 37.

Ludolph. Cart. ap. Dedinger Dom. 2. Epiph.

S. Greg. hom. 19. in Evan.

*Cæleſtis gloria non obtinetur ſine labore & meritis.*

3. *Duxit illos in montem. Matth.* 17. Cur Chriſtus Dominus glorioſam ſuam transfigurationem non oſtendit in aperta campi planitie? cur in monte Thabor? Nimirum ut demonſtraret, cæli gloriam obtineri non poſſe ſine ardua montis aſcenſione; laborandum eſt, anhelandum eſt, ſudandum eſt! hinc Chriſtus Dominus illos ipſos Apoſtolus, quos in hortum Oliveti ad paſſionis ſuæ tragœdiam duxit, etiam in montem transfigurationis aſſumpſit. Scito, mi Chriſtiane, qui commode, ac delicioſe vivere amas, cælum non obtineri ſine labore, ac certamine! Intuere 1. Sanctos Apoſtolos, qui fidem Chriſti Evangelizando totum orbem percurrerunt. 2. Sanctos Martyres, qui terribilia tormenta pro gloria Dei exantlarunt. 3. Sanctos Confeſſores, qui in eremis & ſpeluncis oratione, jejuniis ac lacrymis die ac nocte ſe macerarunt. 4. Sanctas Virgines, quæ procul a mundo in ſolitudine, contra carnis, & dæmonis tentationes uſque ad mortem pugnarunt, &c. Vide Tit. Beatitudo, Sancti &c. Regius Pſalmiſta David interrogat: *Quis aſcendet in montem Domini?* & ſibi ipſi reſpondet: qui non accepit in vanum animam ſuam! quid eſt, in vanum accipere animam? Reſpondetur: in vanum eſt veſtis in ciſta, in vanum lampas extincta, in vanum gladius in vagina: ita in vanum accepit animam, qui eam non dirigit, & operibus non exercet ad finem, ad quem creata eſt, uti ſunt, qui anima, ejuſque potentiis abutuntur ad vanitates, ad voluptates, ad otium, ad acediam, & de cetero cæli, ad quod nati, factique ſunt, obliviſcuntur. Cum aliquando Chriſtiani ad portam cæli venientes admitti cupient, conſurget quæſtio inter Angelos: Hi qui ſunt & unde venerunt? ſi reſponſio huic interrogationi reddatur: Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione! hi ſunt, qui contra mundum, carnem, & dæmonem ſtrenue pugnarunt! hi ſunt, qui orationibus, jejuniis, & eleemoſynis vacarunt! hi ſunt, qui cruces, morbos, perſecutiones, & injurias pro Deo patienter tolerarunt! tunc inſonabit mandatum: Attollite portas! O felices, quibus beata hæc ſors obtigerit! &c.



## Dominica III. Quadrageſimæ.

*De malitia, & infelicitate relapſus.*

1. *Aſſumpſit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe. Luc.* 11. Peccare, grande malum, ſive Deum offenſum, ſive offendentem, ipſiuſque offenſæ ſupplicium ſpectes. Verum poſt peractam pœnitentiam, impetratamque remiſſionem, relabi in idem peccatum, incomparabiliter gravius malum eſt; quia relabens ſeptemplicem malitiam committit, conformiter ad illud Sapientis monitum, ubi ait, fidendum non eſſe inimico, utut amicum ſe ſimulet; *Ne credideris ei, quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius.* Has autem ſeptem nequitias deſcribit S. Antonius Paduanus, cujus verba ſunt: Anima recidiva ſeptem tranſgreſſiones committit: 1. fracturam ſceleris. 2. Subſannationem Miſericordiæ. 3. Contumeliam Sacramenti. 4. Ingratitudinem veniæ. 5. Iniquitatem retributionis. 6. Perditionem Dei. 7. Malitiam tranſgreſſionis. Vide Tit. Relapſus. Item Barz. Ser. 60. §. 1. 4. & 6. ubi porro de damnis ſeptem tranſgreſſionum. O quam verum eſt pronunciatum S. Chryſoſtomi, de relapſu dicentis: *Jam enim non ſimplex peccatum eſt, ſed duplex & triplex.* Erunt poſteriora pejora prioribus!

S. Chryſ. Hom. 1. in Aſt.

*De cauſis relapſus tollendis, & emendandis.*

2. *Revertar in domum meam. Luc.* 11. Damnabilis eſt impudentia infernalis inimici, quæ animam pœnitentem, & Deo reconciliatam, *Domum ſuam vocat*: qua fronte, & audacia id agit? Reſpondet Paulus Granatenſis: *Si hoſtes noſtros in nobis habet, qui arcem ſe illi daturos promittunt, mirum non eſt, quod domum ſuam dicat*; indubitanter enim ſperat, ſe illam paullo poſt iterum occupaturum. Quinam ſunt illi hoſtes? 1. Reſpondet idem Auctor, eſt otium & tepiditas, quæ hoſti intrare volenti facile portas aperit. 2. Eſt mala occaſio & familiaritas, quæ pedicis ſuis incautum ad nefas retrahit. (Vide Barz. Serm. 60. num. 14.) 3. Eſt negligentia vincendi inimicas paſſiones, quæ ſunt origo mali! quid juvat, demetere, aut avellere zizania? niſi radix evellatur, iterum repullulant. Quid juvat ab aranearum telis cubiculum purgare? niſi aranea ipſa occidatur, cras in muris eædem telarum ſordes apparebunt. Ibid. num. 15. Vide Tit. Relapſus, &c.

*Deus per pœnitentiam expellit triplex dæmonium.*

3. *Erat JESUS ejiciens dæmonium. Luc.* 11. Utinam ſaperent homines & intelligerent infeliciſſimum ſtatum hominis peccatoris! ille revera ſecundum animam cæcus eſt, quia dæmon illi lumen rationis extinguit, ne videat, quæ videre deberet. Mutus eſt, quia dæmon illi linguam ligat, ne confiteatur. Surdus eſt, quia dæmon illi aures obſtruit, ne ſalutaria monita audiat. (Vide Mich. a Calvo conc. 19. §. 1. 2. & 3.) Quid in hoc ſtatu deeſt infeliciſſimo peccatori, quam deſ-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

peratio, & æternum exitium? verum age, admirare immenſam Dei Miſericordiam, qui triplex hoc dæmonium ejiciens, peccatorem per pœnitentiæ gratiam ex abyſſo damnationis ad ſpem ſalutis reducit. Hæc enim Miſerationis gratia, 1. oculos miſeri cæci illuminat, ut veritates æternas, & fidei lumen aſpicere incipiat. 2. Linguam illi ſolvit, ut ad laudes Dei, & peccatorum confeſſionem, tacentia prius ora aperiat. 3. Aures illi aperit, ut monita Verbi Dei externa, & inſpirationes internas audiat, ſicque ad veram pœnitentiam, & quærendam animæ ſalutem reſipiſcat. Vide Titul. Miſericordia Dei, Pœnitentia, &c.

*De noxia, ac peccaminoſa taciturnitate mutorum.*

4. *Et illud erat mutum. Luc. 11.* Sicut canes domeſtici, muti ac taciturni domui nocent, dum caſu, quo fures ac latrones domino domus noctu inſidiari audiunt, non latrant; ita nihil nocivius eſt mundo, quam cum illi homines muti ſunt, qui vel maxime deberent eſſe loquaces; ſua enim taciturnitate dæmonem inſidiantem audaciorem faciunt, ad multiplicanda peccata. Horum mutorum tria ſunt genera inter Chriſtianos. Primo ſunt *Timidi*, qui publica vitia deberent reprehendere, uti Patresfamilias, & Superiores, & illa ex reſpectu humano, aut metu perſecutionis diſſimulant; hi non ſolum contra præceptum correctionis fraternæ graviſſime peccant, ſed inſuper omnium peccatorum, quæ diſſimulant, coram Deo ſe reos ac participes reddunt. Secundo ſunt *Sacrilegi*, qui peccata ſua, maxime impudica, in ſacramentali confeſſione ſubticent, non ſine riſu, & exultatione diaboli: nequiſſimus hic ſpiritus, cum ſciret, quod peccatum *verecundiam* habeat,
S. Chryſ. Prœm. in Gaza. pœnitentia autem *fiduciam*, ordinem pervertit, pœnitentiæ dedit verecundiam, & peccato fiduciam. Hi miſeri non ſolum ſaluberrimum pœnitentiæ remedium in ſalutem animarum inſtitutum, in ſuam perniciem profanant, ſed inſuper, dum hodie coram uno homine ſalubriter confundi nolunt, coram Deo judice confundentur pernicioſe. Tertio ſunt *Ingrati*, qui ex officio Deo laudes cantare, rudes inſtruere, errantes in viam virtutis reducere deberent, & tamen muti ac ſocordes Dei gloriam, & animarum ſalutem negligunt, & ſic fontes Divinæ Miſericordiæ ſua negligentia obſtruunt, ſibique & aliis damna tam temporalia, quam æterna irrogant. O quam grave judicium miſeri hi ſubire debebunt! Vide Tit. Acedia, Tepiditas, &c.

## Dominica IV. Quadrageſimæ.

*Panis quotidianus comparandus hominis labore, & Dei Benedictione.*

1. *Colligite, quæ ſuperaverunt, fragmenta, ne pereant. Joann. 6.* De duodecim cophinis fragmentorum, quæ hodie poſt ſaturatum populum ſuperaverunt, adhuc hodiedum Divinam Providentia paſcit omnem populum, qui a duodecim tribubus Iſrael generatione deſcendit, & a duodecim Apoſtolis ad Chriſti fidem converſus eſt, id eſt, univerſum orbem. Non eſt buccella panis in orbe, quæ non deſcendit a Deo totius humani generis Nutritio: Verum adverte: Chriſtus Dominus præcepit: *Colligite fragmenta*! non voluit illa aſſervari per Angelos, aut per ſuam potentiam, ſed præcepit Apoſtolis & populo, *Colligite*! ut indicaret, hominem cooperari, & laborare debere pro pane colligendo. Laborandum eſt, hæc prima pars ſermonis! quodſi homo labore deficiat, ſperandum eſt nutrimentum a Providentia Dei, hæc altera pars! 1. Deus Adamum in paradiſo præcinxit perizomatis, præcepitque ut terram foderet, & panem in ſudore vultus ſui lucraretur. Igitur homo ad laborem natus eſt, ſicut avis ad volatum! Quæſo, ſi avis, v. gr. corvus prætenderet, quod ſine conatu alarum, ab Angelo in aere circumferri deberet, quam abſurdum id foret? abſurdum non minus eſt, ſi homo a Deo ſine labore velit nutriri! hinc Chriſtus exprobravit illis in foro: Quid ſtatis hic otioſi? & alias aridam manum ſanavit pauperculo, ut laboraret, & non prætextu manus mendicaret. (Vide Tit. Labor Hominis, Nutrimentum Hominis.) 2. Quodſi homo labori, aut labor homini deficiat, tunc enimvero non deerit Providentia, ut miſerum nutriat. Juvenes corvi, dum ex ovis excluduntur, adhuc implumes albeſcunt: id videntes, nigra mater & pater, putantes partum eſſe ſpurium, illos deſerunt. Verum Dei Providentia, quæ etiam ad infima animalcula ſe extendit, dicitur illos rore paſcere, & conſervare, donec plumeſcant. Si Deus tam bonus eſt erga abjectiſſimam volucrem, quanto magis hominem infirmum,

ſui



ſui impotem curabit, quem creavit, & redemit? Exemplum certe habemus in hodierno Evangelio; quia in ſolitudine nihil aderat annonæ, Deus pavit populum; quia familiare eſt Deo ſuccurrere in rebus deſperatis. Vide Calamatum hac Dom. punct. 2. Item Menochium cent. 7. c. 33. Item Tit. Providentia Dei, Nutrimentum hominis! &c.

*Deus per prodigia confirmat fidei veritatem.*

2. *Cum vidiſſent, quod JESUS fecerat ſignum. Joan. 6.* Benigniſſimus Deus, qui neminem vult perire, ad convertendos peccatores & infideles non tantum ſigna quotidiana, qualis eſt mirabilis gubernatio Mundi, ſed interdum etiam extraordinaria, & prodigioſa opera adhibet, ut reluctantes convincat. Hodie numeroſum populum in ſolitudine, multiplicatis prodigioſe panibus paſcit, illique miraculo etiam Judam proditorem adeſſe vult, ut peſſimus Nebulo, qui miracula Chriſti hactenus ut phantaſticas imaginationes ac deceptiones exploſit, duodecim cophinos panis, qui ſuperaverant, oculis intueri & manibus palpare, adeoque convinci poſſet, Chriſtum revera eſſe Dei Filium, ac Mundi Salvatorem (Vide Pacciuchelli in Jonam Tom. 1. lect. 3. §. 5.) Ejuſmodi prodigia hodiedum operatur Deus, ut peccatores, & infideles convincat de veritate ſalvificæ fidei (Vide Lect. 3. Nocturni in hodierno Breviario) Tale prodigium eſt 1. Converſio totius Mundi per duodecim Apoſtolos, Viros pauperes & infirmos, &c. 2. Tale prodigium eſt conſervatio fidei ſeu Eccleſiæ, quam armati Imperatores ac Reges per decem crudeliſſimas perſecutiones extirpare non poterant: O quot hæreſes, velut vapor in aere, etiam ſine adverſario diſparuerunt: Eccleſia autem per innumerabilium Martyrum ſtragem, immenſumque effuſum ſanguinem adeo non defecit, ut potius creverit: ſanguis Martyrum fuit ſemen Chriſtianorum. (Vide Tit. Perſecutiones Eccleſiæ, Martyres. Item vide P. Segneri Incredul. non excuſab. &c.) 3. Tale prodigium, ceteris omnibus majus, eſt præſentia Chriſti Domini in Sacramento Euchariſtiæ, innumeris miraculis comprobata. (Vide Tit. Euchariſtia) Merito ergo cum S. Chryſoſtomo exclamamus: Qui tantis ſplendoribus non illuſtratur, cæcus eſt! qui ex tantis indiciis veritatem non advertit, inſipiens eſt. Vide Speranzam punct. 120.

*In eſu panis quotidiani homo reſpicere debet Deum, ſeipſum, & proximum.*

3. *Diſtribuit diſcumbentibus. Jo. 6.* Beneficium, quo Chriſtus Dominus hodie famentem populum ſatiavit, Deus quotidie renovat in conſervatione, & nutritione totius humani generis. Non eſt bolus panis in ore tuo, non eſt nummus in crumena tua, qui non veniat a Deo. Operæ igitur pretium eſt, mi Chriſtiane, ut inſtruam te, quomodo his mediis temporalibus ad tuam ſalutem uti poſſis ac debeas! nempe reſpicere debes Deum, teipſum & proximum. 1. Reſpice *Deum*! id eſt, panem quotidianum a Deo ſperare, & humiliter petere debes, qui ſegetes creſcere facit, & implet omne animal benedictione. (Vide Nutrimentum Hominis) Contra hoc principium errant ingrati, qui ſuas divitias arti ſuæ, induſtriæ ſuæ, & ingenio adſcribunt, jactabunde dicentes: Ego mihi, & meis panem abundantem procuro! Falleris miſer! Non tu, ſed Deus procurat, qui in momento per infortunium, incendium, rapinam, aut morbum poſſet te redigere ad paupertatem, &c. 2. Reſpice *Teipſum*! id eſt, hoc pane, quo frueris, non ad voluptatem, & ingluviem, ſed ad neceſſitatem, & frugalitatem utere, &c. Contra hoc principium errant, qui in deliciis helluantur, & ſtomachum guloſe ſaginant. (Vide Tit. Gula.) 3. Reſpice *Proximum*, id eſt, compatere pauperi, illique famenti & indigenti de abundantia tua bolum porrige! &c. Contra hoc principium errant immiſericordes, qui nullam pauperum curam habent, audituri aliquando terribile illud: Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare. Vide Tit. Eleemoſyna, &c.

## Dominica Paſſionis.

*De triplici infelicitate peccatoris.*

1. *JESUS autem abſcondit ſe, & exivit de templo. Joann. 8.* Grandius infortunium contingere non poſſet orbi, quam ſi lucidiſſimus Mundi oculus Sol extingueretur. Heu! quanta in tenebris confuſio, quantum in actionibus humanis chaos, quanta in terra ſterilitas, quanta in civitatibus & regnis conſurgeret triſtitia & lamentatio. Idem proportionaliter infortunium contingit peccatrici animæ, a qua Chriſtus cum

ſua gratia recedit. Conſideremus hanc infelicitatem! 1. *Infelix eſt, qui peccatum committit*; quia Dei Filium, gratiam cæleſtem, jus hereditatis æternæ amittit, & in diaboli, inimici infenſiſſimi, poteſtatem incidit. Vide Tit. Peccatum, Peccator! 2. *Infelicior eſt, qui in peccato perſeverat*; quia gratiam converſionis contemnit, & ipſo facto indicat, ſibi dulcius eſſe jugum dæmonis, quam Chriſti. Vide Tit. Peccator inveteratus, &c. 3. *Infeliciſſimus eſt, qui in peccato communicat*; quia cæleſtem medicinam convertit in venenum, & Chriſtum in impuro corde cum diabolo conſociat. Vide Tit. Euchariſtia, Communio Sacra &c. Pugnemus ergo contra tentationes, ut non peccemus! Acceleremus pœnitentiam, ut recuperemus gratiam amiſſam! Vincamus in confeſſione verecundiam, ut non indigne accedentes ad communionem, judicium & damnationem manducemus. Vide Tit. Pœnitentia, &c.

*Nullus hominum ſtatus eſt ſine nævo peccati.*

2. *Quis ex vobis arguet me de peccato? Joann.* 8. Vere Filius Dei, Redemptor noſter Sanctiſſimus & innocentiſſimus provocare inimicos ſuos ſumma cum veritate potuit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Latrent Judæi, accuſent Phariſæi, condemnent Pontifices, vociferetur populus: Crucifigatur, reus eſt mortis! eſt ſeductor, potator vini, in Belzebub ejicit dæmonia, clament hoc, & efferata bile evomant calumnias! Chriſtus innocentiſſimus eſt, nemo poterit illum arguere de peccato! An plures ſunt hominum ſtatus, qui idem de ſe jactitare poſſint? Indagemus! 1. Ingrediamur aulas Regum, ac Principum, veneremur hos Deos terreſtres, e quibus pax ac tranquillitas temporum, atque ſalus ſubditorum dependet! ſoliciti utique ſunt, vireſque omnes impendunt pro Deo, pro Eccleſia, pro populo! Verum non ſunt ſine nævo! per adulatores, ac paraſitos in tranſverſum ſe agi ſinunt, non ſine damno totius regni! &c. 2. Luſtremus curias, ubi Magiſtratus & judices pro tribunali ſedent, & querelis litigantium aures præbent: Omnino præbent: ſed quoties proh dolor! aures obturantur auro! triumphat dives, quia non lingua ſolum, ſed manibus loquitur, ſuccumbit pauper, quia lingua quidem diſſertus, manibus autem mutus eſt. 3. Videamus quid agant Advocati? pro cauſa clientum erudite ac potenter perorant, ſed litigia per menſes & annos protrahunt, ut ſuam crumenam ſaginent, & alienam emungant. 4. Aſcendamus ad arces Nobilium! Illi quidem modeſtiam ad extra ſpirant, & bono utcunque exemplo præeunt. Sed ut faſtum ultra ſtatum prorogent, debita ultra vires contrahunt, & ſubditos inclementer emunctos ad inopiam, & mendicitatem redigunt. 5. Forſan Mercatores ſunt melioris farinæ? optandum id maxime, quia laboribus, ratiociniis, itineribus, & periculis ſine fine fatigantur. Verum dicitur, quod merces corrumpant, quod lucra ultra dimidium capeſſant, quod promiſſis decipiant, & injuſta non refundant. 6. Quid agant cives, opifices, ruſtici? Pro pane lucrando & ſuſtentanda familia ſtrenue laborant, ſed quod triduo lucrantur una die obliguriunt, dein crapuloſi totam domum furiis implent, de cetero educationi prolium & curæ famulorum parum invigilant, ſuaque hac negligentia multorum ſcelerum cauſa ſunt. 7. Faxit Deus, ut ſaltem pauperes in virtute ſint excellentes; quia ipſa paupertas eſt magiſtra humilitatis, & capiſtrum contra vitia! verum o quot ſunt, qui amant eſſe pauperes, ut poſſint eſſe otioſi, corpore & ætate validi ac robuſti ſunt, & tamen fingunt infirmitates, quas pigritiæ ut pallia obtendere, & aliis vere indigentibus eleemoſynas ſuffurari poſſint, &c. En! a primo ad ultimum nullus eſt hominum ſtatus, qui ſit ſine nævo! nemo poteſt dicere cum Chriſto: *Quis arguet me de peccato?* Bene! Bene! oblatrat hic nonnullus: Etiam Sacerdotes non poſſunt hoc dicere! Forſan verum loqueris! At meum non eſt Sacerdotum mores hic carpere, quorum ego minimus ſum! Rogemus Deum unanimi corde, ut gratia ſua omnes Chriſtianos in vitæ ſuæ ſtatu ita confortet, ut ſaltem olim in judicio contra accuſatores ſuos dicere confidenter poſſint: *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Vide Michael. a Calvo conc. 33. §. 1. nu. 13. Item Tit. Status Hominum Sacri, & Profani, &c.

*De ſacrilega Communione, terribili ſcelere.*

3. *JESUS abſcondit ſe, & exivit de templo. Joann.* 8. Peccator ſacrilege communicans, reus eſt læſæ Divinæ Majeſtatis, & Judæ proditori ſimillimus, qui fur erat, & latro. 1. Sacrilege communicans

*Fur*



*Fur eſt*, quia Divinum Corpus pretioſiſſimum invita Dei Matre, invito Divino Patre, & Spiritu Sancto furatur, reus corporis, & ſanguinis Domini. 2. *Latro eſt*, quia atrociorem mortem Chriſto infert, quam Judas intulit; in morte enim crucis Chriſto ſolatium fuit redemptio humani generis; in hac autem morte, quam Sacrilegus Chriſto in Euchariſtia infert, non aliud ſolatium capere poteſt, quam triſte illud, quod colliget juſtitia Divina, cum æterno ſupplicio vindicabit ſcelus, &c. &c. Vide P. Segneri in Inſtruct. Parochi c. 15. §. 1. &c.

## Dominica Palmarum.

*De fallacia mundani honoris.*

H*Oſanna Filio David! Benedictus, qui venit in nomine Domini. Matth.* 21. Sic Mundus agit! Nulla ſæculorum hiſtoria mundani honoris inconſtantia ac falſitas magis elucet, quam hodierno Chriſti ingreſſu in urbem Hieroſolymitanam. Sicut enim Divino Redemptori hodie quadruplex honor fuit exhibitus; ita paucos poſt dies quadruplex erit illius ignominia. Audiamus! condoleamus, & mundanos favores contemnere diſcamus! 1. Honor fuit Chriſto Domino perſonaliter delatus, quia in propria perſona populus illi obviam proceſſit. Ita poſtea perſonaliter ipſum deſpexerunt, & ad crucem, tanquam mortis reum magno cum tumultu popoſcerunt. 2. Sicut nunc verbis laudaverunt: Hoſanna Filio David, Benedictus qui venit! &c. Ita poſtea injurioſis verbis contra ipſum clamarunt: Crucifige! crucifige! 3. Sicut nunc triumphali pompa, & ramis palmarum in via ſtratis ipſum glorificarunt: ita poſtea catenis, flagellis, virgis, ſputis, ſpinis, clavis, ac blaſphemiis inhonorarunt. 4. Sicut nunc illi ingredienti veſtimenta ſua ſubſternunt: ita poſtea ex urbe ignominioſe expulſo propria veſtimenta diripuerunt, &c. Compatiamur mitiſſimo Salvatori, & deteſtemur, fugiamuſque fallacis mundi inconſtantiam, &c. Vide Speranzam de Paſſ. Dom. punct. 27.

*Meditatio, cur Chriſtus Dominus inclinato capite mortuus ſit?*

2. *Ecce Rex tuus, tibi manſuetus. Matth.* 21. Ineunte Sacra hebdomada, animos noſtros ab omnibus mundanis affectibus alienos, Dominicæ Paſſionis meditatione occupemus! conſideremus *Opus*, & admiremur Domini patientiam! conſideremus *Modum*, & admiremur Domini humilitatem! conſideremus *cauſam*, & admiremur infinitam Redemptoris caritatem. Præcipue vero attollamus oculos in Crucifixum! *Ecce Rex tuus, tibi manſuetus*! Ab omnibus derelictus, vulneratus, ſanguine perfuſus, inclinato capite tradidit Spiritum! Agite! hæc materia hodiernæ meditationis eſto, cur Chriſtus Dominus moriens caput inclinarit? Dabo rationes! Vos ad fructum attendite, quem exinde eruere debetis! 1. Chriſtus inclinato capite mortuus eſt, ut demonſtraret gravitatem peccati! Peccatum tam ponderoſum eſt, ut rebelles Angelos per undecim cælos in infernum depreſſerit: cum ergo Chriſtus illud voluntarie in ſe ad ſatisfaciendum Divino Patri aſſumpſerit, tam graviter cervici & capiti Crucifixi incubuit, ut pondere ſuo illud depreſſerit, & ad pectus uſque inclinarit. Mi Chriſtiane, diſce peccatum, malum graviſſimum odiſſe, & declinare, &c. 2. Chriſtus inclinato capite mortuus eſt, ut oſtenderet paupertatem; non enim habuit, ubi ſpinis coronatum caput reclinaret. Obſtupeſcat cælum & terra! Mundi Conditor & Dominus, non habet ad obſequium unicam culcitram, ubi doloroſum caput reponeret! Diſce amare paupertatem, & a rebus omnibus tranſitoriis affectum avelle, ut Chriſto pauperi conformeris. 3. Chriſtus inclinato capite mortuus eſt, ut Divino Patri, & toti mundo probaret ſuam humilitatem! caput hoc adorabile eſt cælo & terræ, atque exaltari dignum ſuper omnes choros Angelorum, Chriſtus Crucifixus tamen illud in reverentiam Patris ad terram deprimere voluit, ut peccatores illi commendaret. Diſce, intuitu tui nihili teipſum deſpicere, & reputa te, qualis forſan es, peccatorum omnium maximum. 4. Chriſtus inclinato capite mortuus eſt, ut gratitudinem ſuam Divino Patri exhiberet pro opere Redemptionis, gratias etiam ageret crucifixoribus ſuis pro tormentis, quæ ſibi paullo poſt immenſam in cælis gloriam erunt paritura. Diſce Domino Deo etiam pro adverſis gratias agere, gaude de cruce & afflictione tua, quæ tibi erit meritum ad cæleſtem coronam! &c. Vide Speranzam de Paſſ. Dom. punct. 27. Et punct. 36. Item Titul. Paſſio Chriſti, &c.

*Hebdomas ſancta in ſanctis virtutibus tranſigenda.*

3. *Cum appropinquaſſet JESUS Jeroſolymis. Matth.* 21. Hebdomas major dicitur ſancta, ut animæ noſtræ memoria Dominicæ Paſſionis ſanctificentur. Hæc ſanctitas autem conſiſtit in conformitate cum Chriſto Patiente, ad quam nos hortatur Eccleſia verbis S. Bernardi: Pudeat nos ſub ſpinoſo capite eſſe membrum delicatum. Agite, modum docebo, & virtutum exercitium, quibus Paſſionem Domini colere, & ſanctificari nos oportet. Prima virtus eſt Mortificatio corporis non indiſcrete auſtera, ſed ſaltem aliqua ex amore Dei, & odio peccati procedens: Quondam Angelus præcepit occidi hædum ſupra petram, ubi S. Gregorius: Carnes ſupra petram ponimus, cum corpus noſtrum Chriſti imitatione cruciamus. Nemo Chriſtianorum ſit, qui non ſacro hoc tempore amore Chriſti patientis a cibo delicatiore jejunet, oculos curioſitati, linguam confabulationibus, ſeipſum conſortiis inanibus ſubducat, & in ſolitudine triſtetur, &c. Altera virtus eſt abſtinentia a deliciis mundanis, a veſtium luxu, a riſibus, a conviviis, a comœdiis, & quantum fieri poteſt, a negotiis etiam ſæcularibus! Dicamus cum S. Pachomio: JESUS meus in cruce pendet, & ego peccator delictis fruar? &c. Tertia Virtus eſt pœnitentia, & continuus dolor de peccatis! attollamus oculos & animum continuo in Crucifixum, cum affectu amoroſo dicentes: O Deus, ſummum Bonum, tu pendes in cruce inter decumanos dolores, & ego in deliciis & commoditatibus vivo. Et quare in cruce pendes, Domine Deus meus! Propter peccata mea! O maledicta peccata, utinam vos nunquam commiſiſſem! lubens vellem cum Deo meo pendere in cruce, ſi vos infecta reddere poſſem! &c. Vide Tit. Paſſio Chriſti, Pœnitentia, Mortificatio &c.

*Jeſue 6. S. Greg. l. 3. Mor. c. 19.*

Dominica Paſchatis ſeu Reſurrectionis Domini noſtri JESU Chriſti.

*Pœnitentia Paſchalis debet eſſe ſeria, efficax & conſtans.*

1. SUrrexit, *non eſt hic. Marc.* 16. Quomodo, & qua ratione ſollemnitatem Paſchalem ſanctis operibus celebrare debeamus, ipſa vox *Paſcha* nobis inſinuat, quæ nihil aliud ſonat, quam *Tranſitus*. Tranſeundum eſt, ait S. Ambroſius *De pejoribus ad meliora! Bonus tranſitus eſt tranſire de peccatis ad juſtitiam, de vitiis ad virtutem.* Videamus de hoc tranſitu, ut felicem ſuum effectum ſortiatur, quas qualitates habere debeat. 1. Hic tranſitus, cui per confeſſionem Sacramentalem datum eſt initium, debet eſſe *Serius*. Qui tranſit e Germania in Italiam neceſſe eſt, ut tergum obvertat Germaniæ: ita qui de vitiis tranſire cupit ad virtutem, neceſſe eſt ut tergum obvertat vitiis, & nulla fronte amplius aſpiciat. An ita agis, mi Chriſtiane? O quam multi confitentur ut lupus, qui dum in confeſſionali ſuas rapinas enarrat, audiens ante fores Eccleſiæ balare oviculam, cito cito abſolvi petiit, ut balantem facere prædam poſſit. Ecce! non egit ſerio. 2. Hic tranſitus debet eſſe *Efficax*, adhibendo remedia ad compeſcendas inimicas paſſiones, fugiendo occaſiones, amando ſolitudinem. O quam multi deſunt huic efficaciæ! Quamdiu animalia fuere incluſa in Arca Noe, erant durante diluvio pacifica: poſt diluvium autem facta iterum ſunt ferocia, & belligerantia. Ita multi poſt diluvium Sanguinis Chriſti paſſionibus denuo frænum laxant, & in priſtina vitia relabuntur. (Vide Mich. a Calvo conc. 42. §. 2. n. 9. & ſeq.) 3. Hic tranſitus debet eſſe *Conſtans*, & perſeverans, eradicando pravos vitiorum habitus, tollendo amicitias & familiaritates noxias, reſtituendo bona injuſta, & famam &c. In nocte Paſchali, ait Cornelius a Lapide, omnia idola Ægypti corruerunt, & comminuta ſunt. Ita in animo pœnitentis omnia idola ex peccato reſidua everti & extirpari debent. Vide Corn. a Lap. in Exod. 12. v. 12. Verum eheu! nimis verum eſt, quod deplorat S. Bernardus: *Peccandi tempus facta eſt reſurrectio Chriſti, &c.* Vide Mich. a Calvo ubi ſupra.

*S. Ambr. Hom. 2.*

*Cornel. a Lap. in Exod. 12. v. 11.*

*S. Bern. de Reſurr. Chriſti.*

*De remediis, quibus conſervanda eſt gratia Sacramentalis.*

2. *Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio.* 1. Cor. 5. Non eſt facile dictu, quantum ſit gaudium ægroti, qui cura Medici convaluit; jam totus ſolicitus eſt, ut valetudinem conſervet, ad quam conſervandam tribus præcipue remediis opus habet: primo, ut abſtineat a noxio eſu & potu, Secundo ut ſalubri utatur nutrimento, Tertio, ut moderata exercitatione commoveat corpus. Parem in modum Lazari debet peccator, qui per Paſchalem Chriſti gratiam a letali animæ morbo ad ſpiritualem valetudinem rediit, omnemque curam conferat, ut hanc iiſdem proportionaliter remediis a relapſu præſervet. Videamus quomodo: 1. remedium eſt fuga eſus & potus noxii, id eſt, peccati, & quidquid ad peccatum diſponit, fugiat pericula non tantum proxima, ſed & remota: fugiat inſuper ægrotos, a quibus contagionem contrahere poteſt, id eſt, malos ſocios, & familiaritatem vitioſam. 2. convaleſcentis remedium eſt bonum ac utile nutrimentum: tale ſunt frequens ac devota oratio, lectio libri ſpiritualis, pia colloquia, & frequentatio Sacramentorum. 3. valetudinis conſervandæ remedium eſt conveniens exercitatio corporis, quod idem & valetudini ſpirituali conducit. Studeat Chriſtianus vivere in continua exercitatione piorum operum, non tantum eorum, quæ præcepta ſunt, ſed & ſupererogatoria, pugnet indefeſſe contra tentationes, quærat occaſiones virtutum quotidianas, & ſic conſervabit valetudinem animæ, & in gratia ſemper proficiet. Vide P. Segneri Manna an. 2. Mart. num. 2. &c.



*Reſurrectio pœnitentiæ debet eſſe vera, & perſeverans.*

3. *Surrexit vere.* Marc. 16. Tria reſurrectionum genera exhibet nobis Scriptura. Prima *apparenter* facta, qualis fuit illa Samuelis per Magicas artes Sauli exhibita, quæ pure fuit deceptio, & illuſio oculorum. Secunda fuit *Vera ſed imperfecta* Lazari, qui iterum fuit poſt reſurrectionem mortuus. Tertia *vera, & conſtans* Chriſti Domini, qui reſurgens a mortuis jam non moritur. Ita ſe habet reſurrectio multorum peccatorum, per pœnitentiam Paſchalem! 1. Aliqui tantum reſurgunt apparenter, qui ſine ſerio propoſito, ſolum ex neceſſitate, vano reſpectu, aut ex conſuetudine accedunt ad confeſſionem, retinentes affectum in animo ad priſtinas amicitias, & peccata. 2. Aliqui reſurgunt per pœnitentiam vere ac ſerio cum compunctione, & propoſito, prout decet. Verum poſtliminio revertuntur ad occaſiones, & familiaritates periculoſas, & ſic perdunt denuo vitæ gratiam, majores peccatores, quam antea, quia jugum diaboli jam ſemel expertum, ſuavi jugo Chriſti præferunt. 3 Aliqui reſurgunt vere & conſtanter, qui non amplius peccant, ſed in vita gratiæ cum Chriſto perſeverant. His ex animo gratulor ad recuperatam vitam gratiæ, & impetrandam cum tempore vitam gloriæ, adhortorque ut non amplius retroſpiciant, ſed in via ſalutis ſtrenue pergant, &c. Vide Tit. Pœnitentia, Inconſtantia. Item Didacum Niſſ. in Serm. Quadrageſ. ſerm. ult.

Feria II. Paſchatis.

*Mala conſuetudo eſt lapis ponderoſiſſimus impediens pœnitentiam.*

1. Q*Uis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti.* Marc. 16. Sine dubio, corpus Chriſti in ſepulcro jacens adorare, unguentis illud condire, & publice ad invidiam Judæorum ſe Chriſto addictum profiteri, ingentis meriti opus eſt. Verum impedit obſtaculum! quale illud? Lapis ſepulcralis immenſi ponderis; hinc anxia illa deliberatio mulierum: *Quis revolvet nobis lapidem?* Parem in modum, confeſſio Paſchalis eſt humilis adoratio Chriſti, ſed obſtat difficultas. Quænam illa? Conſuetudo peccati, lapis ponderoſiſſimus, qui & aliis lapidibus ſuperimpoſitis magis, magiſque aggravatur, ita ut verificetur illud Iſaiæ: *Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper lapidem.* Quinam ſunt lapides illi ſuperimpoſiti, quibus difficultas confeſſionis aggravatur? Enumeremus; ſunt enim quaterni, ad mentem Sancti Bernardi. 1. Lapis aggravans conſuetudinem peccati, & occludens os, & cor confitentis, eſt Pudor, quo confitens erubeſcit confiteri, quod non erubuit committere. Sed dic, dum peccaſti, nonne putas ſpectabilem adfuiſſe Deum & Cuſtodem Angelum? adfuere ſine dubio! cur ergo erubeſcis fateri coram homine, quod non erubuiſti facere coram Deo & Angelo? 2. lapis aggravans, & claudens os, eſt *Timor* inanis ille, quo triſtatur peccator, quod abſtinere deinceps debeat a delictis hactenus aſſuetis: ita ſecum luctabatur S. Auguſtinus, deplorans: An non amplius videbo vos? 3. lapis eſt *Spes* longioris vitæ, quæ peccatori dicit, non eſt neceſſitas feſtinandi, juvenis es, produces vitam ad decrepitam ſenectutem, interea lætare & fruere bonis! Verum conſidera vitam humanam eſſe candelam ardentem omni vento extinguibilem. 4. lapis præ ceteris formidandus, eſt denique *deſperatio*, quæ ex vita peſſime acta,

& pec-

& peccatis in immenſum auctis conſequitur. Eheu actum eſt, niſi infinita Dei miſericordia ſpecialibus auxiliis ſuccurrat! &c. En! hos peſſimos effectus poſt ſe trahit conſuetudo peccandi, ita ut ajat S. Gregorius: *Lapis ſuperimponitur lapidi, cum dura conſuetudine mens in peccato ſolidatur, ut etſi velit reſurgere, jam utcunque non poſſit, quia moles deſuper malæ conſuetudinis premit.* Vide Barz. ſerm. 11. n. 29. Et ſerm. 55. n. 5. Item Tit. Pœnitentia, Confeſſio, Deſperatio, &c.

*Sine Cruce, & adverſitate non obtinetur gloria reſurrectionis.*

2. *Nonne oportuit pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam?* Luc. 24. Nemo eſt ex Chriſtianis, qui non velit ſalvari! ſed pauci ſunt, qui volunt ire ad cælum per viam, quam Deus vult, nempe per viam crucis! vellent in hoc mundo commode vivere, deliciis, divitiis, honoribus frui, & ita in cælum invehi ſine moleſtia. Sed actum agunt! cælum vim patitur, & violenti rapiunt illud! non illuc pervenitur, niſi per cruces, per tribulationes, per morbos, dolores & mortem! Audiamus motiva pro præterito, pro præſenti, & futuro, quam æquum ſit, ut tribulationes & cruces patiamur pro cælo! 1. Æquum eſt, mi Chriſtiane, ut patiaris pro cælo, ſi oculos reflectas *ad præteritum*! cogita peccata tua multa & magna, quibus Deum O. M. graviter offendiſti! felix es, ſi horum reatum expiare valeas per tribulationes hujus vitæ, quæ incomparabiliter mitiores ſunt, quam vitæ alterius. (Vide Tit. Peccatum, Patientia &c.) 2. Æquum eſt, ut patiaris pro cælo, ſi oculos attollas *ad præſens*! Intuere Crucifixum, & in hodierno Evangelio auſculta ſententiam Chriſti: O. *portuit Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam*! ſi Dei Filius, cui jure hereditatis & proprietatis debebatur gloria, illam per vulnera, crucem, & mortem promereri debuit, certe tibi non donabitur gratis! omnes Sancti in via crucis ſecuti ſunt Chriſtum præeuntem cum cruce, hac a via ſi declinaveris, cælo aberrabis. 3. Æquum eſt, ut patiaris pro cælo, ſi oculos aperueris *ad futurum*! quodnam illud? ad cæleſte præmium, quod infinities majus erit tuo merito! cum diſcipuli hodierni in via Chriſto adhuc incognito enarraſſent terribilia tormenta, quæ elapſa ſeptimana Magnus ille Propheta in urbe Jeroſolymitana paſſus eſt, Chriſtus interrogavit: *Quæ?* O Bone Deus! an non recordaris amplius funium, flagellorum, ſpinarum, vulnerum, clavorum, crucis ipſiuſque mortis? recordatur utique, ſed tam abjecte, & ſtricte de illis loquitur per unicum *Quæ*, ut indicaret, illa omnia reſpectu gloriæ, qua nunc fruiturus erat, vix poſſe venire in comparationem. Sic in cælo loquentur omnes Sancti &c. Vide Speranz. punct. 148. & De paſſ. Dom. punct. 14. Item Mich. a Calvo conc. 43. §. 1. Item Calamatum Dom. ult. poſt Pentecoſt. &c.

*Qui in peccatum remiſſum relabuntur, timeant maledictionem Divinam.*

3. *Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri.* Act. 10. Deo ſint infinitæ laudes! Divinus Mundi Redemptor non tantum e ſepulcro, ſed & in cordibus noſtris per gratiam Paſchalis Sacramenti reſurrexit. Precor, ut poſt tam lætum Paſcha non amplius ſequatur Paraſceve! Sed quid agendum deinceps? Audite, timete! Poſtquam Bellidux Joſue urbem Jerichuntinam expugnavit, & funditus delevit, ſimul terribiles anathematis minas adjecit. *Maledictus, qui ſuſcitaverit, & ædificaverit Jericho*: Qualis ergo Urbs erat Jericho? S. Auguſt. ait: Duo diverſi amores ædificarunt duas diverſas civitates; *Terrenam amor ſui uſque ad contemptum Dei! cæleſtem vero amor Dei uſque ad contemptum ſui.* Jericho itaque, teſte Abulenſe, ſignificabat civitatem diaboli, munitam muro carnalis concupiſcentiæ, muro temporalis affluentiæ, muro mundialis excellentiæ. Hos muros Chriſtus, & Apoſtoli deſtruxerunt. Quis autem reædificat? reſpondet S. Eucherius: *Cum ad agenda ſcelera, quæ ei Dominus JESUS in die Baptiſmatis condonaverat, redit, quaſque ipſe anathematizaverat, diaboli pompas, luxurioſe vivendo repetit, ruinas Jericho reſuſcitat.* En! qui has ruinas reſuſcitat, qui peccatum pœnitentia deletum vel in ſe, vel in aliis reviviſcere facit, maledictionem Divinam in animam ſuam contrahit, quod Deus benigne avertat! &c. Vide Barz. ſerm. 41 §. 1.

Feria III. Paſchatis.

*De remediis curandi relapſum in peccata.*

1. O*Portebat Chriſtum pati in remiſſionem peccatorum.* Luc. 24. Inter corporis morbos fere malignioſſimus eſt morbus caducus, ſeu Epilepticus: iſtiuſmodi miſeri homines volvuntur in terra, oculos diſtorquent, labiis ſpumant, rugiunt ut bruta. Dicitur remedium illis eſſe ultimum, ſi ſanguinem malefici decapitati bibant, dein violenter currant, & inter duos equos raptati fatigentur. Grande malum! ſed longe terribilius eſt Epilepſia animæ, qua miſeri peccatores in peccata priſtina, & jam remiſſa relabuntur; tunc enimvero volutantur in luto malitiæ, oculos, quos ad cælum erexerant, ad terrena detorquent, vivunt ut bruta ratione carentia. Vultis ut remedia infelici morbo præſcribam? Paratus ſum, Audite! 1. Bibant ſanguinem illius, qui elapſa ſeptimana inſtar Malefici in monte Calvariæ interfectus eſt, id eſt, ſtudeant confeſſionem ſerio contritam, & ſumptionem Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia, tanquam medicinam ſaluberrimam ſæpius frequentare. 2. Dein currant ſine intermiſſione, id eſt, pravas occaſiones, & conſortia periculoſa fugiant; morbus enim iſte contagioſus eſt, & libidinoſum, nil minus metuentem, velut ignis paleam accendit. 3. Raptentur inter duos equos, id eſt, inter miſericordiam & juſtitiam, inter ſpem & metum! in tentatione reſpiciat juſtitiam, poſt victoriam tentationis laudet Dei miſericordiam, & ejus gratiam ſæpius humillime imploret. Id omne ſi ſincere coram Deo agat, hæc remedia illi proderunt contra Epilepſiam ſpiritualem, ſeu relapſum in peccata. Vide Lohneri Bibl. Tom. 2. V. Peccatum §. 7. num. 13. ubi peccatum comparat morbo caduco. Item Vide Tit. Relapſus, Peccatum! Et Barz. ſerm. 60. per totum.

*De cauſis relapſus in priſtina peccata.*

2. *Oportebat Chriſtum pati, & prædicari pænitentiam, & remiſſionem peccatorum.* Luc. 24. Iſraelitæ in captivitate Ægyptiaca detenti licentiam petiere a Rege Pharaone, nonnihil abeundi, & Deo ſacrificandi. Dedit Pharao licentiam, ſed non ultra tres dies, & ut eſſet ſecurus de eorum reditu, præcepit, ut ſuas reculas pignori relinquerent. Eundem in modum agit infernalis Pharao! hoc Paſchali tempore dedit quidem peccatoribus licentiam, ut ſacrificaturi, id eſt, SS. Sacramenta ſumpturi abirent, ſed non ultra tres dies, & reculas ſuas pignori relinquerent. Et hæc cauſa eſt proh dolor!! quod multi pœnitentes Sacramenti gratiam facile iterum perdant, & ad captivitatem dæmonis revertantur. Forſan multi ſunt ex præſentibus, qui his feriis Paſchalibus, Deo iterum tergum verterunt, & jugo peccati jam de novo ſe mancipârunt. Sed quænam ſunt illæ reculæ, quibus dæmon illos retrahere ſtudet? Sunt pravæ affectiones ex peccato reſiduæ, ſunt pravæ occaſiones, ſunt malæ conſuetudines. Vide Barz. ſerm. 41. §. 4. & 5. O quantum olim S. Auguſtinus ad Deum rediturus luctabatur cum aſſuetis voluptatibus, quaſi deplorans, quod illis deinceps frui non amplius ſibi liceret. Vide Barz. ſerm. 49. n. 16. Sicut puer aviculam filo ligatam tenens, illam, dum avolare tentat, retrahit: ſic infernalis ludio peccatorem amore occaſionis tenet & retrahit, exemplum habemus cum Herode, & Herodiade. Vide Speranz. punct. 107. Item Tit. Pœnitentia. &c.

*Quomodo ſananda infirmitas relabentium in peccata.*

3. *Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum.* Luc. 24. Sanctus Gentium Apoſtolus, dum Chriſtianos, præſertim Neoconverſos ad conſtantiam & perſeverantiam hortatur, exemplum Chriſti reſurgentis illis ante oculos ponit, inquiens: *Chriſtus ſurrexit a mortuis, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* Verum cur Apoſtolus ſolum Chriſti reſurrectionem exemplo allegat? cur non meminit Lazari, aut eorum, qui in morte Chriſti e ſepulcris prodierunt? nimirum ideo, quia Lazarus, & illi reſurgentes denuo mortui ſunt, Chriſtus autem reſurgens a mortuis in æternum vivit. O utinam par eſſet pœnitentium in vita gratiæ conſtantia & perſeverantia! verum quam facile, qui Chriſti videbantur, fiunt Lazari. Vide Barz. ſerm. 62. n. 16. Item Mich. a Calvo conc. 42. §. 1. Quid ergo agendum? Sicut ægro convaleſcenti a Medico vitæ norma una cum alexipharmacis præſcribitur; ita idem S. Paulus præſcripſit Corinthiis quinque remedia. Et quænam ſunt illa? Sunt credenda, agenda, vitanda, ſperanda, timenda. Vide Barz. ſerm. 62. per totum, præſertim nu. 9. Per *credenda* admonetur Chriſtianus, ut articulis ſanctæ fidei ſine ulla hæſitatione, inconcuſſa firmitate adhæreat. Per *agenda* admonetur, ut per bonorum operum exercitationem theſaurum meritorum pro cælo emendo ſibi comparet. Per *Vitanda* admonetur, ut peccatum ſuper omnia mala fugiat, occaſiones etiam

etiam & pericula peccatorum ſtudioſe declinet. Per *Speranda* admonetur, ut pro vincendis tentationibus, & adverſis pro Deo perferendis cælum frequenter ſuſpiciat, & promiſſam ibi mercedem æternam conſideret. Per *Timenda* denique admonetur, ut in ſuperandis difficultatibus, ipſaque morte exantlanda intuitu pœnarum infernalium ſeipſum excitet, & confortet. Fac hoc mi Chriſtiane, & in peccatum non relaberis. &c.

## Dominica I. poſt Paſcha.

### *De SS. Vulneribus Chriſti, & gratiis exinde profluentibus.*

1. *O Stendit eis manus & latus, & gaviſi ſunt Diſcipuli.* Joan. 20. Immenſa erat lætitia populi Iſraelitici, dum per deſertum in ſumma aquarum penuria denique regionem Elim attigit fontibus irriguam, ubi quilibet ſe refocillare, & ſitim reſtinguere potuit. Et tamen quid ſunt fontes Elim comparati fontibus SS. Vulnerum, quibus Chriſtus aquam gratiarum in nos effudit? Hos fontes hodie Chriſtus Diſcipulis ſpectandos dedit, dum *oſtendit eis manus & latus*, his viſis gaviſi ſunt Diſcipuli, ſcientes, hos fontes in præſentis vitæ deſerto eſſe noſtras delicias. Videamus, quibus deliciis in noſtram ſalutem ſcaturiant hi ſacri gratiarum
Iſa. 12. fontes, de quibus Propheta: *Haurietis aquas in gaudio, de fontibus Salvatoris!* Tres qualitates habet aqua fontana, lavat, fœcundat & ſitim extinguit. Eundem in modum aqua gratiarum e Sacris Vulneribus, 1. Lavat; quia maculas animæ
Ezech. 36. abſtergit: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Imo, quod aqua naturalis non poteſt, non tantum purgat maculas, ſed pulchritudini animæ tribuit majorem pulchritudinem, quam antea habuit. 2. Aqua fontana fœcundat, & conducit ad plantas irrigandas. Ita aqua gratiarum e SS. Vulneribus profluens fœcundat animas, ut ſemper ſint velut horti aquis irrigui, bonorum operum feraces: imo plus facit aqua gratiarum, quia etiam aridas & ſteriles animas ſucco vitali animat. 3. Aqua fontana ſedat ſitim: id etiam facit gratia! verum duplex eſt ſitis, mala & bona: Mala & pernicioſa eſt, quam patiuntur laſcivi, avari, ambitioſi: Et hanc ſitim extinguit gratia, quia tollit deſideria ſcelerata & ſuperflua. Bona ſitis eſt, quæ anhelat ad ſummum Bonum, & hanc accendit gratia;
Eccl. 24. quia ſemper majus inſpirat deſiderium videndi & amandi Deum: *Qui bibent me, adhuc ſitient, &c.* Tu igitur, mi Chriſtiane, ad SS. Vulnera Pedum roga, ut laveris! ad SS. Vulnera Manuum roga, ut fœcunderis! ad SS. Vulnus Pectoris roga, ut ad cæleſtia deſideria evcharis. Cape aliam praxin valde devotam: Sacerdos quidam omnes afflictiones, quas paſſus eſt, in ſchedula ſcribens, illas in Vulnus SS. Cordis Chriſti Crucifixi repoſuit, tentationes, perſecutiones, morbos, dolores, aliaque dum ad mortem pervenit, has ſchedulas omnes ex S. Vulnere protraxit, & in iis ingentem ſalutis ſpem concepit. Fac tu ſimiliter, & erunt tibi SS. Vulnera fontes aquæ ſalientis in vitam æternam! Vide P. Segneri Manna an. 21. Maji.

### *Quibus motivis propoſitum firmandum ſit contra peccata.*

2. *Noli eſſe incredulus ſed fidelis.* Jo. 20. Gratulor immenſam felicitatem Chriſtianis illis, qui ex expiata per Sacramentum Paſchale conſcientia cum Deo reconciliati ſunt, precorque illis contra relapſum invictam fortitudinem, qualem habuit Joſephus Ægyptius: Tentatus a Domina domus turpiſſime, quomodo ſe habuit? elatis in cælum oculis, repoſuit: *Quomodo poſſum hoc malum facere?* Ecce! non tantum difficile, ſed omnino impoſſibile ſibi judicavit peccare contra Dei legem! ſed quibus motivis ſtabilivit hanc impoſſibilitatem, & invincibile propoſitum? Id hodie diſcutiamus, ut dicere tibi poſſim, mi Chriſtiane, *noli eſſe incredulus ſed fidelis!* 1. Tentatus S. Joſeph reflexit oculos in præteritum, nempe in Beneficia a Deo a teneris accepta, in perſecutione, venditione, & inſidiis fratrum. Tu mi Chriſtiane, tentatus a mundo, carne, & dæmone, cogita, quam benigne te Deus crearit, conſervarit, contra millena corporis & animæ pericula defenderit, &c. 2. Tentatus S. Joſeph aperuit oculos ad præſens, nempe ad Deum omnia videntem, & audientem. Tu mi Chriſtiane, in tentatione, imaginare tibi præſentiam Dei, & Angeli Cuſtodis, eorumque vel gaudium in victoria, vel indignationem in tuo peccato. 3. Tentatus S. Joſeph præ oculis habuit futurum, nempe diſtrictum Dei judicium. Tu ſic ſimiliter, & perpende, quanto tibi dedecori futurum ſit in judicio ſi vincaris, quantæ gloriæ ſi vincas, &c.



Id ſi facias, timor Dei in animo tuo ſic operabitur, ut cum S. Joſeph impoſſibile tibi videatur, peccare contra Deum, quod ex animo precor! Vide Corn. a Lap. in Gen. c. 39. v. 9.

### *Peſſimi effectus relicti a peccato retrahunt ad relapſum.*

3. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Eccli. 5. Nunquam vidiſtis, quomodo ludibundus puer aviculam filo alligatam decipiat? interdum illam in liberum aerem avolare permittit, at cum illa exultat, & cantillat, miſeram filo in caveam, & captivitatem retrahit. Sic agit infernalis auceps cum multis pœnitentibus, qui hoc tempore Paſchali ſe liberos, & ſecuros putant! ſubito miſeros in peccati captivitatem retrahit. Sed quo filo? quadruplici, ex peccatis reſiduo; ita ut plane moneri indigeant: *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu!* Per quadruplex filum intelligo peſſimos effectus, quos peccatum, juxta Thomam Angelicum, in anima relinquit. 1. effectus peccati eſt, quod per illud *ratio hebetatur*; quia per peccatum mens hominis adeo obtenebratur, ut ad cognoſcendas veritates ſupernaturales non amplius ſit tam ſerena & expedita, quam fuit antea. 2. Per peccatum *voluntas induratur*, ita, ut ad inſpirationes Divinas fiat obſtippa, & inſenſibilis, &c. 3. Per peccatum *difficultas bene agendi creſcit*, eum in modum, quo æger a febre convaleſcens, non aptus eſt ad labores arduos, quibus antea par erat. 4. Per peccatum *concupiſcentia exardeſcit*: Flamma candelæ per flatum oris extincta, dum lychnus adhuc fumigat, facillime reaccenditur; ita concupiſcentia, quæ paullo ante arſit, per obviam occaſionem ardere de novo incipit, &c. Vide Barz. ſerm. 43. num. 8.

## Dominica II. poſt Paſcha.

### *De vigilantia, & cura Superiorum ſuper animas ſibi a Deo commiſſas.*

1. *E Go ſum paſtor bonus: bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.* Joan. 10. Errant, qui nomen paſtoris ſolis Sacerdotibus & Parochis proprium putant! Paſtores ſunt Superiores reſpectu ſubditorum, Parentes reſpectu filiorum, Patresfamilias reſpectu domeſticorum: horum omnium curam habere, & de eorum vita & vitiis Deo Judici rationem reddere debebunt. De his omnibus ſoliciti ſint. 1. ut illos a teneris in legendo, in ſcribendo, in addiſcendis fidei principiis erudiant, aut erudiri ab aliis procurent. (Vide Tit. Parentes) 2. Illos verbo, & exemplo, piiſque monitis, ad virtutem, ad audiendum Verbum Dei, ad catecheſin frequentandam, aliaque pia opera extimulent. 3. Illos a vitiis, a malis occaſionibus, a conſortiis ſuſpectis retrahant, aut ſi monitis obedire nolint, e ſervitiis manumittant; quia unicus peccator maledictionem Divinam ſupra totam domum provocat, & inducit. Vide Tit. Patresfamilias, Peccator &c. Id triplex munus ſi Superiores, Parentes, & Patresfamilias negligant, non paſtores ſed mercenarii ſunt, qui & ipſi una cum ſcabioſis ovibus in dentes infernalis lupi incident, &c.

### *De ſignis prædeſtinationis explicatis ſub qualitatibus oviculæ.*

2. *Cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ.* Joh. 10. Non puto frequentiori cogitatione turbari Chriſtianorum conſcientias, quam illa: Heu! quid de me fiet? ubi in illa die collocandus ero, a dextris vel a ſiniſtris? Erone inter oviculas Chriſti, aut inter hædos impiorum? Cogitatio hæc ſine dubio plena eſt anxietatibus. Sed macti animis eſtote! Divinus Paſtor dicit: *Cognoſco oves meas!* Ergo oves Chriſti habent ſigna, ex quibus cognoſcantur. Habent! quænam ſunt hæc ſigna? Dabo hodie tria, alias daturus cetera! 1. Qualitas oviculæ eſt magna orexis ad ſalem: & primum ſignum oviculæ Chriſti eſt magna æſtimatio & appetitus ad Verbum Dei, quod ſale ſignificatur. Qui Germanus eſt, libenter audit linguam Germanicam, Gallus Gallicam & ſic de ceteris: Parem in modum, qui ad cæleſtem patriam deſtinatus eſt, libenter audit linguam cæleſtem. Oves meæ vocem meam audiunt, &c. 2. Qualitas oviculæ eſt odium adverſus lupum: Et alterum ſignum oviculæ Chriſti eſt implacabilis nauſea & averſio adverſus peccatum. Hujus vel umbram fugere, & omne periculum declinare, atque potius mala corporis ſuſtinere, quam in peccatum, quo Deo nihil eſt execrabilius, conſentire debet. (Vide Tit. Peccatum) 3. Qualitas oviculæ eſt manſuetudo, & concordia cum aliis. Ita tertium ſignum oviculæ Chriſti eſt caritas proximi, cui tam in neceſſitate

tate ſpirituali, quam corporali compatiendum & ſuccurrendum eſt. Vide Tit. Caritas Proximi &c. Item Barz. ſer. 48. a num. 13. & ſeq.

*Continuatio de ſignis prædeſtinationis.*

3. *Cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ.* Joan. 10. Explicata ſunt paullo ante tria ſigna prædeſtinationis per qualitates oviculæ, nempe auditio Verbi Dei, odium peccati, & manſuetudo, ſeu caritas proximi. Pergamus, & hodie iterum quatuor id genus qualitates & ſigna explicemus. 1. ſeu potius quarta qualitas oviculæ eſt, quod lanam ad veſtimenta, lac ad ſitim reſtinguendam, & carnes ad eſum famelici ſatiandam libenter ſubminiſtret. Ita ſignum oviculæ Chriſti, ad ovile cæli prædeſtinatæ, eſt miſericordia erga pauperes, ita, ut cum tempore laudari a Divino Judice mereatur: Eſurivi & dediſti mihi manducare, ſitivi & dediſti mihi bibere, nudus eram & cooperuiſti me, peregrinus eram, & ſuſcepiſti me. 2. ſeu quinta qualitas oviculæ illa eſt, quod ſi a via aberret, balatum edat indeſinenter, donec ad Dominum redierit: Ita ſignum oviculæ Chriſti eſt, quod ſi per peccatum a ſemita mandatorum declinarit, ſine mora operam conferat, ut ſeria pœnitudine ad viam ſalutis revertatur. 3. ſeu ſexta qualitas oviculæ eſt mirabilis patientia, qua cædi, duci, pungi, maſtari ſe paratiſſime permittit. Ita ſignum eſt oviculæ Chriſti, quod adverſitates, perſecutiones, morbos & mortem, uno verbo, proſpera & adverſa pleniſſima cum reſignatione ſuſtineat. 4. denique ſeu ſeptima oviculæ qualitas eſt, quod imminente hyeme plus, quam alias comedat. Ita ſignum eſt oviculæ Chriſti, quod vita declinante ad mortem in uſu, & participatione Sacramentorum, præſertim Euchariſtiæ frequentior ſit; quanto longius eſt iter, tanto major debet eſſe ſolicitudo de Viatico ſibi comparando, &c. Vide Barz. ſerm. 48. per totum.

*De Pſeudo-paſtoribus animarum.*

4. *Paſtor bonus animam ſuam dat pro ovibus &c.* Quod Paſtor pro tuenda totius gregis incolumitate officio ſuo deſit, & oves ſuas fidei commiſſas luporum inſidiis ex incuria aut negligentia relinquat, grande delictum eſt. Verum longe execrabilius, ſi Paſtor ipſe in lupum migret, & in perniciem ovium conſpiret. Eſtne poſſibile tam grande malum? Eſt omnino poſſibile, & frequens. 1. Quid ſunt Patresfamilias, niſi a Deo conſtituti paſtores, qui vices ſuas gerant, & commiſſas ſibi domeſticorum animas doctrina & exemplo ad cælum manuducant? quid autem agunt? dormiunt, ludunt, jurant, inebriantur, impudicitiæ vacant, ſicque peſſimo exemplo domeſticos depravant, imo rident, ſi famulos & famulas non minus impudentes, vitia ſua æmulari conſpiciunt. Lupina hæc crudelitas eſt. 2. Quid ſunt parentes, niſi conſtituti a Deo filiorum paſtores? Quid autem agunt? Mater ipſa filiam vanitatibus aſſueſacit, pecuniam illi ſubminiſtrat, ad conſortia & choreas emittit, inſtruitque, quomodo proco placere, ejuſque animum demulcere poſſit, &c. Lupina hæc crudelitas eſt. 3. Sunt & alii, qui ſe paſtores jactitant, populum enormibus contra fidem mendaciis pervertunt, juventuti perſuadent, per ſolam fidem hominem ſalvari, mandata Dei non debere, imo nec poſſe obſervari, adeoque portam libere aperiunt ad ſcelera impudentiſſima, cum ruina, & damnatione innumerabilium animarum! Lupina hæc & diabolica crudelitas eſt! &c.

## Dominica III. poſt Paſcha.

*Modica tam in vitiis, quam in virtutibus non contemnenda.*

1. M*odicum, & jam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.* Joan. 16. Cum ingenti animi deſiderio vellem optare, ut hodiernum Evangelii Modicum in cordibus Chriſtianorum indelebili charactere inſculperetur; quia certe tunc plures ſalvarentur animæ, & pauciores damnarentur. Modicum hoc terribile aliquid eſt in genere mali, Modicum hoc inæſtimabile aliquid eſt in genere boni, propter effectus, quos poſt ſe trahunt. Agite, edoceamur utrumque! 1. Diſcat Chriſtianus timere modica in vitiis! quia per gradus, & ſenſim ſine ſenſu perducunt ad maxima! qui hodie cum riſu effutit mendacium jocoſum, cras erumpet in pernicioſum, & qui hodie audet furari obolum, paullo poſt non exhorreſcet extendere manum ad florenum; veriſſimum enim eſt; *qui ſpernit modica paullatim decidet.* Interroga omnes damnatos cauſam æternæ ſuæ infelicitatis, invenies, quod ab infimo gradu mali inceperint, & ſucceſſive ſemper audaciores



res ad ſummum malitiæ apicem aſcenderint, &c. 2. Diſcat Chriſtianus æſtimare modica in genere boni; quia per hæc ſucceſſive aſcendet ad magnam ſanctitatem! Sancti non ſemper exercuerunt actus heroicos, ſed ad actiones quotidianas ſui officii ſolicite attendebant, in orando ſine diſtractione, in ſufferenda levi injuria, in mortificatione paſsionum, in labore cum bona intentione peragendo erant attenti ac ſoliciti, eum in morem, quo Mulier fortis colum, & linum & lanam & lucernam ſolerter tractavit, & ſic de ſingulari pietate laudari, & Sanctis comparari meruit. Nonne, mi Chriſtiane, miracula facere, Eccleſias ædificare, Hoſpitalia pro pauperibus fundare, eleemoſynas ingentes diſtribuere non potes, ſi ergo modicas, eaſque fere horarias occaſiones merendi negligas, quale meritum in morte pro cælo ſperando allegabis? &c. Vide P. Segneri Manna an. 8. Auguſti, & 27. Martii n. 2. Item, Cura minimorum Lib. VI. Tit. Virtus.

*Magna felicitas latet ſub tribulationibus.*

2. *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Joan. 16. Quis credat, niſi expertus, ſub amaro nucis cortice tam ſapidum & dulcem nucleum deliteſcere? Plus dico, quod magis admirandum eſt! Quis credat, ſub amaritudinibus hujus ſæculi, uti ſunt adverſitates, perſecutiones, morbi, paupertas tam dulce, illudque perenne gaudium latere, ut Sancti immenſo cum deſiderio mundi tribulationes a Deo rogarint, & impetratas ſuper divitias & voluptates amarint, & æſtimarint. Quænam ergo ſunt felices illæ utilitates adverſitatum? Prima eſt, quod doceant nos timere juſtitiam; certum enim eſt, quod juſtus Deus exigua, & quotidiana delicta per temporales tribulationes expiet, & puniat; id conſiderantes homines juſti, cauti attentique redduntur ad cavenda etiam modica, gaudentque, quod pro horum reatu per temporales hujus, & non alterius vitæ pœnas juſtitiæ Dei ſatisfacere poſsint. Secunda tribulationum utilitas eſt irreconciliabile odium adverſus peccatum, quod cauſa fere unica eſt malorum a Deo immiſſorum. Sicut filius prodigus in exilio ſuo per inopiam, famem, & ſiliquas tandem edoctus eſt, damnare ſuam libertatem, & reverti ad Patrem, ita homo afflictus per temporalia mala illuminatur ad agnoſcendam, ac deteſtandam gravitatem peccati, illamque expiandi per veram pœnitentiam. Tertia denique tribulationum utilitas eſt, quod animus per amaritudinem vitæ temporalis trahatur ad deſpicienda mundana & deſideranda gaudia vitæ æternæ, id quod Chriſtus Dominus hodie Diſcipulis triſtantibus ſolatio edixit: *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis!* &c. Vide Barztam Serm. 75. num. 14. Item Tit. Adverſitas, Patientia &c.

*Dæmon, caro, mundus decipiunt, ſuadendo, ut contemnantur modica.*

3. *Mundus gaudebit, vos vero contriſtabimini.* Joann. 16. Quiſquis ſapit, malet cum Diſcipulis Chriſti triſtari, quam cum mundo gaudere; quia certum Dei oraculum eſt, quod triſtitia illa vertetur in gaudium, econtra gaudium iſtud vertetur in triſtitiam, forſan ſempiternam. Et tamen eheu! quomodo fieri poteſt, quod evanidus homo, in voluptates, divitias, & honores demerſus tam turpiter ſe decipi permittat, ut contrarium eligat? Quis ergo illum decipit? Ecce! Spiritus Sanctus per Sapientem id inſinuat: *Tres ſpecies odivit anima mea: Pauperem ſuperbum, divitem mendacem, & ſenem fatuum ac inſenſatum.* Eccl. 25. Quinam ſunt hi tres deceptores? ſunt mundus, caro, & dæmon! Audiamus enucleatim! Primus Deceptor vaniſsimi Mundi Amatoris eſt, *pauper ſuperbus*, id eſt, dæmon, qui licet omnibus gratiæ donis privatus, inter vincula inferni retinet ſuam ſuperbiam, & volens eſſe Dominus Mundi, divitias immenſas appromittit nimis credulo, eum in morem, quo olim in monte Chriſto omnia mundi regna promiſit, *Hæc omnia tibi dabo!* Hoc modicum, quod reſpectu cæli minus eſt, quam guttula reſpectu integri maris, jactabundis laudibus extollit. Et revera contemptibile nihilum eſt. Alter Deceptor hominis mundani eſt *Dives mendax*, ſeu Caro! perſuadet homini mortificationem, jejunia, modeſtiam morum, victoriam paſsionum, fugam voluptatum, jacturam periculoſæ familiaritatis & arctam virtutis ſemitam eſſe impoſsibilem, adeoque quod muſculus eſt, per modum elephanti deſcribit, vociferans, non poſſum! non poſſum! Tertius denique Deceptor eſt *Senex fatuus* id eſt, Mundus, qui jam ultra ſexaginta ſex ſæcula conſeneſcens, & pueriliter in moribus agens, Sapientiæ Dei ſe opponit, ſuadens,

dens, dignitates ſuas ac honores eſſe felicitatem maximam, qui tamen modicum ſunt paullo poſt diſparens, & in æternum contemptibile. Dicit, eſſe probroſum, inimicis ignoſcere, amplecti paupertatem, & quæ ſunt ſimilia &c. Avertat Deus, ut quis fidem tribuat his deceptoribus! &c. Vide P. Segneri Manna an. 26. Aprilis, nu. 2. Item Jo. a Buſmanſhauſen in Feſto S. Catharinæ.

## Dominica IV. poſt Paſcha.

*De fine ultimo hominis.*

1. V*Ado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Joan.* 16. Navigium Jonæ, contra mandatum Domini abire volentis in urbem Tharſis, coorta terribili tempeſtate parum abfuit ab exitio: ubi vero nautæ edocti ſunt, hoc malum pœnam eſſe fugitivi Prophetæ, examinarunt illum interrogando: *Quæ eſt terra tua? quo vadis? & quod opus tuum?* Videtur malorum ſere omnium, quæ inſtar tempeſtatum nobis iter hujus vitæ tam temporaliter, quam ſpiritualiter perturbant, cauſam eſſe maximam, quod pauci ſint, qui trinam hanc nautarum interrogationem cordi habeant. Quilibet Chriſtianorum finem ſuum ultimum, ad quem creatus eſt, ſerio præ oculis habere, quotidie ſe ipſum examinare deberet (Percipite ſcopum ac diviſionem hodierni ſermonis) 1. *Quæ eſt terra tua?* Reſponde, mi Chriſtiane, terra mea eſt vita hæc corruptibilis, proſperis & adverſis, bonis & malis intermixta, in juventute erat mera ignorantia, in adoleſcentia mera malitia, in ætate virili cura de terrenis, oblivio de Divinis, in ſenio tandem metus & anxia puſillanimitas de futuris, &c. 2. Nautarum interrogatio erat: *Quo vadis?* Reſponde mi Chriſtiane, tot paſſibus, quot temporis momentis vado ad æternitatem! Ad qualem? Beatam, vel infelicem? ſi Beatam Deo miſerente attigero, laudabo Bonitatem infinitam, quæ non meis meritis, ſed ſua miſericordia me ſalvum fecit, ſimulque quantum potero, mihi ipſi indignabor, quod tam Bono, & Amabili Domino adeo languide ſervierim. Si in æternitatem infelicem incidero, eheu! in tormentis deplorabo per omnem æternitatem, quod caducis & inanibus rebus plus quam cæleſtibus inhiarim. 3. Nautarum interrogatio erat, *Quod eſt opus tuum?* Reſponde, mi Chriſtiane, opus meum ſeu opera mea, teſte conſcientia mea, adeo ſunt ambigua, ut dubitem, an ſim in Dei gratia, vel in ſtatu peccati mortalis! Et in hoc ſtatu vel momentum vivere auſim? creatus ſum in hunc finem, ut Domino Deo ſerviam, & denique ſalvus fiam? Et ego mundo, carni, dæmoni potius ſervivi, quam Deo! Quid fiet de me? Eja! revertar ſerio in ſemitam ſalutis! pœnitentiam agam! implorabo Dei Miſericordiam! &c. Vide Barz. Serm. 14. §. 1.

*Quomodo arguendus ſit mundus de peccato, de juſtitia, & de judicio.*

2. *Arguet mundum de peccato, & de juſtitia, & de judicio. Joan.* 16. Hodierna Mundi indoles, & mores ita comparati ſunt, ut libertas contra leges præſcripſiſſe videatur: quilibet credit, quod vult, cuilibet licet, quod libet, omnes, præſertim tepidi ſemi Chriſtiani, terrenis inhiant, cæleſtia negligunt, de iis, quæ poſt mortem futura ſunt, dubitant, aut omnino inter fabulas rejiciunt. Et hæc erit ſeveriſſima Spiritus Sancti accuſatio, dicente Evangelii veritate: Arguet mundum de peccato, de juſtitia, & de judicio. Videamus, quæ & qualis erit hæc triplex accuſatio! 1. Spiritus Sanctus arguet mundum *de peccato* tam in genere, quam in ſpecie! In genere quidem, quia licet ut offenſa Dei maximum ſit malum & omnium malorum fons & origo, tamen hodie parum curatur, & in omnibus fere hominum ſtatibus, ſine horrore dominatur. In ſpecie autem Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato infidelitatis, quia jam omnes hæreſes, & ipſe Indifferentiſmus, & Atheiſmus primatum tenent, & ille habetur doctior, qui in negandis, aut diſputandis fidei articulis eſt impudentior. 2. Arguet mundum *de Juſtitia.* In uno ſenſu juſtitia eſt interna, quæ denominat Juſtum, & conſiſtit in ipſa conſcientiæ, & vitæ ſanctitate: Et hæc deridetur, & exploditur: habetur pro ſimplici, aut ſemi-fatuo, qui de obſervatione Legis Divinæ aut humanæ multum eſt ſolicitus. In altero ſenſu Juſtitia Virtus eſt, quæ jus ſuum cuilibet tribuit. Et hæc eheu! quantum in curiis, in aulis, in tribunalibus, favore aut munere corrumpitur! præterea heu quantum deficit in eo, quod tranſitoria plus æſtimari videantur, quam æterna. 3. Arguet Mundum *de Judicio*, quia ſunt quamplurimi, qui judicium Dei vel non credunt, vel ſi credunt, non timent, vel ſi timent, non ſtudent evitare, & ſic ſalutem ſuam cæco caſui committunt, &c.

*Quomodo ad ſalutem noſtram expediat aſcenſio Chriſti.*

3. *Expedit vobis, ut ego vadam. Joan.* 16. Si Divinum Mundi Redemptorem ſubmiſſiſſima cum veneratione, de omnibus actionibus vitæ ipſius interrogare auſi fuiſſemus: Domine, cur de cælo in terram deſcendiſti? cur aſſumpta humana natura, a ſtabulo Bethleemitico uſque ad montem Calvariæ mille ærumnas, contemptus, perſecutiones, dolores, & ipſam mortem amariſſimam in cruce ſuſtinere voluiſti? reſpondiſſet certe Servator: *Expedit vobis!* id eſt, veni in mundum, pure ex amore veſtri, ut per actiones totius vitæ, ipſamque mortem meam ſaluti veſtræ conſulerem! cum ergo vidit Chriſtus, quod Apoſtoli propter ſuum reditum ad cælos, ſuamque abſentiam triſtarentur, idem met repetiit: *Expedit vobis!* Videamus, quas ergo utilitates noſtras Dei Filius per ſuam aſcenſionem ad cæleſtem patriam intenderit? 1. Expedit nobis Chriſtum aſcendiſſe ad cælos, ut per hanc aſcenſionem opus noſtræ redemptionis compleretur, ut cæli, qui per peccatum Adami clauſi, ac obſerati erant, aperirentur, & ut Electis, ſeu prædeſtinatis æternæ gloriæ ſedes præpararentur; hinc certum eſt, quod Chriſtus aſcendens, turmam Patrum hactenus in limbo exſpectantium ſecum duxerit, captivam ducens captivitatem. 2. Expedit nobis Chriſtum aſcendiſſe, ut munus Advocati apud Divinum Patrem pro genere humano, & ſpeciatim pro peccatoribus ſuſciperet; hinc retinuit in corpore Sacra Vulnera, quibus nihil potentius perorat; & ideo ſtatim poſt aſcenſionem miſſi ſunt Apoſtoli in univerſam terram, ut gentes in unitatem fidei, & peccatores ad pœnitentiam congregarentur. 3. Expedit nobis Chriſtum aſcendiſſe, ut mitteretur in mundum Spiritus ſanctus, qui docebit nos omnem veritatem. Præparemus corda per fidem, ſpem, caritatem, omniumque virtutum exercitia, ut cæleſtem Hoſpitem digne recipiamus, &c. Vide Diotallevi Dom. 4. poſt Paſcha.

## Dominica V. poſt Paſcha.

*Oratio debet fieri digne, attente, & devote.*

1. S*I quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Joan.* 16. Veriſſima quidem eſt hæc promiſſio Chriſti, ſi quid petieritis Patrem, dabit vobis: verum non omni oranti, nec omni orationi facta eſt hæc promiſſio; quia tam oranti quam orationi, ut impetrent, neceſſariæ ſunt certæ diſpoſitiones. Et quænam illæ? Notate! Sacerdos, antequam Preces Canonicas Breviarii, ut vocamus, inchoat, in oratione præparatoria rogat Deum gratiam, ut Digne, Attente, ac Devote hoc Officium recitare valeat. Triplex hæc diſpoſitio ad omnem orationem indiſcriminatim neceſſaria eſt! Videamus quomodo! 1. Oratio debet fieri *Digne*, id eſt, mente pura, ab omni peccato libera, & gratia Dei exornata: Sanctus Apoſtolus Petrus, non lingua, ſed oculis veniam impetravit, quia oculi erant innocentes a negatione Chriſti, non lingua. (Vide Barz. Serm. 63. n. 23.) 2. Oratio debet fieri *Attente*, id eſt, cum reverentia, & recollectione animi ad verba, vel ad myſteria orationis, exemplo Annæ Matris Samuelis, de qua S. Chryſoſtomus ait: Multiplicabat preces in conſpectu Domini: nempe ſicut Deus præſens eſt precibus ſupplicantis; ita etiam præſentem vult eſſe animum ſupplicantis. (Vide Speranzam punct. 7.) 3. Oratio debet fieri *Devote*, id eſt, cum firma fiducia in Deum, exemplo Abrahami (V. Speranz. punct. 22.) Item cum conſtantia, & perſeverantia, exemplo ægroti ad piſcinam, Davidis, Chananææ, & aliorum (Speranza punct. 7.) Tali orationi his qualitatibus prædita Chriſtus promittit exauditionem. Præterea eſt ſolatium oranti in omni afflictione, dicente S. Bonaventura: *Frequens, & fervens oratio, diſſipat omne malum.* Vide Tit. Oratio. S. Bonav. in Spec. fol. 4.

*Oratio defectuoſa non exauditur.*

2. *Petite, & accipietis, Joan.* 16. Quid eſt, cogitat Chriſtianorum nonnemo, quid eſt, quod veraciſſimus, & fideliſſimus Deus ſincere promittat, *Petite, & accipietis*, ego tamen in precibus meis jam diu continuatis non exaudior? quid conquereris? Ex parte Dei promit-

tentis certo non eſt defectus, videamus, an non ex parte tui, vel ipſius orationis defectus inveniatur, quo minus dignus ſis exaudiri. 1. Oratio indigna eſt exaudiri, ſi procedat ex corde impuro, ſine gratia Dei; ideo Iſraelitæ orantes nihil impetrarunt; quia adhuc erant idololatræ, (Vide Barziam Serm. 67. n. 16.) 2. Oratio defectuoſa eſt & indigna, ſi ſit diſtracta & negligens: Deus ipſe conqueritur: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum procul eſt a me. Qua fronte prætendere potes, quod Deus te intelligat, cum te ipſum non intelligis? 3. Oratio non exauditur, cum petit rem noxiam contra Dei gloriam, aut contra ſalutem petentis: aut ſi petit rem mere terrenam, inanem, neglectis cæleſtibus, & æternis, quæ animam concernunt, &c. 4. Denique oratio defectuoſa eſt, & indigna exaudiri, ſi ſit puſillanimis, & inconſtans, &c. Vide Tit. Oratio, &c. Caveat Chriſtianus orans hos defectus, & ita orationem ſuam meritoriam faciat, ut, quod paucis requirit S. Auguſtinus, ſit oranti præſidium, Deo ſacrificium, & dæmoni flagellum, & ſic verum erit illud *Petite, & accipietis*! Vide Corn. a Lap. in Exod. c. 17. v. 11.

*Oratio immunda, & negligens nihil impetrat.*

3. *Si quid petieritis Patrem, dabit vobis. Jo.* 16. Si quis ſubditorum gratiam exoraturus Principi libellum ſupplicem porrigeret, ſed ſordidum & maculoſum, nugis nugarum plenum, ac charactere obſcuro illegibilem, certe e veſtigio facesſeſe juſſus, nihil gratiarum impetraret. Oratio, quam ad Deum fundimus, quid eſt, niſi libellus ſupplex? quod ſi hæc oratio iiſdem maculis conſpurcata, & defectuoſa ſit, quid mirum, quod contra Dei promiſſionem, id quod petimus, non impetremus? Explicemus, quænam ſint hæ maculæ ac defectus! 1. Oratio maculoſa ac ſordida eſt, cum ex corde peccatis contaminato procedit! Quæſo, ſi occiſor regii filii, manus adhuc ſanguine rubentes, ad patrem Regem elevaret, gratiam rogaturus, nonne indignationem potius, quam commiſerationem referret? Peccator latro eſt Divini Filii! ni ergo peccatum pœnitentia abluat, non vitam ſed mortem reportabit. 2. Oratio nugis nugarum plena eſt, cum ſolum funditur pro rebus mere terrenis v. g. pro divitiis, nuptiis, aut officio conveniente, & quidem ſine conditione appoſita, ſi ad Dei gloriam, & animæ ſalutem cedat? &c. 3. Oratio obſcuro, & inintelligibili caractere ſcripta eſt, ſi ſit diſtracta, ex animo circum circa evagante aſcendens &c. Hi ergo defectus orationem faciunt inefficacem, ita ut negligens orans potius cum novo peccato, quam cum merito a Deo recedat. Vide Tit. Oratio!

## Dominica VI. poſt Paſcha.

*Qua præparatione Spiritus Sanctus in cordis hoſpitium recipiendus ſit.*

1. C*Um venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis. Joan.* 15. Sancta Virgo Mechtildis ex Sponſo Divino quærens, quænam eſſet optima ratio ad Sacram Communionem ſe digne præparandi, hoc tulit reſponſum: Fac id, quod fecerunt Apoſtoli mei, quando eos miſi, ut pararent mihi Paſcha! Hoc idem reſponſum vellem referre iis, qui me interrogarent, quid faciam, ut advenienti Spiritui Sancto dignum in corde meo habitaculum præpararem? Fac id, quod fecerunt Apoſtoli! Videamus, quid fecerint. (Vide Micam Panis die 28. Octob.) Prima præparatio Apoſtolorum erat ſeparatio per hos dies a creaturis: *Cum introiſſent in cœnaculum*. Parem in modum, anima Chriſtiana, his diebus, profanis ac inanibus negotiis, quantum fieri poteſt, ſe ſubducat, & in ſolitudine ſacris cogitationibus, & deſideriis vacet. Secunda præparatio Apoſtolorum fuit frequens, & ardens oratio: *Erant perſeverantes in oratione*. Parem in modum anima Chriſtiana oratione, & meditatione rerum cæleſtium ſeſe occupet, frequentes virtutum actus eliciat, Scripturam legat, aut ſi his par non ſit, orationem Dominicam, & Symbolum Apoſtolicum conſiderabunde quotidie percurrat; ait enim S. Iſidorus: Omnis latitudo Scripturarum in oratione Dominica, & Symboli brevitate concluditur. *S. Iſid. de ſumm. Bono l. 1.* Tertia præparatio Apoſtolorum erat pax cum proximo, & ſecum ipſo, juxta illud: *Unanimiter*. Parem in modum anima Chriſtiana, lites cum proximo per reconciliationem, & remorſus ſuæ conſcientiæ per ſacram exomologeſim componat. Quarta demum præparatio Apoſtolorum fuit recurſus ad Beatam Virginem pro cordis diſpoſitione: *Cum Maria Matre JESU*. Parem in modum, anima Chriſtiana, pro impetranda cordis diſpoſitione ad recipiendum Divinum Hoſpitem ad ſanctiſſimam, puriſſimamque Virginem recurrat, &c.



*De peccato ſcandali.*

2. *Hæc locutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini. Joan.* 16. Quid ergo locutus eſt Dominus Apoſtolis? prædixit illis perſecutiones, & promiſit fortitudinem Spiritus ſancti confortantis. An ergo Apoſtoli fuiſſent ſcandalizati, ſi hæc illis Dominus non prædixiſſet? fuiſſent omnino! cum enim in manus incidiſſent perſequentium tyrannorum, cogitaſſent ſecum ipſis: De his ærumnis & tormentis nihil audivimus a Divino Magiſtro, ſicque puſillanimes manum retraxiſſent ab aratro, id eſt, a converſione gentium. Verum hoc ſcandalum fuiſſet mere acceptum, non datum. Quid autem eſt, ſcandalum acceptum, quid datum? Hoc edoceamur in præſenti diſcurſu, ubi agemus de ſcandalo, grandi malo quo depravatur mundus, & innumera peccata cauſantur! 1. Scandalum acceptum evitari non poteſt; quia etiam ex ſanctiſſimis actionibus, ſiniſtre & maligne interpretatis ſumitur, eum in modum, quo ex eodem floſculo apicula mel, & aranea venenum ſugit: ſic Judæi ſcandalizati ſunt in operibus Chriſti, & hodiedum hæretici in functionibus & dogmatis Eccleſiæ ſcandalum capiunt. 2. Scandalum datum eſt actio, vel locutio peccaminoſa, quæ videnti vel audienti præbet occaſionem ſpiritualis ruinæ. Hoc ſcandalum dum ſua vitæ licentia præbent Principes, Magnates, Nobiles, populum peſſimo exemplo poſt ſe trahunt ad peccata, ad hæreſim, ad Atheiſmum. Hoc ſcandalum præbent Mulieres impudicæ, minus decenter veſtitæ, impuri blaterones verba obſcena latrantes, Parentes, ac Patresfamilias & alii per crapulas, juramenta, impudicitias, & alia crimina &c. 3. Væ illis, quia pœnæ peccatorum omnium, quæ cauſant, in caput eorum redundabit: Deus præcepit, *Si ignis egreſſus invenerit ſpicas, reddet damnum, qui ignem ſuccendit*. Quanto magis reddet damnum ille, qui alteri cauſa fuit ignis æterni. &c. V. Tit. Scandalum. Item Barz. Serm. 37. n. 3 4. 32. &c.

*De bono perſecutionum.*

3. *Venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur ſe obſequium præſtare Deo.* Adeſt revera tempus & hora, qua Apoſtoli, eorumque ſucceſſores, quibus ex officio incumbit, oppugnare, & extirpare crimina, paſſim odio habeantur a mundo, & qui corrigunt peccata, magis perſecutionem patiantur, quam qui illa committunt. Sed qua de cauſa permittit Deus homines juſtos, famulos ſuos injuſtis tribulationibus ita tribulari, ut & perſecutores putent, ſe obſequium præſtare Deo? Dabo cauſas in ſolatium Sacerdotum, & in terrorem peccatorum! Cur homines juſti peccatorum correctores odium mundi, & perſecutiones patiantur, 1. ratio eſt, ut augeantur ipſorum merita; longe enim difficilius, magisque meritorium eſt, prodeſſe proximo ingrato, quam benevolo, & pro labore referre potius contemptum, quam præmium. 2. Ratio eſt, ut quotidianos defectus expient: cum enim Sacerdotes, & animarum curatores quotidie inter homines vitioſos verſentur, facile fieri poteſt, ut inter tot ollas maculam contrahant: hunc maculam Deus abſtergit, & dealbat per perſecutiones, 3. ratio eſt, ut peccatores ſuo exemplo terreant: ſi cicurari vult leo, canis in illius conſpectu faſtigatur: ſic caſtigatur juſtus, ut emendetur injuſtus. Moyſes, Aaron, Lot, Ananias & Saphyra puniti ſunt, & tamen non peccarunt graviter. Quare? ut peccatoribus eſſent terrori, ſeu exemplo. Vide Barz. Serm. 13. §. 8. & ſeq.

## Dominica Pentecoſtes.

*De ſignis inhabitantis Spiritus Sancti.*

1. A*D eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Joan.* 14. Feliciſſimum Cor hominis Chriſtiani, in quod Spiritus ſanctus venit, & manſionem facit! Econtra infeliciſſimum cor, quod Divinus Spiritus tranſit, aut veniens iterum relinquit! Ex quorum numero ſumus Dilectiſſimi, felicium aut infelicium? Eheu! neſcit homo, amore, an odio dignus ſit! Verum agite, ex ſignis argumentemur! Spiritus ſanctus apparuit ſub ſpecie ignis; igitur ex operationibus ignis conjecturam faciamus, an Divinus Hoſpes in corde noſtro reſideat. Attendite! 1. Ignis excitat ſonitum, ut patet in tonitru, in exploſione ſclopeti, in ligno viridi, & aliis. Ita Spiritus ſanctus in corde peccatoris ſtrepitum facit, qualis erat in urbe Hieruſalem, quæ in ingreſſu Chriſti Domini tota commota eſt:

eſt: peccator incipit ſe movere, & quærere, quis eſt iſte, quem offendi, & quis ego miſerrimus homuncio ſum. 2. Ignis rem mutat, cibos ſapidos, & ferrum molle reddit: Ita Spiritus ſanctus cor terrenum in cæleſte tranſmutat, ut dicere cum Apoſtolo poſſit: Vivo ego, non jam ego, vivit in me Chriſtus. Sic Diſcipuli Domini in Feſto Pentecoſtes, ſic S. Geneſius, dum in theatro ludit cæremonias Baptiſmi, ex hiſtrione factus eſt Chriſtianus & Martyr: hæc mutatio dexteræ Excelſi. 3. Ignis non patitur ſe conſtringi, omnia perrumpit obſtacula: Ita Spiritus ſanctus invictos adeo facit Apoſtolos, ut qui prius ad vocem ancillæ proſtrati ſunt, nunc regibus, tyrannis, ipſique dæmoni fortiter reſiſtant. 4. Ignis calidus eſt: ita Spiritus ſanctus animum calefacit amore, ut etiam proximo benefaciat. 5. Ignis lucet: ita Spiritus ſanctus illuminat intellectum ad agnoſcendas æternas veritates, & mundi fallacias. 6. Ignis ſemper tendit ſurſum: Ita Spiritus ſanctus animam, quam occupat, ita ad cœleſtia elevat, ut nihil niſi Deum deſideret, & mundum deſpiciat, &c. Compendio hæc omnia repetit S.
S. Ant. Pad. Ser. in Pentec. Antonius Paduanus, inquiens: Ignis *urit, purgat, calefacit, illuminat: Sic Spiritus Sanctus exurit peccata, purgat corda, torporem excutit, ignorantias illuminat.* Jam dic, mi Chriſtiane, an hæc ſigna, has operationes in corde tuo ſentis? ſi ita eſt, ſpem concipe inhabitantis Divini Spiritus; & ante omnia curam habe, ut nullo peccato cæleſtem Hoſpitem expellas, &c. Vide Corn. a Lap. in Levit. c. 9.

*Quomodo ignis amoris Divini in corde reaccendi poſſit.*

2. *Ignem veni mittere in terram. Luc.* 12. Ignis iſte miſſus in terram eſt Divini amoris incendium, dum per ardorem Spiritus ſancti, prout loquitur S. Gregorius, afflata mens a carnalibus deſideriis purgatur. Quid autem intelligitur per terram? *Veni mittere in terram.* Intelligitur homo (Vide Barz. Serm. 11. n. 4.) cur ergo non ardet? aut cur ignis extinctus in corde non reaccenditur? forſan, quia multi non ſciunt artem accendendi ignem! Agite, docebo hanc artem! 1. Accenditur ignis extinctus per flatum oris, id eſt, per orationem ferventem, & continuam. Quando Apoſtoli erant perſeverantes in oratione, tunc venit ſuper ipſos Spiritus ſanctus in ſpecie ignis. Homo ex ſe tam miſer eſt, ut ne nomen quidem JESU pronuntiare, multo minus amare poſſit ſine auxilio Dei: hoc auxilium autem impetrandum eſt per orationem. 2. Accenditur ignis ſpeculo colligente, & intendente radios ſolis. Speculum eſt vita Chriſti & Sanctorum! cum experiris, mi Chriſtiane, cordis tepiditatem & frigus, aſpice, & meditare myſteria Chriſti pro te patientis, & morientis: cogita, quid Sancti pro Chriſto fecerint, & paſſi ſint, & tum demum, ut ſpero, dicere poteris: In meditatione mea exardeſcit ignis. 3. Accenditur ignis colliſo ſilice & calybe, quibus ſcintillæ excutiuntur, & fomite recipiuntur. Per colliſionem hanc intelligo contritionem cordis! ſi cor tuum inſtar lapidis induratum fuerit, contere illud malleo, & clavis ferreis, quibus Chriſtus confixus eſt cruci! percute pectus cum publicano, dole, & clama: Deus propitius eſto mihi peccatori. 4. Demum ignis accenditur igne. Conjice oculos in ignem infernalem peccatoribus præparatum, dic tibi ipſi: quis poterit habitare cum igne devorante? &c. Vide Tit. Infernus, contritio, Oratio, &c.

*De triplici viſitatione cordis per Spiritum Sanctum.*

3. *Ad eum veniemus, & manſionem apud ipſum faciemus. Joan.* 14. Cum magnus Princeps in ædes noſtras adveniat, tota domus a ſordibus purgatur, & exornatur. Dilectiſſimi! hodie in eo eſt, quod Princeps cæli in cor noſtrum advenire, illudque tanquam ſuum habitaculum occupare deſideret. Admonemur ergo a S. Gregorio. *Tergat ſordes pravi operis, qui Deo præparat domum mentis.* (Vide hodiernum Breviar. Lect. 3.) Sed videamus, quomodo hæc Viſitatio S. Spiritus apud multos conſtituta ſit, videamus inquam ad noſtrum terrorem, vel emendationem, vel ſolatium. 1. Ad aliqua corda venit, & pulſat, ſed non admittitur, non aperitur! Et hæc ſunt corda obdurata peccatorum, quorum fœtorem nauſeans Spiritus ſanctus cito declinat & recedit: econtra in hæc corda revertitur immundus ſpiritus aſſumens ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe, quibuſcum habitat ibi. Infelix cor! heu, quando liberaberis ab inimico poſſeſſore? 2. Ad aliqua corda venit S. Spiritus, & hoſpes admittitur,





ſed paulo poſt iterum ejicitur! Et hæc ſunt corda inconſtantum, qui tempore tentationis recedunt, ſicque ad perpetranda peccata redeunt, ac ſi hæc tempore Paſchali minime planxiſſent. O mi Chriſtiane, perpende ſerio felicitatem, a qua receſſiſti, & infelicitatem, ad quam acceſſiſti. 3. Ad aliqua denique corda venit Spiritus Sanctus, & manſionem in illis facit. Et hæc ſunt corda Sanctorum, & ſerio pœnitentium, qui ſuperatis omnibus difficultatibus, jam parati ſunt vitam potius, quam Divini Hoſpitis gratiam perdere! O! quibus verbis ſatis gratulari ipſis poſſum hanc felicitatem? Vide Tit. Gratia Dei, Inconſtantia, Peccatum, &c.

Feria II. Pentecoſtes.

*De beneficiis Dei una cum Filio Dei mundo datis.*

1. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, Joan.* 3. Non ſatis fuit Divino Patri, quod mundum ex nihilo crearit, quod homini vitam dederit, illique ad ſuſtentationem, & ad delicias uſque innumerabiles creaturas in omnibus quatuor elementis addiderit: non ſatis hoc fuit, inquam, Divino Creatori, ſed inſuper adeo dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum nobis dederit. O ſancta fides, quid doces? Perpendamus, quid hoc ſit, quod Deus Filium ſuum dederit, & in Filio quid nobis dederit, metiamur exinde noſtram gratitudinem. 1. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, humana natura incarnatum, & in ſtabulo Bethlehemitico ſub ſpecie amabiliſſimi infantuli natum, ut omnium hominum corda ad amorem provocaret. In Veteri Teſtamento Deus timeri potius, quam amari voluit, hinc cum Moyſe aliiſque inter tonitrua & fulmina e nubibus terribili voce loqui, & peccatores ſtatim igne, ſubmerſione in mari rubro, abyſſo terræ punire ſolebat: in ſtabulo vero natus tanquam magnes amoris omnium corda ad ſe amoroſo affectu traxit. 2. Deus Filium ſuum unigenitum dedit ſub obedientiam Parentum, & præſertim Divinæ Matris, a qua natus & educatus eſt, ut nobis eſſet virtutum omnium exemplar. Quis unquam antea hominem ſanctum ſibi imitandum proponere potuit, cum antiqui Patriarchæ & Prophetæ ſolum in propaganda familia, in paſcendis gregibus, in vaticiniis fundendis, in delictis puniendis occuparentur: ubi autem Chriſtum, virtutum omnium exemplar aſpeximus, in ejus vita amorem Dei & proximi, manſuetudinem, dilectionem inimicorum, contemptum rerum terrenarum, & deſiderium cæleſtium, omneſque virtutes edocti ſumus. 3. Deus Filium ſuum dedit præcipue ut Redemptorem, ut per paſſionem, crucem, ac mortem ſuam nos a ſervitute inferni liberaret, & cæli hereditatem nobis compararet. Audiſtis hæc? qua gratitudine compenſare poſſumus immenſam beneficentiam? Væ! ſi ingrati ſimus! Quærit S. Chryſoſt. cur Spiritus ſanctus venerit, præcedente turbine? & reſpondet, ut inculcet nobis judicium; cum enim donum a Deo accipimus, ſtatim ſubſequitur judicium, quo diſcutitur, an beneficio recte cum gratitudine uſi ſimus. Vide Speranzam punct. 156.

*Peccatores fruſtra tenebris occultant ſua peccata.*

2. *Dilexerunt magis tenebras, quam lucem.* Non ſemper illaudabile eſt, amare tenebras; quia homines Sancti opera ſua bona, & prodigioſa coram mundi oculis occultare ſtuduerunt, quæ tamen a Deo contra illorum humilitatem in lucem protracta ſunt. Illi ergo, qui in hodierno Evangelio carpuntur, quod tenebras ament, peccatores ſunt; quia additur, *opera eorum erant mala.* Sed fruſtra agunt! Etiam mala opera ad illorum ignominiam protrahentur in lucem. 1. Peccatum occultum prodit ipſe peccator: Prophetæ Jonæ in facie videri, & notari poterat, quod fugeret contra Deum. (Vide Mich. a Calvo conc. 9. §. 2. n. 2.) 2. Peccatum occultum, præſertim luxuriæ proditur ab ipſa domo, & cubiculo, in quo committitur, juxta illud: *Lapis de* Habac. c. 2.
*pariete clamabit, & lignum, quod inter juncturas ædificiorum eſt, reſpondebit.* (Vide Mich. a Calvo conc. 6. §. 2. n. 7.) 3. Peccatum proditur etiam ab animantibus: In domum Pharaonis irruperunt innumeræ ranæ coaxantes: quare ex aquis vocatæ ſunt? ad confuſionem regis, qui in aquis juſſit ſubmergi infantes; in domo tua ſunt ejuſmodi ranæ ſatis clamoſæ, famuli, ſocii, ancillæ, ſchedæ, munuſcula, & alia. 4. Peccatum, præſertim crudelitatis, & injuſtitiæ proditur per propriam conſcientiam, Herodes non poterat occultare cædem Joannis, ſed vi-

dens Chriſtum, exclamavit timidus: Vere hic eſt Joannes Baptiſta! Sic de aliis peccatis, quæ olim protrahentur in lucem coram Judicio. Vide Tit. Luxuria, &c.

*Quomodo lux Divini Spiritus in cor admittenda ſit.*

3. *Dilexerunt magis tenebras quam lucem.* Divina gratiarum lumina, quæ Spiritus Sanctus per Sacramentorum participationem in corda noſtra infundit, tanta eſt amoris beneficentia, ut ejus ſublimitatem, longitudinem, latitudinem, & profunditatem nec Angelicus intellectus menſurare aut capere poſſet, (Vide P. Segneri Manna an. 25. Martii) Et tamen non æqualiter ab omnibus, imo ab aliquibus omnino non admittuntur, quia dilexerunt magis tenebras, quam lucem. Videamus tres Chriſtianorum claſſes hic conſiderari dignas: 1. claſſis & quidem feliciſſima illa eſt, quæ omnes cordis feneſtras Divino lumini, paratiſſimo obſequio aperit, atque Divinis inſpirationibus prompte, humiliter & alacriter morem gerit: atque hi ſunt homines ſancti, in omnibus actionibus ſuis clamantes: Veni Sancte Spiritus; (Vide Tit. Inſpirationes Dei.) 2. claſſis eſt eorum, qui Divino lumini cordis feneſtram nec omnino claudunt, nec omnino aperiunt, & hi ſunt ſemi-Chriſtiani, qui hodie pœnitentiam agunt, paulo poſt autem, quæ planxerunt, iterum committunt, ſicque damnabili ac periculoſa inconſtantia nunc Deo, nunc dæmoni ſerviunt. (Vide Tit. Inconſtantia, Tepiditas;) 3. denique claſſis infeliciſſima eſt eorum, qui feneſtras cordis obſtinata duritie ſemper claudunt, & hi ſunt inveterati peccatores, & hæretici (Vide Tit. Peccator inveteratus, Hæretici &c.) His merito exprobrari poteſt, quod S. Stephanus Judæis exprobravit: Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis. Quando Spiritus Sanctus nolebat ſacrificia, vos ſacrificaſtis, quando volebat, vos omiſiſtis, quando noluit dare præcepta, requirebatis: quando dedit, non obſervaſtis! huc multi adhuc deveniunt; leges, præcepta, conſilia Patrum ſpiritualium eludunt. &c. Vide Speranzam punct. 98. Item P. Segneri Manna ann. 12. Aprilis n. 2.

## Feria III. Pentecoſtes.

*De vera Eccleſia per ſigna credibilitatis demonſtratur.*

1. Q*Ui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde, fur eſt & latro. Joan.* 10. Per ovile, de quo loquitur Chriſtus Dominus, intelligi Eccleſiam, communis eſt SS. Patrum ſenſus: ad demonſtrandum oſtium, quo intrandum eſt in Eccleſiam, Chriſtus non ſapientibus hujus ſæculi, non Ariſtotele aut Platone uſus eſt, ſed rudibus & incultis piſcatoribus, ut tanto clarius eluceret potentia Dei, & manifeſtiora eſſent ſigna, quæ nos ducunt ad ovile Eccleſiæ. Quænam ſunt hæc ſigna, quibus veritas Eccleſiæ, præ ceteris omnibus ſectis, nobis demonſtratur? Audiamus. Primum ſignum veræ Eccleſiæ eſt, quod ſit una, unitate doctrinæ, quæ in omnibus Mundi temporibus, & locis ſemper fuit invariabiliter eadem. E contra novi ſectatores, ac hæretici quam diſformes ſunt inter ſe, hic & nunc docent duo, alias & alibi tria Sacramenta, &c. Secundum ſignum veræ Eccleſiæ eſt, quod ſit *Sancta*, id eſt, quod omnia ejus dogmata, & ritus hominem ad ſanctitatem, ad imitationem Chriſti, ad fugam peccati perducant. Econtra doctrina Novatorum impia & ſeductoria eſt, v. g. Præcepta Dei non poſſe, nec debere obſervari: nonne per hanc deceptionem aperitur oſtium ad omnia ſcelera? &c. Tertium ſignum veræ Eccleſiæ eſt, quod ſit *Catholica*, ſeu univerſalis, id eſt, per totum orbem ita diffuſa, ut nullus ſit terræ angulus, in quo doctrina, & Verbum Dei populis non eſt prædicatum. Econtra in Aſia, in Africa, in America neſcitur, & certe per quindecim ſæcula neſciebatur, quid ſit Lutheraniſmus, quid Calviniſmus &c. Quartum denique ſignum veræ Eccleſiæ eſt, quod ſit *Apoſtolica*, id eſt, ab ipſis Chriſti Apoſtolis derivata. Hæc doctrina a S. Petro primo Pontifice, per omnes Pontifices ad noſtra uſque tempora continua ſerie fuit propagata, ita ut contra tot ſucceſſores Romanos per octodecim fere ſæcula, nec tyranni nec hæretici, protegente Divina Providentia, prævalere potuerint. Jam redit quæſtio, cur Chriſtus Dominus rudes Apoſtolos ad prædicandam fidem, & propagandam Eccleſiam elegerit? S. Ambroſius reſpondet: *Ne traduxiſſe potentia,*

*ne*



*ne redemiſſe divitiis, ne potentiæ, nobilitatiſque authoritate traxiſſe aliquot ad ſuam gratiam videretur*, adeoque ut tanto manifeſtius eluceret potentia, & auxilium Dei. Vide Barz. ſerm. 39. n. 14. & ſeq. Item ſerm. 40. per totum. Item P. Segneri Incredul. non excuſab. &c.

*De differentia inter Spiritum bonum & malum.*

2. *Oves vocem ejus audiunt, alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo.* Lupus ovinam pellem induit, & accedens ad gregem ovium perſuadere illis voluit, ſe eſſe paſtorem fideliſſimum! ne dubitate, ajebat, vos fidei meæ concredere, amicus ſum veſter optimus, cupio vos felices reddere. Oviculæ obſtupeſcentes ſuſpectum habebant deceptorem; utque noſſent, quale animal eſſet, petierunt, ut vocem ederet, & ſecum balaret. Lupus volens non poterat balare, ſed horrendum ululavit, quo territæ oviculæ omnes aufugerunt. Chriſtus Dominus admonet, nolite omni ſpiritui credere; multi enim ſub pelle ovina paſtores ſe ſimulant, & lupi ſunt. Sed quo indicio agnoſci poſſunt. Ex voce, ex ululatu, & aliis ſignis: Audite S. Bernardum, qui ſigna ejuſmodi enumerat. 1. Si ſpiritus malus amicum ſimulans, aut intus in corde loquens tibi mollia ſuggerat, v. g. de potu, de cibo, de ſomno, de capienda voluptate, aliiſque ad curam corporis pertinentibus, ita, ut aliquali deſiderio erga has ſuggeſtiones inardeſcat, certus eſto, lupum ſub ovina pelle, id eſt, Spiritum carnis tibi loqui: hunc ergo ut adverſarium repelle, dicens: Vade retro Satana, non ſapis, quæ Dei ſunt, ſapientia tua inimica eſt Deo. (Vide tit. luxuria) 2. Si cogitatio interna de ambitione ſæculi, de jactantia, de arrogantia, de captandis honoribus tibi loquitur, ſpiritus mundi eſt (Vid. Tit. Ambitio) 3. Si cordis ſuggeſtio, ad iram, ad impatientiam, ad invidiam, ad amaritudinem animi provocat, ſpiritus nequitiæ eſt, qui ad triſtitiam, ad peccati frequentiam, ad nauſeam Divini ſervitii, ad puſillanimitatem, & deſperationem te impellere conatur. Cave! 4. Quando vero ſalubris cogitatio in mente tua verſatur ſuper caſtigando corpore, humiliando corde, caritate fratribus exhibenda, ſeu ceteris virtutibus acquirendis, & conſervandis, Divinus ſine dubio Spiritus eſt. (Vide Tit. Inſpirationes Dei!) Vide Speranzam punct. 35. &c.

*S. Bern. ſerm. de 7. ſpir.*

*De virtutibus & ſignis inhabitantis Spiritus Sancti.*

3. *Rogabo Patrem & alium Paraclitum dabit vobis.* Joan. 14. Non dubito, quin multi Chriſtianorum his diebus per ſacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ animas ſuas præpararint, ad recipiendum in cordis habitaculo Spiritum Sanctum, & nunc memores veterum peccatorum ſolicite cogitent: Domine Deus, vellem deſideranter noſſe, an coram te ſim in numero corvorum, vel columbarum. Macti animis eſtote! Explicemus, cur Spiritus ſanctus ſub columbæ ſpecie apparere voluerit, nempe, quia proprietates columbæ conferuntur, & congruunt cum donis S. Spiritus, atque ex hac explicatione veſtro dubio quodammodo ſatisfacere poteritis. 1. Per columbæ ſimplicitatem exprimitur donum ſapientiæ. 2. Per viſum acutiſſimum donum ſcientiæ. 3. Per benignitatem erga alias aves donum Conſilii. 4. Per habitationem circa rivos donum intellectus. 5. Per carentiam fellis donum pietatis. 6. Per nidificationem in petris donum fortitudinis. 7. Per meticuloſitatem donum Timoris Domini, qui præ ceteris utilis & neceſſarius eſt. Jam, mi Chriſtiane, ſi hæc dona Sancti Spiritus ſignificata per proprietates columbæ in anima tua quodammodo advertas, ſpem concipe non inanem, quod Divinus Hoſpes in cordis tui habitaculo reſideat! ſin minus! non deſine proſequi pœnitentiam, & pugnare contra vitia his donis S. Spiritus contraria, ut magis magiſque animam præpares, &c. Vide P. Segneri Manna an. 16. Aprilis n. 1. & ſeq.

## Dominica SS. Trinitatis.

*De Beneficio Creationis, Redemptionis & Juſtificationis.*

1. F*Aciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Gen. 1. Humana anima vere eſt imago SS. Trinitatis; ſicut enim Deus unus eſt in ſua eſſentia, & trinus in Perſonis; ita anima una eſt in ſua natura, & trina in potentiis, memoria, intellectu, & voluntate. Quid ſequitur? Sequitur, quod ſemper oculos, animumque ad Divinum Prototypon defixos habere, & immenſa cum gra-

titudine Beneficia a SS. Trinitate accepta recolere debeamus, præſertim Beneficium Creationis, quod Divinus Pater, Beneficium Redemptionis, quod Divinus Filius: Beneficium Sanctificationis, quod Divinus Spiritus nobis contulit. Agite! Præibo, vos mente ſequimini! 1. Divinus Pater Creator meus eſt! ante quinquaginta aut centum annos adhuc in nihilo delitui purum nihilum! & tunc jam Deus recordatus eſt mei, atque in tempore me ex nihilo produxit! dedit mihi ſubſtantiam, vitam, voluntatem, corpus, & animam, beneficio tanto liberaliori, quod antea nihil potuerim promereri. Quomodo autem his donis uſus ſum ad Dei gloriam? (Vide Lib. 1. Tit. Beneficium Creationis) 2. Divinus Filius Redemptor meus eſt! dolores ac pœnas mihi pro peccato debitas in ſe ſuſcepit, ſanguinem, & vitam pro me in cruce dedit, atque ita redemit me ex ſervitute diriſſima, redemit pretio ſuperabundante, redemit exceſſivo amoris modo. Quid retribuo Domino? quomodo fugio peccatum ut cauſam mortis Redemptoris mei? *Si totum me debeo pro me facto*, ait S. Bernardus, *quid addam pro me refecto!* (Vide Tit. Beneficium Redemptionis) 3. Divinus Spiritus eſt ſanctificator meus! qui Dei gratiam in Baptiſmo, in Confirmatione, in Pœnitentia, aliiſque Sacramentis animæ meæ infudit. Et quidem ille prior me prævenit, excitavitque, ut cum Petro vellem educi ex carcere peccati. Quomodo me gratum ſatis exhibebo? (Vide Tit. Beneficium juſtificationis) Laudabo ſine fine Deum Triunum, & millies ac millies cantabo; Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto! &c. Vide Barziam ſerm. 44. §. 2. & ſeq.

*S. Bern. de dilig. Deo.*

*Quam obligationem Baptiſmus nobis imponat.*

2. *Baptizantes eos in Nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti.* Mat. 28. Merito hodiernum feſtum refricat nobis memoriam Sacramenti Baptiſmi, quo in nomine SS. Trinitatis renati ſumus, Beneficio prorſus inſigni, quod millenis ac millenis in regionibus barbarorum, ac infidelium denegatum eſt. Chriſtiani ſumus! quam gratitudinem poſſumus Deo rependere pro tanta miſericordia? Audiamus, quam gratitudinem Deus a nobis exigat! Quod Chriſtus Dominus petiit a Sponſa, id ipſum a nobis exigit: *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum*, ubi S. Ambroſius advertit, triplicem nobis obligationem imponi. 1. ut Nomen & gratiam Dei ponamus ut *ſignaculum in fronte* per vivam fidem, quam in Baptiſmo acceptam invicta fortitudine ſemper profiteri oportet. (Vide Tit. Fides) 2. ut Nomen & gratiam Dei ponamus *ſignaculum in corde*, id eſt, Deum ſuper omnia amemus, parati potius vitam perdere, quam Deum ullo peccato offendere &c. (Vide Tit. Caritas Dei) 3. ut Nomen & gratiam Dei ponamus *ſignaculum in brachio*, id eſt, quod fides docet, & caritas ſuadet, opere exerceamus, atque ingentem bonorum operum theſaurum colligamus. (Vide Tit. Bona opera) Rogemus humillime SS. Trinitatem, ut Divinus Pater veniat ad noſtram memoriam, Divinus Filius ad intellectum, Divinus Spiritus ad voluntatem, eaſque potentias a vitiorum ſordibus purgent, atque cæleſtibus donis exornent. Vide Corn. a Lap. in Joan. 14. v. 23.

*Cant. 8.*

*De merito, & utilitate Eleemoſynæ.*

3. *Date, & dabitur vobis.* Luc. 6. Monaſterium quoddam valde opulentum paulo poſt ad incitas fuit redactum. Cum cauſa hujus infortunii ignoraretur, venit ad portam peregrinus, & janitori edixit: Scis, cur hoc Monaſterium ab aliquo tempore valde depauperetur? Dicam tibi! Erant in hoc Conventu olim duo fratres, qui ſemper ſolent eſſe intimi ac conjunctiſſimi: unus expulſus eſt, & alter expulſum ſecutus ſponte abivit. Primus vocabatur: *Date*! & alter, *Dabitur vobis*! ſi ergo Monaſterium priſtinis opibus diteſcere cupit, revocet fratrem, *Date*, & alter, nempe *Dabitur*, ultro revertetur. Hac hiſtoriola anſam capio, vos excitandi ad commiſerationem erga pauperes, quia Deus eleemoſynam triplici remuneratione compenſat: In vita, in morte, & poſt mortem, promittens in hodierno Evangelio: Date, & dabitur vobis. 1. Eleemoſyna compenſatur a Deo *in vita*; quia non minuit, ſed auget fortunas, eum in morem, quo quinque panes, quos Puer ille Evangelicus Chriſto in manus dedit, mirabiliter multiplicati ſunt, &c. 2. Eleemoſyna compenſatur a Deo *in morte*; juxta illud: Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, ubi addit S. Ambroſius: Sola miſericordia comes eſt defunctorum, &c. 3. Eleemoſyna compenſatur a Deo *poſt mortem*; quia eleemoſynario theſauros cæli refundit. Vide Lib. VI. Tit. Eleemoſyna.

De



*De gratitudine pro Beneficiis erga SS. Trinitatem.*

4. *Baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Amen.* Matt. 28. Hodie non eſt dies lætitiæ & exultationis, ſed triſtitiæ, humiliationis, & timoris; quia dum Eccleſia nobis SS. Trinitatis myſterium ante oculos ponit, ſimul nos commonefacit gratitudinis, quam Deo Trino debemus, & hactenus per omnem vitam turpiter neglexımus. Regius Pſalmiſta David rogat Divinam Benedictionem, inquiens: *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus*! En! triplicem mentionem Dei facit, ut indicet, ſe loqui de SS. Trinitate, atque ſtatim ſubnectit: *Et metuant eum omnes fines terræ*! Quare metuant? quia pauciſſimi ſunt, qui debitam gratitudinem pro beneficiis acceptis SS. Trinitati rependerunt, atque hæc ingratitudo, ſi non unica, ſaltem maxima cauſa eſt paucitatis ſalvandorum! Audiamus! 1. Beneficium creationis habemus a Deo Patre, ille creavit hominem eo fine, ut ſibi ſerviat, & denique ſalvus fiat! Mi Chriſtiane, ante paucos annos fuiſti purum putidum nihilum, Deus te hominem fecit, corpus & animam tibi, in anima memoriam, intellectum & voluntatem, in corpore quinque ſenſus dedit, ut his potentiis, & facultatibus ad Dei gloriam utaris! Nec ſolum creavit, ſed & hactenus conſervavit, pro tui conſervatione hunc mundum, hæc elementa, in aere volucres, in aqua piſces, in terra animalia & fruges tibi adjecit ad ſuam gloriam! Quid egiſti? nonne his omnibus ad tuum guſtum, & commoditatem, ad divitias, ad voluptates, ad peccata abuſus es, ſine reſpectu ad Deum, quaſi tibi ſoli natus eſſes, non Deo? Hæccine tua gratitudo pro beneficio creationis? Quid reſpondebis Divino Judici? 2. Beneficium Redemptionis habemus a Deo Filio! Ille infinite magnus cæli terræque Dominus humanam naturam aſſumpſit, e Virgine natus pauperem vitam vixit, quam tandem effuſo omni ſanguine inter immenſos dolores in cruce concluſit. Quem in finem? ut nos ab inferni captivitate liberaret, ut Divino Patri pro peccatis noſtris ſatisfaceret, ut peccati gravitatem, horroremque nobis inculcaret, ut ad ſui ſequelam, ad patientiam, ad mortificationem nos provocaret? Quid egiſti? nonne vitam vitæ Chriſti prorſus contrariam, voluptuoſam, nimis commodam, mere mundanam, ethnicis & infidelibus ſimillimam vixiſti? nonne cruces, ſpinas, adverſitates, omnemque mortificationem cane pejus & angue exhorruiſti? nonne peccata peccatis cumulaſti & propoſita in Sacramentorum uſu concepta millies ac millies fregiſti, haud ſecus ac ſi lex ac mors Chriſti ad te non attineret? Hæccine eſt gratitudo debita pro Beneficio Redemptionis? Quid reſpondebis Deo Judici? 3. Beneficium ſanctificationis in Baptiſmo, in Pœnitentia, aliiſque SS. Sacramentis debemus Spiritui Sancto: hanc gratiam conſervare in nobis ſtuduit cæleſtis Magiſter per aſſiſtentiam S. Angeli Cuſtodis, per pia monita parentum, per exempla juſtorum, per Verbum Dei & ſacras exhortationes, per externa peccatorum ſupplicia, & internas animi inſpirationes. Verbo! per remedia ſalutis innumera! Quid egiſti? Eheu! hæc omnia parum curaſti! devotiones debitas ſuperficialiter & perfunctorie deproperaſti, terrena cæleſtibus præhabuiſti, interna externaque animi monita ſpreviſti, caritatis opera ut ſemi-Chriſtianus neglexiſti! Hæccine eſt debita gratitudo pro Beneficio juſtificationis? quid reſpondebis Divino Judici? Age! firmiora concipe propoſita! vitam muta! terrena deſpice, cœleſtibus inhia! concipe ſerium timorem Domini, ut ſperare poſſis te futurum de exiguo numero ſalvandorum! Benedicat nos *Deus Deus* noſter, benedicat nos *Deus*, & *metuant eum omnes fines terræ*! Laudetur SS. Trinitas pro Beneficio Creationis, Redemptionis, & Sanctificationis! &c.

*Pſal. 66.*

Dominica infra Octav. Corp. Chriſti.

*Præparatio ad SS. Communionem a Chriſti Domini exemplo addiſcenda.*

1. H*Omo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos.* Luc. 6. Cum de utiliſſima præparatione ad ſacram Communionem recipiendam, de qua non ſolum efficacia Sacramenti, ſed omnis vitæ Chriſtianæ, virtutumque coordinatio dependet, ſolicite circumſpicio, optimam me inveniſſe arbitror ab exemplo ipſius Chriſti Domini, dicentis, & docentis: Exemplum dedi vobis, ut quod ego feci, ita & vos faciatis. Videamus ergo, quid Chriſtus Dominus fecerit! *Surgit a cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum,*

*Joan. 13.*

græ-

*præcinxit ſe: deinde miſit aquam in pelvim, & cæpit lavare pedes diſcipulorum.* Ubi quinque notat Cardinalis Hugo, quæ ante Euchariſtiæ ſumptionem facere debemus. Primo Debemus ſurgere a cæna, id eſt, relinquere immoderata commenſalium conſortia, & ſolicitam nimis aut voluptuoſam nutritionem corporis; caro enim delicate ſaginata petulcit & rebellat contra ſpiritum; hinc ait Apo-1.Cor.10. ſtolus: *Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* Secundo Debemus deponere veſtimenta, id eſt, exuere veterem hominem, deponere habitus, & conſuetudines pravas, atque coram oculis proximi comparere tanquam exuti a pompa & vanitate ſæculi, cum contemptu omnium, quæ externa ſunt, & animam non concernunt. Tertio Debemus nos præcingere linteo, id eſt, edomare internas paſſiones vitioſas per contrariarum virtutum exercitium: opprimi debet ſuperbia per humilitatem, libido per caſtimoniam, ira per manſuetudinem, & ſic de ceteris. Quarto Debemus mittere aquam in pelvim, id eſt commiſſa peccata etiam exteriori ploratu & lacrymis expiare. &c. Quinto Debemus lavare pedes diſcipulorum, id eſt, etiam eorum, qui nobis ſubditi, aut curæ noſtræ commiſſi ſunt, delicta caſtigare, licentiam morum refrœnare, verbo, & exemplo ad virtutis ſemitam adducere. &c. Vide Speranzam puncto 152.

*Ad normam Agni Paſchalis præparatio facienda ad Sacram Communionem.*

2. *Fecit cænam magnam.* Luc. 6. In Libro Exodi Dominus Deus inſtruxit Moyſen & Aaron, atque per hos totum populum Judaicum, quomodo, & quibus ritibus Agnum Paſchalem ante tranſmigrationem ex Ægypto, & poſtea in ejus memoriam immolare & comedere deberent. Per Agnum Paſchalem intelligitur Agnus Divinus in Sanctiſſimo Communionis Sacramento: Videamus quomodo ritus illi a Deo præſcripti ad noſtram inſtructionem cedere poſſint! 1. Agnus comparari debebat decima die menſis, id eſt, quatuor diebus ante immolationem aut tranſmigrationem, quo tempore indagari in Agnum debebat, an non ſit maculoſus aut defectuoſus. Parem in modum Chriſtianus ante Sacram Communionem ſolicite præcavere debet, ne ſuis maculis ac defectibus Agnum Divinum commaculet; proinde in conſcientiam ſuam indaget, pœnitentiam agat, & lacrymis peccatorum maculas abluat. &c. 2. Ad Agni balatum parare ſe, tanquam ad tubæ vocem, debebant, ad exitum, ad immolationem, ad eſum. Parem in modum Chriſtianus Communicans, dum in ipſa ſumptione Chriſtum in cor recipit, ad ejus monita, & inſpirationes diligenter attendat, atque obedientiam ſpondeat. Patriarcha Jacob ædificaturus altare, convocat totam familiam domus: Ita pius communicans omnes ſenſus tam externos, quam internos in obſequium Chriſti convocare, atque memoriæ, intellectui, & voluntati ſuæ, item oculis, auribus, linguæ, cunctiſque ſenſibus pias leges, ad emendationem vitæ, & Dei gloriam præſcribere debet; tertio hunc Agnum Paſchalem continuo intueri, & ante oculos habere debebant, ut ejus aſpectu occaſionem haberent colloquendi de mirabili ſua redemptione ex ſervitute Ægyptiaca. Parem in modum pius Communicans poſt communionem Agnum Divinum nunquam ex oculis, nunquam ex animo ſibi elabi permittat, ejus Beneficia, præſertim redemptionis ex ſervitute dæmonis per pœnitentiam ſemper memoria teneat, pia propoſita ibi concepta renovet, & ante omnia felicem tranſmigrationem ex hac vita mortali ad beatam patriam ſibi exoret. &c. Vide Corn. a Lap. in Exod. 12. v. 3.

*Injuriæ Deo Euchariſtico illatæ compenſandæ a fidelibus.*

3. *Et cæperunt ſimul omnes excuſare.* Luc. 6. Hæ excuſationes erant enormes injuriæ & contemptus cœnæ, ad quam erant amici invitati, ita, ut merito indignatus Dominus loco illorum pauperes, debiles, & claudos vocari juſſerit, illiſque inurbanis juraverit, quod nemo illorum cœnam ſuam ſit guſtaturus! O Chriſtiani quid terribile debeo vobis enarrare? Injuriæ & contemptus, quibus hodiedum Chriſtus Dominus in SS. Euchariſtiæ cœna vilipenditur, ſunt longè enormiores. Obſtupeſcite! 1. Chriſtus in SS. Pane Euchariſtico inhonoratur ab impiis Judæis, qui damnabile odium contra hoc Sacramentum gerentes, illud pugionibus, igne, & ſputis perſecuti ſunt, prout conſtat ex tragicis hiſtoriis Deggendorffii in Bavaria, Paſſavii, Budorgi, & plurimis aliis locis. Vide Gintheri Cor JESU, Conſid. 26. n. 4. &c.) 2. Chriſtus in Euchariſtia crudeliſſime injuriatur a Magis & Sagis, qui hoc SS. Sacramentum ſæpe in ſuis conventiculis pedibus conculcarunt, in fimetum, & rogos projecerunt, aut pecudibus devorandum dederunt. (Vide Fridericum Fornerum de Paſſ. Dom. conc. 36.) tertio Chriſtus in SS. Euchariſtiæ Sacramento injurioſiſſime habetur ab hæreticis, qui illud in fornaces, in cloacas, quis non exhorreſcat? impiiſſime projecerunt. (Vide Gintherum ubi ſupra. Item Laurent. Surium in Commentario Hiſtor. &c.) 4. Chriſtus in SS. Sacramento ſceleratiſſime injuriatur ab impiis Chriſtianis ſacrilege illud devorantibus: Sanctus VVicterus apparens S. Herlucæ Virgini oſtendit illi Chriſtum, prout populo a Pilato fuit exhibitus, crudeliſſime vulneratum, eique edixit, ſic Dei Filium hodiedum peſſime tractari ab indigne communicantibus. (Vide Calend. perpetuum 8. Aprilis. Item tit. Euchariſtia.) Quid nobis per has injurias inculcatur? Id certe, ut Dominum in SS. Sacramento tanto majore reverentia, amore, & adoratione complecti, & damnabiles impiorum injurias compenſare ſtudeamus.

## Dominica III. poſt Pentecoſten.

*Peccator pœnitens Miſericordiam Dei exaltat.*

1. C*ongratulamini mihi, quia inveni ovem, quæ perierat.* Luc. 15. Quid eſt Diviniſſime Paſtor, quod tibi potius, quam oviculæ inventæ gratulari cupis? quis plus recuperavit, quis felicior fuit, tu an ovicula? nempe ita amat oviculam, ut illius felicitatem ſuam putet; hinc ait Sanctus Gregorius: *Non dicit congratulamini inventæ ovi, ſed mihi, quia ejus gaudium eſt vita noſtra.* (Vide Barz. ſerm. 10. n. 2. &c.) Certe ſancti Angeli ut innocentes animæ, ſi invidia ardere poſſent, arderent adverſus pœnitentes peccatores, quia, fere dixerim, plus amantur a Deo, quam ipſæ. Quæ autem cauſa hujus amoris & æſtimationis majoris: Audite! Chriſtus Dominus ſemper amice cum peccatoribus converſatus eſt, illis mille beneficia in infirmitatibus contulit, Joanni innocenti Petrum pœnitentem in primatu Eccleſiæ prætulit. Cur? 1. quia peccator pœnitens magnificat Chriſtum Redemptorem, & opus Redemptionis. (Vide Raphael Bonherba Diſcurſu in die Cinerum n. 6. & 7.) 2. Auget Deo gloriam ex eo, quod majus erit gaudium in cælo ſuper peccatore pœnitente, quam ſuper nonaginta novem juſtos. (Bonherba Ibid. num. 8.) 3. Quia Deus non eſſet plene beatus ſine myſterio Incarnationis: Incarnationem autem debet peccatori pœnitenti, juxta illud: qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. 4. quia peccator exaltat juſtitiam Dei, Liberalitatem, Providentiam, & præcipue Miſericordiam Dei. Vide Bonherba l. c. n. 8. 9. 10. &c.

*Dei Filius conteſtatur ſuam Miſericordiam erga peccatores.*

2. *Erant appropinquantes ad JESUM publicani & peccatores.* Luc. 15. Regum quidam miſit filium ſuum in exteras regiones, ubi ille pulcherrimæ Virgini nupſit, dein quatuor nuntios miſit per integrum regnum, ſubditis nunciaturos, ſe revocare, & condonare rigorem Patris! certi eſſent, ſe omnes benigne habiturum, & paterno affectu complexurum. Hac declaratione omnes ſubditorum animos ad ſe traxit. Quis eſt rigoroſus ille Rex? Eſt Deus Pater, qui cum Angelis, cum protoparentibus, aliiſque peccatoribus auſtera juſtitia proceſſit. Filius autem humanæ naturæ nubens, per orbem terrarum nuntios mittens, invitavit peccatores, ut ad ſe venirent. Hi nuntii ſunt quatuor Sancti Evangeliſtæ. 1. S. Matthæus, denuntians: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis.* 2. Sanctus Lucas, enarrans, quomodo Chriſtus Dominus adulteram abſolverit, & contra furorem accuſantium defenderit. 3. S. Marcus inducens Chriſtum cum paralitico loquentem: *Fili, remittuntur tibi peccata tua.* 4. Sanctus Joannes declarans: *Tranſlati ſumus de morte ad vitam.* Hi quatuor nuntii peccatores magno cum ſolatio certos reddunt de Miſericordia Dei. Vide Piſtorium hac Dom. ad finem. &c.

*Deus Miſericors peccatorem triplici benignitate vocat.*

3. *Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam.* Luc. 15. Rex David ad compeſcendum rebellem filium Abſalon miſit armatum exercitum, ſed quia Pater ſimul erat, non poterat celare amorem, rogans Duces, & milites, ut Abſaloni filio parcerent, eumque vivum & incolumem ſervarent. Dominus Deus ex Juſtitiæ Zelo iraſcitur quidem peccatori, verum

*præcinxit ſe: deinde miſit aquam in pelvim, & cæpit lavare pedes diſcipulorum.* Ubi quinque notat Cardinalis Hugo, quæ ante Euchariſtiæ ſumptionem facere debemus. Primo Debemus ſurgere a cæna, id eſt, relinquere immoderata commenſalium conſortia, & ſolicitam nimis aut voluptuoſam nutritionem corporis; caro enim delicate ſaginata petulcit & rebellat contra ſpiritum; hinc ait Apo-
1.Cor.10. ſtolus: *Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* Secundo Debemus deponere veſtimenta, id eſt, exuere veterem hominem, deponere habitus, & conſuetudines pravas, atque coram oculis proximi comparere tanquam exuti a pompa & vanitate ſæculi, cum contemptu omnium, quæ externa ſunt, & animam non concernunt. Tertio Debemus nos præcingere linteo, id eſt, edomare internas paſſiones vitioſas per contrariarum virtutum exercitium: opprimi debet ſuperbia per humilitatem, libido per caſtimoniam, ira per manſuetudinem, & ſic de ceteris. Quarto Debemus mittere aquam in pelvim, id eſt commiſſa peccata etiam exteriori ploratu & lacrymis expiare. &c. Quinto Debemus lavare pedes diſcipulorum, id eſt, etiam eorum, qui nobis ſubditi, aut curæ noſtræ commiſſi ſunt, delicta caſtigare, licentiam morum refrœnare, verbo, & exemplo ad virtutis ſemitam adducere. &c. Vide Speranzam puncto 152.

*Ad normam Agni Paſchalis præparatio facienda ad Sacram Communionem.*

2. *Fecit cœnam magnam.* Luc. 6. In Libro Exodi Dominus Deus inſtruxit Moyſen & Aaron, atque per hos totum populum Judaicum, quomodo, & quibus ritibus Agnum Paſchalem ante tranſmigrationem ex Ægypto, & poſtea in ejus memoriam immolare & comedere deberent. Per Agnum Paſchalem intelligitur Agnus Divinus in Sanctiſſimo Communionis Sacramento: Videamus quomodo ritus illi a Deo præſcripti ad noſtram inſtructionem cedere poſſint? 1. Agnus comparari debebat decima die menſis, id eſt, quatuor diebus ante immolationem aut tranſmigrationem, quo tempore indagari in Agnum debebat, an non ſit maculoſus aut defectuoſus. Parem in modum Chriſtianus ante Sacram Communionem ſolicite præcavere debet, ne ſuis maculis ac defectibus Agnum Divinum commaculet; proinde in conſcientiam ſuam indaget, pœnitentiam agat, & lacrymis peccatorum maculas abluat. &c. 2. Ad Agni balatum parare ſe, tanquam ad tubæ vocem, debebant, ad exitum, ad immolationem, ad eſum. Parem in modum Chriſtianus Communicans, dum in ipſa ſumptione Chriſtum in cor recipit, ad ejus monita, & inſpirationes diligenter attendat, atque obedientiam ſpondeat. Patriarcha Jacob ædificaturus altare, convocat totam familiam domus: Ita pius communicans omnes ſenſus tam externos, quam internos in obſequium Chriſti convocare, atque memoriæ, intellectui, & voluntati ſuæ, item oculis, auribus, linguæ, cunctiſque ſenſibus pias leges, ad emendationem vitæ, & Dei gloriam præſcribere debet; tertio hunc Agnum Paſchalem continuo intueri, & ante oculos habere debebant, ut ejus aſpectu occaſionem haberent colloquendi de mirabili ſua redemptione ex ſervitute Ægyptiaca. Parem in modum pius Communicans poſt communionem Agnum Divinum nunquam ex oculis, nunquam ex animo ſibi elabi permittat, ejus Beneficia, præſertim redemptionis ex ſervitute dæmonis per pœnitentiam ſemper memoria teneat, pia propoſita ibi concepta renovet, & ante omnia felicem tranſmigrationem ex hac vita mortali ad beatam patriam ſibi exoret. &c. Vide Corn. a Lap. in Exod. 12. v. 3.

*Injuriæ Deo Euchariſtico illatæ compenſandæ a fidelibus.*

3. *Et cæperunt ſimul omnes excuſare.* Luc. 6. Hæ excuſationes erant enormes injuriæ & contemptus cœnæ, ad quam erant amici invitati, ita, ut merito indignatus Dominus loco illorum pauperes, debiles, & claudos vocari juſſerit, illiſque inurbanis juraverit, quod nemo illorum cœnam ſuam ſit guſtaturus! O Chriſtiani quid terribile debeo vobis enarrare? Injuriæ & contemptus, quibus hodiedum Chriſtus Dominus in SS. Euchariſtiæ cœna vilipenditur, ſunt longè enormiores. Obſtupeſcite! 1. Chriſtus in SS. Pane Euchariſtico inhonoratur ab impiis Judæis, qui damnabile odium contra hoc Sacramentum gerentes, illud pugionibus, igne, & ſputis perſecuti ſunt, prout conſtat ex tragicis hiſtoriis Deggendorffii in Bavaria, Paſſavii, Badorgi, & plurimis aliis locis. Vide Gintheri Cor JESU, Conſid. 26. n. 4. &c.) 2. Chriſtus in Euchariſtia crudeliſſime injuriatur a Magis & Sagis, qui hoc SS. Sacramentum ſæpe in ſuis conventiculis pedibus conculcarunt, in fimetum, & rogos projecerunt, aut pecudibus devorandum dederunt. (Vide Fridericum Fornerum de Paſſ. Dom. conc. 36.) tertio Chriſtus in SS. Euchariſtiæ Sacramento injurioſiſſime habetur ab hæreticis, qui illud in fornaces, in cloacas, quis non exhorreſcat? impiiſſime projecerunt. (Vide Gintherum ubi ſupra. Item Laurent. Surium in Commentario Hiſtor. &c.) 4. Chriſtus in SS. Sacramento ſceleratiſſime injuriatur ab impiis Chriſtianis ſacrilege illud devorantibus: Sanctus VVicterpus apparens S. Herlucæ Virgini oſtendit illi Chriſtum, prout populo a Pilato fuit exhibitus, crudeliſſime vulneratum, eique edixit, ſic Dei Filium hodiedum peſſime tractari ab indigne communicantibus. (Vide Calend. perpetuum 8. Aprilis. Item tit. Euchariſtia.) Quid nobis per has injurias inculcatur? Id certe, ut Dominum in SS. Sacramento tanto majore reverentia, amore, & adoratione complecti, & damnabiles impiorum injurias compenſare ſtudeamus.



## Dominica III. poſt Pentecoſten.

*Peccator pœnitens Miſericordiam Dei exaltat.*

1. C*ongratulamini mihi, quia inveni ovem, quæ perierat.* Luc. 15. Quid eſt Diviniſſime Paſtor, quod tibi potius, quam oviculæ inventæ gratulari cupis? quis plus recuperavit, quis felicior fuit, tu an ovicula? nempe ita amat oviculam, ut illius felicitatem ſuam putet; hinc ait Sanctus Gregorius: *Non dicit congratulamini inventæ ovi, ſed mihi, quia ejus gaudium eſt vita noſtra.* (Vide Barz. ſerm. 10. n. 2. &c.) Certe ſancti Angeli ut innocentes animæ, ſi invidia ardere poſſent, arderent adverſus pœnitentes peccatores, quia, fere dixerim, plus amantur a Deo, quam ipſæ. Quæ autem cauſa hujus amoris & æſtimationis majoris: Audite! Chriſtus Dominus ſemper amice cum peccatoribus converſatus eſt, illis mille beneficia in infirmitatibus contulit, Joanni innocenti Petrum pœnitentem in primatu Eccleſiæ prætulit. Cur? 1. quia peccator pœnitens magnificat Chriſtum Redemptorem, & opus Redemptionis. (Vide Raphael Bonherba Diſcurſu in die Cinerum n. 6. & 7.) 2. Auget Deo gloriam ex eo, quod majus erit gaudium in cælo ſuper peccatore pœnitente, quam ſuper nonaginta novem juſtos. (Bonherba Ibid. num. 8.) 3. Quia Deus non eſſet plene beatus ſine myſterio Incarnationis: Incarnationem autem debet peccatori pœnitenti, juxta illud: qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. 4. quia peccator exaltat juſtitiam Dei, Liberalitatem, Providentiam, & præcipue Miſericordiam Dei. Vide Bonherba l. c. n. 8. 9. 10. &c.

*Dei Filius conteſtatur ſuam Miſericordiam erga peccatores.*

2. *Erant appropinquantes ad JESUM publicani & peccatores.* Luc. 15. Regum quidam miſit filium ſuum in exteras regiones, ubi ille pulcherrimæ Virgini nupſit, dein quatuor nuntios miſit per integrum regnum, ſubditis nunciaturos, ſe revocare, & condonare rigorem Patris! certi eſſent, ſe omnes benigne habiturum, & paterno affectu complexurum. Hac declaratione omnes ſubditorum animos ad ſe traxit. Quis eſt rigoroſus ille Rex? Eſt Deus Pater, qui cum Angelis, cum protoparentibus, aliiſque peccatoribus auſtera juſtitia proceſſit. Filius autem humanæ naturæ nubens, per orbem terrarum nuntios mittens, invitavit peccatores, ut ad ſe venirent. Hi nuntii ſunt quatuor Sancti Evangeliſtæ. 1. S. Matthæus, denuntians: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis.* 2. Sanctus Lucas, enarrans, quomodo Chriſtus Dominus adulteram abſolverit, & contra furorem accuſantium defenderit. 3. S. Marcus inducens Chriſtum cum paralitico loquentem: *Fili, remittuntur tibi peccata tua.* 4. Sanctus Joannes declarans: *Tranſlati ſumus de morte ad vitam.* Hi quatuor nuntii peccatores magno cum ſolatio certos reddunt de Miſericordia Dei. Vide Piſtorium hac Dom. ad finem. &c.

*Deus Miſericors peccatorem triplici benignitate vocat.*

3. *Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam.* Luc. 15. Rex David ad compeſcendum rebellem filium Abſalon miſit armatum exercitum, ſed quia Pater ſimul erat, non poterat celare amorem, rogans Duces, & milites, ut Abſaloni filio parcerent, eumque vivum & incolumem ſervarent. Dominus Deus ex Juſtitiæ Zelo iraſcitur quidem peccatori,

verum

verum ita, ut non poſſit cohibere Miſericordiam, qua illum ſalvum cupit, id quod triplici indicio manifeſtat, ut ait Bernardus: 1. *Tardat ferire peccantem!* longanimi patientia diſſimulat illius malitiam, imo dum actu peccat, erga illum miſericors eſt, Matthæum convertit, dum in telonio uſuris vacat, Petrum dum Chriſtum negat, Paulum dum Eccleſiam perſequitur: Ego te offendebam, & tu me defendebas, ait S. Auguſtinus. 2. *Dat gratiam reſipiſcendi!* Internis inſpirationibus, externis monitis & exemplis invitat ad pœnitentiam; Longino, dum crudeliſſime ſauciat cor JESU, gratiam fidei & pœnitentiæ dedit. 3. *Peccati jugum excutit!* nempe cum peccator gratia miſericordiæ motus, reſipiſcit, illum benigniſſime ſicut filium prodigum recipit, ſtola amicitiæ exornat, & jugum Divinæ Legis, quod ille exhorruit, per cœleſtia auxilia illi leve facit. &c. Vide Tit. Miſericordia Dei, &c. Verum adverte, O peccator, hæc Bonitas, & Miſericordia Dei exigit ſeriam tuam cooperationem. &c. Vide Ibid.

## Dominica IV. poſt Pentecoſten.

### *De bona intentione ad opera meritoria.*

1. IN *verbo autem tuo laxabo rete.* Jo. 5. Admonet nos Eccleſiaſticus: *In omnibus operibus tuis præcellens eſto.* Quo vult dicere, labores & opera cujusvis vocationi congrua, non perfunctorie ſed meritorie, ad normam virtutis Chriſtianæ peragenda eſſe; quia totum tandem ſanctitatis negotium in eo verſatur, ut opera ſtatui tuo conformia bene facias! Sunt aliqui, qui ad opera alterius ſtatus manus extendunt! ſunt alii, qui non niſi opera excellentia, admiranda, fere miraculis ſimilia vellent operari! Decipiuntur! quia tua opera, tibi convenientia debent te coram Deo ſanctificare, & ut ſanctificent, quatuor ſunt neceſſaria. 1. Dirigenda ſunt ad Deum, ejuſque gloriam, & beneplacitum, tanquam ſcopum & finem noſtrum unicum, ad quem creati ſumus. 2. Unienda ſunt cum meritis Chriſti; ſicut enim ſtannum, aut argentum ſi deauretur, ex auro pretioſius fit; ita opera noſtra ex unione cum meritis Chriſti & Sanctorum, ad mercedem æternam digniſicantur. 3. Accedere debet deſiderium, plura ac plura pro Dei gloria faciendi ver. gr. qui unum peccatorem convertit, dicat, O Domine, utinam omnes totius mundi peccatores ad te adducere, & omnium hominum corda tuo amore accendere poſſem. 4. Denique Deus in auxilium vocandus, eum in modum; quo omnes Horæ Canonicæ Sacerdotum hoc initio inchoantur: Deus in adjutorium meum intende! Domine ad adjuvandum me feſtina! Idque tanto ſæpius, ac devotius repetendum, quanto certius eſt, quod ex nobis ipſis infirmiſſimi ſimus, & vix pares invocando Nomini JESU ſine adjutorio gratiæ Divinæ. &c. En mi Chriſtiane, hæ ſanctæ intentiones ſunt ars illa quæſtuoſiſſima, qua ſæpe homines ſæculares ac laici in ſuis opificiis & laboribus plura collegerunt merita, quam Anachoretæ in eremis. Vide P. Segneri Manna an. 27. Martii.

### *Difficilius eſt mundo, quam Deo ſervire.*

2. *Tota nocte laborantes nihil cepimus.* Indigna res! ſæpe pro lucro temporali operoſius laboratur, quam pro æterna ſalute! En! Petrus tota nocte inſomnis in captura piſcium fatigatur, in monte autem Oliveti non potuit una hora vigilare pro Chriſto. Sic fit! Mundanis hominibus nihil arduum videtur pro vano honore, pro inani voluptate, pro exiguis divitiis; verum ſi una hora orationi vacandum eſt, ſtatim tædere, & fatiſcere incipiunt. Videamus, an non verum ſit, quod ajo! 1. Quantis laboribus deſudat ſuperbus, ut officium honorificum, quod affectat, aſſequatur? Amman totis noctibus vigilat aliis dormientibus, ne quis illi vel de nocte gratiam regis ſuffuretur. Sic ambitioſi omnes dum aſſequi honorum celſitudinem cupiunt, ſub ponderibus populorum gemunt. Bene ait S. Paulinus: Blandum nomen honos, ſed mala ſervitus. (Vide Tit. Ambitio.) 2. Quantis laboribus deſudat avarus ad comparandas divitias! longinquis itineribus, ipſique infido mari ſe committit, diurna nocturnaque fatigatione vires atterit, jugi timore fures metuit, famulis non credit, & nonnunquam a filiis ſpoliatur. Miſera eſt avarorum conditio. (Vide Paoletti Dom. 3. Adventus. Item Tit. Avaritia.) 3. Quantis laboribus deluditur Luxurioſus? ut favorem perſonæ amatæ, aut nuptias auſpicatas ſibi comparet, quam arduam ſervitutem ſervit! quantum Zelotypia infatuatur? &c. Vide Tit. Luxur. &c. O ſi evanidi id genus homines dimidiam partem laborum, quos mundo impendunt, Deo conſecrarent, ſancti fierent. &c.

Deus



### *Deus obſequia ſibi præſtita centuplo remuneratur.*

3. *Aſcendens in unam navim, quæ erat Simonis.* Luc. 5. Dominus Deus Rex cæli & terræ, cujus divitiæ exhauriri non poſſunt, ſupra omnes mundi Reges & Principes adeo liberalis eſt, ut ne minimum quidem obſequium ſine centuplici remuneratione ſibi deferri patiatur: quo hauſtu frigidæ dat integrum cælum! Id patet 1. in Patriarcha Abraham! paratus ille erat ad Dei beneplacitum filium ſuum immolare, & ecce! in compenſationem generoſi facinoris Deus illum inter progenitores ſuos adlegit, de cujus familia Divinus Filius, Mundi Redemptor erat naſciturus. 2. Patet in Moyſe! Fuit ille in Ægypto electus regius Nepos, ad quem ſuo tempore ſceptrum regium devolvi poterat. Verum pro ſceptro elegit virgam prodigioſam a Deo ſibi datam, & amore juſtitiæ populum electum, non ſine diſcrimine, & inſidiis Pharaonis, e ſervitute eduxit. Et ecce! Deus illi melioris gentis regnum, totumque mundum hereditarium ſubjecit. 3. Patet hodie in Petro! qui navim ſuam piſcatoriam Chriſto Domino commodans, ab illo conſtitutus eſt piſcator hominum, princeps Apoſtolorum, & Eccleſiæ caput, &c. O quam magna eſt eorum inſania, qui mundo ſerviunt, decipiuntur decies in mercede, ſicut Jacob in domo Laban! ſi Deo ſervirent, ad quem nati, creatique ſunt, corpore & anima tenus beati forent. &c. Vide tit. Anima Hominis, Finis ultimus, &c.

## Dominica V. poſt Pentecoſten.

### *Cauſæ diſſenſionum in Matrimonio quomodo tollendæ.*

1. VAde *prius reconciliari fratri tuo.* Matth. 5. Pauper quidam ruſticus Agyrtam circumforaneum conſuluit, qua ratione egeſtati ſuæ remedium invenire, & rem domeſticam ad convenientes divitias extollere poſſit? reſpondit Agyrta, faceret libellum ſupplicem Deæ Fortunæ, & rem omnem in melius ituram. Amplectitur conſilium ruſticus, & a Fortuna promiſſum accipit, quod cras hora prima in domum ipſius venire velit. Imminente hora ruſticus cum uxore altercari cœpit, quis adventanti Deæ obviam ire deberet. Vir ſuum id eſſe, uxor ſui muneris eſſe prætendit, tanta contentione, ut tandem lis ad rixas & verbera excreverit. Adveniens Dea, ut tumultum audiit, mox tergum domui obvertit, & litigantes in ſua paupertate reliquit. En! ubi diſſenſiones inter conjuges, nulla eſt proſperitas, nulla Dei Benedictio. Tollendum igitur hoc malum per reconciliationem ſeriam! ſed quæ cauſæ diſſenſionum in Matrimonio? 1. cauſa eſt improvidentia parentum, qui liberos ex malo, aut inani fine, pure propter pecuniam aut divitias conjungunt. 2. cauſa diſſenſionum eſt diverſitas geniorum non ſatis antea explorata; ſi enim una pars ſit tenax, altera prodiga, una bellicoſa, altera crapuloſa; quid mirum quod in jurgia quotidie exardeſcant. 3. cauſa eſt Zelotypia, ſi ab exteris ſuſurronibus, libenter audiri ſoliti, magis, magiſque inflammentur, &c. Tollantur hi folles & fomenta, & ſimul tolletur ignis diſſenſionum. Vide Tit. Matrimonium. &c.

### *Iracundia quibus remediis compeſcenda.*

2. *Omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio.* Matt. 5. Ira duplex eſt, Juſta & laudabilis, quæ ad Dei gloriam, ad extirpationem vitiorum, & vindictam ſcelerum exardeſcit. Et Injuſta ac damnabilis, quæ ex intemperante animi paſſione cum bile & tumultu conſurgit. Hæc in Republica Chriſtiana grandia damna cauſat; repugnat enim commodo proprio, quia quietem turbat: repugnat honori proprio, quia æſtimationem & amorem apud alios tollit: repugnat Religioni, quia hæc manſuetudinem Chriſtianam, & amorem inimicorum præcipit. Operæ pretium igitur eſt, ſtatuere huic malo remedia. Attendite! 1. remedium, quod præſcribit Seneca, eſt mora, qua animi impetus retardatur, ne ſtatim ad extra erumpat; hinc idem Seneca ſuadet iracundo, ut quamprimum bilem commoveri ſentit, prius ſecum ipſo viginti quatuor Alphabeti litteras percurrat, id dum fit, interim prima efferveſcentia, ſicut aqua ebulliens ſubducto igne tepeſcere incipit. 2. remedium iræ eſt refrænatio fervoris, ita ut iracundus in ipſo æſtu nihil decernat; nam cum ira eſt brevis furor, & iratus ab inſano non niſi tempore differt, non poteſt ab inſaniente prudens quid dici, aut reſponderi: igitur compeſcenda eſt inſania, donec ſenſim ſine ſenſu redeat animi ſerenitas.

tas. 3. remedium eſt, ut iracundi, ſi fieri poteſt, ipſimet invicem colloquantur, & arbitros, ſeu mediatores, qui ſæpe incendiarii ſunt, & ignem magis inflammant, non admittant: ſi ipſi colloquantur, ſæpe intelligent, injuriam aut malo animo non eſſe datam, aut pure conſiſtere in verbis male intellectis. 4. Remedium iræ eſt, ſi iracundi ſuſurrones non audiant, qui ſæpe ex malitia aut inſcitia malum augent, & garrientes in utramque partem, unam contra alteram exaſperant. Julius Cæſar omnes conjuratorum epiſtolas ſimul exuſſit: quod factum laudans Seneca ait: Gratiſsimum putavit genus veniæ, neſcire, quod quiſque peccaſſet. &c. Vide Corn. a Lap. Jac. 1. v. 19. Item ad Epheſ. 4. v. 26. & v. 31.

*De perfectione Chriſtiani erga Deum, proximum, & ſeipſum.*

3. *Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum non intrabitis in regnum cœlorum. Matth. 5.* Scribæ & Phariſæi erant elati ſuperbia homines, qui oculis intuentium ſervientes, ſuperciliose virtutes ſuas jactitabant, de cetero vero erant hypocritæ, ad extra columbæ, ad intra corvi. Dominus Deus in hodierno Evangelio requirit, ut incomparabiliter major ſit juſtitia, ſeu perfectio Chriſtiana, alias certo regnum cælorum non aſſecutura. In quo ergo conſiſtit juſtitia Chriſtiana? Reſpondeo, plenitudo juſtitiæ habet tres partes, nam ternario numero perfectio completur, & ideo Chriſtianus juſtitiam habere non poteſt, niſi ſit juſtus in ſe, juſtus cum proximo, & juſtus erga Deum. Audiamus, quomodo! 1. Homo Chriſtianus debet eſſe *juſtus in ſe*, id eſt, debet abundare illis virtutibus, quæ in ſeipſo complentur, uti ſunt Verecundia, Mortificatio, Manſuetudo, Puritas, Obedientia, Humilitas, Patientia, & aliæ &c. 2. Homo Chriſtianus debet eſſe *juſtus cum proximo*, id eſt, ut ipſum eundem inſtruat, ad bonum inſtiget, a malo retrahat, in neceſsitate illi ſuccurrat, fidem ſervet, & quæ ſunt ſimilia: quod ſi ille fidelitate, & caritate tua abutatur, edoctus non diſcat, monitus non reſipiſcat, ille quidem malitiæ ſuæ pœnas dabit, tu vero propter conatum tuum merito coram Deo non carebis. 3. Homo Chriſtianus debet eſſe *juſtus coram Deo*, id eſt, ad Deum tanquam finem ultimum per virtutis exercitia tendere, illum in fide, ſpe, & caritate adorare, præcepta illius tam ſancte obſervare, ut malit mori, quam Deum offendere. O quanto præmio coronabitur in cælis hæc perfectio! &c. Vide P. Segneri Manna an. 6. Aprilis.

## Dominica VI. poſt Pentecoſten.

*Ad panem lucrandum neceſſaria eſt oratio, cooperatio, & mortificatio.*

M*Anducaverunt, & ſaturati ſunt. Marc. 8.* 1. Ne animo cadas propter triduanam inediam, fidelis popule, neque recedas a ſequela Chriſti; manum Dei tecum habes, quæ implet omne animal benedictione! En ſeptem panibus mirabiliter multiplicatis ſaturata ſunt quatuor eſurientium millia! Ne diffidas, mi Chriſtiane, eadem eſt Providiſſimi Dei ſolicitudo tui, quæ fuit famentis populi! paratus eſt te, quem creavit, etiam conſervare & nutrire, dummodo ex parte tui non deficias. Quid ergo agam, ut pane quotidiano non caream? Tria ſunt ad hoc tibi neceſſaria: Oratio, cooperatio, & mortificatio. Audiamus quomodo hoc intelligendum. 1. Neceſſaria tibi eſt *Oratio*, invoca, & inſtanter roga Deum, quia omnia bona a Deo procedunt, & viribus tuis pro lucrando pane tibi ipſi non ſufficis; conſidera, quam paterne te hactenus Deus ſuſtentarit, & quam mirabilis ſit ejus Providentia in nutriendo humano genere (Vide Tit. Providentia Dei) ad hunc Benigniſſimum Dominum nunquam deſine elevare manus, & clamare: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. 2. Neceſſaria tibi eſt *Cooperatio*, Deus inertium & pigritantium curam non habet, ſed vult, ut homo labore manuum Providentiæ ſuæ cooperetur (Vide Nutrimentum hominis, labor hominis) 3. Neceſſaria tibi eſt *Mortificatio*, id eſt, diſcreta frugalitas, & abſtinentia a deliciis. Quid prodeſt Patri-familias in cælum clamare pro pane, dum interim lautitiis, conviviis, & ebrietatibus vacat, familiam in eſu & potu, & ſplendidis veſtibus ſupra ſtatum ſuſtentat, atque immoderatas recreationes plus quam laborem domeſticum amat, coarctet ſe parſimonia, atque nonnunquam amore Divini Nutritii bolum delicatiorem ſibi ſubducat, & pauperibus porrigat. (Vide Tit. Mortificatio.) Id ſi fecerit pie orans, labore cooperans, & diſcrete ſe mortificans, pane nunquam carebit. (Vide Tit. Mortificatio.)

Cur



*Cur Dominus Deus famem & penuriam mittat.*

2. *Unde iſtos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine? Marc. 8.* Tanta eſt Dei Providentia & Potentia, ut ex ſolitudine agrum fertiliſſimum & viciſſim ex agro fertiliſſimo ſterilem ſolitudinem facere poſsit! Primum illud videmus in hodierno Evangelio, ubi Chriſtus Dominus famentem populum mirabiliter pavit. Alterum ab uno vel alio anno, proh dolor, experimur, ubi Dominus Deus liberalem manum ſuam a nobis retrahit, & regionem ac viciniam noſtram jejune paſcit. Deficiunt tam homini quam pecudi vitæ ſubſidia, nonniſi caro valde pretio comparanda. Quæ autem cauſa, quod Dominus Deus famem, & inediam interdum mittat? Videtur eſſe operæ pretium, ut in cauſas indagemus! Deus nonnunquam parcus eſt in ſubminiſtrando victu, & annona, ait Novarinus, 1. Ut homines intra Modeſtiæ limites contineat; ſaginatus enim venter plus, quam jejunus petulcit: Exemplum habemus inter Ægyptum, & regionem Chanaan: in Ægypto Sara Abrahæ uxor periculum habuit, ne violaretur; quia Ægyptii divitiis & rerum affluxu abundabant: In Chanaan autem procul erat a tali periculo; quia Chananæi tunc egeſtate, & inedia affligebantur. 2. Deus famem & inopiam mittit, ut contriti ad pœnitentiam recurramus: ſic Filius prodigus ad Patrem reverſus eſt propter eſuriem, & egeſtatem. 3. Ut corda noſtra a mundi voluptatibus avertat, exemplo Joſephi Ægyptii, qui tempore caritatis & inopiæ filium non genuit, ſed poſtea, cum abundantia crevit. 4. Denique Deus ſterilitatem, & famem mittit, ut ejus Miſericordiam humiliter imploremus; Apud Diſcipulos in Emmaus Chriſtus ſe finxit longius ire, non quod cogitaret abire, ſed quia voluit audire illud: *Mane nobiſcum Domine*! (Vide Barziam Ser. 65. n. 19. & ſeq.) Clamemus uno corde, & ore in cælum: Mane nobiſcum Domine, & noli nobis paternam manum ſubtrahere. &c.

*Miſericordia pauperi exhibenda eſt corde, ore, & opere.*

3. *Miſereor ſuper turbam. Marc. 8.* Divinus Mundi Redemptor, ſicut in mundo converſatus, in omni virtutum genere nos inſtruxit; ita in hodierno Evangelio ſpeciatim Caritatem proximi, & miſericordiam nos edocuit, quam famenti populo tripliciter, videlicet corde, ore & opere exhibuit. Notate! Corde, ore, & opere! Videamus, quomodo Chriſti exemplum imitari, & miſeris ſuccurrere debeamus. 1. Chriſtus miſericordiam exhibuit populo *Corde*, inquiens: Miſereor ſuper turbam. Parem in modum proximo in afflictione, in ægritudine, in paupertate compati, & ſi facultas nobis non ſit, aliorum commiſerationem excitare, ac opem implorare debemus. O quam multi ſunt duro corde, ita, ut canis ægroti magis, quam hominis afflicti commiſeratione tangantur. &c. 2. Chriſtus miſericordiam exhibuit populo *Ore*, dicens: Ecce jam triduo ſuſtinent me, nec habent, quod manducent. Parem in modum miſeros ſolari, ad patientiam, & confidentiam in Deum exhortari debemus. Quid autem fit? O quam multi divites, ore & lingua perſequuntur pauperes, illos auxilio & ſolatio indignos reputant, tanquam homines nauci, qui ſua inertia, & otio ſibi hanc miſeriam conſciviſſent. 3. Chriſtus Miſericordiam exhibuit populo etiam *Manu*: Accipiens ſeptem panes dabat diſcipulis ſuis. Parem in modum, non ſolum affectu & verbo, ſed etiam opere miſeris ſuccurrere, atque eſurientes paſcere, ſitientibus potum dare, nudos veſtire debemus. O quam multi ſunt ſaxei, & ferrei, qui obſoletos calceos, & veſtes libentius a muribus & tineis corrodi, quam pauperi porrigi permittunt. Quid dicent infelices Divino Judici exprobranti: Eſurivi & non dediſtis mihi manducare, ſitivi & non dediſtis mihi bibere, nudus eram, & non cooperuiſtis me! &c. Vide Tit. Caritas proximi, Miſericordia, Eleemoſyna, &c.

## Dominica VII. poſt Pentecoſten.

*Falſi Prophetæ ſunt mundus, caro & dæmon.*

1. A*Ttendite a falſis Prophetis. Matt. 7.* Nihil eſt tam ſanctum, quod non æmulatione corrumpitur: Vitia transformant ſe in virtutes, avaritia vocatur providentia, prodigalitas laudatur ut liberalitas: Parem in modum Pſeudo-Prophetæ induunt Prophetas a Deo miſſos, & ſicut illi vaticinantur, quæ ad Dei gloriam, & animarum ſalutem cædunt: ita illi homines deceptionibus circum-

ve-

veniunt, ut illos in perniciem trahant. Quinam ſunt hi falſi Prophetæ? ſunt infamis illa trias, Mundus, Caro, & Dæmon! Detegamus illorum impoſturas ad noſtram cautelam! 1. Mundus, ut peccatores in malo firmet, imo audaciores, & impudentiores reddat, decipit illos exemplo peccatorum, qui ſalvi facti ſunt! Verum attendite! Miſericordiæ Divinæ exempla non ſunt trahenda in conſequentiam! ex eo, quod latro a dextris ſalvatus ſit, non ſequitur etiam alium a ſiniſtris ſalvari debere. Mundus quam læta prophetavit Ammano, & ſuſpenſus in patibulo crepuit. (Vide Barz. Serm. 49. §. 1.) 2. Caro ſub ſpe futuri temporis ſuadet peccatori dilationem pœnitentiæ: Dicit nunc fruere bonis, ede, bibe, lude, cum ſenueris, ſat temporis habebis ad orandum & triſtandum. Sic decepit Epulonem, eumque immiſericordem fecit erga Lazarum: credidit Epulo deceptioni, & damnatus eſt. &c. 3. Dæmon decipit peccatorem præſumptione Miſericordiæ Dei: ſic primis parentibus perſuaſit eſum vetiti pomi, inquiens: tantum abeſt, ut pœnam metuere debeatis apud Deum, ut potius felicitatem veſtram promoturi ſitis: *Eritis ſicut Dii*. (Vide Barz. Serm. 49. §. 2. 3. & 5. &c.) Quisquis ergo ſalvari cupit, caveat hos falſos Prophetas! ſi propter eorum deceptiones unus unicus fuiſſet damnatus, digni eſſent æterna fuga & odio, quanto magis fugere & odiſſe illos oportet, cum propter illos milleni ac milleni damnati ſunt. &c.

*Quomodo cælum vim patiatur, & violenti rapiant illud.*

2. *Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Matt.* 7. Non datur duplex cælum, hic & ibi! nec eſt poſſibile in hac vita jocari, lætari, epulari cum mundo, & poſt mortem æternum regnare cum Chriſto. Huic, aut illi renuntiandum eſt, quia cælum vim patitur, & nonniſi violenti rapiunt illud: Dicere autem Domine Domine non eſt violentum. In quo ergo conſiſtit hæc violentia? conſiſtit in eo, quod homo Chriſtianus vim facere debeat, & vim pati. Audiamus quomodo! 1. Homo Chriſtianus, ſi ſalvari cupit, *vim facere* debet cælo: ſicut urbs munitiſsima non expugnatur niſi laborioſa obſidione, machinis murolibus, tormentorum globis, ſubterraneis cuniculis, & ſtrage inimicorum; ita cælum non expugnatur, niſi orando, jejunando, lacrymando, pauperibus ſubveniendo, carnem mortificando. Hi ſunt actus violenti, quibus Chriſtianus ſe probat eſſe cæli candidatum. Ponamus, quod vanus & commodus, qui nunc voluptatibus, divitiis, & honoribus inhiant, olim in morte ad Deum dicturus ſit verbis illis Davidicis: *Tuus ſum ego*! ridebitur a toto cælo, ait S. Ambroſius: Reclamabit *libido, & dicet meus es! Veniet avaritia, & dicet meus es! Veniet ambitio, & dicet, tu plane meus es*! (Vide Barz. Serm. 49. num. 29.) 2. Homo Chriſtianus, cæli candidatus etiam *vim pati* debet. Sicut aqua calida, & lapis ſuſpenſus in aere ſunt in ſtatu violento; ita Chriſtianus, dum pugnat contra inimicos, id eſt, contra congenitas inclinationes, & paſſiones habituatas animi, vim pati debet haud exiguam: Inclinat caro ad delicias, ad jocos, ad nugas, inclinant inveteratæ conſuetudines ad conſortia prava, ad epulas, ad choreas, inclinat innata ſuperbia ad dignitates, ad iram, ad vindictam; hæ omnes paſſiones compeſcendæ, & mortificandæ ſunt, quod certe facile non eſt, ſed violentum. (Vide Tit. Mortificatio ſenſuum &c.) Quis autem eſt qui hanc violentiam ſibi infert, & cælo? ex centenis nec unus! omnes ſperant ſalvari per illud: *Domine, Domine*! &c.

*De ſignis prædeſtinationis.*

3. *Omnis arbor, quæ non facit fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur. Matth.* 7. Magna eſt differentia inter arborem, quæ deſtinatur ad ignem, & aliam, quæ ad tranſplantationem: illa ſucciditur, iſta eradicatur: prior radices relinquit in terra, altera una cum radicibus transfertur in aliam terram. Ex hoc præludio ſatisfacere volo interrogationi ſatis frequenti inter Chriſtianos! O Bone Deus, inquiunt, quid de me fiet? an ero aliquando in numero eorum, qui ad cælum prædeſtinati ſunt, vel illorum, qui reſervantur ad ignem? Attende! dabo ſigna prognoſtica, facem mihi præferente S. Euthymio, qui in textum pro themate allegatum ita gloſſat: *Securis eſt mors, arbores ſunt homines, radices eorum vita, ignis eſt gehenna*. 1. Ante omnia perpendendum eſt Evangelii effatum: Omnis arbor bona bonos fructus facit: per fructus bonos intelliguntur opera bona, omni homini Chriſtiano neceſſaria: vel enim verſatur in





ſtatu primæ innocentiæ, vel pœnitentiæ; ſi innocens eſt, opera bona ſunt inſtar olei, quo lampas ardens conſervari ac nutriri debet: ſicut deficiente oleo deficit lumen, ita deficiente operum nutrimento deficit innocentiæ decus. 2. Quodſi effuſum eſt oleum, & ſucceſſit ſtatus pœnitentiæ, opera ſancta neceſſaria ſunt, ut pravi habitus deſtruantur, eum in modum, quo frigida calidis curantur. Non ſufficit hic una confeſſio, ſed actus contritionis per omnem vitam prorogari debent. 3. Quod ſi vita ad finem vergit, quæro, an arbor ſuccidatur, aut eradicetur? ſi ſucciditur, & radices, id eſt, pravi habitus, terrenæ affectiones, & deſideria voluptatum, divitiarum, vanitatum remaneant, eheu! peſſimum ſignum eſt, arborem deſtinari ad ignem. Si vero arbor radicitus evellatur, id eſt, ſi animus a terrenis affectibus liber & purus ſit, plaude Chriſtiane! ſignum eſt, quod in hortum paradiſi, in cæleſtem patriam transferendus ſis. Vide Barz. Serm. 30. §. 1. Item Serm. 49. n. 2. ad finem.

## Dominica VIII. poſt Pentecoſten.

*De danda ratione circa bona fortunæ, naturæ, & gratiæ.*

1. **R***Edde rationem villicationis tuæ. Luc.* 16. Arduum eſt examen Juvenum, quod ad finem anni ſcholaſtici pro aſcenſu aut pro præmio ſubire debent; hæſitant, tremunt. Rigoroſius eſt examen maleficorum, ubi de vita & tormentis agitur; expalleſcunt miſeri, & deliquia patiuntur. Terribile autem præ ceteris eſt examen Divini Judicii, ubi homo de tota vita, a prima uſque ad ultimam horam, nec non de beneficiis a Deo acceptis rationem inſtar villici dare debebit. O quantum contremiſcent infeliciſſimi peccatores, & contra Judicis faciem a montibus & vallibus cooperiri optabunt. Quænam autem ſunt Beneficia hæc a Deo accepta? Enarremus & diſcutiamus unum vel alterum. 1. Rationem reddere debebis, mi Chriſtiane, villicationis tuæ circa *Bona Fortunæ*, quæ a liberali manu Dei in tuo officio, opificio, aut negotiatione accepiſti. Exquiretur, ad quid & quomodo illa impenderis? an ad corradendos pecuniæ theſauros, an ad luxum & luxuriam, an ad veſtium ſplendorem, & ſuperbiam: Væ tibi ſi alter Epulo fuiſti dicens tibi ipſi: Anima mea, multa bona habes, interim pauperem Lazarum fame & inopia perire permiſiſti. 2. Rationem reddere debebis circa *Bona Naturæ*, quomodo uſus ſis valetudine, corporis robore, an ad nugas, ad delicias, ad ebrietates? interrogaberis, cur talenta in terram defoderis? cur intellectum ſatis perſpicacem neglexeris exornare iis ſcientiis, artibus & principiis, quæ potuiſſent cedere ad Dei gloriam, & animarum ſalutem? &c. 3. Rationem reddere debebis de *Bonis gratiæ*, quomodo te habueris ad inſpirationes internas, & admonitiones externas? an pia propoſita in- & extra confeſſionem concepta Deo fideliter ſervaveris? an gratias Sacramentales diligenter cuſtodieris, & contra occaſiones periculoſas obmunieris? &c. Væ tibi, ſi villicus inutilis, & infidelis inveniaris, &c. Vide Barz. Serm. 2. §. 1. Item Lib. VII. Tit. Divitiæ. Lib. V. Tit. Sanitas corporis. Item Lib. I. Tit. Gratia Dei, &c.

*De danda ratione circa dona a Deo accepta.*

2. *Redde rationem villicationis tuæ. Luc.* 16. Marchioni Gonzagæ oblati ſunt decem malefactores, de quibus certo aſſerebatur, unum ex his commiſiſſe furtum pridie in civitate factum. Sapientiſſimus Princeps examinavit unum poſt alterum, negantibus autem omnibus, pectora eorum manu tangebat, & deprehenſo uno, cui præ ceteris cor palpitabat, ajebat, tu es reus criminis, te ad mortem condemno. Mi Chriſtiane, cum hodiernum Evangelium prælegi audiiſti, an non cor tibi palpitabat, cogitanti, quod coram Divino Judice, falli & fallere neſcio, rationem dare debebis de crimine furti, quo Deo debitum honorem ſuffuratus, & donis acceptis peſſime ad peccata abuſus es? Loquamur fuſius. 1. Donum Dei fuit, quo dedit tibi *Intellectum* ſatis perſpicacem, quomodo uſus es? omnia vana addiſcuntur, ſaltare, equitare, digladiari: leguntur libri faceti, ſuperſtitioſi, hæretici? ſolæ veræ ſcientiæ, quæ fidem, Dei gloriam, & animæ ſalutem concernunt, negliguntur! Diſputas de rebus naturalibus, & politicis Latine, Gallice, Italice ut Doctor, verum de ſupernaturalibus ad virtutem & perfectionem pertinentibus loqueris ut puer? quid dicet Divinus Judex ad hanc negligentiam? 2. Donum Dei eſt perfecta corporis *Valetudo*, quomodo hac uſus es? Nempe ad ebrietates, ad decumanos hauſtus, ad convivia immoderata: cum autem adveniebat

veniunt, ut illos in perniciem trahant. Quinam ſunt hi falſi Prophetæ? ſunt infamis illa trias, Mundus, Caro, & Dæmon! Detegamus illorum impoſturas ad noſtram cautelam! 1. Mundus, ut peccatores in malo firmet, imo audaciores, & impudentiores reddat, decipit illos exemplo peccatorum, qui ſalvi facti ſunt! Verum attendite! Miſericordiæ Divinæ exempla non ſunt trahenda in conſequentiam! ex eo, quod latro a dextris ſalvatus ſit, non ſequitur etiam alium a ſiniſtris ſalvari debere. Mundus quam læta prophetavit Ammano, & ſuſpenſus in patibulo crepuit. (Vide Barz. Serm. 49. §. 1.) 2. Caro ſub ſpe futuri temporis ſuadet peccatori dilationem pœnitentiæ: Dicit nunc fruere bonis, ede, bibe, lude, cum ſenueris, ſat temporis habebis ad orandum & triſtandum. Sic decepit Epulonem, eumque immiſericordem fecit erga Lazarum: credidit Epulo deceptioni, & damnatus eſt. &c. 3. Dæmon decipit peccatorem præſumptione Miſericordiæ Dei: ſic primis parentibus perſuaſit eſum vetiti pomi, inquiens: tantum abeſt, ut pœnam metuere debeatis apud Deum, ut potius felicitatem veſtram promoturi ſitis: *Eritis ſicut Dii*. (Vide Barz. Serm. 49. §. 2. 3. & 5. &c.) Quisquis ergo ſalvari cupit, caveat hos falſos Prophetas! ſi propter eorum deceptiones unus unicus fuiſſet damnatus, digni eſſent æterna fuga & odio, quanto magis fugere & odiſſe illos oportet, cum propter illos milleni ac milleni damnati ſunt. &c.

*Quomodo cœlum vim patiatur, & violenti rapiant illud.*

2. *Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum. Matt. 7.* Non datur duplex cælum, hic & ibi! nec eſt poſſibile in hac vita jocari, lætari, epulari cum mundo, & poſt mortem æternum regnare cum Chriſto. Huic, aut illi renuntiandum eſt; quia cælum vim patitur, & nonniſi violenti rapiunt illud: Dicere autem Domine Domine non eſt violentum. In quo ergo conſiſtit hæc violentia? conſiſtit in eo, quod homo Chriſtianus vim facere debeat, & vim pati. Audiamus quomodo! 1. Homo Chriſtianus, ſi ſalvari cupit, *vim facere* debet cælo: ſicut urbs munitiſsima non expugnatur niſi laborioſa obſidione, machinis murulibus, tormentorum globis, ſubterraneis cuniculis, & ſtrage inimicorum; ita cælum non expugnatur, niſi orando, jejunando, lacrymando, pauperibus ſubveniendo, carnem mortificando. Hi ſunt actus violenti, quibus Chriſtianus ſe probat eſſe cæli candidatum. Ponamus, quod vanus & commodus, qui nunc voluptatibus, divitiis, & honoribus inhiant, olim in morte ad Deum dicturus ſit verbis illis Davidicis: *Tuus ſum ego*! ridebitur a toto cælo, ait S. Ambroſius: Reclamabit *libido, & dicet meus es! Veniet avaritia, & dicet meus es! Veniet ambitio, & dicet, tu plane meus es*! (Vide Barz. Serm. 49. num. 29.) 2. Homo Chriſtianus, cæli candidatus etiam *vim pati* debet. Sicut aqua calida, & lapis ſuſpenſus in aere ſunt in ſtatu violento; ita Chriſtianus, dum pugnat contra inimicos, id eſt, contra congenitas inclinationes, & paſſiones habituatas animi, vim pati debet haud exiguam: Inclinat caro ad delicias, ad jocos, ad nugas, inclinant inveteratæ conſuetudines ad conſortia prava, ad epulas, ad choreas, inclinat innata ſuperbia ad dignitates, ad iram, ad vindictam; hæ omnes paſſiones compeſcendæ, & mortificandæ ſunt, quod certe facile non eſt, ſed violentum. (Vide Tit. Mortificatio ſenſuum &c.) Quis autem eſt qui hanc violentiam ſibi infert, & cælo? ex centenis nec unus! omnes ſperant ſalvari per illud: *Domine, Domine*! &c.

*De ſignis prædeſtinationis.*

3. *Omnis arbor, quæ non facit fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 7.* Magna eſt differentia inter arborem, quæ deſtinatur ad ignem, & aliam, quæ ad tranſplantationem: illa ſucciditur, iſta eradicatur: prior radices relinquit in terra, altera una cum radicibus transfertur in aliam terram. Ex hoc præludio ſatisfacere volo interrogationi ſatis frequenti inter Chriſtianos! O Bone Deus, inquiunt, quid de me fiet? an ero aliquando in numero eorum, qui ad cælum prædeſtinati ſunt, vel illorum, qui reſervantur ad ignem? Attende! dabo ſigna prognoſtica, facem mihi præferente S. Euthymio, qui in textum pro themate allegatum ita gloſſat: *Securis eſt mors, arbores ſunt homines, radices eorum vita, ignis eſt gehenna*. 1. Ante omnia perpendendum eſt Evangelii effatum: Omnis arbor bona bonos fructus facit: per fructus bonos intelliguntur opera bona, omni homini Chriſtiano neceſſaria: vel enim verſatur in





ſtatu primæ innocentiæ, vel pœnitentiæ; ſi innocens eſt, opera bona ſunt inſtar olei, quo lampas ardens conſervari ac nutriri debet: ſicut deficiente oleo deficit lumen, ita deficiente operum nutrimento deficit innocentiæ decus. 2. Quodſi effuſum eſt oleum, & ſucceſſit ſtatus pœnitentiæ, opera ſancta neceſſaria ſunt, ut pravi habitus deſtruantur, eum in modum, quo frigida calidis curantur. Non ſufficit hic una confeſſio, ſed actus contritionis per omnem vitam prorogari debent. 3. Quod ſi vita ad finem vergit, quæro, an arbor ſuccidatur, aut eradicetur? ſi ſucciditur, & radices, id eſt, pravi habitus, terrenæ affectiones, & deſideria voluptatum, divitiarum, vanitatum remaneant, eheu! peſſimum ſignum eſt, arborem deſtinari ad ignem. Si vero arbor radicitus evellatur, id eſt, ſi animus a terrenis affectibus liber & purus ſit, plaude Chriſtiane! ſignum eſt, quod in hortum paradiſi, in cæleſtem patriam transferendus ſis. Vide Barz. Serm. 30. §. 1. Item Serm. 49. n. 2. ad finem.

## Dominica VIII. poſt Pentecoſten.

*De danda ratione circa bona fortunæ, naturæ, & gratiæ.*

1. R*Edde rationem villicationis tuæ. Luc. 16.* Arduum eſt examen Juvenum, quod ad finem anni ſcholaſtici pro aſcenſu aut pro præmio ſubire debent; hæſitant, tremunt. Rigoroſius eſt examen maleficorum, ubi de vita & tormentis agitur; expalleſcunt miſeri, & deliquia patiuntur. Terribile autem præ ceteris eſt examen Divini Judicii, ubi homo de tota vita, a prima uſque ad ultimam horam, nec non de beneficiis a Deo acceptis rationem inſtar villici dare debebit. O quantum contremiſcent infeliciſſimi peccatores, & contra Judicis faciem a montibus & vallibus cooperiri optabunt. Quænam autem ſunt Beneficia hæc a Deo accepta? Enarremus & diſcutiamus unum vel alterum. 1. Rationem reddere debebis, mi Chriſtiane, villicationis tuæ circa *Bona Fortunæ*, quæ a liberali manu Dei in tuo officio, opificio, aut negotiatione accepiſti. Exquiretur, ad quid & quomodo illa impenderis? an ad corradendos pecuniæ theſauros, an ad luxum & luxuriam, an ad veſtium ſplendorem, & ſuperbiam: Væ tibi ſi alter Epulo fuiſti dicens tibi ipſi: Anima mea, multa bona habes, interim pauperem Lazarum fa-



me & inopia perire permiſiſti. 2. Rationem reddere debebis circa *Bona Naturæ*, quomodo uſus ſis valetudine, corporis robore, an ad nugas, ad delicias, ad ebrietates? interrogaberis, cur talenta in terram defoderis? cur intellectum ſatis perſpicacem neglexeris exornare iis ſcientiis, artibus & principiis, quæ potuiſſent cedere ad Dei gloriam, & animarum ſalutem? &c. 3. Rationem reddere debebis de *Bonis gratiæ*, quomodo te habueris ad inſpirationes internas, & admonitiones externas? an pia propoſita in- & extra confeſſionem concepta Deo fideliter ſervaveris? an gratias Sacramentales diligenter cuſtodieris, & contra occaſiones periculoſas obmunieris? &c. Væ tibi, ſi villicus inutilis, & infidelis inveniaris, &c. Vide Barz. Serm. 2. §. 1. Item Lib. VII. Tit. Divitiæ. Lib. V. Tit. Sanitas corporis. Item Lib. I. Tit. Gratia Dei, &c.

*De danda ratione circa dona a Deo accepta.*

2. *Redde rationem villicationis tuæ. Luc. 16.* Marchioni Gonzagæ oblati ſunt decem malefactores, de quibus certo aſſerebatur, unum ex his commiſiſſe furtum pridie in civitate factum. Sapientiſſimus Princeps examinavit unum poſt alterum, negantibus autem omnibus, pectora eorum manu tangebat, & deprehenſo uno, cui præ ceteris cor palpitabat, ajebat, tu es reus criminis, te ad mortem condemno. Mi Chriſtiane, cum hodiernum Evangelium prælegi audiiſti, an non cor tibi palpitabat, cogitanti, quod coram Divino Judice, falli & fallere neſcio, rationem dare debebis de crimine furti, quo Deo debitum honorem ſuffuratus, & donis acceptis peſſime ad peccata abuſus es? Loquamur fuſius. 1. Donum Dei fuit, quo dedit tibi *Intellectum* ſatis perſpicacem, quomodo uſus es? omnia vana addiſcuntur, ſaltare, equitare, digladiari: leguntur libri faceti, ſuperſtitioſi, hæretici? ſolæ veræ ſcientiæ, quæ fidem, Dei gloriam, & animæ ſalutem concernunt, negliguntur! Diſputas de rebus naturalibus, & politicis Latine, Gallice, Italice ut Doctor, verum de ſupernaturalibus ad virtutem & perfectionem pertinentibus loqueris ut puer? quid dicet Divinus Judex ad hanc negligentiam? 2. Donum Dei eſt perfecta corporis *Valetudo*, quomodo hac uſus es? Nempe ad ebrietates, ad decumanos hauſtus, ad convivia immoderata: cum autem adveniebat

dies jejunii, dolebas imbecillitatem ſtomachi. Quid dicet Divinus Judex ad hanc tepiditatem? &c. 3. Donum Dei fuit æſtimatiſſimum *Tempus* vitæ ſatis prolixæ, quomodo uſus es? Proh dolor! ad otium, ad ſomnum, ad nugas, ad inutiles confabulationes, in popinis, in comœdiis, in ambulationibus, tres, quatuor, aut quinque horas continuas conſumpſiſti; cum autem Verbo Dei intereſſe, aut ſacrum dimidia hora audire debebas, tempus nimis longum, & mora tibi moleſta videbatur. Quid dicet Divinus Judex ad hanc ſalutis incuriam? &c. Vide Tit. Intellectus animæ. Item Sanitas corporis. Item Tit. Acedia, Tepiditas &c.

*De obligatione correctionis fraternæ.*

3. *Quid hoc audio de te? Luc.* 16. Nemo credat, quod ſibi ſoli vivat! vivit etiam proximo, cujus curam habere, & tam commoda promovere, quam mala avertere, Jure Divino, & naturali tenetur: *Mandavit unicuique de proximo ſuo!* Sicut ergo, cum Viatorem ſemicæcum vides foſſæ ingenti aut crepidini fluminis appropinquare, illum admonere, & in viam ſecuriorem revocare teneris: ita & cum videris proximum a via ſalutis aberrantem, inferno approximare, obligaris illi remedio correctionis fraternæ ſuccurrere. Hæc certa omnino ſunt, ita, ut ſolum circa modum, tempus & perſonam explicandum, quomodo fieri debeat correctio? 1. Quæritur, *a quo* facienda ſit? Reſpondeo, Principaliter facienda eſt a Superioribus, Parentibus, ac Patribus-familias, qui ad vitia ſubditorum, filiorum, & famulorum tenentur eſſe centoculi: quodſi Superior non ſis, non ideo exemptus es a lege correctionis vel per teipſum, vel per delationem ad Superiorem procurandæ; quia ſemper malum eſt, aliorum putredines occultare, prout loquitur Chryſoſtomus. 2. Quæritur, quando facienda ſit? Reſpondeo, quando certo conſtat peccaſſe fratrem tuum, & certo ſpes emendationis ſupereſt &c. 3. Quæritur, quomodo facienda ſit? Reſpondeo, non ex ira aut vindicta, ſed cum diſcretione in ſpiritu caritatis, inter te & ipſum ſolum, ſine diffamatione delinquentis: Filium prodigum Pater prius veſtiri voluit, ut ipſi ſoli nota eſſet ipſius nuditas, &c. Vide Lib. VI. Tit. Correctio Fraterna. Item la Selve Fer. 3. poſt Dom. 3. Quadrag.

Dominica IX. poſt Pentecoſten.

*De arcana peccatorum menſura a Deo ſtatuta.*

1. E*O quod non cognoveris tempus viſitationis tuæ. Luc.* 19. Heroum Maximus, Magnus Alexander, urbem oppugnaturus, in conſpectu civitatis facem accendere, obſeſſiſque ſignificare ſolebat, quamdiu fax arderet, ſupereſſe veniæ, & gratiæ tempus: illa autem extincta, decretam eſſe crudeliſſimam civium ſtragem & urbis ruinam. Eundem in modum Dominus Deus impietati urbis Hieroſolymitanæ terminos poſuit! quadraginta annis poſt occiſum Dei Filium, cum pœnitentiam non ageret, terribili excidio funditus everſa eſt, ita ut luctuoſior Hiſtoria vix ab orbe condito inveniatur. (Vide Foreſti Hiſt. in Vita Titi Imp. part. 1.) Quid ex hoc præludio eruo? Horribilem Veritatem, qua audita peccatori ambæ aures tinnire debent! Deus cuilibet peccatori talem facem, id eſt, arcanum peccatorum numerum & menſuram ſtatuit, qua completa definit tempus miſericordiæ, & ingruit tempus implacabilis juſtitiæ. Ut veritatem hanc cordi, cum timore Domini imprimamus, præmittendæ ſunt aliquæ poſitiones. 1. Poſitio eſt, Peccator non ſolam Miſericordiam, nec ſolam Juſtitiam reſpicere debet; non ſolam illam, ne præſumat, nec ſolam iſtam, ne deſperet! cum populus Iſrael terram promiſſam ingrederetur, pars una ſtetit ſupra montem Garizim, altera ſupra montem Gebal, illa clamare debebat Benedictionem, iſta Maledictionem, idque ſimul & ſemel, ne Miſericordias Domini audirent ſine juſtitia, nec juſtitiam ſine Miſericordia. Cum intuemur Crucifixum, a dextris videmus latronem ſalvatum, a ſiniſtris latronem reprobatum, &c. (Vide Barziam Serm. 10. n. 14. & ſeq.) 2. Poſitio: Etiamſi Miſericordia Dei infinita ſit, habet tamen certam menſuram: Chriſtus a Diſcipulis abivit ad jactum lapidis, lapis autem propius aut longius poteſt projici: Aliud enim eſt Miſericordia in ſe, aliud in ſuis miſerationibus, illa infinita eſt, non autem iſtæ: *Multæ ſunt miſerationes ejus*, dicit Scriptura, non infinitæ. 1. Par. 21. (Vide Tit. Miſericordia Dei. Item Barz. Serm. 49. n. 21. & ſeq.) 3. Poſitio: Exempla Miſericordiæ Divinæ non debent trahi in conſequentiam: Nazaræi male petebant prodigia facta in Capharnaum: Pharao male confidit, viam Iſraelitarum per mare etiam ſibi permeabilem eſſe. &c. (Vide Ibid. Et Barz. Serm. 13. num. 15.) 4. Poſitio: Cum arcana peccatorum menſura completa eſt, definit Miſericordiæ tempus, & ingruit pœna juſtitiæ: eaque menſura non æqualis, ſed incerta eſt. Nabuchodonoſor reſipuit, & ſalvatus eſt, & Nepos illius Balthaſar ob eadem peccata damnatus. (Vide Ibid. Et Barz. Serm. 12. n. 14.) Quid ex his Poſitionibus concluſionis eruitur? Illud certe, omne peccatum timendum eſſe ultimum, &c.



*Chriſtianus ſalvari cupiens conſideret præterita, præſentia & futura.*

2. *Si cognoviſſes & tu! Luc.* 15. Quid Benigniſſimus Redemptor per hæc verba inſinuare voluit infelici Hieroſolymæ? voluit illi exprobrare incredulitatem, obſtinaciam, & duritiem cordis, dicendo, ſi crediſſes, quæ tibi a me, a meis Diſcipulis, & Apoſtolis dicta ſunt, ruinæ & excidii pœnam evadere, & in civitatem ſanctam migrare potuiſſes! O miſer peccator, patere ut inculcem tibi hæc verba, ſi cognoviſſes, id eſt, ſi ſolitudine domeſtica nonnunquam ſeria cognitione conſiderares præterita, præſentia & futura, næ tu certo ex peccatore in pœnitentem, ex tepido Chriſtiano in ſanctum migrares. Age 1. Cogita *Præterita!* perpende Bonum quod omiſiſti, malum quod commiſiſti, & tempus quod perdidiſti! O quoties Deo & proximo ſervire, & merita augere potuiſſes per preces, eleemoſynas, jejunia, aliaque opera, tu tamen infrunita libertate ad jocos, ad nugas, ad familiaritates effuſus, præcepta fere omnia violaſti! negare non potes, convincit te tua conſcientia! 2. Cogita *Præſentia*, nempe vitæ brevitatem, ſalvandi difficultatem, ſalvandorum paucitatem. Multi tui ſimiles ad mortis confinia adducti, vitam hanc velut ſomnium intuebantur: dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt in manibus ſuis! lugebant, tremebant, flebant, quod opinione citius morbo extremo correpti nihil meritorum per annos vitæ ſuæ pro æternitate collegerint, &c. 3. Cogita *Futura*, videlicet Judicium, quo nihil terribilius, & infernum, quo nihil intolerabilius! ſi necdum pœnitentia expiatus & morte præoccupatus ſiſtaris Divino Judici, quo luctu, qua deſperatione comparebis, quam ſententiam audies, quis erit locus tuus in æternitate? Eheu! ſi hæ meditationes ad frugem non reducant peccatorem, eheu! conclamatum eſt! (Vide Tit. Pœnitentia, Infernus, Æternitas &c.)

*De irreverentia in templo ejuſque malis effectibus.*

3. *Ingreſſus in templum cæpit ejicere vendentes in illo & ementes. Luc.* 19. Huc tandem fidei imbecillitas, & vitæ tepiditas perducunt Chriſtianos, ut in domo Dei vix majori cum reverentia compareant, quam in domo profana, eaſque irreverentias coram Deo garriendo, jocando, ridendo committant, quas committere coram terreno Principe non auderent. Grande malum, quo Deo, Proximo & ſibi ipſis nocent. 1. Irreverentiæ in templo ſunt *injurioſæ Deo*: quia ſanctitatem loci, & Divini cultus profanant, contra illud Dei effatum: Elegi, & ſanctificavi locum iſtum. 2. Irreverentiæ in templo ſunt *proximo ſcandaloſæ*, quia ipſi contemptum rerum ſacrarum inſpirant: amittit ille reverentiam Deo debitam, & impudentior factus putat eſſe licitum, quod eſt commune & publicum. 3. Irreverentiæ in templo ſunt nobis ipſis *pernicioſæ*, quia fructu orationis nos privant; quomodo enim a Deo exaudiri ſperamus, quem in ipſo loco, ubi exaudiri poſcimus, ad iram & averſionem provocamus? &c. Vide Nicolaum Dijon Capuc. hac Dom. Item Tit. Irreverentia in templo. &c.

Dominica X. poſt Pentecoſten.

*Bona opera multipliciter poſſunt eſſe mendoſa.*

1. N*On ſum ſicut ceteri hominum; ... Jejuno bis in Sabbato. &c. Luc.* 18. Videant jactabundi, & præſumptuoſi, qui in ſuis meritis confidunt, & ceteros aſpernantur, videant ex hodierno Evangelio, quam parum de operibus meritoriis gloriandum ſit. Eſto enim, quod jejunes, quod ores, quod largas eleemoſynas diſtribuas, o quam facile hæc opera a vanis intentionibus, ſicut pannus a tinea, & pomum a latente vermiculo corrumpuntur. Quænam ſunt hæ tineæ, & vermiculi operum? Audi. 1. Bona opera ſæpe vitiantur ex motivo mere vano & inani. 2. Ex mera conſuetudine. 3. Ex naturali propenſione. 4. Ex delectatione & ſolatio interno. 5. Ex

amore proprio. 6. Ex ſuperbia, & vani amoris complacentia: quin ipſa etiam humiliatio ſæpe ſuperbiam ſpirat: hic Phariſæus gratias agit Deo, quod non ſit ſicut ceteri hominum, ſed hoc tantum facit, ut ſub humilitatis ſpecie laudem ſuam tanto jactantius debuccinaret. S. Auguſtinus ait: *Aſcendit quidem orans, noluit autem Deum rogare, ſed ſe laudare. &c.* Vide Barz. Serm. 26. n. 15. & ſequent.

*In ſtatu peccati mortalis opera bona non ſunt omittenda.*

2. *Jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. &c. Luc.* 18. Inter infelicitates peccatoris illa certe maxima eſt, quod in ſtatu peccati conſtitutus nullum opus meritorium operari poſſit. Eſto quod oret, jejunet, eleemoſynas large diſtribuat, tamen hæc opera, utut in oculis hominum ſint laudabilia, coram Deo nullius ſunt meriti, quia Dei gratia deeſt: *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Sunt opera mortua ſine vita, ſunt palea ſine tritico, ſunt ignis fatuus, lucet non urit, ſunt bombarda ſine globo, ſtrepitum facit non effectum. Si ita eſt, cogitat peccator, præſtat otiari, dormire, & genio indulgere, quam bona opera exercere! Valete preces, jejunia, eleemoſynæ! Falleris miſer! per Dei amorem te rogo, ne deſinas operari bene; quamvis enim opera tua ad Dei gratiam & cœli meritum nil proſint, tamen alias, eaſque magnas tibi afferunt utilitates! Percipe quales. 1. Conducunt ad *Temporalium conſecutionem!* propter opera mortua Deus tibi auget bona fortunæ, familiam locupletat, periculoſam agris tempeſtatem avertit, aliaque bona tibi confert, quæ tu ipſe tanti æſtimas, ut illa æternæ ſaluti præferas; ſic Deus olim Romanæ Reipublicæ juſtitiam mundi imperio coronavit, & hodiedum hæreticorum, & infidelium opera bona terrena proſperitate compenſat; quia etiam imagines bonorum operum, ſicut Pater amat filii ſui depictam imaginem. 2. Bona opera mere naturalia conducunt ad *Diſpoſitionem ad gratiam*, & ſunt media, quæ prodeſſe poſſunt ad pœnitentiam & converſionem. Ideo Salvator in Evangelio cuidam Scribæ ſiniſtra cum intentione interroganti reſpondit: *Non es longe a regno Dei!* fax recenter extincta, & adhuc fumigans facilius reaccenditur, quam quæ diu jam frigeſcit: ita peccator, qui bonis ſtudet operibus, facilius ad frugem reducitur, quam qui ab omni bono opere abſtinens frigeſcit, &c. 3. Opera in ſtatu peccati peracta conducunt *ad aſſuetudinem bonorum operum.* Verum eſt, clavis cerea non aperit oſtium, ſed tamen exemplar præbet ſecundum quod alia ex ferro, quæ aperiat, fabricari poſſit: ita orationes, eleemoſynæ, & alia opera, quæ peccatores faciunt, ſunt forma, juxta quam ipſa opera deinde facilius, ſed majori valore a peccatoribus jam pœnitentibus peraguntur, &c. Quapropter caveat peccator, ne ſolitas devotiones, dum in miſerando ſtatu peccati vivit, intermittat, ut viam ſibi paret, per pœnitentiam redeundi ad Deum. Vide P. Segneri Homo Chriſt. part. 2. Diſcurſu 13. à n. 14. & ſeq. Item Vide Tit. Opera bona, &c.

*Humilitas homini neceſſaria & conveniens.*

3. *Non ſum ſicut ceteri hominum.* Luc. 18. Quis non indignetur faſtuoſo thraſoni? a Deo vult auxilia & gratias emendicare, & ſe faſtuoſa cervice ſuper omnes homines virtute eminere gloriatur: quid hoc eſt aliud, ait S. Bernardus, quam quod Phariſæus hic ſtipem mendicans, manus divitiis & auro plenas oſtendat. Econtra humillimus publicanus ne accedere quidem auſus ad altare miſericordiam Dei ſuper ſua peccata implorans, juſtificationis gratiam ſecum in domum reportat. O Mundana pectora! mementote, quod ſuperbia Luciferum e cœlo dejecerit: *Similis ero Altiſſimo!* Mementote, quod ſuperbia Adamum ex paradiſo expulerit: *Eritis ſicut Dii!* Humiliamini coram Deo cœli & terræ, atque in nihilum veſtrum abjecti miſericordiam implorate! cauſas autem humiliationis, mi Chriſtiane, in te ipſo invenis innumeras: *Humiliatio tua in medio tui!* Oſee 9. Enumeremus triplicem cauſam! 1. Memento, quis ante tempus *fueris?* Ante quinquaginta aut ſexaginta annos purum nihilum! ex hoc Dei Miſeratione extractus, & creatus, in infantia quam inutilis & imbecillis! Baptiſmalem innocentiam, quam cito perdidiſti, jam ſervus ſatanæ factus, & ad ignem infernalem deſtinatus antequam puerum exuiſti. 2. Memento quis *jam modo ſis?* Dei Miſericordia e ſtatu peccati ereptus quam ingratum te exhibes liberatori tuo? quomodo reſpondes Domino tuo, qua induſtria ſtudes intellectum æternis ve-





ritatibus, memoriam Dei beneficiis, voluntatem virtutibus excolere? Nullus eſt fervor tuus, nullum deſiderium ſerviendi Deo, ita, ut potius ſervias cupiditatibus, vanus, iracundus, impatiens, & ad quodcunque genus peccati propenſus. 3. Memento, qualis *futurus ſis* deinceps! an divinare potes, quid tecum futurum ſit? vidimus nutare columnas firmamenti, imo & prolabi; quid de te fiet arundine fragili, quæ ad omnem ventum ſe inclinat? unde ſcis: quomodo ſis moriturus, & poſt mortem quo perventurus? O mi homo, cauſas habes innumerabiles, te corde, ore, & opere profundiſſime humiliandi. Vide Manſi hac Dom. v. 14. n. 6. Item P. Segneri Manna an. 4. Martii n. 1. & ſeq. Item Tit. Humilitas.

Dominica XI. poſt Pentecoſten.

*De fine Dei, propter quem dedit homini uſum loquelæ.*

1. *SOlutum eſt vinculum linguæ ejus, & loquebatur recte.* Marc. 7. Non puto præſtantius encomium de homine Chriſtiano deprædicari poſſe, quam illud: *Loquebatur recte!* lingua enim ſenſus, & membrum eſt millenis erroribus præ ceteris obnoxium? ideo Chriſtus Dominus ſanans hodie mutum: *Expuens ... & in cælum ſuſpiciens ingemuit;* quia in hac unica lingua, innumerabilia peccata & errores intuitus eſt; hinc S. Bernardus ait: O *Bone Deus! excruciaris mille tormentis, & non gemis nunc autem ad linguæ ſolutionem gemis: eſtne tibi impiorum lingua ſeverior omni mortis telo!* Vide Trauner Gallus cant. fol. 964. Quomodo ergo corrigendi ſunt errores! quomodo uſurpanda lingua, ut loquatur recte? Hoc deſumendum eſt ex triplici fine, propter quem Dominus Deus homini loquelam dedit, prout explicat Cardinalis Hugo. Audiamus! 1. Loquela data eſt *ad Laudandum Deum!* Deus ab omni æternitate in omnem æternitatem ex ſeipſo felix nullius quidem obſequio indiget, nihilominus dignus eſt, ut omnium Angelorum & hominum cordibus ametur, & linguis laudetur: præterea ſummæ gratitudinis lex exigit, ut grates illi rependamus infinitas pro Beneficio creationis, redemptionis, conſervationis, aliiſque innumeris, &c. 2. Loquela data eſt *ad ædificandum proximum!* quilibet Chriſtianus operam conferat, ut proximo pia monita & conſilia ad ſalutem ſuggerat, ad virtutem extimulet, & a vitiis retrahat. &c. 3. Loquela data eſt *ad accuſandum ſeipſum.* Idque facere cum profundiſſima humilitate quilibet Chriſtianus debet, non tantum coram Deo, ſed & coram ejus Vicario, accuſando ſe contrito corde de omnibus peccatis. &c. Vide Barz. ſerm. 22. n. 28. Homo triplici modo debet eſſe bene diſpoſitus, ad Deum, ad proximum, & ad ſeipſum; igitur verba illius ad hunc triplicem finem debent eſſe ordinata. *Qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationem, ad exhortationem, & conſolationem.* Vide P. Segneri Manna an. 26. Junii. n. 3.

*Quomodo, & quibus obſervatis obſervandis peccator converti debeat ad Deum.*

2. *Adducunt ei ſurdum & mutum.* Marc. 7. Prodigioſa ſanatio ſurdi & muti cum omnibus circumſtantiis & cæremoniis, allegorice ſignificat, quid faciendum ſit homini peccatori ſerio ad Deum ſe convertere volenti; ſicut enim Divinus Redemptor miſerum hominem duxit ſeorſim de turba, digitum in aures ejus inſeruit, cælum ingemiſcendo ſuſpexit, & demum per vocem Epheta loquelam ei præcepit; ita pariformiter peccator ſerio converti deſiderans: 1. *Duci debet ſeorſim de turba*, id eſt, a mundanis conſortiis, ab occaſionibus, & periculoſis familiaritatibus ante omnia ſeparandus eſt. Sicut enim ſeparanda eſt palea ab igne, ne novum oriatur incendium: ita verus pœnitens malam ſocietatem fugere debet, ne contrahat de novo contagionem peccati. 2. *Digitus Dei in aures illius inſerendus eſt*, id eſt, humiliter implorare debet gratiam Spiritus Sancti, qui per digitum Dei intelligitur, & quidem gratiam illuminativam intellectus, ut agnoſcat gravitatem peccati, & gratiam motricem Voluntatis, ut illud ſerio deteſtetur. 3. *Suſpicere & ingemiſcere debet in cælum*, id eſt, Miſericordiam Dei implorare, & indulgentiam per merita Chriſti confidenter ſperare. 4. Vocem *Epheta* ſibi commendatam habeat, & in confeſſione intima arcana conſcientiæ aperiat: deinceps vero in conſortio humano lingua ita utatur, ut obſervet monitum Spiritus Sancti: *Verbis tuis facito ſtateram*, id eſt, prout explicat S. Ambroſius, *ut ſit gravitas in ſenſu, in ſermone pondus, & in verbis modus.* Vide Speranzam punct. 115. Item Baſæum in Meditat. hac Dom. n. 2.

amore proprio. 6. Ex ſuperbia, & vani amoris complacentia: quin ipſa etiam humiliatio ſæpe ſuperbiam ſpirat: hic Phariſæus gratias agit Deo, quod non ſit ſicut ceteri hominum, ſed hoc tantum facit, ut ſub humilitatis ſpecie laudem ſuam tanto jactantius debuccinaret. S. Auguſtinus ait: *Aſcendit quidem orans, noluit autem Deum rogare, ſed ſe laudare. &c.* Vide Barz. Serm. 26. n. 15. & ſequent.

*In ſtatu peccati mortalis opera bona non ſunt omittenda.*

2. *Jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. &c. Luc.* 18. Inter infelicitates peccatoris illa certe maxima eſt, quod in ſtatu peccati conſtitutus nullum opus meritorium operari poſſit. Eſto quod oret, jejunet, eleemoſynas large diſtribuat, tamen hæc opera, utut in oculis hominum ſint laudabilia, coram Deo nullius ſunt meriti, quia Dei gratia deeſt: *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Sunt opera mortua ſine vita, ſunt palea ſine tritico, ſunt ignis fatuus, lucet non urit, ſunt bombarda ſine globo, ſtrepitum facit non effectum. Si ita eſt, cogitat peccator, præſtat otiari, dormire, & genio indulgere, quam bona opera exercere! Valete preces, jejunia, eleemoſynæ! Falleris miſer! per Dei amorem te rogo, ne deſinas operari bene; quamvis enim opera tua ad Dei gratiam & cœli meritum nil proſint, tamen alias, eaſque magnas tibi afferunt utilitates! Percipe quales. 1. Conducunt ad *Temporalium conſecutionem!* propter opera mortua Deus tibi auget bona fortunæ, familiam locupletat, periculoſam agris tempeſtatem avertit, aliaque bona tibi confert, quæ tu ipſe tanti æſtimas, ut illa æternæ ſaluti præferas; ſic Deus olim Romanæ Reipublicæ juſtitiam mundi imperio coronavit, & hodiedum hæreticorum, & infidelium opera bona terrena proſperitate compenſat; quia etiam imagines bonorum operum, ſicut Pater amat filii ſui depictam imaginem. 2. Bona opera mere naturalia conducunt ad *Diſpoſitionem ad gratiam*, & ſunt media, quæ prodeſſe poſſunt ad pœnitentiam & converſionem. Ideo Salvator in Evangelio cuidam Scribæ ſiniſtra cum intentione interroganti reſpondit: *Non es longe a regno Dei!* fax recenter extincta, & adhuc fumigans facilius reaccenditur, quam quæ diu jam frigeſcit: ita peccator, qui bonis ſtudet operibus, facilius ad frugem reducitur, quam qui ab omni bono opere abſtinens frigeſcit, &c. 3. Opera in ſtatu peccati peracta conducunt *ad aſſuetudinem bonorum operum.* Verum eſt, clavis cerea non aperit oſtium, ſed tamen exemplar præbet ſecundum quod alia ex ferro, quæ aperiat, fabricari poſſit: ita orationes, eleemoſynæ, & alia opera, quæ peccatores faciunt, ſunt forma, juxta quam ipſa opera deinde facilius, ſed majori valore a peccatoribus jam pœnitentibus peraguntur, &c. Quapropter caveas peccator, ne ſolitas devotiones, dum in miſerando ſtatu peccati vivit, intermittat, ut viam ſibi paret, per pœnitentiam redeundi ad Deum. Vide P. Segneri Homo Chriſt. part. 2. Diſcurſu 13. a n. 14. & ſeq. Item Vide Tit. Opera bona, &c.

*Humilitas homini neceſſaria & conveniens.*

3. *Non ſum ſicut ceteri hominum.* Luc. 18. Quis non indignetur faſtuoſo thraſoni? a Deo vult auxilia & gratias emendicare, & ſe faſtuoſa cervice ſuper omnes homines virtute eminere gloriatur: quid hoc eſt aliud, ait S. Bernardus, quam quod Phariſæus hic ſtipem mendicans, manus divitiis & auro plenas oſtendat. Econtra humillimus publicanus ne accedere quidem auſus ad altare miſericordiam Dei ſuper ſua peccata implorans, juſtificationis gratiam ſecum in domum reportat. O Mundana pectora! mementote, quod ſuperbia Luciferum e cœlo dejecerit: *Similis ero Altiſſimo!* Mementote, quod ſuperbia Adamum ex paradiſo expulerit: *Eritis ſicut Dii!* Humiliamini coram Deo cœli & terræ, atque in nihilum veſtrum abjecti miſericordiam implorate! cauſas autem humiliationis, mi Chriſtiane, in te ipſo invenis innumeras: *Humiliatio tua in medio tui!* Oſeæ 9.
Enumeremus triplicem cauſam! 1. Memento, quis ante tempus *fueris?* Ante quinquaginta aut ſexaginta annos purum nihilum! ex hoc Dei Miſeratione extractus, & creatus, in infantia quam inutilis & imbecillis! Baptiſmalem innocentiam, quam cito perdidiſti, jam ſervus ſatanæ factus, & ad ignem infernalem deſtinatus antequam puerum exuiſti. 2. Memento quis *jam modo ſis?* Dei Miſericordia e ſtatu peccati ereptus quam ingratum te exhibes liberatori tuo? quomodo reſpondes Domino tuo, qua induſtria ſtudes intellectum æternis veritatibus, memoriam Dei beneficiis, voluntatem virtutibus excolere? Nullus eſt fervor tuus, nullum deſiderium ſerviendi Deo, ita, ut potius ſervias cupiditatibus, vanus, iracundus, impatiens, & ad quodcunque genus peccati propenſus. 3. Memento, qualis *futurus ſis* deinceps! an divinare potes, quid tecum futurum ſit? vidimus nutare columnas firmamenti, imo & prolabi; quid de te fiet arundine fragili, quæ ad omnem ventum ſe inclinat? unde ſcis: quomodo ſis moriturus, & poſt mortem quo perventurus? O mi homo, cauſas habes innumerabiles, te corde, ore, & opere profundiſſime humiliandi. Vide Manſi hac Dom. v. 14. n. 6. Item P. Segneri Manna an. 4. Martii n. 1. & ſeq. Item Tit. Humilitas.



## Dominica XI. poſt Pentecoſten.

*De fine Dei, propter quem dedit homini uſum loquelæ.*

1. *SOlutum eſt vinculum linguæ ejus, & loquebatur recte.* Marc. 7. Non puto præſtantius encomium de homine Chriſtiano deprædicari poſſe, quam illud: *Loquebatur recte!* lingua enim ſenſus, & membrum eſt millenis erroribus præ ceteris obnoxium? ideo Chriſtus Dominus ſanans hodie mutum: *Expuens ... & in cælum ſuſpiciens ingemuit*; quia in hac unica lingua, innumerabilia peccata & errores intuitus eſt; hinc S. Bernardus ait: O *Bone Deus! excruciaris mille tormentis, & non gemis nunc autem ad linguæ ſolutionem gemis: eſtne tibi impiorum lingua ſeverior omni mortis telo!* Vide Trauner Gallus cant. fol. 964. Quomodo ergo corrigendi ſunt errores! quomodo uſurpanda lingua, ut loquatur recte? Hoc deſumendum eſt ex triplici fine, propter quem Dominus Deus homini loquelam dedit, prout explicat Cardinalis Hugo. Audiamus! 1. Loquela data eſt *ad Laudandum Deum!* Deus ab omni æternitate in omnem æternitatem ex ſeipſo felix nullius quidem obſequio indiget, nihilominus dignus eſt, ut omnium Angelorum & hominum cordibus ametur, & linguis laudetur: præterea ſummæ gratitudinis lex exigit, ut grates illi rependamus infinitas pro Beneficio creationis, redemptionis, conſervationis, aliiſque innumeris, &c. 2. Loquela data eſt *ad ædificandum proximum!* quilibet Chriſtianus operam conferat, ut proximo pia monita & conſilia ad ſalutem ſuggerat, ad virtutem extimulet, & a vitiis retrahat. &c. 3. Loquela data eſt *ad accuſandum ſeipſum.* Idque facere cum profundiſſima humilitate quilibet Chriſtianus debet, non tantum coram Deo, ſed & coram ejus Vicario, accuſando ſe contrito corde de omnibus peccatis. &c. Vide Barz. ſerm. 22. n. 28. Homo triplici modo debet eſse bene diſpoſitus, ad Deum, ad proximum, & ad ſeipſum, igitur verba illius ad hunc triplicem finem debent eſse ordinata. *Qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationem, ad exhortationem, & conſolationem.* Vide P. Segneri Manna an. 26. Junii. n. 3.

*Quomodo, & quibus obſervatis obſervandis peccator converti debeat ad Deum.*

2. *Adducunt ei ſurdum & mutum.* Marc. 7. Prodigioſa ſanatio ſurdi & muti cum omnibus circumſtantiis & cæremoniis, allegorice ſignificat, quid faciendum ſit homini peccatori ſerio ad Deum ſe convertere volenti; ſicut enim Divinus Redemptor miſerum hominem duxit ſeorſim de turba, digitum in aures ejus inſeruit, cælum ingemiſcendo ſuſpexit, & demum per vocem Epheta loquelam ei præcepit; ita pariformiter peccator ſerio converti deſiderans: 1. *Duci debet ſeorſim de turba*, id eſt, a mundanis conſortiis, ab occaſionibus, & periculoſis familiaritatibus ante omnia ſeparandus eſt. Sicut enim ſeparanda eſt palea ab igne, ne novum oriatur incendium: ita verus pœnitens malam ſocietatem fugere debet, ne contrahat de novo contagionem peccati. 2. *Digitus Dei in aures illius inſerendus eſt*, id eſt, humiliter implorare debet gratiam Spiritus Sancti, qui per digitum Dei intelligitur, & quidem gratiam illuminativam intellectus, ut agnoſcat gravitatem peccati, & gratiam motricem Voluntatis, ut illud ſerio deteſtetur. 3. *Suſpicere & ingemiſcere debet in cælum*, id eſt, Miſericordiam Dei implorare, & indulgentiam per merita Chriſti confidenter ſperare. 4. Vocem *Epheta* ſibi commendatam habeat, & in confeſſione intima arcana conſcientiæ aperiat: deinceps vero in conſortio humano lingua ita utatur, ut obſervet monitum Spiritus Sancti: *Verbis tuis facito ſtateram*, id eſt, prout explicat S. Ambroſius, *ut ſit gravitas in ſenſu, in ſermone pondus, & in verbis modus.* Vide Speranzam punct. 115. Item Baſæum in Meditat. hac Dom. n. 2.

*Eſſe ſurdum & mutum nocentiſſimum malum eſt in Superioribus.*

3. *Adducunt ei ſurdum & mutum.* Marc. 7. Homo ſurdus & mutus in ſenſu phyſico inutile pondus terræ eſt, nec ſibi, nec aliis prodeſt. Verum ſi in ſenſu morali ſurdus & mutus, adhuc infelicior eſt, quia non tantum ad nihil prodeſt, ſed inſuper nocet, præſertim ſi hoc utrumque vitium inhæreat Superiori, qui ex officio debet eſſe auritus, & eloquens, non eſt deſcriptu facile, quanta damna & ſibi & aliis irroget. Utinam hæc damna poſſem energice explicare! 1. Ponamus Superiorem, quales ſunt Magiſtratus, Patres-familias, Judices & alii, eſſe ſurdaſtrum, ita, ut ſubditorum vitia ignoret, aut ſtudio ignorare affectet, aut etiam ea, quæ fideles delatores ipſi inſinuant, audire recuſet, quid fit? delinquentes fiunt impudentiores, & majori cum audacia repetunt impunita ſcelera: Abſalon quare auſus eſt contra Patrem rebellare? quia in aliis delictis, uti in fratricidio Ammonis a Patre non fuit punitus: ideo ait S. Chryſoſtomus: *ſemper ſcelera, dum non reſecantur, increſcunt, & in augmenta facinorum proſilitur, quoties ſecura impunitate delinquitur, &c.* 2. Ponamus Superiorem eſſe mutum, & ad delicta ſubditorum, etiam ea quæ perbene novit, prorſus elinguem, quid fit? ſcelera, quæ non corriguntur, nec caſtigantur, quotidie magis increſcunt, & per modum contagionis multiplicantur, ita ut aiat Bernardus; *Impunitas incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix impudentiæ, tranſgreſſionum nutrix.* Et Seneca: Vitia tranſmittit ad poſteros, qui præſentibus culpis ignoſcit. Si archiater non ſecat, & urit, carcinoma creſcere facit. Vide Barz. ſerm. 34. §. 6. n. 14. Item ſerm. 35. n. 31.

S. Chryſ. hom. de Abſalon.

Dominica XII. poſt Pentecoſten.

*De ſignis ſeriæ Dilectionis Dei.*

1. D*iliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Luc. 10. Quod quis intenſius amat, tanto ſolicitius cuſtodit, & quo magis æſtimat, eo acerbius fert illius acturam. Praxiteles ſtatuarius cum ipſi falſo diceretur, ſua artificia una cum domo fuiſſe incendio conſumpta, præ ceteris deploravit ſtatuam Cupidinis; quia hanc præ aliis omnibus artefactis æſtimavit. Eundem ordinem obſervavit Jacob, cum itinerans ex Meſopotamia, armatum fratrem Eſau in ſe, ſuoſque irruentem vidit; quos enim præ ceteris incolumes voluit, a furore magis removit, & in medium agmen recepit. (Vide Barz. ſerm. 24. n. 12. & 13.) Videamus, quid tu, mi Chriſtiane, & quomodo Deum diligas, ejuſque gratiam magis quam res tuas cuſtodias: (Dide Ibidem §. 2. & ſeq.) 1. Diligere Deum eſt legem illius cuſtodire, prout Rex David de ſeipſo fatetur: *Habeo legem tuam in medio cordis mei*, & ita habeo in corde meo concluſam, ut ſiquis lædere vellet legem, prius neceſſe haberet lædere cor meum, & me occidere. (Dide Speranzam punct. 117.) Quomodo tu, mi Chriſtiane, legem Dei amas? Habeo illam, inquis, in corde meo! ſed aliud eſt, habere illam in medio cordis, aliud habere in angulo cordis. Saul in extrema parte civitatis unctus eſt, & ideo regalem unctionis dignitatem facile perdidit: ita qui legem Dei non in medio cordis, ſed in angulo cordis tenent, facile illam perdunt: venit aliquis reſpectus humanus, venit occaſio prava, & legem caritatis, & caſtitatis ex angulo cordis expellunt. (Vide Speranzam punct. 117.) 2. Diligere Deum, eſt Deum præhabere creatis omnibus, & malle vitam, omneſque poſſeſſiones, quam Dei gratiam amittere. An ita comparatus es, mi Chriſtiane? Eheu! quoties temporale lucrum, vanum honorem, amicitiam patroni, fortunas, imo canes Deo, ejuſque gratiæ prætuliſti! &c. 3. Diligere Deum eſt illi toto corde ſervire, & obſequia etiam ardua, cum proprio ſuo incommodo præſtare. An id feciſti, mi Chriſtiane? O quot ſunt, qui tantum dimidio corde Deum amantes in ſervitute Dei ſtatim fatigantur! non ipſis arduum eſt cum Apoſtolo Petro tota nocte laborare pro piſcatu, arduum autem ſtatim videtur, in horto Getſemani una hora cum Chriſto vigilare, &c. Vide Tit. Caritas Dei, Tepiditas, &c.

*De iis, qui temere Deum tentare audent.*

2. *Quidam Legis peritus ſurrexit tentans illum.* Gentilium quidam dubitans de Divinitate ſui idoli paſſerculum, ſeu aviculam occulte in manum ſumpſit, accedenſque ſtatuam idoli interrogavit: Audi Jupiter, ſi Deus es, dic mihi, an id, quod manu teneo, eſt aliquid vivum, aut mortuum? cogitabat ſecum ipſo, ſi reſpondeat idolum eſſe aliquid vivum, una ſtatim compreſſione manus exanimabo paſſerem! ſi aiat, eſſe aliquid mortuum, avem avolare libere permittam, & ſic mentietur idolum quidquid dixerit. Reſpondit autem diabolus ex idolo: *Prout vis!* id eſt, potes habere vivum, aut mortuum, prout tua tibi malitia ſuggeſſerit, & ſic eluſit tentatoris vafritiem. Eadem vafritie malignissimi Phariſæi tentarunt Chriſtum Dominum, ut caperent eum in ſermone; hodie iterum accedit unus, interrogando, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? non deſiderio, aut amore ſalutis id fecit, ſed ut reſponſionem Chriſti carpere, & in ſenſum alienum, cum ejus diffamatione detorquere poſſit. Quæro jam, an hodiedum dantur ejuſmodi tentatores Dei? Dantur utique! quinam ſunt illi! 1. Qui occaſiones pravas frequentare non deſinunt, & tamen ſperant, ſe ſine peccato evaſuros! habent ab experientia, ſe decies, vigeſies, & ſæpius peccaſſe, & tamen hodie putant, ſe gigantes fore invincibiles! fallunt, & falluntur! arundines erunt, ad primum ventum mobiles! &c. (Vide Tit. occaſio mala!) 2. Deum tentant, qui ſemper male viventes, bonum finem ſibi promittunt. Decipiuntur! Mors eſt Eccho vitæ! qui clamat in ſylvam *Non non!* non poteſt ab Eccho exſpectare reſponſum, *Ita ita!* &c. (Vide Tit. Mors.) 3. Tentant Deum, qui differunt de die in diem, & demum ad ipſa mortis confinia pœnitentiam, & tamen Miſericordiam exſpectant. Falluntur miſeri! Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum; Exemplum boni latronis non eſt deducendum in conſequentiam! &c. (Vide Tit. Miſericordia Dei! Peccator inveteratus! &c.)



*De Regulis caritatis proximi.*

3. *Diliges Dominum Deum tuum -- & proximum ſicut te ipſum. Luc.* 10. Non puto procul abeſſe ultima mundi tempora; quia inter ſigna adventus Filii hominis oraculum Divinum etiam illud ponit, quod *refrigeſcet caritas, multorum!* quid autem apertius hodie, quid manifeſtius in mundo, quam caritatem incepiſſe, refriguiſſe, deſiiſſe. Initio Eccleſiæ erat Chriſtianis cor unum & anima una, nunc unus Chriſtianus habet duplex cor, calidum erga ſe, & frigidum erga proximos, periit antiqua ſinceritas, extincta eſt fidelitas, exulat mutuus amor: his ſucceſſit ambitio, invidentia, mendacitas, & calumniandi pruritus? ille habetur pro homine aſtuto & ingenioſo, qui fratrem ſupplantare, denigrare, & decipere dexterime callet: nil ſupereſt amplius de obſervantia Legis: Diliges proximum tuum, ſæpe canis tenerius amatur quam frater! Conabor ergo reſuſcitare extinctum ignem caritatis! clamabo vociferans ad ravim uſque: diliges proximum tuum, regulas dabo vel invitis, quomodo diligendus ſit proximus; non enim ideo deſiit lex obligare, quia deſiit obſervari. 1. Regula ſic ſonat: Diliges proximum ſicut teipſum, conſequenter ejus mala velut tua ſentire, ejus famam ſicut tuam tueri, ejus defectus ſicut tuos velare debes. Quid autem fit? eheu! oppreſſus magis opprimitur, diffamatus magis diffamatur, calamitoſus nova calamitate obruitur. 2. Regula caritatis ſic habet: Diliges proximum, ſicut viciſſim ab ipſo diligi cupis. Practice loquendo! vides pauperem? cogita, ſi ego pauper eſſem, & iſte dives, vellem ut iſte paupertati meæ liberali munere ſuccurreret! Vides ægrotum? cogita ſi ego hac ægritudine laborarem, cuperem ab aliis viſitando, conſolando, medicinas parando adjuvari. Vides miſerum perſecutione afflictum? cogita, & iterum ad teipſum argumentare, dein conclude: ergo æquum eſt ex lege caritatis, ut & ego miſero ſuccurram &c. 3. Regula eſt: Diliges proximum, ſicut Chriſtus Dominus nos dilexit! ille autem dilexit ſine noſtro merito, ſine ſuo commodo, imo cum vitæ ſuæ diſpendio! &c. O Caritas ubi es? O ultima tempora! Vide Franc. Nepveu Cogit. Chriſtian. 24. Maii.

Dominica XIII. poſt Pentecoſten.

*De ingratitudine hominis erga Deum.*

1. N*Onne decem mundati ſunt, & novem ubi ſunt. Luc.* 17. Quæſtio non inutilis proponi poteſt, cur Dominus Deus virtutem gratitudinis non expreſſa Lege præceperit, & vitium ingratitudinis expreſſa Lege prohibuerit, eo modo, quo in aliis virtutibus, & oppoſitis vitiis fecit? Reſpondeo, quia Lex ipſa naturæ gratitudinem erga Benefactores congenito lumine cordibus noſtris impreſſit, & horror naturalis vitium ingratitudinis nobis abominabile facit, hinc ipſa etiam animalia ratione carentia erga ſuos benefactores gratitudinem ſpirant, prout innumeræ teſtantur hiſtoriæ, & contra in-

gratitudinem axioma inolevit : Ingrato nihil monſtroſius . Et tamen , quid in mundo frequentius monſtroſo hoc ſcelere tam erga Deum , quam erga homines . Diſcamus abominari hoc ſcelus , audiamus illius gradus. 1. Magna eſt Ingratitudo , beneficiis grates non rependere , ipſique Deo O. M. incurioſa , & deteſtabilis: Mirabile eſt , quod de gratitudine Adami noviter creati erga Deum Creatorem nihil legatur in Scriptura : vidit ſe eſſe hominem, qui ante pauca momenta fuit nihilum! vidit ſe ſenſibus corporis, & potentiis animæ præditum! debuiſset in genua procidere , & intenſiſſimo amoris actu laudare Deum factorem ſuum, & tamen nihil de hoc legitur! ideo forſan a Deo derelictus eſt , ut primo vetiti eſus peccato & ſe & totum humanum genus infelix reddiderit. Sic Deus punit ingratitudinem . 2. Major eſt ingratitudo beneficia obliviſci, aut vilipendere! Aratores Ægypti nunquam cælum aſpiciunt , quia agri eorum non a pluviis ( quæ in Ægypto non dantur ) ſed exundatione Nili fluminis humectantur . Quid fit in noſtra patria , ubi ſalutares pluvias , & agrorum fertilitatem a Deo exſpectamus: pauci ſunt, qui cælum ſuſpiciunt , multi vero , qui blaſphemias & juramenta tanquam lapides furſum contra Deum ejaculantur, qui dein multiplicato grandine e nubibus in capita noſtra relabuntur . 3. Maxima ingratitudo eſt beneficiis contra Deum benefactorem injurioſe abuti : Et tamen quoties, proh dolor! id fit? unus bonum ingenium ad ineptias & ſcurrilitates, alter ſanitatem corporis ad decumanas ebrietates, tertius divitias ad luxum & luxuriam, alii alia dona Dei ad injuriam dantis peſſime uſurpant! quid mirum , ſi Dominus Deus illis in pœnam hæc dona adimat, eum in modum, quo Regi Ezechiæ ademit ſanitatem , quia pro victoria ab hoſtibus reportata gratias non egit. &c. Vide Speranzam punct. 156. Item P. Segneri Manna an. 8. Martii . Item Tit. Gratitudo, Ingratitudo! &c.

*De Beneficiis negativis Dei & gratitudine pro his debita.*

2. *Non eſt inventus , qui rediret , & daret gloriam Deo . Luc. 17.* Gratitudo virtus eſt, qua homo Deo Benefactori vel Patrono ob beneficia accepta ad mutua obſequia , debitamque venerationem obſtringitur . Beneficia autem hæc ſunt duplicis generis, Poſitiva & Negativa : *Poſitiva* ſunt , quibus homo bono aliquo inſigni & æſtimabili donatur, qualia ſunt Beneficium creationis , redemptionis , conſervationis; beneficium firmæ valetudinis, nobilitatis, perſpicacis ingenii, divitiarum , & quæ ſunt ſimilia. *Negativa* ſunt, quibus Homo a malis tam corporis, quam animæ benigna Dei Providentia præſervatur . Jam quod Divino Benefactori pro primis illis, quæ poſitiva vocare placuit , quotidie a Chriſtianis grates rependantur, non dubito! quis autem eſt, qui pro ſecundis illis gratum ſe exhibeat? certe pauciſſimi . Patere, mi Chriſtiane, ut gratitudinis erga Deum, tam circa mala corporis quam animæ te commonefaciam! 1. Circumſpice orbem univerſum, numera ſi potes, pauperes & ærumnoſos, qui eſurie, & inopia, & quidem non ſua malitia , aut negligentia, ſed bello, furto, incendio, aut alio infortunio premuntur . Cur tu in opibus & divitiis commode vivis, qui forſan plurium ſcelerum, quam illi omnes, coram Deo reus es ? Ulterius perluſtra carceres, noſocomia, domos & plateas , quot innumerabiles invenies miſeros, captivos, ægrotos, luſcos, claudos, cæcos, paralyticos compluribus annis lecto affixos! cur te non eadem , aut ſimilis calamitas corporis invaſit? &c. 2. Loquamur de malis animæ! quot ſunt homines fatui, amentes, catenis illigati, ſine intellectu vix brutis meliores? cur tu compos rationis humanam vitam agis ? Denique aſpice miſeros peccatores , qui ab uno ſcelere in aliud prolapſi, & peſſima conſuetudine obruti , in continuo æternæ damnationis periculo verſantur. Cur tu tranquilla conſcientia , Dei gratia frueris? Nempe id omne debes Beneficentiſſimo Deo, qui ab his malis omnibus, a tentationibus , ab occaſionibus paterne te cuſtodivit! &c. Quid ſequitur? Illud ſequitur, quod pro Beneficiis non ſolum poſitivis, ſed etiam negativis, ſumma cum gratitudine Deum laudare debeas; non enim eſt malum in mundo, quod non & te invadere potuiſſet, niſi Deus te protexiſſet . &c.

*Deus tanto magis amandus , quanto impudentius offenditur a peccatoribus .*

3. *Non eſt inventus , qui daret gloriam Deo .* Deus tam *in ſeipſo* , quam *erga nos* infinite bonus eſt ! in ſeipſo : quia ab omni æternitate in omnem æternitatem felix, nullius creaturæ obſequio indigus, potuiſſet loco hominum, totidem Angelos ad ſuum ſervitium creare. *Erga nos*; quia quidquid boni habemus, a Deo bonorum omnium fonte habemus ; ille creavit, redemit, juſtificavit nos: in illo vivimus, movemur & ſumus, ab illo nutriri, conſervari , & ſalvari debemus . Hæc ſunt motiva, propter quæ Divinam Majeſtatem adorare, illique ſervire tenemur . Sed his motivis addam hodie novum, quod forſan nunquam advertiſtis . Audite! Servire, & illum nos Chriſtiani amare debemus, quia pauci ſunt, qui illi ſerviunt, & amant, imo innumerabiliter plures, qui illum offendunt & inhonorant. 1. Sunt milliones infidelium, idololatrarum , Turcarum, & gentilium, qui Deum non agnoſcunt, illique boves, vitulos, & monſtroſiſſima ſimulacra, imo etiam Lunam, & Machumetem præferunt. 2. Sunt Milliones Judæorum, qui Chriſtum Redemptorem implacabili odio tam in ſe, quam in ſuis imaginibus, imo etiam in SS. Euchariſtia perſequuntur , uti horribiles narrant hiſtoriæ . 3. Sunt milliones hæreticorum, qui verbum illius corrumpunt, legem contemnunt, & ſibi ipſis vivendi normam, a Deo nunquam approbatam pertinaciter confingunt . 4. Sunt milliones peccatorum inter ipſos Chriſtianos , qui voluptatibus mundi potius quam Deo ſerviunt . &c. Igitur, mi Chriſtiane, ut Deo tot injuriæ compenſentur, decerne, ex toto corde, tanto ardentius diligere Deum, quanto plures habet adverſarios, & inimicos. &c. Vide Tit. Idololatræ , Judæi, Hæretici, Peccator &c.



Dominica XIV. poſt Pentecoſten.

*Non eſt poſſibile dimidio corde Deo ſervire.*

1. N*Emo poteſt duobus Dominis ſervire. Matth. 6.* Samaritani ex Aſſyria gentili regione tranſlati Samariam, ſimul Deum Iſraelis , & Deos Aſſyriorum colere volebant, putantes , utrumque Deum ſibi propitium fore , ſi hunc ante prandium , alterum poſt prandium adorarent. Ita multi dantur Chriſtiani , ambidexteri , & tepidi , qui ita volunt ſervire Deo , ut non offendant diabolum, volunt mundi deliciis & ſimul Dei gratia frui, volunt hic gaudere cum ſæculo, & ibi regnare cum Chriſto . Verum falluntur miſeri , quibus exprobrat hodiernum Evangelium : *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire* &c. Audiamus rationes hujus impoſſibilitatis . 1. Illi ſemi-Chriſtiani , qui dimidio tantum corde Deo ſervire cupiunt, altero dimidio carni, mundo , dæmoni , in periculoſiore ſtatu verſantur , quam peſſimi peccatores ; hi enim ſæpe ex ipſa deformitate ſuorum ſcelerum convertuntur , dicente Propheta : *Arguet te malitia tua*. At illi bonis, quæ agunt, confiſi, ſecure in peccatis vivunt : ſicut piſcator piſci hamum; ita dæmon ſæpe funem extendit peccatori, ut bonum faciat , & ſic ſuorum peccatorum obliviſcatur , eum in modum , quo Herodes libenter audiebat conciones S. Joannis, non tamen emendabatur. 2. Deus ſemper averſatus eſt dimidiata obſequia : Ananias & Saphyra morte puniti ſunt , quia partem bonorum ſuorum Apoſtolis tradiderunt, alteram partem ſibi reſervarunt, taceo innumera alia exempla , &c. Quid ergo agendum ? *Diliges Dominum Deum tuum ex toto* , non dimidio, *corde tuo*. Petrus receptus eſt in Apoſtolatum, cum dixit : *Reliquimus omnia* , non aliqua. Ita Deo ſoli ſerviendum! ille ſolus toto corde amandus! &c. Vide Diez in communi Conf. conc. 2. n. 6. 7. & ſeq.

*Multi Chriſtiani exiguam habent ſalutis curam.*

2. *Quærite primo regnum Dei & juſtitiam ejus. Matth.6.* Quanto majoris momenti negotium eſt, tanto magis humana induſtria conatus omnes in illud convertit : Sic Rex totus quantus verſatur in ſtabilienda corona & ſceptro, miles viribus omnibus tendit ad victoriam : Mercator ad lucrum, ſtudioſus ad ſcientiam, & ſic de ceteris. Negotium maximum, propter quod vivimus, eſt ſalus animæ! cur ergo negotium hoc negligitur, aut languidius tractatur, quam temporales nugæ ? cum tamen æterna Veritas moneat, *quærite primo regnum Dei?* In quo ergo conſiſtit deploranda hæc negligentia ? Audiamus ! 1. Sane Chriſtiani exiguam ſalutis curam habent, quia parum aut raro de illa cogitant. Indicium, quod negotium aliquod curæ nobis ſit, ab eo ſumimus, ſi crebro de illo ſermocinemur, & inquiramus : Sic Jacob de Labano peregre vagante paſtores interrogat. Joſeph quærendis fratribus per avia, & invia currit, Saul ad quærendas aſinas tranſcendit montes & juga . Quis autem Chriſtianorum eſt, qui dimidiam partem laboris ſuſcipit pro anima! certe pauciſſimi ſunt! omnes in curas temporales abſorpti . 2. Quamvis Chriſtiani pretium animæ ſuæ agnoſcant , illud tamen flocciſaciunt , nec contra pericula peccati defendunt , nec pro recuperanda gratia laborant . 3. Curam ſalutis , & agen-

agendæ ſeriæ pœnitentiæ in ultimam ſenectutem rejiciunt, & huic omnia alia mundi negotia præferunt, quaſi vero ad ſalutis negotium ſufficeret unicum momentum. 4. Animam tentationibus, occaſionibus, & pereundi periculis ultro objiciunt, & dæmonem quaſi dormientem excitant & provocant. &c. En! tanta eſt negligentia Chriſtianorum in cura ſalutis, ut exclamare liceat cum Bernardo: *Unde hæc tam periculoſa tepiditas, unde hæc ſecuritas maledicta?* &c. Vide S. Segneri Quadrag. ſerm. 7. Item Mich. a Calvo conc. 24. §. 2. n. 6.

*Servire ſimul Deo & mundo nemo poteſt.*

3. *Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ. Matth. 6.* Quemadmodum dies & nox, lupus & ovis, fullo, & carbonarius in una domo non conveniunt; ita affectus ſæculi & amor Dei reſidere non poſſunt in uno corde. Vis Deum habere inquilinum cordis tui? exeant & ejiciantur affectus terreni erga voluptates, honores, & divitias! Vis bonis terrenis replere ac ſatiare animum? fugiet Deus. Et hoc idem eſt, quod S. Evangelium nobis inſinuat: *Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* Bona enim terrena, ut ait S. Bernardus, poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant. Id quod nunc demonſtratum ibo, in fine patebit, quid concluſionis exinde deducendum ſit. 1. Bona terrena *poſſeſſa onerant*: quietem & pacem animi turbant: Anacreon duobus talentis donatus cum duas noctes ſomnum capere non poſſet, ea donatori remiſit, addens, plus ſibi moleſtiæ ab his pecuniis, quam lætitiæ cauſari, &c. 2. Bona terrena *Amata inquinant*; raro enim inveniuntur divitiæ conjunctæ cum pietate; hinc comparantur ſpinis, quia ſicut ſpineta ſunt latibula animalium venenatorum; ita divitiæ ſunt receptaculum vitiorum, &c. 3. Bona terrena *amiſſa cruciant*: cum enim avarus ad vitæ terminum devenerit, nihil inveniet in manibus ſuis, quantus luctus, quanta afflictio, decumanos labores tota vita ſuſtinuiſſe pro nihilo! præſertim in iis, qui bona tranſitoria nonnunquam ardentius amarunt, quam æterna, &c. Quid ergo agendum? an opes terrenæ abjiciendæ? non ita: ſed ſi Domino Deo ſervire cupias, exuendus eſt terrenus affectus, more ſanctorum, qui licet divitias non abjecerint, tamen animum illis non alligarunt, & ſic libere Deo ſervierunt. &c. Vide Tit. Divitiæ: Item Corn. a Lap. in Habacuc c. 2. n. 6.

## Dominica XV. poſt Pentecoſten.

*Peccatum cauſa eſt mortis temporalis, ſpiritualis & æternæ.*

1. E*Cce! defunctus efferebatur filius unicus Matris ſuæ. Luc. 7.* Filius hic unicus Matris ſuæ, in urbe Naim, in deliciis, vitiis, & divitiis enutritus, in flore juventutis præcoci morte abreptus, & jam ad tumulum cum luctu comitantis populi deportatus, dicitur fuiſſe Amaſius S. Magdalenæ ante converſionem, quæ tunc temporis erat animarum offendiculum, & laqueus. (Vide Biblioth. Manſi Tom. 3. Tract. 50. Diſc. 11. n. 1.) Fidem relinquo penes auctores. Verum ſi ita fuit, ſi familiaritas inter utrumque interceſſit, & quidem ſuſpecta & ſcandaloſa, non miror, quod in florida ætate, præmatura ſtrage fuerit proſtratus; peccatum enim ſeminarium eſt, & acceleratio mortis, & quidem triplicis, uti demonſtrandum jam erit. 1. Peccatum eſt cauſa *Mortis temporalis*; certum eſt, quod peccatum primitus introduxerit mortem in mundum: ergo hodie retinet poteſtatem eam accelerandi, & præmature acceſſendi. *Ne impie agas multum, ne moriaris in tempore non tuo. Iniqui ſublati ſunt ante tempus ſuum*, ait Spiritus Sanctus. Idque vel maxime fit, cum arcana peccatorum menſura a Deo conſtituta completur. (Vide P. Segneri Manna an. 23. Maji. n. 3.) 2. Peccatum eſt cauſa *mortis ſpiritualis*. Mors ſpiritualis eſt privatio gratiæ ſanctificantis, quæ in anima peccatrice cum offenſa Dei conſiſtere non poteſt; ſicut cera fluit a facie ignis, ita imago Dei in anima diſparet in peccatore. O deplorabile damnum! per peccatum perditur amicitia Dei, meritorum theſaurus hactenus collectus, jus ad cœleſtem hereditatem, quæ finis eſt noſter ultimus, &c. 3. Peccatum eſt cauſa *mortis æternæ*, ſeu damnationis æternæ in inferno. Eheu! an ergo peccatum unicum meretur infinitam pœnam? Ita eſt, quia continet malitiam infinitam, dum vilem creaturam præfert infinito Bono. Vide Tit. Peccatum, &c.

*Mors animæ per peccatum infelicior, quam corporis.*

2. *Dixit illi: Noli flere. Luc. 7.* Quid eſt, quod Divinus Mundi Redemptor Matrem flere, & deplorare prohibet unicum



cum filium præmatura morte extinctum? an forſan ſolari mœrentem voluit, eique ſpem facere reſuſcitationis, quam mente cogitabat? Ita ſenſit quidem Ven. Beda! Verum S. Auguſtinus putat increpatam fuiſſe Matrem, cui Chriſtus exprobrare quaſi & dicere voluerit: Imprudens mulier, quid lacrymas affundis filio corporaliter mortuo, cui potius ſi ſpiritualiter mortuus fuiſſet, & Dei gratiam per peccatum perdidiſſet, illacrymari debuiſſes? *Noli flere!* Non mors corporis, ſed potius animæ deploranda eſt! *Chriſtia-*
S. Aug. in Pſ. 37. *ni ſumus*, ita verba ſonant Auguſtini, *& tamen plerumque ſi filius moriatur, plangit illum, ſi peccet non illum plangit, tunc pejus mortuus luxurioſe vivens, quam moriendo luxuriam finiens.* Audite hæc Chriſtiani Parentes! veſtra eſt obligatio, ut majori ſolicitudine in filiis præcaveatis mortem animæ, quam corporis! Quare? 1. Mors animæ ſeu peccatum eripit filiis veſtris Dei gratiam, quæ æſtimabilior theſaurus eſt, quam ſint omnia regna mundi! eſto igitur quod filiis veſtris hereditatem deſtinetis millies millenorum florenorum, quid proſunt hæc crepundia per mortem brevi peritura: infelicior eſt filius, ſi gratiam, pignus hereditatis æternæ, quam hanc temporalem amittat. &c. 2. Mors animæ ſeu peccatum eripit filiis veſtris amicitiam Dei! cum ergo deſideratis filios veſtros ab omnibus amari & honorari, a Regibus & Principibus ad officia honorifica aſſumi, cur non viribus omnibus collaboratis, ut illi in ſervitio, & amicitia Dei perſeverent, & ad æternæ gloriæ honores dignitateſque aſſumantur. 3. Mors animæ ſeu peccatum eripit filiis veſtris vitam æternam! cum ergo, cum forte filius ægritudine corripitur, omnem induſtriam in medicinis & Medicorum conſiliis ad ejus convaleſcentiam adhibetis, & cum forte filius ægritudini & morti ſuccubuerit, inconditis lamentis ejus jacturam deploratis, cur dum vitam æternam peccato amittit, diſſimulatis, imo ridetis? O miſeri Parentes, quid reſpondebitis ſuo tempore Divino Judici hujus incuriæ & negligentiæ rationem expoſcenti? Vidua in Naim deploravit mortem temporalem filii! Sancta Monica deploravit mortem ſpiritualem ſui Auguſtini! O quam hæc longe prudentius ſanctiuſque quam illa! Vide Bonherba Diſc. pro Die Jovis poſt Dominicam quartam Quadrageſimæ. &c.

*Mors peccatorum tripliciter infelix eſt.*

3. *Defunctus efferebatur filius unicus Matris. Luc. 7.* Quod Mater defleverit filium utcunque tolerabile, & nihil mali ominis eſt; quia poterant hæ lacrymæ ex affectu materno, & carnis, ſanguiniſque ſenſualitate proficiſci. Verum ſi Chriſtus Dominus ſupra defunctum lacrymas fudiſſet, eum in modum, quo ſupra civitatem Hieroſolymitanam flevit, id enim vero terribile & luctuoſum infelicis mortis ſignum fuiſſet. O mi peccator non expedit tibi, ut beatam Sanctorum mortem ſolum reſpicias; id enim quodammodo præſumptuoſum te reddere poteſt: intuere potius peccatorum mortem, ut ſalutariter timere incipias, eſt enim infeliciſſima triplici ex cauſa: 1. Impii in morte anguſtiantur *ob præteritum*, nempe ob peccata per omnem vitam impudentiſſime commiſſa, & nunquam ſeria pœnitudine deplorata, quæ ſe morientis oculis, animoque cum omnibus circumſtantiis offerent. 2. Impii in morte anguſtiantur *ob præſens*, nempe mundana omnia modo relinquenda. Videbit moriens voluptates, honores, & divitias magno labore comparatas jam nihil ſibi prodeſſe, niſi ad majorem triſtitiam, & deſperationem propter peccata, quorum fuerunt occaſio, &c. 3. Impii in morte anguſtiantur *ob futurum*, id eſt, Divinum judicium, & dandam rationem de omnibus cogitationibus, verbis & operibus, & jam tinniunt ipſi aures a ſententia paulo poſt audienda, &c. Nihil ex his tribus metuunt juſti. &! quiſquis igitur ſalvari cupit, differentiam inter mortem juſtorum, & impiorum ſæpe conſideret, &c. Vide P. Segneri Manna an. 14. Aug. n. 2. Item Barz. Serm. 57. n. 1. Item Tit. Mors impiorum. &c.

## Dominica XVI. poſt Pentecoſten.

*Quomodo ſanctificanda Feſta exemplo Chriſti.*

1. S*I licet Sabbato curare? Luc. 14.* Sabbato Judaico veteris Legis a Chriſto & Eccleſia in nova Lege Dominicam, & ſacra Feſta ſubſtituta, eaque tam bonorum operum exercitio, quam fuga malorum ſanctificanda eſſe, nemo eſt Chriſtianorum, qui ignoret. In hoc maxime laborant, ut rationem, & methodum calleant, qua hanc ſanctificationem

nem exercere, & practice proſequi poſſitis. Attendite! edocebo praxin ex ipſo Chriſti Domini ægrotos in Sabbato ſanantis exemplo! Quinque infirmos Dei Filius valetudini reſtituit: 1. Hodiernum hydropicum, ubi ſimul interrogavit Phariſæus: *Si licet Sabbato curare?* quo facto docuit, die Feſto ſanandum eſſe hydropem peccatorum, qua inſatiabili ſiti terrenas voluptates ſitiunt, &c. 2. Die Feſto ſanavit Chriſtus Dominus mulierem ſpiritu infirmitatis adeo incurvatam, ut ſurſum reſpicere non potuerit. Quo docuit, die Feſto oculos, qui per totam ſeptimanam ad terram, & res terrenas erant depreſſi, erigendos eſſe ad cœlum, conſiderando cœleſtia & æterna. 3. Die Feſto ſanavit Chriſtus manum aridam dicens: Extende manum tuam. Quo docuit; die Feſto extendendas eſſe manus ad miſeriam, & inopiam pauperum per eleemoſynas; hinc olim panes per ſingula Sabbata mutabantur. 4. Die Feſto Chriſtus cæco nato viſum oculorum reſtituit: quo docuit, peccatorem, quem ſua malitia excæcavit, die Feſto Dei & rerum æternarum agnitionem per Verbum Dei recuperare debere. 5. Die feſto ſanavit Chriſtus paralyticum apud piſcinam probaticam, & illi uſum membrorum reſtituit, quo docuit, diebus feſtis adeundam eſſe Eccleſiam, tanquam piſcinam ſanatoriam, ibi abluendas eſſe peccatorum maculas, excutiendum torporem acediæ, & commovendas potentias corporis & animæ ad bonorum operum exercitia, &c. Vide Barz. Serm. 50. §. 3.

*In virtute & perfectione Chriſtiana ſemper aſcendendum.*

2. *Amice aſcende ſuperius.* *Luc.* 14. Moris eſt in ſcholis, ut diſcipuli ad finem anni ſcholaris ſcribant pro aſcenſu, id eſt, erudita ſcriptione eorum, quæ didicerunt, dignos ſe probent ad altiorem ſcholæ gradum admitti. Sic ſingulis annis probationem faciunt, & ſucceſſive ab inferioribus diſciplinis ad ſcientiam Philoſophicam, ab hac ad Theologicam aut Juridicam, & demum ad Doctoratus lauream eluctantur. Vita Chriſtiana, talis continua eſt ſcriptio pro aſcenſu! in via ſalutis ſemper progrediendum, nunquam ſiſtendum, ita ut quilibet Chriſtianus ſibi dictum putet: *Amice aſcende ſuperius.* Vultis ſcire quomodo, & quid exinde concludendum ſit? Attendite. Prima virtutis diſciplina, in qua ad ſolum excoli debet Chriſtianus, eſt *Schola Purgativa!* in qua delicta juventutis per ſeriam pœnitentiam & contritionis lacrymas abluenda, & vita in meliorem conſtanti emendatione mutanda eſt. ( Vid. Tit. Pœnitentia, Contritio! ) Secunda Diſciplina Chriſtiani eſt *Schola Illuminativa*, in qua ille peccati irreconciliabile odium radicitus cordi imprimere, æternas veritates agnoſcere, & continuo virtutum exercitio animam excolere debet, &c. ( Vide Tit. Virtus. ) Tertia Diſciplina Chriſtiani eſt *Schola Unitiva*, in qua anima procul ab omni vitio purgata, & virtutibus exornata, ad unionem cum Deo, per actus perfectiſſimos amoris, & reſignationis cum Divina Voluntate, ad morem Sanctorum contendere debet, &c. Unde ergo fit, quod multi Chriſtiani per viginti & amplius annos in eodem tramite ſiſtant, peccata diu aſſueta non emendent, voluptates mundi præ cælo ament, & nec uno paſſu in virtute Chriſtiana progrediantur? Eheu! metuo, ne retrogrediantur, & ad finem ſuæ creationis non pertingant. Eja! Chriſtiane! excute torporem, Amice aſcende ſuperius! Vide Tit. Virtus, Perfectio Chriſtiana, &c.

*De levitatibus & vitiis, quibus inhonorantur feſta.*

3. *Si licet Sabbato curare.* *Luc.* 14. Quis mihi dixerit, cur & quem in finem in Eccleſia inſtitutæ ſint Dominicæ & Feſta? Eſt inſolita quæſtio, etiam pueris catecheticis nota! Feſta inſtituta ſunt, ut Deo impenſius, quam aliis diebus per bona opera ſerviamus, animam a maculis peccatorum mundemus, & per ſacroſancta myſteria illam contra futura pericula præmuniamus; cur ergo tam inuſitata quæſtione examinamur, ad quid inſtituta ſint Feſta? Putavi diabolum feciſſe ſua, quæ olim erant conſecrata Deo! Dicite enim, quando præcepta Domini impudentius violantur, quando peccata omnis generis magis crebreſcunt, quando mundus, caro & dæmon inſolentius contra Deum cervicem erigunt, quam diebus feſtis? Dubitatis? convincam, & ita convincam, ut ſimul obligationes diebus feſtis obeundas vobis de novo cordi, & memoriæ inculcem. 1. Dies Feſti honorandi ſunt abſtinendo a labore ſervili. In hoc accuratiſſimi erant Judæi, die Sabbati non præparabant cibos, non colligebant Manna, non facie-

facie-



faciebant iter, nec quidquam aliud. Chriſtiani vero paſſim Feſta laboribus profanant. ( Vide Tit. Mala obſervatio Feſtorum. Item Paoletti Fer. 3. poſt Dom. Paſſion. ) 2. Dies Feſti honorandi ſunt exercendo bona opera, fundendo orationes, faciendo eleemoſynas, viſitando infirmos, inſtruendo rudes, conſolando mœſtos, & quæ ſunt ſimilia. Chriſtiani vero nil ſimile! poſtquam mane ſacro ſeſquiquadrante interfuerunt, reliquo die ſtertunt, otiantur, confabulantur, ludunt, venantur, putantque ſe ſatis honorare Feſta, cum nihil mali faciunt. ( Vide Tit. Mala obſervatio Feſtorum. ) 3. Dies Feſti honorandi ſunt, plangendo, & fugiendo peccata; hunc in finem deberent diſcutere conſcientiam, examinare opera totius ſeptimanæ, obire confeſſionem, ſumere SS. Euchariſtiam, & ſimilia! Sed quid fit? Eheu! omnino contrarium! quando enim magis redundant popinæ, quando magis frequentantur periculoſa conſortia, quando magis reſonant choreæ, clamores ebriorum, juramenta, & pugnæ rixantium, &c. Quid mirum quod Dominus Deus conqueratur: *Solemnitates veſtras odivit anima mea;* quia magis luxuriæ & dæmoni, quam mihi conſecrata videntur. &c. Vide ubi ſupra! Item la Selve in Quadrag. ſer. 3. poſt Domin. Paſſionis.

## Dominica XVII. poſt Pentecoſten.

*De quatuor ſignis dilectionis Dei.*

1. *Diliges Dominum Deum tuum.* *Matth.* 22. Si omnes Chriſtianos a primo ad ultimum interrogarem: Diligis Deum? ſine hæſitatione omnes reſponderent: Diligo! verum ſigna amoris non concordant cum reſponſione; ſi enim ſcrutarer corda, aliqua invenirem frigida, alia tepida, aliqua modice calida. Quænam ergo ſunt ſigna dilectionis? reponit S. Bonaventura, amorem Dei deſumi ex quatuor ſignis ſeu affectionibus animi, videlicet ex ſolicitudine cogitationis, ex fortitudine affectionis, ex rectitudine intentionis, & ex promptitudine operationis. Diſcutiamus ſingula! 1. Dilectio ſe prodit *ex ſolicitudine cogitationis*; anima enim amans ſolicita eſt quomodo Deum inveniat, teneat, & eidem in omnibus placeat. Surgam, exclamavit ſponſa, circuibo civitatem, per vicos & plateas, quærens, quem diligit anima mea. Ecce! his tribus verbis exprimitur amor: Surgam, circuibo, & quæram: ſurgit enim anima, mentem a terrenis elevando: circuit conſiderando opera & beneficia Dei præſertim Paſſionis Dominicæ: Quærit in civitate, id eſt, in Eccleſia per plateas mandatorum, per vicos conſiliorum; & ideo Dominus ſe nonnunquam occultat, ut ardentius quæratur, ait S. Bernardus. 2. Dilectio ſe prodit ex *fortitudine affectionis*, fortis eſt enim dilectio ſicut mors; ſicut morti reſiſti non poteſt, ita nec dilectioni. Bene ſponſa rogat: Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum; ſicut enim ſigillum molli ceræ, ita caritas cordi per contritionem, & devotionem emollito ita imprimitur, ut cor nihil cogitet, lingua nihil loquatur, manus nihil operetur, niſi ex caritate Dilecti. 3. Dilectio ſe prodit *ex rectitudine intentionis*, rectitudo autem amoris in eo conſiſtit, ut Deo ſervias, non timore gehennæ, non ſpe commodi tranſitorii, ſed puriſſimo amoris affectu: Rectus igitur eſto in fuga & odio peccati, rectior in operatione virtutis, rectiſſimus in intentione erga Deum ſine ambagibus creaturarum. 4. Dilectio ſe prodit *ex promptitudine operationis*. In quo conſiſtit hæc operatio? in obſervatione mandatorum; qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt, qui diligit me: Probatio dilectionis eſt exhibitio operis: homo non poteſt diligere Deum, niſi ei uniatur, uniri non poteſt, niſi eum cognoſcat, cognoſcere non poteſt, niſi tribus animæ potentiis, memoria, intellectu, & voluntate in eum tendat, &c.

*De qualitatibus amoris Divini.*

2. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. Quod de ſe bonum, & amabile eſt, neceſſario naturæ inſtinctu amamus: ſic amamus Parentes, ut vitæ noſtræ, & educationis auctores, amamus Principes & Reges, ut patriæ tutelam, & defenſores, & quanto quid melius eſt, tanto magis illi amorem noſtrum conſecramus. Cum igitur Dominus Deus ſummum bonum ſit, omnium bonorum fons, & origo, qui omnem creaturarum bonitatem infinito exceſſu complectitur, amandus eſt ſuper omnia, ita ut illius voluntatem in omnibus facere, de illius felicitate immenſum gaudere, & potius vitam, ſanguinem, totumque mundum, quam illius amorem & gratiam perdere parati ſumus. Sed quomodo amor Dei conſtitutus eſſe debet? Id modo explicabitur. 1. Amor Dei debet eſſe *Integer*, ſeu purus, ſine admixto creatura-

tura-

turarum ſeu rerum ſenſibilium affectu: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, non dimidiato; ſicut Arca & Dagon in uno templo ſimul commorari non poterant; ita Deus in uno corde profanum amorem non ſuſtinet; amari vult, prout æquiſſimum eſt, ſuper omnes creaturas, non patitur rivalem. (Vide P. Segneri Diſc. 7. n. 5. 6. & 7.) 2. Amor Dei debet eſſe *conſtans*, non vacillans, non alterans, ſed æmulus amoris beatifici, qui perennat in omnem æternitatem. Sunt aliqui male Chriſtiani, inſtar vertumni inconſtantes, hodie calidi, cras frigidi, nunc Deum, nunc mundum amantes, nunc templum, nunc lupanar frequentantes, quorum amor coram Deo abominabilis eſt. (Vide P. Segneri ibidem n. 8.) 3. Amor Dei debet eſſe *Perfectus*, purus, & ſummus appretiative, comparative, & terminative, non mixtus & maculoſus; ideo Chriſtus Dominus in Pantheo Romano noluit collocari; quia totum cor ſibi ſoli vendicat, & non ſuſtinet ſimilem. Minus te Domine amat qui aliquid amat, quod propter te non amat, ait S. Auguſtinus. Si denique noſſe cupias, in quo revera amor Dei conſiſtat? an in interno affectu animi, aut externo bonorum operum exercitio? Reſpondeo, conſiſtit principaliter in fuga peccati, & obſervatione mandatorum: Qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt qui diligit me! Vide Lohner Biblioth. Verb. Caritas §. 3. n. 12. Item P. Segneri ubi ſupra n. 8. Item Manna an. 28. Julii &c.

*Quomodo Chriſtianus proximum diligere debeat, ſicut ſeipſum.*

3. *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Menſura amoris Divini eſt infinita, nempe ipſe Deus infinite amabilis: menſura vero amoris proximi eſt quilibet ſibi ipſi; non enim dicitur, diliges proximum tuum ex toto corde tuo, ſed, diliges proximum tuum ſicut teipſum: conſequenter amor proximi in eo conſiſtit, ut quidquid mihi gratum & optabile ab aliis fieri prætendam, id amore Dei proximo pariter exhibere ſtudeam, in bonis famæ, in bonis fortunæ, & in bonis animæ. Loquamur tripartita explicatione. 1. Quid mihi gratum & optabile deſidero in *Bonis famæ*? Reſpondeo, ut omnes bene de me ſentiant, & ſi forte in delictum grave prolapſus ſum, id alii ſilentio celare, & occultare contendant. En! idipſum proximo lege caritatis debes! crede illum optimum Chriſtianum, & coram Deo forſan te meliorem! O quam pauci ſunt, qui id ſibi dictum putent! Judas fuit inceſtuoſus adulter, & tamen ſororem Thamar condemnavit ad ignem, quia putavit illam eſſe prægnantem ab alio. (Vide Trauner Gallus Cantans anno 4. c. 6. num. 3. Item Stapleton. Dom. 12. Pent. Text. 6.) 2. Quid mihi gratum & optabile deſidero in *Bonis fortunæ*? Reſpondeo: Ut omnes in inopia, in infortunio, in infirmitate mihi ſuccurrant: En! idipſum proximo tuo præſtare debes! (Vide Tit. Caritas proximi, Eleemoſyna.) 3. Quid mihi gratum, & optabile deſidero in *Bonis animæ*? Reſpondeo, ut omnes errantem me corrigant, rudem inſtruant, a ſcandalis mihi parcant! En! idipſum proximo tuo debes, errantem diſcrete corrigere, aut ſi cetera non proſint, ad Superiorem cauſa correctionis deferre, inſtruere, & præſertim illi a ſcandalo parcere teneris &c. O quam pauci ſunt, qui proximum amant ſicut ſeipſum! Rex David, occiſor Uriæ, ſtatim ad mortem condemnavit, qui ovem pauperi rapuit, quamdiu putavit delictum eſſe alienum, &c. Vide Tit. Caritas proximi, Correctio fraterna, Scandalum, &c.

## Dominica XVIII. poſt Pentecoſten.

*Occaſio, & familiaritas mala ſunt cauſæ multorum peccatorum.*

1. *Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Matth. 9.* Confiteri, & non emendari, pœnitentiam hodie agere & cras in priſtina peccata relabi, reconciliari cum Deo & de novo ſe ſubmittere jugo diaboli, quam abominabilis inconſtantia inter Chriſtianos! & unde iſta? quæ cauſa? Auſim dicere, quia non faciunt, quod Chriſtus hodie præcepit paralytico, non tollunt lectum ſuum, non vadunt in domum ſuam! Quid intelligitur per lectum? intelligitur occaſio peſſima! quid per domum? intelligitur ſolitudo a conſortio periculoſo aliena! ex eo enim fiunt innumeri in peccata priſtina relapſus, quia occaſio mala non declinatur, & ſolitudo domeſtica non amatur! Audiamus utrumque! 1. Fiunt relapſus innumeri in peccata, & nulla fit emendatio poſt pœnitentiam, quia occaſio non declinatur; Sicut Lucus mandato Dei debebat deſtrui, quia fuit occaſio idololatriæ, ita occaſiones tolli debent, quia ſunt irritamenta ſcelerum. Experti ſunt Iſraelitæ qui putabant poſt quinque ſteriles annos ſe redituros in patriam, & dein ultra centenos in Ægypto perdurarunt, ac infantes genuerunt. Dicis forte, adibo occaſionem, ſed non peccabo! Erras! id enim majus foret miraculum, quam quo pueri Hebræi conſervati ſunt in fornace ardente. (Vide Barz. Serm. 41. n. 11. Item Serm. 45. n. 18. Item Serm. 58. n. 11. & n. 39.) 2. Committuntur innumera peccata, & etiam poſt pœnitentiam nulla fit emendatio, quia cordi non habetur alterum monitum: Vade in domum tuam, id eſt, quia ſolitudo domeſtica negligitur, & familiaritates periculoſæ quæruntur, quæ tamen declinandæ ſunt, cum omni cautela & ſolicitudine (Vide Barz. Serm. 62. n. 34.) Sara prudentiſſima femina, ubi vidit Iſmaelem cum Iſaaco ludere, ſtatim petiit ab Abrahamo, ut Iſmael ejiciatur e domo; quia ludus erat impudens & laſcivus. Parem in modum abrumpendæ, & fugiendæ ſunt familiaritates, choreæ, convivia, popinæ & conventicula, quæ ſunt fomenta impudentiæ (Vide Barz. Serm. 35. n. 29. Item Serm. 36. n. 17. & ſeq.) Dices: Perſonæ illæ ſunt mihi amicitia junctæ! Quid tum? ſi pes tuus, vel oculus tuus ſcandalizat te, abſcindere & eruere illum ac projicere abs te debes, quanto magis amicum ſcandaloſum! Vide Barz. Serm. 58. n. 32. & ibidem §. 9.



*Paralyſis deſignat acediam.*

2. *Offerebant ei paralyticum jacentem in lecto.* Paralyſis morbus eſt in paucis noxius, & miſerabilis; quia hominem toto corpore, & membris omnibus inhabilem reddit ad omnes actiones humanas. Verum nocentior adhuc eſt paralyſis ſpiritualis, quia animam cum omnibus potentiis, memoria, intellectu, & voluntate inſtupidat, & ineptam reddit ad Dei ſervitium! Quænam eſt hæc paralyſis ſpiritualis? Eſt acedia, & languor in obſequio Divino. Audite comparationem. 1. Sicut paralyſis oritur ex frigore, & craſſis humoribus, quibus nervi obſidentur: ita acedia originem capit ex ſpirituali frigore, & defectu caritatis. 2. Sicut paralyſis nervos ſolvit, atque hominem inſenſibilem, ac impotentem reddit; ita acedia animam, & virtutum habitus omnes enervat ac torpeſcere facit. 3. Sicut paralyſis ſequitur ad affluxum phlegmatis, ita acedia ad carnis voluptates. 4. Sicut paralyſis eſt totius corporis & membrorum apoplexia: ita acedia hebetat omnes animæ potentias, earumque operationes. 5. Sicut paralyſis corpus ponderoſum ac plumbeum facit: ita acedia mentem ſtupidam reddit, hinc otium, ſomnus, languor & tepiditas. 6. Sicut paralyſis maxime contingit ſenibus, ita acedia veteranis, cum primævus ardor deferbuit. Vide Corn. a Lap. in Matth. c. 9. v. 8. Quid autem remedii huic morbo? Calor optimum remedium. Ita acedioſis conducit 1. calor Solis, id eſt, conſideratio Miſericordiæ & juſtitiæ Divinæ. 2. Conducit calor ignis infernalis. 3. Conducit calor ignis purgatorii. His remediis, quiſquis non excitatur ad operationes ſalutares, pro conclamato habendus eſt! &c.

*Peccatum eſt fons & origo omnium malorum.*

3. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Obſervatu digniſſimum eſt, quod Chriſtus Dominus hodiernum paralyticum prius anima, quam corpore ſanarit. Rogabatur ſanare miſerum, & Dei Filius reſpondet: Fili remittuntur tibi peccata! quid hoc rei? nimirum egit Chriſtus ſicut experti Medici, qui prius radicem morbi tollunt, quam morbum ſanent. Peccatum radix eſt omnium malorum; igitur prius animam a peccato, quam corpus a morbo liberare voluit. Remittuntur tibi peccata. Non creditis, peccatum eſſe radicem omnium malorum? Demonſtro. Inprimis Peccatum Originale, a Protoparentibus commiſſum omnibus malis portam aperuit, & omnes poſteros infelices reddidit: per hoc peccatum homo contraxit rebellionem concupiſcentiæ, infirmitatem carnis, & amorem proprium, qui eſt fomes, & fons perditionis innumerabilium animarum. (Vide Sanchez Regn. Dei p. 2. c. 2.) Secundo, Peccatum publicum eſt cauſa calamitatis publicæ, belli, famis, peſtis aliorumque malorum. Multæ civitates & Reſpublicæ perierunt, ſed perierunt tunc, cum malitia peccantium tranſiit in mores populi. (Vide Barz. Serm. 63. n. 12. Et Menoch. cent. 10. c. 59.) 3. Peccatum privatum etiam Divinam maledictionem, & omnia mala in domum & familiam, ubi committitur, inducit. De iis, qui lingua contra Deum peccant, dicit Spiritus Sanctus: *Sepulcrum patens eſt guttur eorum*; ſicut enim ſepulcrum non clauſum ſed apertum cadaveroſo fœtore aerem intoxicat, eoſque qui e vicinia habitant, variis morbis

turarum ſeu rerum ſenſibilium affectu: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, non dimidiato; ſicut Arca & Dagon in uno templo ſimul commorari non poterant; ita Deus in uno corde profanum amorem non ſuſtinet; amari vult, prout æquiſſimum eſt, ſuper omnes creaturas, non patitur rivalem. (Vide P. Segneri Diſc. 7. n. 5. 6. & 7.) 2. Amor Dei debet eſſe *conſtans*, non vacillans, non alterans, ſed æmulus amoris beatifici, qui perennat in omnem æternitatem. Sunt aliqui male Chriſtiani, inſtar vertumni inconſtantes, hodie calidi, cras frigidi, nunc Deum, nunc mundum amantes, nunc templum, nunc lupanar frequentantes, quorum amor coram Deo abominabilis eſt. (Vide P. Segneri ibidem n. 8.) 3. Amor Dei debet eſſe *Perfectus*, purus, & ſummus appretiative, comparative, & terminative, non mixtus & maculoſus; ideo Chriſtus Dominus in Pantheo Romano noluit collocari; quia totum cor ſibi ſoli vendicat, & non ſuſtinet ſimilem. Minus te Domine amat qui aliquid amat, quod propter te non amat, ait S. Auguſtinus. Si denique noſſe cupias, in quo revera amor Dei conſiſtat? an in interno affectu animi, aut externo bonorum operum exercitio? Reſpondeo, conſiſtit principaliter in fuga peccati, & obſervatione mandatorum: Qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt qui diligit me! Vide Lohner Biblioth. Verb. Caritas §. 3. n. 12. Item P. Segneri ubi ſupra n. 8. Item Manna an. 28. Julii &c.

*Quomodo Chriſtianus proximum diligere debeat, ſicut ſeipſum.*

3. *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Menſura amoris Divini eſt infinita, nempe ipſe Deus infinite amabilis: menſura vero amoris proximi eſt quilibet ſibi ipſi; non enim dicitur, diliges proximum tuum ex toto corde tuo, ſed, diliges proximum tuum ſicut teipſum: conſequenter amor proximi in eo conſiſtit, ut quidquid mihi gratum & optabile ab aliis fieri prætendam, id amore Dei proximo pariter exhibere ſtudeam, in bonis famæ, in bonis fortunæ, & in bonis animæ. Loquamur tripartita explicatione. 1. Quid mihi gratum & optabile deſidero in *Bonis famæ?* Reſpondeo, ut omnes bene de me ſentiant, & ſi forte in delictum grave prolapſus ſum, id alii ſilentio celare, & occultare contendant. En! idipſum proximo lege caritatis debes! crede illum optimum Chriſtianum, & coram Deo forſan te meliorem! O quam pauci ſunt, qui id ſibi dictum putent! Judas fuit inceſtuoſus adulter, & tamen ſororem Thamar condemnavit ad ignem, quia putavit illam eſſe prægnantem ab alio. (Vide Trauner Gallus Cantans anno 4. c. 6. num. 3. Item Stapleton. Dom. 12. Pent. Text. 6.) 2. Quid mihi gratum & optabile deſidero in *Bonis fortunæ?* Reſpondeo: Ut omnes in inopia, in infortunio, in infirmitate mihi ſuccurrant: En! idipſum proximo tuo præſtare debes! (Vide Tit. Caritas proximi, Eleemoſyna.) 3. Quid mihi gratum, & optabile deſidero in *Bonis animæ?* Reſpondeo, ut omnes errantem me corrigant, rudem inſtruant, a ſcandalis mihi parcant! En! idipſum proximo tuo debes, errantem diſcrete corrigere, aut ſi cetera non proſint, ad Superiorem cauſa correctionis deferre, inſtruere, & præſertim illi a ſcandalo parcere teneris &c. O quam pauci ſunt, qui proximum amant ſicut ſeipſum! Rex David, occiſor Uriæ, ſtatim ad mortem condemnavit, qui ovem pauperi rapuit, quamdiu putavit delictum eſſe alienum, &c. Vide Tit. Caritas proximi, Correctio fraterna, Scandalum, &c.

## Dominica XVIII. poſt Pentecoſten.

*Occaſio, & familiaritas mala ſunt cauſæ multorum peccatorum.*

1. *Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Matth. 9.* Confiteri, & non emendari, pœnitentiam hodie agere & cras in priſtina peccata relabi, reconciliari cum Deo & de novo ſe ſubmittere jugo diaboli, quam abominabilis inconſtantia inter Chriſtianos! & unde iſta? quæ cauſa? Auſim dicere, quia non faciunt, quod Chriſtus hodie præcepit paralytico, non tollunt lectum ſuum, non vadunt in domum ſuam! Quid intelligitur per lectum? intelligitur occaſio peſſima! quid per domum? intelligitur ſolitudo a conſortio periculoſo aliena! ex eo enim fiunt innumeri in peccata priſtina relapſus, quia occaſio mala non declinatur, & ſolitudo domeſtica non amatur! Audiamus utrumque! 1. Fiunt relapſus innumeri in peccata, & nulla fit emendatio poſt pœnitentiam, quia occaſio non declinatur; Sicut Lucus mandato Dei debebat deſtrui, quia fuit occaſio idololatriæ, ita occaſiones tolli debent, quia ſunt irritamenta ſcelerum. Experti ſunt Iſraelitæ qui putabant poſt quinque ſteriles annos ſe redituros in patriam, & dein ultra centenos in Ægypto perdurarunt, ac infantes genuerunt. Dicis forte, adibo occaſionem, ſed non peccabo! Erras! id enim majus foret miraculum, quam quo pueri Hebræi conſervati ſunt in fornace ardente. (Vide Barz. Serm. 41. n. 11. Item Serm. 45. n. 18. Item Serm. 58. n. 11. & n. 39.) 2. Committuntur innumera peccata, & etiam poſt pœnitentiam nulla fit emendatio, quia cordi non habetur alterum monitum: Vade in domum tuam, id eſt, quia ſolitudo domeſtica negligitur, & familiaritates periculoſæ quæruntur, quæ tamen declinandæ ſunt, cum omni cautela & ſolicitudine (Vide Barz. Serm. 62. n. 34.) Sara prudentiſſima femina, ubi vidit Iſmaelem cum Iſaaco ludere, ſtatim petiit ab Abrahamo, ut Iſmael ejiciatur e domo; quia ludus erat impudens & laſcivus. Parem in modum abrumpendæ, & fugiendæ ſunt familiaritates, choreæ, convivia, popinæ & conventicula, quæ ſunt fomenta impudentiæ (Vide Barz. Serm. 35. n. 29. Item Serm. 36. n. 17. & ſeq.) Dices: Perſonæ illæ ſunt mihi amicitia junctæ! Quid tum? ſi pes tuus, vel oculus tuus ſcandalizat te, abſcindere & eruere illum ac projicere abs te debes, quanto magis amicum ſcandaloſum! Vide Barz. Serm. 58. n. 32. & ibidem §. 9.

*Paralyſis deſignat acediam.*

2. *Offerebant ei paralyticum jacentem in lecto.* Paralyſis morbus eſt in paucis noxius, & miſerabilis; quia hominem toto corpore, & membris omnibus inhabilem reddit ad omnes actiones humanas. Verum nocentior adhuc eſt paralyſis ſpiritualis, quia animam cum omnibus potentiis, memoria, intellectu, & voluntate inſtupidat, & ineptam reddit ad Dei ſervitium! Quænam eſt hæc paralyſis ſpiritualis? Eſt acedia, & languor in obſequio Divino. Audite comparationem. 1. Sicut paralyſis oritur ex frigore, & craſſis humoribus, quibus nervi obſidentur: ita acedia originem capit ex ſpirituali frigore, & defectu caritatis. 2. Sicut paralyſis nervos ſolvit, atque hominem inſenſibilem, ac impotentem reddit; ita acedia animam, & virtutum habitus omnes enervat ac torpeſcere facit. 3. Sicut paralyſis ſequitur ad affluxum phlegmatis, ita acedia ad carnis voluptates. 4. Sicut paralyſis eſt totius corporis & membrorum apoplexia: ita acedia hebetat omnes animæ potentias, earumque operationes. 5. Sicut paralyſis corpus ponderoſum ac plumbeum facit: ita acedia mentem ſtupidam reddit, hinc otium, ſomnus, languor & tepiditas. 6. Sicut paralyſis maxime contingit ſenibus, ita acedia veteranis, cum primævus ardor deferbuit. Vide Corn. a Lap. in Matth. c. 9. v. 8. Quid autem remedii huic morbo? Calor optimum remedium. Ita acedioſis conducit 1. calor Solis, id eſt, conſideratio Miſericordiæ & juſtitiæ Divinæ. 2. Conducit calor ignis infernalis. 3. Conducit calor ignis purgatorii. His remediis, quiſquis non excitatur ad operationes ſalutares, pro conclamato habendus eſt! &c.

*Peccatum eſt fons & origo omnium malorum.*

3. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Obſervatu digniſſimum eſt, quod Chriſtus Dominus hodiernum paralyticum prius anima, quam corpore ſanarit. Rogabatur ſanare miſerum, & Dei Filius reſpondet: Fili remittuntur tibi peccata! quid hoc rei? nimirum egit Chriſtus ſicut experti Medici, qui prius radicem morbi tollunt, quam morbum ſanent. Peccatum radix eſt omnium malorum; igitur prius animam a peccato, quam corpus a morbo liberare voluit. Remittuntur tibi peccata. Non creditis, peccatum eſſe radicem omnium malorum? Demonſtro. Inprimis Peccatum Originale, a Protoparentibus commiſſum omnibus malis portam aperuit, & omnes poſteros infelices reddidit: per hoc peccatum homo contraxit rebellionem concupiſcentiæ, infirmitatem carnis, & amorem proprium, qui eſt fomes, & fons perditionis innumerabilium animarum. (Vide Sanchez Regn. Dei p. 2. c. 2.) Secundo, Peccatum publicum eſt cauſa calamitatis publicæ, belli, famis, peſtis aliorumque malorum. Multæ civitates & Reſpublicæ perierunt, ſed perierunt tunc, cum malitia peccantium tranſiit in mores populi. (Vide Barz. Serm. 63. n. 12. Et Menoch. cent. 10. c. 59.) 3. Peccatum privatum etiam Divinam maledictionem, & omnia mala in domum & familiam, ubi committitur, inducit. De iis, qui lingua contra Deum peccant, dicit Spiritus Sanctus: *Sepulcrum patens eſt guttur eorum*; ſicut enim ſepulcrum non clauſum ſed apertum cadaveroſo fœtore aerem intoxicat, eoſque qui e vicinia habitant, variis morbis

bis ac morte afficit: ita peccator in domo, & familia intolerabilem ſpirat fœtorem, eoque fœtore Deum, cœleſtes ſpiritus, & cum his omne bonum in fugam agit, &c. Vide Mich. a Calvo conc. 31. aſſ. 2. n. 7. Item Tit. Peccatum.

Dominica XIX. poſt Pentecoſten.

*Gratia Dei ſuper omnia bona terrena aſtimanda.*

1. A*Mice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Matth.* 22. Terribile ſpectaculum! ille, qui ſine veſte nuptiali convivio aſſidebat, juſſus eſt ligatis manibus & pedibus ejici in tenebras exteriores! Quid ergo, & in quo deliquit miſer? nonne Rex in vias & vicos emiſit famulos, mandans, ut obvios quoſque convocarent ad epulas? inter hos etiam erat miſer ille, & quomodo in inſtanti comparare ſibi poterat veſtem nuptialem? Reſpondet Paulus Granatenſis: veſtem hanc in ipſo liminis ingreſſu convivis fuiſſe donatam, & hunc miſerum, vel non acceptaſſe, vel acceptatam denuo amiſiſſe! hæc culpa illi æterna damnatione ſtetit. (Vide Barz. Serm. 51. n. 22.) Quid ergo intelligitur per veſtem nuptialem? Intelligitur, juxta S. Hilarium, gratia Spiritus Sancti! Ex quo patet, infeliciſſimum eſſe hominem, qui coram Deo comparet ſine gratia Divina! laborandum eſt viribus omnibus pro conſervanda gratia Dei, plus quam pro theſauris totius mundi; quia gratia elevat hominem non jam ad Angelicam, ſed ad Divinam dignitatem, facit animam Divinæ conſortem naturæ, ſanctam, juſtam, dilectam Deo, paradiſum Creatoris, Spiritus Sancti habitaculum, ſanctuarium Divinitatis. Conſideremus nobiliſſimos effectus gratiæ, ut eam æſtimare diſcamus! 1. Expellit omne peccatum mortale. 2. Facit hominem amicum intimum Dei, ejuſque voluntatem ſubjicit legi Dei, ita ut vere ſit filius, & heres Dei. 3. Secum ducit omnes virtutes theologicas & morales. 4. Dat pignus æternæ gloriæ, & principium augendi merita, ac cœleſtem coronam. Vide Cornel. a Lap. 2. Petri c. 1. v. 4.

*De veſte nuptiali, in quibus virtutibus conſiſtat.*

2. *Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Matth.* 22. Cum S. Mechtildis Virgo hodiernum Evangelium legens, conſideraret verba illa: Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? dixit ad Dominum: Dilecte JESU mi, quid eſt veſtis nuptialis, ſine qua nullus ad nuptias tuas pervenire poteſt? Et ecce! Dominus confeſtim illi veſtem oſtendit ex purpureo, albo, & aureo colore mirum in modum contextam, inquiens: Hæc eſt veſtis nuptialis præ ceteris mihi grata & beneplacens, (Vide Revel. S. Mechtild. l. 3. c. 39.) Videamus quid nobis inſinuent hi colores. 1. Color purpureus denotat humilitatem, virtutem illam, quæ eſt fundamentum ceterarum: actus illius ſunt, fugere honores, dignitates ac laudem ſui ipſius, viliter de ſe ipſo ſentire, ac eligere obſequia viliſſima ad normam & exemplum Chriſti, & Sanctorum. (Vide Tit. Humilitas.) 2. Color albus ſignificat puritatem animi ab omni nævo peccati alienam: actus illius ſunt, fugere prima initia impudentiæ, declinare ſexum alterum, caſtitatem illibatam tueri, pugnare contra primos incurſus cogitationum, & paratum eſſe potius mori, quam fœdari, ad exemplum & imitationem Sanctorum & Sanctarum. (Vide Tit. Caſtitas.) 3. Color aureus ſymbolum eſt caritatis intenſiſſimæ tam erga Deum, quam proximum. Operationes illius ſunt duplicis generis, nimirum Agere, & Pati. Agendo ſe prodit caritas, dum Dei gloriam, & proximi ſalutem ſemper habet in corde, in ore, & opere. Patiendo ſe oſtendit, dum adverſitates, convicia, paupertatem, perſecutiones, aliaque mala, amore Dei libenter ac patienter ſuſtinet, &c. Vide Corn. a Lap. in Act. Apoſt. c. 11. Item Titulo Caritas &c.

*Peccata omiſſionis tam periculoſa quam commiſſionis.*

3. *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Matth.* 22. Siquod Evangelium totius anni decurſu, certe hodiernum nobis demonſtrat, in æternæ damnationis periculo verſari non ſolum eos, qui mala agunt, ſed etiam illos, qui bona facere negligunt. Inurbani illi a rege humaniſſime ad nuptias invitati, dum gratiam illam neglexerunt, ad alia ſua negotia dilapſi, quid illis tandem evenit? certe non meliori ſorte uſi ſunt, quam miſer ille, qui nuptialem veſtem in ipſo limine ingreſſus non acceptavit, & ſic vili ac ſordido habitu oculos regis offendit, juſſus eſt, ligatis manibus, ac pedibus ejici in tenebras exteriores. Ex quo patet, peccatum omiſſionis, non minus quam commiſſionis, æternæ damnationis periculo eſſe obnoxium. Vultis audire rationes? Prima ratio eſt, quod peccata omiſſionis tam gravia ſint, quam commiſſionis. Servus negotiari negligens non minus ad carceres damnatur, quam ille qui bonis Domini furtive uſus eſt: Non ſoli malefactores cruciantur, ait S. Chryſoſtomus, verum & qui bona facere negligunt. (Vide Barz. Serm. 5. n. 39.) Secunda ratio eſt, quia peccata omiſſionis tam grandia mala poſt ſe trahunt, quam commiſſionis; cum enim Principes, Superiores, Prælati, officia ſua languide, neglecta juſtitia faciunt, etiam ſubditi id videntes in vita Chriſtiana tepeſcunt, ad delicta domeſticorum rident, & viam latam vitiorum inambulant, putantes ea, quæ de morte, de judicio, de inferno dicuntur eſſe mera terriculamenta. Tertia ratio eſt, quia peccata omiſſionis difficilius corriguntur, quam peccata commiſſionis: ſicut venenum aſpidis mortem affert ſine dolore; ita peccata omiſſionis, quia parum curantur, animam ſæpe necant ſine advertentia. Scortator, adulter, aut homicida, ſæpe ipſa fœditate ſui criminis reſipiſcit: verum cum homo ſui officii negligens admonetur, continuo objicit: Quid ergo mali facio? &c. Vide Tit. Peccatum omiſſionis, &c.



Dominica XX. poſt Pentecoſten.

*Exempla Superioris trahunt ſubditos ad ſequelam.*

1. C*Redidit ipſe, & domus ejus tota. Joann.* 4. Quod hodiernus Regulus abjurata gentilium ſuperſtitione in Chriſtum crediderit, mirum non eſt; quia vidit oculis, & auribus audivit prodigia Divini Redemptoris, imo a famulis obviantibus edoctus eſt, quod heri hora ſeptima, eo momento, quo dixit Chriſtus: Filius tuus vivit, illum febris prodigioſe reliquerit. Illud vero admirandum magis eſt, quod ſacer textus ſubnectit: Credidit domus ejus tota! quod ergo motivum credendi habere potuit domus, ſeu domeſtici omnes? Motivum habuere exemplum Reguli Domini ſui; quia nihil efficacius trahit ſubditos ad ſequelam, quam exemplum Superioris, quin imo, veriſimile eſt, ait Tertullianus, totum regnum, cui imperabat Regulus, credidiſſe. (Vide Barz. Serm. 35. n. 10.) O! ſi Superiores, & Patresfamilias præirent exemplo, quo deberent, quam facile totus mundus poſſet reformari! Dubitas de hac veritate? convincam, oſtendendo, quid bonum exemplum Patrumfamilias proſit, quid malum noceat! 1. Certum eſt, quod in inſtruenda juventute, in arte aut opificio vocis inſtructio non ſufficiat, præeundum eſt practico exercitio; quia revera longa eſt via per præcepta, brevis per exempla: ita & in virtute ſe res habet, ſubditi imperatum ſibi putant, quod in Superioribus vident, languent virtutes ſubditorum, ſi deficiant exempla Superiorum: plus manui Eſau creditur, quam voci. 2. Certum eſt, quod Patresfamilias & Superiores ad hanc boni exempli ædificationem juventuti præſtandam, non tantum conſilio, ſed præcepto obligentur; ſicut enim tenentur curam habere corporum, ita & obſtringuntur curam habere animarum. O quam lamentabiliter deploravit Rex David ſuum publici peccati errorem: Erravi, ſicut ovis quæ periit! cur ovi ſe comparat? quia ſi una ovicula in puteum inſilit, totum gregem in exitium poſt ſe trahit: ita Rex Jeſſæus, ait Salvianus, multos poſt ſe præcipitaverat in ruinam! Agite Chriſtiani Patresfamilias, ac Superiores, cauti eſtote dictis, & factis, quia revera forma, & norma eſtis totius domus, & familiæ, &c. Vide Tit. Bonum Exemplum, Patresfamilias &c.

*Contra relapſum neceſſaria ſunt tria remedia.*

2. *Heri hora ſeptima reliquit eum febris.* Necdum res omnis compoſita eſt, etiamſi febris reliquerit ægrotum: ſi modica iſte intemperantia excedat, incautus in eſu & potu, in bile, & motu animi & corporis, recrudeſcit febrile malum, periculoſiore æſtu, quam antea. Parem in modum ſe res habet de peccato: non ſatis eſt illud in aures confeſſarii, contrito corde, expoſuiſſe, neceſſe eſt, poſtliminio maxima cum cautela, & circumſpectione fugere & averſari pericula & occaſiones, quibus grande hoc malum poteſt, & ſolet reviviſcere. Sicut ergo Medici reconvaleſcentem contra recrudeſcentiam morbi triplici medicina præmunire ſolent; ita eadem remedia peccatori contra relapſum adhibenda ſunt. Quomodo? Primo pœnitens

tens peccator confortandus eſt *Medicina curativa*: expellendi ſunt maligni pravorum habituum humores ex animo, id quod Origenes ad ipſam peccati confeſſionem requirit, inquiens: *Dum accuſat ſeipſum & confitetur, ſimul evomit & delictum, & omnem morbi digerit cauſam*. Eructandæ ſunt pravæ inclinationes, & appetitus, qui ad relapſum diſponunt. (Vide Barz. ſerm. 55. n. 16. & ibidem §. 5.) Secundo, ſicut febricitans, ita & pœnitens peccator confortandus eſt *Medicina conſervativa*, id eſt, piis affectibus, & bonorum operum exercitiis, quæ non ſolum generice, ſed & ſpecifice opponuntur illis peccatis, quibus hactenus laboravit pœnitens, & quorum radices ſeu motus adhuc ſentit & experitur. &c. Tertio ſicut febricitans, ita & pœnitens confortandus eſt *Medicina præſervativa*, quæ certe contra relapſum optima eſt fuga occaſionis, & familiaritatis periculoſæ, &c. Vide Mich. a Calvo conc. 39. §. 1. n. 13. Item Barz. ſerm. 62. n. 9. & ſeq. Item Vide Tit. Mala occaſio, Familiaritas noxia &c.

*Adverſitates non nocent, ſed proſunt.*

3. *Rogabat eum, ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus, incipiebat enim mori.* Errat, quiſquis adverſitates tanquam malum intolerabile odit, & averſatur; amandæ revera & æſtimandæ ſunt, quia ſub amaro cortice dulcem, ac ſalutarem nucleum complectuntur. Nunquid Regulus Capharnaita fuit gentilis, & idololatra? Fuit! quid ergo animum ejus tam pie commovit, ut Chriſtum Dominum humiliter accederet, & in eum tanquam mundi Redemptorem cum tota familia crederet? Commovit eum adverſitas, ſeu ægritudo filii jamjam cum morte luctantis: Non veniſſet ad JESUM ait S. Bonaventura, niſi habuiſſet filium ægrotantem! (Vide Manſii Ærar. hic v. 47. n. 15.) Eja! Reſpirate afflicti, & adverſitatem, quam hactenus odio habuiſtis, amare incipite; quia non nocet, ſed quam maxime prodeſt; nam 1. Adverſitates ducunt ad Deum, quem in proſperitate fere obliti ſumus. 2. Sunt remedium efficax ad correctionem peccatorum, quorum etiam reatum pœnæ expiant. 3. Docent mundana contemnere, quorum vanitate hactenus inordinate delectati ſumus. 4. Aperiunt oculos ad videndas veritates ſupernaturales, & inſuper ſunt ſignum, ſi patienter ferantur, æternæ prædeſtinationis, prout patet exemplo Sanctorum. Vide Tit. Patientia, Adverſitas. &c.

Dominica XXI. poſt Pentecoſten.

*De methodo ſolvendi debitum peccatorum.*

1. P*Atientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Matth.* 18. Quomodo hæc promiſſio famuli vera eſſe potuit ad tam enorme debitum? atque ut ſtatim a figura ad figuratum tranſeamus, quomodo id ipſum dicere poteſt peccator ad Deum offenſum; cum nulla creatura ſatisfacere poſſit pro peccato, etiamſi haberet merita omnium Sanctorum? Res vere ardua! Nihilominus macti animis eſtote peccatores, docebo methodum, quomodo peccatorum debitum compenſare valeatis! Redditio una eſt *Formalis* v. g. ſi pro decem aureis reddo decem aureos: alia eſt *Virtualis* v. g. ſi pro decem aureis reddo adamantem. Jam 1. Quod concernit redditionem formalem, monet S. Paulus, ut ſimus *redimentes tempus*. Qua ratione hoc fieri poteſt? S. Auguſtinus ait, qui emit ſeu redimit, aliquid perdit, & aliud acquirit: emens panem perdit nummos, & acquirit panem: ita redimens tempus debet aliquid temporale perdere, ut acquirat æternum, nempe debet aliquid ſubtrahere ſomno, & recreationi, idque adjicere ſervitio Dei. Sic Miles ille per biennium tot recitabat roſaria, quot per ſexaginta annos neglexit, & Mulier Japonenſis converſa toties quotidie nominabat Nomen JESU, quoties antea nominaverat nomen ſui idoli, nempe millenis ac ſexcentis vicibus. (Vide P. Engelgrave Cælum Empyr. Embl. 2. §. 2. nu. 41. & ſeq.) 2. Altera redditio eſt virtualis, nempe per intenſionem actuum, & opera heroica v. g. per contritionem ardentiorem! Jacob mortuus ab Ægyptiis defletur ſeptuaginta diebus, & a ſuis filiis tantum diebus ſeptem, ſed planctu adeo intenſo, qui æquivaleret planctui Ægyptiorum, Publicanus, Zachæus, filius prodigus, latro in cruce palmam præripuerunt Apoſtolis propter intenſionem amoris & doloris. (Vide Engelgr. ibidem:) S. Hieronymus ad Paulinum ſcribens ait: *Noli fidem penſare temporibus, nec me idcirco meliorem putes, quod prior in exercitu Chriſti cœperim militare. Paulus Apoſtolus de perſecutore mutatus noviſſimus, primus in meritis eſt, quia plus omnibus laboravit. Subitus calor longum vincit teporem.* Vide Corn. a Lap. in Matth. 20. fol. 381. c. 2. in fine. &c.





*De infinita Miſericordia Dei erga peccatores.*

2. *Miſertus Dominus ſervi illius dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Matth.* 18. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, cujus Miſericordiæ non eſt numerus, non eſt finis, qui ſervo infideli, ideo ſolum, quia prociduus in genua patientiam rogavit, omne debitum decem millium talentorum remiſit, & totum condonavit, laudetur, benedicatur, glorificetur! quis eſt iſte Dominus? Non Princeps terrenus, ſed Rex cæli & terræ, qui nullius opera aut opibus indiget, ſibi ipſi, etiamſi mundus nunquam extitiſſet, ſufficiens ab omni æternitate in omnem æternitatem. Quis ſervus debitor, immenſi debiti reus? Eſt peccator homo, in comparatione Dei Creatoris ſui pulvis, & cinis, ac purum nihilum! Et huic ſervo inutili paratus eſt Deus remittere enorme debitum peccati? Paratus eſt! Adeſte miſerrimi peccatores! conſiderate mecum infinitam Dei Bonitatem ac Miſericordiam, ut deſperare deſinatis! Sciendum Primo, admirandam eſſe Bonitatem Dei, qua Abraham ex igne Chaldæorum, Lot ex incendio Sodomæ, tres pueros ex fornace Babylonica eripuit, ſed hoc fecit amicis: mirabilius eſt, quod inimicum, videlicet peccatorem eripiat ex infernali igne, & in amicum recipiat. Sciendum ſecundo! quod hæc Miſericordia Dei infinities major ſit, quam miſericordia humana! ubi enim Rex in mundo, qui rebellem ſubditum in amicitiam recipiat? ubi homo, qui offenſus offendentem invitet ad veniam? Et Deus hoc facit, obſtupeſcite cæli! *Ipſe quem deſpeximus, vocat nos*, ait S. Gregorius. (Vide Barz. ſerm. 1. n. 13.) Sciendum tertio, quod, licet Juſtitia Divina non minus infinita ſit, quam Miſericordia, hæc tamen prohior ſit ad parcendum, quam illa ad puniendum: ſex diebus creavit Deus Mundum, & per quadraginta dies diluvio ſolvit. (Vide Mich. a Calvo conc. 7. §. 3. nu. 4.) Sciendum denique quarto, quod hæc Miſericordia infinita exigat noſtram cooperationem. Dum Mulier Chananæa clamat: *Miſerere mei*, nihil impetrat, ſed dum promittit, quod & ſuum conferre velit, *adjuva me*! exaudita eſt. Vide Barz. ſerm. 49. n. 23. &c.

*Non ſola Miſericordia reſpicienda eſt, ſed una cum juſtitia.*

3. *Ejicite eum in tenebras exteriores. Matth.* 18. Terribile prorſus ſpectaculum! Ille ipſe ſervus, cui paulo ante Dominus inaudito liberalitatis, & Miſericordiæ exemplo debitum decem millium talentorum benigniſſime remiſit, ille ipſe nunc ab irato Domino manibus & pedibus ligari, & in tenebras exteriores ejici jubetur. Terribile ſpectaculum! quid ergo mali fecit infelix homo? Miſericordiam, quam a Deo recepit, proximo non exhibuit, ſicque incidit in juſtitiam! ad noſtram, Dilectiſſimi, inſtructionem, quod non tantum ſperare Miſericordiam, ſed & Juſtitiam timere debeamus. Sit ergo pro nobis Inſtructio prima. Peccator poſt commiſſum delictum confugiat ad Miſericordiam Dei, & certo ſperet, ſe, ſi ſua ex parte nihil defecerit, veniam impetraturum: *Omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me*! Quid ergo debebatis? Decem millia talentorum: Nota in numero Decem continetur univerſitas numerorum: igitur Miſericordia Dei parata eſt in gratiam recipere peccatorem, etiamſi univerſi orbis peccata commiſiſſet. (Vide Speranzam Script. ſel. punct. 25.) Inſtructio Secunda! Quamvis Miſericordia Dei ſit infinita, non tamen ſola reſpicienda eſt, ſed una cum juſtitia, ne peccator incidat in præſumptionem, ſed ſimul conſervet timorem. Populus Iſrael ingrediens terram promiſſam ſimul & ſemel clamare debebat tam benedictionem, quam maledictionem &c. (Vide Tit. Miſericordia Dei.) Inſtructio tertia! ut caute ac ſecure procedat peccator, ſtudeat juſtitiam Dei reſpicere ante peccatum commiſſum, Miſericordiam vero poſt peccatum commiſſum: *Juſtitia ante eum ambulabit: Miſericordia tua ſubſequetur me.* Vide Tit. Miſericordia Dei.

Dominica XXII. poſt Pentecoſten.

*De bonis operibus, quibus cælum emitur.*

1. O*Stendite mihi numiſma cenſus: at illi obtulerunt ei denarium. Matth.* 22. Sanctus Auguſtinus Supremum cæli terræque Dominum, ſub ſpecie opulentiſſimi Mercatoris, cæleſte regnum venale habentis nobis proponit. Quo pretio igitur emitur cælum? Reſpondet, paupertate regnum, dolore gaudium, labore requies, vilitate gloria, morte vita. En! hæc ſunt pretia æternæ mercedis, bonis operibus emitur cælum! (Vide Tit. Beatitudo) quemadmodum autem venditor monetam prius examinat; ita opera no-

ſtra examinabuntur, an habeant debitum pondus, figuram & materiam. Loquamur enucleatius! 1. Ut opera noſtra cælo emendo paria ſint, debent habere debitum pondus, alias velut moneta leviuſcula rejiciuntur. Pondus autem opera noſtra acquirunt a gratia Divina, ſine hac ſunt levis, & inanis palea. Jechonias dicitur ſterilis, quia illius liberi coronam non ſunt adepti: ita opera noſtra ſunt ſterilia, ſi coronam cæleſtem defectu gratiæ mereri non poſſunt. ( Vide Tit. Bona opera ) 2. Sicut moneta, ita & bona opera debent habere debitam figuram, ſeu formam, ita ut repræſentent effigiem Cæſaris, ſeu Dei; hanc autem acquirunt per ſanctam ac puram intentionem: non ſufficit bonum aliquod opus fieri in Dei gratia, ſed inſuper requiritur, ut ad beneplacitum, & gloriam Dei dirigatur: Multa fiunt in caritate, ait Albertus Magnus, quæ tamen non ſunt meritoria, eo quod non fiunt ex caritate. ( Vide Tit. Intentio Bona ) 3. Sicut moneta; ita & bona opera debent habere debitam materiam. Aureus ex plumbo cuſus nihil valet: ita opus bonum procedens ex ambitione, ex vana gloria, ex propria voluntate, contra obligationem ſtatus, ex amore proprio, ſunt opera Deo exoſa, conſequenter cælo indigna. &c. Vide Barz. ſerm. 25. §. 3. Item Tit. Bona opera &c.

*Homo vitam ſuam totam Deo debet.*

2. *Cujus eſt hæc imago & ſuperſcriptio?* Omnia ſub ſole creata hominis ſunt, ipſe vero homo Dei eſt, quaſi peculium, ideo illum ſigillo imaginis ſuæ indelebili notavit. Intuere teipſum, o Homo, & cum de anima tua teipſum interrogas: *Cujus eſt hæc imago, & ſuperſcriptio?* Reſponde tibi ipſi: Dei ſum! hujus imaginem in anima gero, tanquam ectypon Patris mei, tanquam mancipium Domini mei, tanquam Miles Ducis mei, tanquam adminiſtrator bonorum Heri mei. ( Vide Corn. a Lap. in Gen. c. 1. v. 26. ad finem. ) Quid ſequitur? Sequitur, quod Dei ſis corpore, & anima tenus, cujus honori & obſequio totam vitam tuam, ab hoc uſque ad ultimum momentum conſecrare debes. Vis noſſe, quibus titulis vitam tuam Deo O. M. debeas? Certe quadruplici titulo! 1. Vitam tuam Deo debes propter creationem! cogita, ante triginta, quinquaginta & amplius annos demerſus fuiſti in nihilo, purum nihilum, & Deus, qui in nulla re tui indiget, jam tum te prævidit, & amavit, atque in tempore ex nihilo productum hac vita, corpore & anima donavit, non alium in finem, niſi ut illi ſervires, & denique ſalvus fieres. 2. Vitam tuam Deo debes propter Redemptionem, beneficium illud incomprehenſibile, quo Dei Filius immortalis, mortalem naturam induit, & per paſſionem ac mortem ſuam in cruce obitam te a morte æterna redemit. 3. Vitam tuam Deo debes propter tempus a juventute peſſime impenſum, ut redimas innumerabiles dies ac horas Mundo, carni ac dæmoni per peccata conſecratas. ( Vide Tit. Tempus vitæ humanæ ) 4. Denique vitam tuam Deo debes propter æternam mercedem, quam exſpectas! illuc, mi Chriſtiane, viribus omnibus corporis & animæ tendere debes! felix, ſi ſcopum hunc, ad quem creatus es, attingas! infelix æternum ſi ab illo aberres! Vide Tit. Beatitudo. Item Speranz. punct. 156. &c.

*Anima ſigillum Dei impreſſum habere debet in ſignum Dominii.*

3. *Cujus eſt hæc imago, & ſuperſcriptio? Matth.* 22. Magna eſt differentia inter imaginem, & ſigillum Principis, imago imprimitur pecuniæ v. g. aureo numiſmati, & ad aliud non ſervit, niſi ad oblectationem oculorum, aut memoriam donantis. Econtra ſigillum ſeu ſignaculum Principis denotat jus proprietatis ſeu imperii in illam rem, quæ ſignatur. Ideo cæleſtis Sponſus petiit a dilecta anima, quam ſibi propriam habere voluit, ut non imaginem ſuam ſolum circumferret, ſed ſigillum ſeu ſignaculum ſuum intimo cordi, id eſt, memoriæ, intellectui, & voluntati imprimeret. *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum.* Imo S. Ambroſius ulterius progreſſus, vult, ut fidelis anima Chriſti Domini effigiem ut ſignaculum imprimeret in fronte, ut ſignaculum in corde, & ut ſignaculum in brachio. Quem autem in finem? Audiamus! 1. Chriſtiana anima ſignaculum Dei ſemper circumferre debet *In fronte*, ut fidem, & fidelitatem erga Deum conſtanter tam in proſperis, quam in adverſis profiteatur, exemplo Sanctorum, qui bona omnia, ipſamque vitam, quam Dei gratiam, & fidem perdere maluerunt. ( Vide Tit. Fides, Gratia Dei ) 2. Chriſtiana anima ſignaculum Dei ſemper circumferre debet *In corde*, ut Summum Bonum, bonorum omnium fontem

Deum



Deum ſuper omnia diligat, non tantum ut in ſe bonus eſt, ſed etiam ut bonus eſt erga nos, id eſt, propter beneficia prorſus indebita Creationis, Redemptionis, Vocationis ad ſalvificam fidem, conſervationis, & alia. ( Vide Tit. Caritas Dei, Beneficia Dei &c. ) 3. Chriſtiana anima ſignaculum Dei ſemper circumferre debet *In brachio*, ut nunquam non operetur ad Dei gloriam, nullam occaſionem placendi, & ſerviendi Deo prætermittat, & hanc etiam caritatem proximo per opera bona exhibeat. Vide Tit. Caritas proximi. Item Barz. ſerm. 44. n. 15. &c.

## Dominica XXIII. poſt Pentecoſten.

*De infelicitate peccatoris conſuetudinarii.*

1. E*Cce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit. Matth.* 9. Magna eſt differentia inter vertiginem, & morbum caducum: illa ex imbecillitate ſtomachi facile oritur, & facile iterum ſanatur: iſte autem vitioſis humoribus ſanguinem corrumpens cerebrum perturbat, & ad levem bilis intemperiem recrudeſcens, ſæpe per plurimos annos miſerum hominem iteratis lapſibus affligit. Eadem eſt differentia inter primum peccatum, ex infirmitate quodammodo ortum, & mox pœnitentia deletum, & inter ſecundum ac tertium peccatum, quod iterato relapſu continuatum tandem in conſuetudinem excreſcit, eum in modum, quo hodierna mulier per duodecim annos ſanguinis fluxum paſſa, non niſi prodigio Divini Redemptoris ſanari potuit. O! Siquis adeſt peccator conſuetudinarius, audiat, & ſerio conſideret, quantam infelicitatem iterato peccati relapſu ſibi contraxerit! 1. Peccator conſuetudinarius facile degenerat in inveteratum & obſtinatum, qui veluti cera congelata ſignaculum Divinæ imaginis amplius non recipit: de illo loquitur S. Bernardus, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, nec cedit minis nec flagellis. 2. Non curat ſuam miſeriam, ſicut miſer ille, qui ad portam templi ſpecioſam a Petro & Joanne eleemoſynam rogavit: cur non petiit ſanitatem? quia jam quadraginta annis miſer, malo ſuo ita fuit aſſuetus, ut de valetudine ne quidem cogitaret. 3. Difficillime convertitur; quia dæmones in illum allegant præſcriptionem: Chriſtus Dominus difficilius Lazarum reſuſcitat, quam adoleſcentem; quia iſte recentis peccatoris, ille conſuetudinarii, ſeu inveterati figura fuit. ( Vide Mich. a Calvo conc. 31. n. 8. & 9. ) 3. Ordinarie perit, niſi Deus extraordinaria miſericordia illi ſuccurrat. Scalam, qua ad infernum deſcendit, deſcribit Iſidorus: A cogitatione venit ad delectationem, a delectatione ad conſenſum, a conſenſu ad actionem, ab actione ad conſuetudinem, a conſuetudine ad neceſſitatem, a neceſſitate ad mortem. Vide Tit. Peccator inveteratus, mala conſuetudo, &c.

*Parentes plerumque ſunt cauſa peccatorum in filiis.*

2. *Filia mea modo defuncta eſt, ſed veni impone manum ſuper eam, & vivet. Matth.* 9. Sic fit! Parentes tunc demum amorem ſuum erga filios demonſtrant, dum illi pereunt, & malo non amplius eſt remedium! Princeps hodiernus conqueritur de morte filiæ, & prodigium a Chriſto petit, non tamen exprimit, an non ipſe ad mortem defunctæ negligentia ſua cauſam dederit. Eſto autem ut eſt! ſolum hic agitur de luctu Principis ſuper morte temporali filiæ, magis dolendum eſt de morte filiorum ſpirituali aut æterna, ad quam proh dolor! parentes cooperantur, quia in educatione liberorum non faciunt, ad quod tenentur. Nam 1. Ante peccatum, dum filii adhuc innocentiam redolent, Mater filiæ vanitatem, & luxum ſuadet, gaudetque ſi illa mores mundanos uſque ad proterviam ſpirare incipiat. Deberet illam erudire in rebus ſacris, & inſtruere, quæ ſint credenda, ſperanda, amanda; loco horum autem edocet illam adagia & cantilenas æquivocas a mundanis cum riſu excipi ſolitas, in quibus filia, cum videt ſe placere, adſtipulante curioſitate, ſemper fit audacior, ne dicam impudentior. Non ſic, miſeræ Matres, non ſic, ſed potius morem gerite S. Ignatio Martyri monenti: Nutrite filios veſtros in eruditione & diſciplina Domini, & docete eos ſanctas litteras, & artes honeſtas, ut non otio gaudeant. ( Vide Barz. ſerm. 26. n. 23. ) 2. Parentes cooperantur ad peccata filiorum dum committuntur: Mater, dum Vetula non amplius oculis placet, filiam ad omnes choreas, & conventicula ducit, aut ſaltem diſſimulat, & non impedit, & ſic omnium ſcelerum rea fit, ſicut Heli Sacerdos propter petulantiam filiorum



non

non coercitam. 3. Parentes cooperantur ad peccata filiorum & filiarum poſtquam fuerunt commiſſa, quia illa non caſtigant, familiaritates, & conſortia non abrumpunt, & tum demum cum infamia percrebuit, & omnes plateæ clamant, quod illi noſſe diſſimulant, tunc denique cogitant remedia non amplius profutura, eum in morem, quo hodiernus Princeps filiam vivere poſt mortem deſideravit. &c. Vide P. Segneri p. 1. diſc. 13. a n. 14. uſque 17. Item Tit. Parentes, &c.

*De periculis & abuſu chorearum.*

3. *Cum veniſſet JESUS in domum Principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem dicebat, recedite. Matth.* 9. Tibicines & cantores olim adhibebant antiqui in amicorum funere, qui nænias, & triſte carmen modulantes, amicis, & vicinis luctum, & lacrymas ciebant ob mortem defuncti. Hodie triſtis hæc muſica non amplius in uſu eſt in morte corporum, ſed in morte animarum. Ubi? quomodo? quando? in Hoſpitiis, in nuptiis, in encæniis. An hæc eſt muſica luctuoſa? Omnino; quia præludit morti animarum; dum enim utriuſque ſexus juvenes, ad omnem petulantiam ornati, paratique, ad chelin & cytharam ſaltando petulciunt, viam ſibi ad peccata turpiſſima ſternunt. Vah! ſaltavi ſæpius, & tam innocens a choreis redii, quam acceſſi! Non credo! Dicam rationes, quare non credam! Audite. 1. Ponamus juvenem & puellam innocentes, id eſt peccati immunes accedere ad choreas, eheu! infernalis tentator illos e veſtigio ſequitur, nec difficile illi eſt, animos etiam pios pervertere, quia ipſa concupiſcentia in juvenili ſanguine continuo ardens, oculos & animos ſaltantium ad aſpectus, cogitationes, & turpia deſideria trahit. Illa ingredientia, ex quibus conficitur atramentum, ex ſe albeſcunt, uti gallæ, aqua, & vitriolum: ſed ſi conjunguntur, nigreſcunt; ita fit in choreis! 2. Quodſi his innocentem recreationem dicis, cur Sancti Patres illas ut morum corruptelam damnant? præſtat, ait S. Auguſtinus, arare die feſto, quam ſaltare! &c. 3. Si ſine culpa ſunt, cur ergo a Deo luculentis ſuppliciis puniuntur? Puella ſaltans a dæmonibus toto corpore aduritur (Vide Spec. Exempl. V. Chorea n. 7.) Trajecti juvenes in ponte ſaltabant, cum moniti non deſiſterent, fracto ponte ducenti perierunt. &c. Vide Tit. Choreæ. &c.

## Dominica XXIV. poſt Pentecoſten.

*Abominatio deſolationis eſt peccatum.*

1. C*Um videritis abominationem deſolationis. Matth.* 24. Per abominationem deſolationis in hodierno Evangelio intelligitur terribile malum, quod horrore & gravitate ſua, cetera quævis mala immenſum ſuperat. Quod eſt illud malum? Si Mundum interrogem, dicet, eſſe paupertatem, morbos, perſecutiones, & ſimilia! verum errat; quia hæc omnia poſſunt eſſe materia bonorum operum, & promotio ad æternam in cælis felicitatem! ſolum igitur peccatum eſt abominatio deſolationis, quia hominem temporaliter, & æternaliter miſerum facit. O utinam hoc principium, Peccatum odio habendum, & fugiendum eſſe ſuper omnia alia mala, cunctis Chriſtianorum cordibus imprimere poſſem! tentabo! audite motiva. 1. Peccatum fugiendum eſt, antequam committatur: nempe concipiendum in animo contra illud implacabile odium, quia malum Dei eſt. Quid ergo nocet Deo? Legem ejus, auctoritatemque contemnit, qui autem contemnit legem, contemnit Regem, & quidem infinite amabilem, a quo omnia bona habemus, & deinceps exſpectamus. Moriendum eſt potius, quam Deus offendendus! &c. 2. Fugiendum, & odio habendum eſt peccatum, poſtquam fuit commiſſum; feſtinandum ad pœnitentiam, quia malum eſt infinitum, quod infinita cæli felicitate nos privat. Præterea eſt ponderoſiſſimum, quod nos, veluti Luciferum cum rebellibus Angelis in infernum demergit. Nil dicam, quod merita omnia nobis auferat, & animam, imaginem Dei turpiſſime deformet. 3. Fugiendum, & odio habendum eſt peccatum, poſtquam jam pœnitentia fuit deletum; obmuniendus eſt animus pœnitentis, ſanctis principiis tanquam armis tam offenſivis, quam defenſivis, qualia ſunt memoria præſentiæ Dei, Paſſionis Chriſti, Patrocinii Beatiſſimæ Virginis, mortis, judicii, inferni, aliaque, quæ ſtatim tentationi ſubeunti opponenda ſunt. Sic fecit pœnitens David, inquiens: *In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Vide Tit. Peccatum. Item P. Segneri part. 2. Diſc. 16. a num. 24. & ſeq.

De



*De infelici morte peccatoris.*

2. *Cum videritis abominationem deſolationis.* Nunc in hac vita dum mundani peccatores in terrena demerſi, & æternorum obliti, voluptatibus, honoribus, divitiis ſe abundare, & ſua deſideria ad vota ſibi fluere vident, exultant, & cum alios cum paupertate, contemptu, infirmitate, & perſecutionibus luctari cernunt, beatos ſe reputant, rident, epulantur, tripudiant. Sed quamdiu hic proſperitatis ſol illuceſcet? uſque ad veſperam! vertentibus annis, diebus, & horis tandem ingruet nox, id eſt, amara mors! ibi miſeri, apertis nimis ſero, oculis videbunt, ſe perdidiſſe tranſitoria, & incertos eſſe quoad futura; unde in hora illa ultima tanto obruentur luctu & anxietate animi, quæ merito dici poſſit *abominatio deſolationis*. Conſideremus miſerrimum ſtatum peccatoris in illo articulo, ut alieno malo ſapere diſcamus. 1. In hora mortis peccator immenſa obruetur triſtitia intuitu *præteritorum*, cum videbit ſe abripi ab omnibus terrenis, ingenti labore comparatis, & cum voluptate poſſeſſis: *Terribili, & ei, qui aufert ſpiritum Principum:* ubi Septuaginta legunt, *effracti ſunt articuli cordis mei*; nam cogitationes, conſilia, divitiæ, & ſpes terrenæ ſunt quaſi pars cordis impii, de quibus S. Auguſtinus ait, non amittitur ſine dolore, quod cum amore poſſidetur. (Vide Speranz. punct. 128.) 2. In hora mortis peccator immenſa obruetur triſtitia intuitu *præſentium*, cum videbit erectum tribunal, & Judicis ſeveritatem, coram quo paulo poſt comparere debebit. Ingemiſcet, Eheu! necdum ſunt expunctæ obligationes eorum, quæ injuſte recepi, necdum conſtitutæ dotes filiorum, necdum ſcriptæ teſtamenti tabulæ, necdum expiata a peccatis conſcientia, jam inſtat Judex de his omnibus, imo de cogitationibus, verbis & operibus totius vitæ rationem accuratiſſime exacturus! hunc Judicem non poſſum fallere, non corrumpere, non precibus mitigare, & ſi vellem, obſtant morbi dolores, perplexitas animi, & perturbatio intellectus, ac voluntatis, &c. 3. In hora mortis peccator immenſa obruetur triſtitia intuitu *Futurorum*. Videbit dæmonem cum immenſo peccatorum catalogo paratum ad accuſandum, Angelum Cuſtodem & ſanctos Patronos triſtantes, cælum occluſum, & infernum apertum. Invocabit auxilium amicorum, ſed fruſtra! &c. O! quis non exhorreſcet ad tantam abominationem deſolationis? Quiſquis ſapit, nunc timere, nunc cavere, nunc rebus ſuis conſulere ſtudeat, &c.

*De præparatione ad Adventum Domini.*

3. *Videbunt Filium hominis venientem. Matth.* 24. Tempus eſt, Dilectiſſimi, quo Dei Filium aſſumpta humana natura venientem videbimus, primo ut infantem in præſepio, & denique ut Judicem in tribunali; haud parum noſtra intereſt, ut corda noſtra tanto adventui præparemus; ſed quomodo paranda ſunt corda? Per exercitium ſanctiſſimarum virtutum, & quoniam nullus dubito, quin frequens ſit veſtra Virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, Caritatis, in perceptione Sacramentorum exercitatio, dico quod ſentio: vellem, ut per quatuor Sacri Adventus ſeptimanas, quaternis virtutibus Cardinalibus, Juſtitiæ, Prudentiæ, Temperantiæ, & Fortitudini operam dare ſtudeatis! erit hæc præparatio adventanti Deo gratiſſima. Prima Adventus ſeptimana incipiamus a *Juſtitia*. Juſtitia virtus eſt, quæ jus ſuum cuilibet tribuit: diſcamus res quaslibet ſecundum ſuum pretium & dignitatem metiri, & conſequenter æterna, quæ Dei ſervitium & animæ ſalutem concernunt, ſuper omnia tranſitoria æſtimare: iniquum eſt iis, quæ pereunt, inhiare, & quæ æternum manſura ſunt, negligere. Secunda Adventus ſeptimana diſcamus *Prudentiam*, innitendo principiis ſanæ rationis, & reſpiciendo operum noſtrorum finem & effectus: hæc conſideratio erudiet nos, quomodo erga Deum, quomodo erga proximum, & quomodo erga nos ipſos nos habere debeamus. Tertia Adventus ſeptimana ſtudium noſtrum ſit *Temperantia*, cum libra & æquipondio, diſcamus moderari paſſiones, & illis uti velut armis & divitiis, ſine exceſſu & ſine defectu, ſemper nobis ſimiles, tam in proſperis, quam adverſis. Quarta denique Adventus ſeptimana induamus *Fortitudinem*, & quidquid adverſi vel iniqui in nos incurrerit, imperturbato, invictoque animo Dei amore perferamus, &c. Vide Tit. Virtutes Cardinales, &c.

# INDEX CONCIONATORIUS
PRO
# FESTIS TOTIUS ANNI.

### In Feſto S. Andreæ Apoſtoli.

*Quilibet Chriſtianus poteſt eſſe piſcator animarum.*

1. F*Aciam vos fieri piſcatores hominum. Matth.* 4. Divinus Mundi Redemptor potuiſſet convertere gentes, & ſalvificam fidem in orbe propagare per armatos Reges, & potentes exercitus, prout nullum eſt dubium! cur ergo inopes, & infimos piſcatores elegit? reſpondet S. Ambroſius: *Ne traduxiſſe potentia, ne redemiſſe divitiis, ne nobilitatis auctoritate traxiſſe ad ſuam gratiam videretur.* Eadem de cauſa Deus in exercitu Gedeonis ad victoriam meticuloſiſſimos trecentos elegit, qui non auſi procumbere, ſemper ad fugam parati ſtando bibebant, ut tanto magis *omnibus perſpectum eſſet auxilium Divinum.* Vide Barz. Serm. 39. n. 14. & ſeq.) Infimos Deus elegit, non fortes, ut agnoſcerent Chriſtiani omnes, piſcatum animarum, & victoriam inferni, etiam ad ſe, quamvis debiles & exiguos pertinere. An ergo omnibus dictum eſt illud: *Faciam vos fieri piſcatores hominum?* Omnibus dictum eſt! Quomodo autem fieri poteſt hæc piſcatura? Attendite, vos præſertim Superiores, Parentes, & Patres-familias, dabo inſtructionem! 1. Poſſunt animæ in profundo ſcelerum hærentes, inſtar piſcium extrahi, hamo, eſca contecto, id eſt correctione fraterna, prudente, & diſcreta. (Vide Tit. Correctio fraterna.) 2. Poſſunt animæ inſtar piſcium capi ſagena, id eſt affectione ſpirituali, juxta illud: Sagena cor illius, cui accedere debet ſalutaris inſtructio, & patientia in ſupportandis defectibus. (Vide Tit. Caritas proximi.) 3. Poſſunt animæ inſtar piſcium capi expanſa reti, id eſt exemplo, quod potentius eſt ad hanc capturam, quam verba. S. Andreas Apoſtolus, ut Chriſtum Dominum imitaretur, ardentiſſime deſiderabat crucem, eamque patientiſſime cum gaudio tolerabat, quo exemplo ingentem populi multitudinem non tantum convertit, ſed & ad ferenda acerba pro Chriſto animavit. Vide Tit. Bonum Exemplum &c.

*Crux ſeu adverſitas amanda ex triplici ratione.*

2. *Illi ſtatim relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum. Matth.* 4. Non eſt homo ſub ſole, quem non Deus ardentiſſime ſalvare deſideret; hinc omnibus, ſine exceptione omnibus, jam ab æterno præparavit media, ad ſalutem cuique proficua, prout ipſe promiſit per Oſeam: *Traham vos in funiculis Adam.* Quinam ſunt hi funiculi Adam? reſpondet S. Gregorius, ſunt proſpera & adverſa! ſicut Parens, cum filii vitia blandimentis corrigere nequit, adhibet verbera: ita Deus, ſi beneficia emendando peccatori non ſufficiant, immittit cruces. (Vide Speranz. Script. ſel. punct. 152. & ſeq.) Igitur crux non eſt exhorreſcenda, quia eſt remedium ſalutis a Deo paratum. Ita omnino eſt! cum itaque habeamus exemplum S. Andreæ Apoſtoli, qui ardentiſſime deſideravit, & amiciſſime ſalutavit, ſtudebo ex animis veſtris auferre nauſeam crucis, & inſtillare illius amorem. Crux non nocet ſed prodeſt, a Deo non irato, ſed ab amante venit. 1. Crux, ſeu adverſitas amanda & deſideranda eſt, quia præſervat a peccato. Cum Abraham profectus eſt in regnum Abimelech, mox Sara illius uxor abrepta eſt in domum regis. Deus autem percuſſit regem morbo gravi, & Medicis ignoto: Cur? ut eum impediret ab injuria Saræ inferenda. Sic Deus hodiedum agit; permittit, ut ille crus, aut brachium frangat, aut oculo privetur; quia melius eſt, debilem vel claudum intrare in regnum cælorum. 2. Crux ſeu adverſitas amanda & deſideranda eſt, quia a peccato commiſſo revocat. Sic filius nequam, qui abiit in regionem longinquam, per famem & inopiam revocatus eſt: ſic mala, quæ nos premunt, ait S. Gregorius, ad Deum ire compellunt. Ipſe etiam Auguſtinus, diu ſecum ipſo luctatus, dum ſtomachi doloribus affligi cœpit, ad Baptiſmum feſtinavit. 3. Crux ſeu adverſitas amanda & deſideranda eſt, quia a peccatis reſiduis purgat. Sicut debitor cum fugit creditorem, a judice ita-



citatur, & ad ſolvendum compellitur: ita peccator tribulatione cogitur, ut offenſo Deo ſatisfaciat. En! ait S. Auguſtinus, Tribulatio videtur pœna & ruina, & eſt Medicina &c. Vide Speranz. punct. 41. &c. Eja! amemus crucem, & ſicut Apoſtoli relictis retibus & patre ſequamur Chriſtum Crucifixum!

*Crux Chriſti dulces reddit omnes adverſitates.*

3. *O Bona crux diu deſiderata! redde me Magiſtro meo, qui per te me redemit. In Vit. S. Andr.* Cum dira fames in terra Galgala populum affligeret, filii Prophetarum juſſu Eliſei in agros egreſſi colocynthidas, aliaſque herbas collegerunt, eaſque conciſas in olla coxerunt. Verum ubi cibum guſtarunt, omni felle amariorem nauſearunt, clamantes: Mors in olla! accedens Eliſeus, & parum farinulæ cibo immiſcens, dulciorem illum omni melle effecit. Cruces & tribulationes mundi ex ſe ſunt amariſſimæ, verum crux Chriſti fuit illa farinula, quæ omnes adeo dulcoravit, ut viſa cruce S. Andreas Apoſtolus cum lætitia exclamarit, O Bona crux, diu deſiderata! & omnes Sancti Martyres cruce magis, quam mundi voluptatibus lætentur. Sed qua de cauſa Crux Chriſti tribulationes mundi adeo dulces reddit? Cauſa triplex! attende, mi Chriſtiane, qui in afflictione triſtitia fere contabeſcis. 1. Crux, ſeu tribulatio dulcis eſt *ad præteritam culpam, quæ remittitur!* peccatum ut offenſa Dei tam enorme crimen eſt, ut pura creatura pro illo Divinæ juſtitiæ ſatisfacere non poſſit! ſolus infernus eſt pœna proportionata delicto. Verum cum crux Chriſti cruces ſeu tribulationes Chriſtianorum pretioſas fecit, totum hoc debitum, ſi cetera non deſint, humili ac patienti tolerantia poteſt expungi. 2. Crux ſeu tribulatio dulcis fit *ad præſentem gratiam quæ immittitur*, & quidem gratiam tam actualem, quam habitualem: actualem, quia non eſt majus ſolatium, quam pati cum Chriſto, ideo omnes ſancti Martyres in tormentis exultarunt: habitualem, quia gratia ſanctificans ſeu amicitia Dei augetur, cujus unicus gradus æſtimabilior eſt, quam ſint omnia regna mundi. 3. Crux ſeu tribulatio dulcis eſt *ad futuram gloriam, quæ promittitur.* Non eſt certius pignus ſalutis, quam participatio dominicæ paſſionis. Olim ad limen portæ cæleſtis interrogabitur. Hi qui ſunt, & unde venerunt? & cum reſpondebitur, hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, mox mandabitur, attollite portas principes veſtras &c. Vide Tit. Adverſitas, Gratia Dei &c.

### In Feſto S. Nicolai Epiſcopi.

*Parentes bonæ educationi prolium invigilent.*

1. S*Erve bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Matth.* 25. Abſurda conſuetudo, ſeu potius corruptela in patria noſtra invaluit, qua hodie perſonatum quemquam Nicolaum habitu Epiſcopali indutum in domos introducunt, qui teneros infantes terrere, examinare, iiſque per famulos ſuos inſaccationis pœnam comminari debet. Mos iſte nullius eſt frugis, quia ſæpe inconditos puerorum clamores, & inter famulos ac famulas domeſticas impudentes rixas poſt ſe trahit. Melius parentes conſulerent prolium educationi, ſi ipſi prudentia, & exemplari vita, pro ſtatus, & officii ſui munere Nicolaum agerent! certe facilius cum tempore a Deo Judice audirent: *Serve bone & fidelis.* Sed quomodo id fieri poteſt. 1. Quoniam teneræ proles parentibus a Deo commiſſæ ſunt, non tantum quoad corpus, ſed etiam quoad animam, tenentur erudire filios in primis fidei principiis; propterea curent illos inſtrui in ſcribendo & legendo: examinent illos de auditis in concione & catecheſi: doceant illos fugere peccata, adorare Deum, & bene meminiſſe, quod non propter vitam hanc temporalem, ſed propter æternam a Deo creati ſint: ſic inſtructi ſunt a parentibus filii Job, Tobias, Eſther, Suſanna, Machabæi, aliique qui hac methodo ad magnam ſanctitatem aſcenderunt, &c. 2. Studeant parentes præire bono exemplo; quia nihil certius, quam quod bono virtutum exemplo filii fiant boni Chriſtiani, malo autem peccatores: nihil eſt ſolennius pueris, cum de incomptis moribus arguuntur, quam dicere, Hoc didici a Patre! Hoc vidi in Matre! Ecce! Mali corvi malum ovum! Si ergo parentes volunt corrigere mores filiorum, prius corrigant ſuos. Et Mater quidem præluceat modeſtia ſine levitate & impudentia, Pater autem manſuetudine, & gravitate, ſine juramentis, & ebrietatibus; alias certe filii ſi errorum ſuorum admoneantur, idem reſpondebunt, quod

quod juvenis cancer, monitus, quod antrorſum non retrorſum incederet, repoſuit: Pater i præ! id eſt, doce prius exemplo, quod jubes verbo. 3. Diligenter attendant parentes, ubi, & cum quibus verſentur filii, nec ſinant illos in domibus alienis circumvagari: aſtutus eſt infernalis inimicus; hac occaſione utitur ad depravandos innocentes. Patriarcha Jacob moriturus magnam anxietatem paſſus eſt, ne forte reus ſit mortis filii ſui Joſeph, quia miſit illum in campum ad fratres, quos tamen illi inviſos ſciverat: O quantam habebant anxietatem parentes ob peccata filiorum, quos tota die hinc inde vagari ſinunt, etiam ibi, ubi nihil boni ſperare poſſunt, &c. (Vide Tit. Parentes) Hæc puncta obſervate Parentes, & pro bona educatione filiorum non opus habebitis ſpectris comicis, &c.

*Peccata omiſſionis non minus periculoſa quam commiſſionis.*

2. *Vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Matth. 25.* Duo ſunt armaturæ genera, quibus hoſtilis exercitus munitam civitatem expugnare ſolet, unum tumultuoſum, quando tormentorum vi propugnacula ſternuntur, alterum ſubdolum & occultum, quando cuniculis fundamenta mœnium ſubtus terram ſuffodiuntur, neſcio, quodnam ex utroque obſeſſæ urbi ſit pernicioſius. Talis differentia eſt inter peccata commiſſionis & omiſſionis! prima illa, v. g. furta, adulteria, homicidia publice perſtrepunt, & populum grandi ſcandalo offendunt: iſta autem laneo pede ſilenter incedunt, & tamen non minorem animarum ſtragem cauſant, quam illa. Cavete, Dilectiſſimi, a peccatis omiſſionis, propter quæ forſan plures damnantur, quam propter peccata commiſſionis! Vultis, ut probem, quod ajo? 1. Dupliciter peccato omiſſionis delinqui poteſt, contra caritatem, & contra juſtitiam: contra caritatem peccatur, cum ignorantibus, errantibus, inopibus, & miſeris in gravi neceſſitate non ſuccurritur, atque hac de culpa periiſſe videtur dives Epulo, qui Lazarum famelicum non pavit. Contra juſtitiam peccatur, cum ſtatus, & officii obligationes negliguntur; & ſic hodiernus ſervus in carcerem conjectus eſt, quia talentum ſibi concreditum in terram defodit, nullumque cum illo lucrum fecit. 2. Sic continget cum tempore parentibus, qui in cura & educatione prolium negligentes, cauſa fuerunt, quod illi in tenera jam ætate in vitia declinarint, & pravos habitus contraxerint, in adulta ætate non corrigendos. 3. Sic punientur Præſides communitatum, Judices, Magiſtratus, ac Patresfamilias, qui ſua conniventia & negligentia inter ſubditos ac famulos ſcelera, etiam publica crebreſcere permiſerunt, & debita muneris ſui remedia contra non adhibuerunt. Paucis omnia! Illi auctores, qui aſſerunt, numerum reproborum incomparabiliter fore majorem numero Electorum, hujus ſui aſſertionem magis refundunt in peccata omiſſionis, quam commiſſionis! &c. Vide Tit. Peccatum omiſſionis.

*Quomodo Chriſtianus erga Deum, proximum, & ſeipſum habere ſe debeat.*

3. *Ecce, alia quinque ſuperlucratus ſum!* Præcipui, ac maximi momenti doctrina in eo conſiſtit, ut ſciat Chriſtianus, talenta & dona, quibus ex liberalitate Dei fruitur, uſurpare ad Dei gloriam, & animæ ſuæ ſalutem: id certe addiſcet, ſi cordi imprimat monitum S. Apoſtoli Pauli, qui vitæ Chriſtianæ officia in ſobrietate, Juſtitia, & pietate conſtituit: in ſobrietate erga ſeipſum, in juſtitia erga proximum, & in pietate erga Deum. Studeamus aſſequi hanc artem ſpiritualiter diteſcendi, ab exemplo, & monitis S. Nicolai Epiſcopi! 1. Sobrietas ſeu temperantia eſt mundanarum cupiditatum refrænatio, atque ab immoderatis illecebris continentia, quæ maxime Chriſtiano neceſſaria eſt, *quoad ſeipſum*, ut ſibi in edendo, bibendo, & corpus adornando, aliiſque oblectationibus limites ponat. S. Nicolaus ab infantia diebus Mercurii & Veneris a lacte materno abſtinuit, & per omnem vitam, hanc auſteritatem ſacroſanctam habuit. 2. Juſtitia *erga proximum* eſt, cuique ſuum relinquere, & tribuere, neminemque ſive ſubditum, ſive extraneum injuſte gravare, imo omnibus benefacere. S. Nicolaus divitias omnes in egenos diſperſit: inſtitorem monuit, frumentum in urbem fame vexatam convehere: Imperatori Conſtantino præcepit ſententiam revocare, quam in tres tribunos innocentes tulerat. 3. Pietas Chriſtiano convenit *erga Deum*, cujus honorem & obſequium in omnibus promovere laboret. Sic S. Nicolaus pro Eccleſiæ libertate carceres & vincula tulit: In Concilio Nicæno inter trecentos

octo-



octodecim Epiſcopos ſanctitate eminuit, viciſſim a Deo innumeris miraculis decoratus, &c. Vide S. Franc. Saleſii Directiones part. 2. cap. 2.

In feſto Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ.

*Tria remedia contra peccatum laſciviæ.*

1. N*unc ergo filii audite me, beati qui cuſtodiunt vias meas. Proverb. 8.* Infidum nimis & inimicum eſt mare, atque millenis pereundi periculis obnoxium; ideo Navarchi peritiores in locis, ubi ſcopuli, ſyrtes & brevia ſub aquis deliteſcunt, vel ubi navigia infelici naufragio ſubmerſa ſunt, columnas erexerunt, quarum aſpectu navigantes deterriti procul hæc diſcrimina declinare, & ſe, ſuaque exitio ſubducere diſcant. Hic Mundus immundus periculoſior, magiſque infidus eſt mari, atque quotidianis innocentiæ naufragiis infamis, præſertim ob vitium carnis, quod præ ceteris tam effræni impudentia inſoleſcit, ut ajant ſancti Patres, ſi centeni homines æternum damnantur, inter hos eſſe nonaginta novem, qui pereunt propter luxuriæ ſcelus. Cum igitur turpiſſimum hoc ſcelus Immaculatæ B. V. Conceptioni vel maxime contrarietur, gratiam apud ſanctiſſimam Dei Matrem me initurum ſpero, ſi columnas erigam, id eſt, remedia ſuggeram ad declinandum, ſuperandumque exitiale hoc malum! O Deus, da efficaciam verbis! 1. Efficaciſſimum ante omnia remedium contra laſciviam eſt Timor Domini, qui eſt initium ſapientiæ. Verebar omnia opera mea, ajebat Job, ſciens quia peccatori non parcis! cum ergo impudentiſſimum crimen ex una parte coram oculis Dei omnia videntis committitur, ex altera parte judicia Dei ſint inſcrutabilia, metue, mi Chriſtiane, ne derepente, cum nihil minus putaveris, illuc abripiaris, quo multi tui ſimiles abſque miſericordia abrepti ſunt, & hodiedum in inferno ardent. 2. Alterum remedium eſt mortificatio paſſionum, fuga familiaritatis & ebrietatis: ſcimus, Patriarcham Lot viſo Sodomæ, & Gomorrhæ incendio territum ac tremefactum, ubi fugitivus in montem aſcendit, & ibi liberius vino indulſit, etiam cum filiabus ſuis impudentiſſime converſatum eſſe. 3. Tertium remedium eſt modeſtia tam externa quam interna: externa, qua refrænantur oculi, & ſenſus corporis; unicus aſpectus Davidem adulterum fecit. Interna, qua primis impudentiæ initiis nec locus, nec ſpatium datur. Lapis a fulmine excuſſus duriſſimus eſt, & muros penetrat, cum tamen initio non niſi levis vapor fuerit. Sic ſucceſſive creſcit, & indureſcit malum, quod hodie ſuperatu facile eſt, tandem ſit incorrigibile, &c. His remediis utere, mi Chriſtiane, iiſque adjunge quotidianam devotionem erga Immaculatam Conceptionem B. V. Mariæ, cogitans, ſi illibatam amore Virginis caſtimoniam ſervavero, ero quondam conſors illius gloriæ! S. Oringa Virgo hodierno feſto vidit, audivitque inſignem jubilum ac triumphum in cælis, ſimulque promiſſionem accepit ab Angelo, quod, ſi caſte viveret, hujus triumphi particeps futura ſit. Dic tibi ipſi, egone pro turpi voluptatula hanc gloriam vendam? Vide Roſsignol. cent. 2. part. 2. Mir. 26.

*Peccatum carnis damnabile in ſuis effectibus.*

2. *Audite diſciplinam, & eſtote ſapientes, & nolite abjicere eam. Prov. 8.* Quamvis humana mens inſtabilis, & omni arundine ad quemvis ventum mobilior ſit: tamen, opitulante Dei gratia, per ſancta virtutum principia, omni cedro magis firmari, & imperturbabilis, atque inexpugnabilis fieri poteſt. Talia principia pro conſervanda virtute caſtitatis ſunt ſeria, & ſæpius iterata conſideratio, quantum hæc Virtus a Chriſto Domino, quantum ab Immaculata Dei Matre, quantum a Sanctis Angelis Cuſtodibus, quantum a beatis Dei famulis ametur, & æſtimetur (Vide Tit. Caſtitas) & denique quam turpe & pernicioſum ſit vitium huic virtuti oppoſitum. Nos prætermiſsis, aut in aliam occaſionem reſervatis prioribus membris, hoc ultimum conſideremus. Deus mundas animas in ſua munditie conſervet, & immundas mundet, ac emendet! Peccatum, ut nauſeam, & odium in animo cauſet, non ſolum in ſe, ſed & in ſuis effectibus ſeu filiabus conſiderari debet, quæ plerumque ipſa matre ſunt pernicioſiores. Primus infelix effectus, quem vitium carnis poſt ſe trahit, eſt cæcitas mentis, qua cæleſtia omnia, & ipſæ etiam fidei veritates vel oblivioni dantur, vel parum curantur, dicente S. Paulo: *Radix omnium malorum eſt cupiditas* (ſpurcæ voluptatis) *quam quidam appetentes erraverunt a fide.* En! luxuria

non

non tantum voluntatem depravat, ſed etiam intellectum excæcat. ( Vide P. Segneri Manna an. 30. Mart. n. 2. Et 6. Sept. n. 3. ) Alter effectus luxuriæ eſt Inconſtantia in bono: miſeri hujuſmodi peccatores una die concipiunt mille propoſita, ſed & mille propoſita in una die frangunt, quia omnia agunt præcipiti impetu, nec admittunt reflexiones, quibus ceu frænis animus cohiberi poſſet: ita fit, ut, ſicut homines illi, qui aliquando crus, aut brachium fregerunt, per omnem vitam, præſertim turbida tempeſtate ſentiunt dolorem; ita qui ſemel luxuria lapſus eſt, ſemper ſit imbecillis, præſertim oriente turbine tentationis. Tertius effectus laſciviæ eſt inordinatus amor præſentium, & nauſea, ſeu deſperatio futurorum. Vultur tam pertinaciter cadaveri inhæret, ut potius occidi ſe, quam baculo abigi patiatur: ita luxurioſi libenter cælo renuntiarent, ſi in mundo ſemper ſuis voluptatibus frui poſſent. ( Vide P. Segneri Homo Chr. part. 2. diſc. 10. n. 13. ) Quodſi de morte, de æternitate admonentur, aut morbus prænuntius mortis eos invadit, quid fit! Erubeſco dicere! Dæmones a Chriſto Domino in regione Geraſenorum ex energumenis expulſi, rogarunt, ut ſibi liceret invadere gregem porcorum. Dedit licentiam Chriſtus! & ecce! Geraſeni ita irritati ſunt, ut Chriſtum rogarint a ſua vicinia recedere. Ita luxurioſi faciunt! malunt Chriſtum perdere, quam porcinas ſuas voluptates. Utinam non haberemus exempla tam inſanæ deſperationis. Vide P. Segneri Hom. Chr. part. 2. Diſc. 1. n. 8. &c.

*Quomodo pie celebrandum feſtum Immaculatæ Conceptionis.*

3. *Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem a Domino.* Prov. 8. Anno 1353. Duaci ampliſſima urbe in Flandria coorto repente incendio totum cœnobium una cum templo in cineres redactum eſt: illud autem mirabile, quod ferox flamma omnia quidem templi altaria conſumpſerit, altare vero cum Imagine B. V. *Immaculatæ Conceptionis* intactum omnino reliquerit, quæ propterea peculiarem exinde venerationem acquiſivit. Quid hoc prodigio aliud nobis in-
*P. Henric. Scherer in Atlant. Mar. Tit. Imag. Belgii.* ſinuat B. V. quam cultum ſuæ Immaculatæ Conceptionis ſibi eſſe gratiſſimum? Quomodo ergo hanc feſtam diem venerari poſſumus? 1. Poſſumus venerari *cogitatione*, nimirum credendo hoc ſanctum myſterium, &c. 2. Poſſumus venerari *Verbo* illud defendendo, laudando, & Deo gratias agendo. 3. Poſſumus venerari *Opere*, vitæ ſanctæ, ab omni macula peccati immunis ſtudio; hunc in finem rogemus B. V. nos a peccato præſervet, primo occaſionis ſubtractione; ſecundo, reſiſtendi data virtute; tertio, pia affectionis ſanitate, prout deſideravit S. Bernardus. Vide P. Lohner Bibl. Tom. 3. in Indice Conc. hoc feſto n. 6. Item P. Hoger Sylva cog. hoc feſto Theſi 6. &c.

## In Feſto S. Thomæ Apoſtoli.

*Dubitationes in fide unde oriantur, & quantum noceant.*

1. NOli eſſe incredulus, ſed fidelis. *Joan.* 20. Sanctus Apoſtolus Thomas revera male egit, dum coapoſtolis ſuis affirmantibus, Chriſtum Dominum a morte redivivum ſibi comparuiſſe non credidit: erant Viri graves a Divino Redemptore tanquam veritatis oracula ad propagandam in orbe fidem deſtinati, & tamen incredulus Thomas eorum auctoritati adeo fidem non habuit, ut perſeverans in ſua infidelitate dixerit: niſi oculis videro, & manibus tetigero, non credam! Male egit, & auſtera illa Divini Magiſtri increpatione ſe dignum reddidit: *Noli eſſe incredulus ſed fidelis!* Verum quid ego in ſanctum hunc Apoſtolum invehor? Dantur hodie innumeri increduli Thomæ, qui articulos fidei adeo in dubium vocant, ut ſibi ipſis nova credendi ſyſtemata pro libitu confingant, non jam hæretici, ſed athei. Quæ cauſa tantæ temeritatis? & quis tandem effectus? Agite! hoc utrumque in præſentiarum diſcutiamus! 1. Inter homines doctos variis ſcientiis excultos raro invenitur ea judicandi temeritas, quam damnamus, illi cæca obedientia norunt voluntatem captivare in obſequium fidei. Qui contra fidem cervicem erigunt, ſunt plerumque mundani naſutuli, vix mediocriter ſcientia tincti, qui dolent libertatem ſuam a præceptis fidei reſtringi in iis, quæ cuperent eſſe licita. Adeoque vita vitioſa ordinarie fomes eſt ad hunc fumum! examinet ſe impurus, an non ita ſit? legem caſtitatis ſibi ſentit moleſtam, ideo incipit credere, eſſe incertam. Præterea venenoſa radix hujus lolii eſt familiaritas cum hæreticis, quorum malitia inſtar contagii in diſcurſibus contrahitur. Fugiendi ſunt iſti cane pejus & angue. ( Vide Tit. Dubitationes in fide, Hæreſis, Hæretici ) 2. Hactenus de origine hujus vitii, jam de peſſimis illius effectibus. Primus eſt obſtinatia impudens, qua Deo volunt præſcribere regulam, quomodo aut quid debeat credendum proponere, eum fere in modum, quo Judæi Chriſto inſultarunt, ſi Filius Dei es, deſcende de cruce, & credemus tibi! Deinde per hanc ſentiendi, aut diſputandi libertatem ſcandalizantur hæretici, ita ut audaciores fiant in cavillandis fidei myſteriis: Moyſes deprecatus eſt legationem ſibi oblatam, dixitque ad Deum: Ecce filii Iſrael non audiunt me, & quomodo audiet Pharao? Parem in modum, ſi non credunt fideles, quomodo credent infideles? &c. Vide Tit. Dubitationes in fide, &c.



*Cur homines juſti nonnunquam in peccata labantur.*

2. *Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum, non credam.* *Joan.* 20. Cum nos miſeri peccatores millenis infirmitatibus obnoxii cum timore & tremore lapſum Sancti Apoſtoli Thomæ, obſtinate ſeſe aſſertioni ſuorum coapoſtolorum opponentis, conſideramus, merito in anxia illa verba erumpimus: Si hoc in viridi, quid in arido? ſi columna cadit, quid arundini metuendum erit? Cur autem Dominus Deus, cujus Providentia pro famulis ſuis ſine fine vigilat, cur lapſum hunc deplorandum permiſit? cur homines juſtos interdum labi permittit? Dabo rationes! 1. Dominus Deus ex immenſo judiciorum ſuorum abyſſo hominem juſtum nonnunquam in peccatum labi permittit, ut in humilitate conſervetur: Elias timuit minas Jezabelis, ut agnoſceret, quid in fortitudine prodigiorum per Deum poſſit, & quid in hac infirmitate per ſeipſum valeat. 2. Juſtus labi permittitur, ut diſcat aliis compati, ſic Petrus in ſupremum Eccleſiæ caput exaltandus, trinæ negationis delicto deſertus eſt, ut ad pietatem inſtitutus, etiam aliis infirmis parcere diſceret. 3. Juſtus labi permittitur, ut alii homines juſti ſemper inter ſpem & metum vivant: ſic Job tentationem vicit, ut ſpem noſtram erigat: & David proſtratus eſt, ut metum incutiat. ( Vide Barz. Serm. 32. n. 50. & ſeq. ) 4. Juſtus labi permittitur, ut tanto majori fervore ad virtutem, & Dei amorem reſurgat. Peccatum illi eſt inſtar fimeti aut ſtercoris, quo ager ſordidatur, ut tanto uberiores fructus ferat, &c. Laudemus immenſam Dei Bonitatem, qui etiam ex malo bonum eruere novit, non noſtris meritis, ſed ſua Miſericordia! &c. Vide Tit. Homo Juſtus, &c.

*Quomodo per pœnitentiam pax animi recuperari poſſit.*

3. *Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & Deus meus.* *Joann.* 20. Quomodo S. Thomas Apoſtolus hoc octiduo, quo peccati infidelitatis reus erat, in corde, & animo ſe habuerit, ego non dixero, poterit quilibet peccator, qui Divinæ offenſæ reatum expertus eſt, id ſibi melius imaginari. Luctuoſiſſimus peccati effectus eſt conſcientia lancinans, pungit ut ſpina, mordet ut coluber, latrat ut canis, imo tumultuoſum mare eſt, quod omnia flumina, quæ in illud infunduntur, amara facit; hinc triſtitia, anxietas, metus, puſillanimitas, & nonnumquam deſperatio. Miſer peccator incaſſum agis, non potes ſperare quietem, niſi ad Deum tuum, quem deſeruiſti, per veram pœnitentiam & converſionem revertaris. Sed quomodo fieri poteſt vera converſio? Imitemur exemplum S. Thomæ Apoſtoli! Poſtquam elapſo octiduo Chriſtus Dominus, januis clauſis rediit ad Diſcipulos, & conſcientiæ illius tenebras per felicem illam benedictionem diſſipavit: *Pax vobis!* 1. Ille ad pedes Divini Redemptoris proſtratos agnovit, & deprecatus eſt errorem, ſumma cum humilitate & fide. Ita initium converſionis a peccatore fieri debet cum humillima fide, qua obedientiſſime credit veritatibus a Deo revelatis, & per Apoſtolos promulgatis ſine omni hæſitatione. ( Vide Tit. Fides, Myſteria Fidei. ) 2. S. Thomas cum immenſa confidentia ſe projecit ad pedes JESU, clamans: Dominus meus, & Deus meus! Ita peccator pœnitens, toto corde ad Divinum Redemptorem dicere debet: Tu es Dominus meus, ego ſervus tuus, Tu Deus meus, ego creatura tua! atque ex hac confeſſione concipiat immenſam ſpem, quod Deus poſſit & velit ſibi remittere peccata. ( Vide Tit. Spes, Miſericordia Dei! &c. 3. S. Thomas digitos immiſit in ſancta Vulnera Chriſti. Ita peccator non minus ad hoc aſylum confugiat, præſertim ad Vulnus SS. Cordis! ibi habitet, ibi totam animam ſuam abſcondat! Quæſo cur Crucifixus Deus, qui ſemper multa ac magna pati deſideravit, SS. Vulnus Pectoris primum poſt mor-

mortem ſibi infligi voluit. Nempe, vulnera, quæ vivo corpore recipiuntur, ſunt adhuc ſanabilia, non autem illa, quæ poſt mortem recipiuntur: igitur Miſericors Deus primum poſt mortem vulnerari voluit, ut Vulnus eſſet inſanabile, & conſequenter miſeris peccatoribus ſemper apertum. Huc confuge pœnitens anima! Vide Tit. SS. Vulnera, Vulnus S. Pectoris, Caritas Chriſti, &c.

## In Feſto Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti.

*Stabulum Bethlehemiticum docet nos humilitatem & pœnitentiam.*

1. I*Nvenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepio.* *Luc.* 2. Cum Miſericors Deus humani generis ex originaria labe perditi ruinam reparare, & Divinum ſanguinem in litrum Redemptionis noſtræ fundere decreverit, quæritur, cur ſub ſpecie infantis, & non potius Viri adulti in mundo comparere voluerit? ſic enim prima ſtatim die operi Redemptionis manum admovere, peccatores convertere, innocentes confortare, omnibuſque ſalutis monita dare potuiſſet, id quod de facto ut infans non potuit. Reſpondet S. Bernardus, negatque, id Deum infantem non potuiſſe: *Infans quidem eſt, ſed Verbum infans; cujus ne ipſa quidem infantia tacet.* Necdum loquitur lingua, & quæcunque de eo ac circa eum ſunt, clamant, prædicant, evangelizant. Audiamus, quam nobis lectionem loquantur! 1. Stabulum inauditam, & hactenus ignotam nobis humilitatem prædicat. Quis non obſtupeſcat? Rex cæli & terræ, qui Principum palatia ſibi vindicare, aut cælum in terra condere potuiſſet, dum diverſorium inter homines non invenit, inter pecudes ſeſe abjicit, ut ante omnia primum & maximum Redemptionis obſtaculum, nempe ſuperbiam extirpet; dicit enim S. Gregorius, evidentiſſimum reproborum ſignum eſſe ſuperbiam, & humilitatem electorum, &c. 2. Præſepe duritie ſua & quidem frigidiſſima hyeme mortificationem nobis commendat; quis enim non admiretur, Dominum cæli & terræ, qui manibus ac humeris Angelorum portari dignus eſt, naſcentem jacere in palea, & morientem pendere in ligno; ut diſcamus, corpori non blandiri, ſed illud, quia fomentum eſt ſcelerum, duriuſcule habere, atque illius ſenſuales appetitus, ac paſſiones frænare & reprimere. 3. Vagientis Dei Lacrymæ inculcant nobis fugam, & odium peccati! certus eſto, mi Chriſtiane, jam tum Divinus Infans omnia vitæ tuæ peccata numeravit, ſuper reprobos, quibus nativitatem ſuam & mortem nihil profuturam prævidit, lacrymas triſtitiæ effudit. Electis autem, quos ſecum in cælis æternum regnaturos præſcivit, lacrymis gaudii applauſit. Eheu! de quorum numero eris? &c. 4. Quid denique panni nobis inſinuant? Nihil aliud, quam paupertatem! nempe quia fuerunt attriti, & obſoleti, docent nos perituras mundi divitias contemnere, & ad cæleſtes aſpirare: Et quia nihilominus fuere albi & mundi, docent nos puritatem animi ab omni ſenſuali amore alienam, &c. Vide Speranzam punct. 152.

*Quomodo ſanctiſſimi tres peregrini hoſpitio excipiendi.*

2. *Invenietis infantem pannis involutum & poſitum in præſepio. Luc.* 2. Audite Dilectiſſimi, quid heſterna die mihi acciderit! Neſcio an fuerim ſopitus, aut quomodocunque animo abſorptus, cum ecce! videbatur mihi ad ædium fores venire Vir grandævus, & ſpecie aliquid ſupra humanum referens, habens ſecum aſellum, cui inſignis, & plane cæleſtis pulchritudinis Domina inſidebat. Roganti mihi, quid rerum deſideraret? Repoſuit, rogare ſe hoſpitium! Adverti quod res erat! Agnovi Sanctum Chriſti Nutritium Joſephum, & in jumento Beatiſſimam Dei Matrem, quæ Divinum infantem ſecum brachiis tenebat. Aperui profundiſſima cum reverentia ſanctiſſimis Hoſpitibus fores, imo intimos etiam cordis aditus, & inſuper promiſi, quod Parochianos meos, ſi fors eadem fors ipſis contigerit, inſtruere velim, quomodo decenter hos Hoſpites domi ſuæ recipere, iiſque obſequioſe ſervire ac demereri valeant. Attendite monitis! 1. Sancto Joſepho, quia Faber lignarius eſt, date modica ligna ſeu aſſeres, ex quibus Divino Infanti cunas conficiat. Cunæ ſunt lectica mobilis, qua infantibus ſomnus procuratur. Volo dicere, ante omnia per interceſſionem Sancti Nutritii rogandus eſt JESULUS, ut ad peccata noſtra præterita dulci ſomno oculos claudat, nec illa irato vultu aſpiciat: agenda eſt ſuper his ſeria pœnitentia cum firmiſſimo propoſito! Quod ſi JESULUS dormire incipiat, tunc ſiſtendæ ſunt cunæ, id eſt,

hoc



hoc ipſum propoſitum emendationis immobiliter eſt firmandum. (Vide Tit. Pœnitentia, Propoſitum.) 2. Beatiſſimæ Virgini Matri commodandus eſt puriſſimus lectulus, & telæ lineæ mundiſſimæ, quibus ſanctiſſimum Infantulum involvat. Quid intelligo per telas lineas? intelligo omnimodam conſcientiæ, in cogitatione, verbo, & opere munditiem, ab omni peccato, & a vanitatibus etiam ſæculi prorſus alienam. Quodſi in domo vitiorum ſordities ſit, jurando, procando, conſortia periculoſa & ſuſpecta conſerendo, corrigantur, tollantur, ex ædibus ejiciantur; quia ſumma Divinæ Matris puritas, & ſumma peccati turpitudo ſub eodem tecto non conveniunt. 3. Divino Puſioni coquendum eſt pulmentum (intelligo germanice Ein Mus) reſignando ſe plene in Divinam voluntatem, & dicendo: Domine debeo (Ich muſs) debeo vivere in paupertate! debeo perferre iniquam perſecutionem! debeo ſuſtinere dolores in diuturno morbo! hoc pulmentum gratum & ſapidum erit infanti JESULO! ſi vis, poteris addere cantilenam Parvulo, ſed non aliam præter illam, quam hodie cantarunt Angeli: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus!* id eſt, omnia opera illuc dirigenda, ut exaltetur Dei gloria, & peccata impediantur, & emendentur! Sed quid agendum denique de aſino? De hoc loquar, in die Palmarum! &c. Vide Tit. Conformitas cum Voluntate Divina! &c.

*Sanctiſſimi Peregrini non volunt hoſpitare in corde impuro.*

3. *Non erat eis locus in diverſorio. Luc.* 2. Cur ergo Sanctiſſimis Sponſis cum Divina prole non erat locus in diverſorio? an in urbe Bethlehemitica non dabantur cauponæ ad hoſpitandos peregrinos? Dabantur utique, id quod ſatis indicatur per hederas, & ſigna ante domos pendula! Perluſtremus plateas! 1. En! ibi caupona apud *Pulchrum pavonem*, domus hæc ſicut ceteras ædificio ſuperat, ita intus in hypocauſtis, in abacis, in perizomatis inſolito ſplendore ſuperbit. Hic divertere ſolent magni Domini, qui in curribus & in equis veniunt! verum pauperes non recipiuntur! tranſeundum eſt! 2. En! altera hic caupona vocatur apud *profundum mare*! ſicut enim mare omnia flumina recipit, & nunquam redundat, navigia etiam ingentia cum omnibus divitiis deglutit, & nihil refundit; ita domus hæc deſudat in corradendis opibus, & nunquam ſatiatur, corradit divitias per fas & nefas, ingenti cum avaritia, & nihil reſtituit. Procul hinc! procul Sanctiſſima Trias! 3. En! iterum alia, vocata apud *nigrum Æthiopem*! hic nemo ingreditur utut innocens, qui non anima tenus inſtar Æthiopis niger regrediatur! tota converſatio morum, conſortia, & diſcurſus impudentem laſciviam ſpirant. Procul! procul! hæc dæmonum nigredo non convenit cum candore Angelorum! &c. &c. En! Dilectiſſimi! hac allegoria volo dicere, quod ſanctiſſimi Hoſpites in corde morari non velint, ubi hæc vitia, ſuperbia, avaritia, luxuria regnant! purgandum eſt cor ſeria pœnitentia, alias certe Sanctiſſimi peregrini malunt in ſtabulo cum bove & aſino, quam cum peccatoribus habitare! &c.

## In Feſto S. Stephani Protomartyris.

*Lapides S. Stephani Crux Chriſti dulces fecit.*

1. L*Apides torrentis illi dulces fuerunt. Brev.* Dantur varii lapides: pretioſi, uti ſunt adamantes: amari, ut ſunt lapides ſalis: Victorioſi, ut fuit ille, quo ſtratus eſt Goliath! Glorioſi, ut fuit ille, qui everſa Statua Nabuchodonoſoris excrevit in montem. Sed unde habentur dulces, uti fuerunt hodierni S. Proto-martyris Stephani? Ex torrente Cedron! cur ita? Cum Dei Filius Redemptor noſter ad mortem condemnatus, & crucis trunco onuſtus ex urbe Hieruſalem in montem Calvariæ duceretur, in via a crudeliſſimis lictoribus per torrentem Cedron una cum cruce violenter raptatus eſt, hoc contactu Chriſti & Crucis tam aqua, quam lapides ſanctificati ſunt, ex hoc torrente dein perſecutores S. Stephani collegerunt lapides, quibus S. Proto-martyrem lapidarunt, & ideo illi generoſiſſimo Chriſti athletæ dulces videbantur; quia Crux amariſſimas perſecutiones & tribulationes dulceſcere facit. (Vide Speranz. punct. 53.) 1. Deus oſtendit Moyſi lignum, quo aquas in deſerto dulcoraret: farinula Eliſei ollæ injecta, omnem maſſam dulcem reddidit. (Vide Speranz. punct. 47.) Lignum illud & farinula fuerunt typus & figura ſanctæ crucis; cum ergo figura continet tantam virtutem, quanto majorem habebit figuratum? 2. Sunt nonnulli

nulli

nulli adeo debiles, ut ad umbram crucis expalleſcant, & in vertiginem fere incidant, mæſti, puſillanimes, deſperabundi! cur non balſamum adhibent leniendæ vertigini? quale balſamum? quod e cruce ſtillat, ait S. Bernardus: Non vident balſamum ſuavitatis, quod ſtillat e cruce. 3. Prodigioſa erat virtus Piſcinæ probaticæ in Hieruſalem, cujus aquæ poſt motum Angeli omnes morbos ſanabant: unde hæ aquæ habebant hanc virtutem? ex eo, quia ut putant aliqui auctores, in hac piſcina diu delituit truncus ligneus, ex quo dein fabricata fuit crux Chriſti. ( Vide Menoch. cent. 4. c. 78. ) Si morbos corporis pellere poterat crux necdum ſanctificata per ſanguinem Redemptoris; quanto magis morbis animi mederi poterit crux poſt paſſionem Domini? &c. O mi Chriſtiane, quid luges & lamentaris? attolle oculos in ſanctam crucem! hæc crux confortat martyres, conſolatur mæſtos, roborat morientes! hæc crux olim in agone, & in judicio erit unicum tuum ſolatium! En! cur lapides S. Stephano dulces fuerint! &c.

*De bono perſecutionum.*

2. *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Act. 6.* Admirabilis erat caritas Sancti Proto-martyris, qua pro inimicis ſe lapidantibus Deum orabat: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum! Quid commovere potuit Sanctum ad tam nobilem, generoſamque virtutem? Exemplum Chriſti orantis pro crucifixoribus ſuis, & quia videbat, per hanc lapidationis perſecutionem ſibi viam ad cæleſtem patriam aperiri. S. Gregorius Nyſſenus ait: *Non ignorabat athleta ſe per crudelitatem adverſariam beneficium accipere, quare benigna precatione ſanguinarios compenſat.* Et Euſebius Emiſſenus: *Nec mirum, ſi eis neſcit iraſci, per quos ſibi videt aulam regni cæleſtis aperiri.* ( Vide Barz. Serm. 33. n. 32. & ſeq. Item Speranz. punct. 47. ) En, mi Chriſtiane, quam dulcis nucleus ſub amaro perſecutionis cortice deliteſcat! Quid triſtaris? quid lamentaris? gratia tibi fit & beneficium per perſecutiones, ſi bene uti illis noveris. Audi probationes! 1. Perſecutiones ſunt remedium ad emendanda, aut præcavenda peccata: ſingularis fuit Providentia Dei, quod Samſoni eunti in urbem Tamnata occurrerit in via leo: Quare? penes viam dextrorſum & ſiniſtrorſum erant florentes vineæ, Samſon autem erat Nazaræus, cui interdictum erat vinum: igitur apparuit illi catulus leonis, cum quo pugnare debebat, ne vinceretur tentatione comedendi uvas. Qui perſecutionem patitur, longe induſtrioſius facit ſuum officium, & cohibet ſe a peccatis, &c. 2. Perſecutiones promovent humilitatem, aliaſque virtutes; qui nullam patitur contradictionem. Longe altius cervicem erigit, alioſque deſpicit: cum autem ſuos ſibi errores, & vitia exprobrari audit, infirmitatem ſuam agnoſcere, pacem tenere, & proximum amare diſcit, adeoque perſecutor eſt illi quaſi ſculptor, qui truncum dedolat, ut pulchram ex eo imaginem efformet, &c. 3. Perſecutiones proſunt ad augenda merita juxta illud: *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam.* Joſeph Ægypti Prorex juſſit fratribus ſuis reſtitui pretium, quod pro empto tritico expenderant. Quare? ut compenſaret illis beneficium perſecutionis, ſeu venditionis, quod fuit remedium ſuæ exaltationis, &c. En! mi Chriſtiane, quantum tibi prodeſſe poſſint perſecutiones, ſi velis! &c. Vide Tit. Perſecutiones! Item Barz. Serm. 33.

*De gratia ad vitam Chriſtianam neceſſaria.*

3. *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo. Pſalm. 20.* Fortitudo & conſtantia Martyrum in perſecutionibus & tormentis v. g. reſiſtere tyrannis, carnificum furorem deſpicere, carceres & vulnera perpeti, ac demum vitam, & ſanguinem fundere pro Dei gloria, non eſt humanæ virtutis, ſed gratiæ cæleſtis venientis ex alto, qua ſimul excitatur, & confortatur voluntas Martyris, ut viribus omnibus Dei auxilio cooperetur. Exemplum habemus hodie in primo Martyre S. Stephano, de quo vaticinatus Pſalmiſta ita Deum alloquitur: *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis*, ſupra quæ verba S. Bernardus ait: *Triplex nobis neceſſaria eſt benedictio, præveniens, adjuvans, & conſummans.* Vita vere ac pie Chriſtiana, continuum eſt quaſi martyrium; pugnare contra tentationes, paſſiones ſubjugare, inimicos diligere, percutienti alteram maxillam præbere vix non martyrium eſt! neceſſe eſt igitur, mi Chriſtiane, ut pro triplici hac gratia Deum roges! Prima gratia eſt *Præveniens*, qua voluntas excitatur, & habilitatur, ad pugnandum pro Deo: Hanc habuit S. Stephanus in diſputatione, ubi

non



non poterant Judæi reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui ex eo loquebatur, &c. Altera gratia eſt *Adjuvans*, qua pugnans confortatur, & invincibilis redditur: hanc habuit S. Stephanus, qua heroica caritate pro inimicis rogavit, &c. Tertia eſt gratia *conſummans*, quæ pro palma victorem vocat ad coronam gloriæ. Hanc habuit S. Stephanus, dum in cælo aperto vidit JESUM Filium hominis ſtantem, & quaſi procedentem ad coronandum, &c. Mi Chriſtiane, hanc triplicem gratiam prævenientem, adjuvantem, & conſummantem in hujus vitæ militia a Deo inſtanter exora, ut ſuo tempore pertingas ad coronam, inſtar Stephani, de quo illud: *Poſuiſti Domine ſuper caput ejus coronam de lapide pretioſo. &c.*

In Feſto S. Joannis Apoſtoli.

*Anima æſtimanda propter gratiam & gloriam.*

1. C*Onverſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat JESUS, ſequentem. Joann. 21.* Duas vitas ſibi Divinitus prædicatas vivit fidelis anima, quarum una eſt in tempore peregrinationis, altera in æternitate manſionis ( Vide hodiernum Breviar. 3. Nocturno. ) una in labore, altera in requie, una in via, altera in patria, una in opere actionis, altera in mercede contemplationis: una declinat a malo, & facit bonum, altera nullum habet, a quo declinet malum & magnum habet, quo fruatur bonum: una cum hoſte pugnat, altera ſine hoſte regnat, prout loquitur S. Auguſtinus: Illa, nimirum vita gratiæ ſignificatur per Apoſtolum Petrum, iſta nimirum vita gloriæ ſignificatur per Joannem; unde dicitur illi: *Sequere me!* De iſto autem: *Sic eum volo manere*! Quid ſequitur? Certe hoc, animam eſſe ſumme æſtimandam tum propter vitam gratiæ in præſenti, quam propter vitam gloriæ in futuro. Audiamus utrumque! 1. Anima ſumme æſtimanda, & curanda eſt propter vitam gratiæ in præſenti; quia per hanc fit filia Dei, cujus pulchritudinem Deus ipſe concupiſcit: ſi formarentur tot cæli, quot ſunt arenulæ maris, omnis eorum pulchritudo non poſſet comparari pulchritudini unius animæ. ( Vide Pinamonti conſid. 3. & 9. Item Trauner conc. 7. num. 1. ) 2. Anima ſumme æſtimanda & curanda eſt propter vitam gloriæ in futuro, quia per hanc fit ſponſa Chriſti, & quidem immortalis per omnem æternitatem ( Vide Barz. Ser. 2. §. 7. Et Pinamonti conſid. 12. ) O quantum æſtimavit S. Joannes Apoſtolus humanam animam! cum poſt obitum Domitiani ex Inſula Pathmos Epheſum reverteretur, vidit ibi juvenem corpore, & animo elegantem, cujus curam Epiſcopo recenter ordinato commendavit. Iſte juvenem quidem recepit in domum ſuam, ſed adeo negligenter curam illius habuit, ut juvenis ad prava conſortia, & tandem ad turbam prædonum dilapſus, factus ſit coriphæus & caput latronum. Id ubi S. Joannes poſtliminio Epheſum reverſus inaudiit, altum ingemuit, & egreſſus in ſilvam, ubi vel maxime prædationes fieri percepit, oviculam in lupum converſam non ſine periculo vitæ amico clamore vocavit. Apparuit tandem latro armatus, & vultum ſancti ſui Parentis agnoſcens, erubuit eſſe, qui fuit. Proſtratus in genua cum lacrymis, veniam rogans, a Sancto Apoſtolo in urbem reductus auſteram pœnitentiam egit, &c. Vide Specul. Exemplorum, Verbo Societas, num. 2. &c.

*De vitio curioſitatis, ejuſque damnis.*

2. *Domine, hic autem quid? Dixit ei JESUS, quid ad te? tu me ſequere! Joann. 21.* Mundani homines, pravis habitibus obnoxii, cum in cathedris & ſacris tribunalibus contra gravitatem peccati detonari audiunt, ad hæc monita, tanquam ad tonitru nonnunquam aures arrigunt, & firmiſſimo cum propoſito curſum ſcelerum ad tempus ſiſtunt. Verum quia in radicem mali non indagant, plus non faciunt, quam hortulanus, qui lolium & zizania falce ſolum amputat, ſed non eradicat; brevi enim fiet, ut ſentes & urticæ rurſus e terra ubertim repullulent. Inter ejuſmodi vitiorum radices eſt noxia curioſitas, quam Chriſtus Dominus hodie in Petro improbavit: *Quid ad te? tu me ſequere.* Videamus, quæ mala conſequi poſſint, & ſoleant ex hac animi paſſione, ſequiori ſexui magis quam alteri congenita, niſi frœno prudentiæ & mortificationis coerceatur. Curioſitas hæc triplex eſt, in videndo, in audiendo, & in ſciendo! 1. *Curioſitas in videndo* heu! quanta mala poſt ſe traxit! Terrori nobis ſit Dina Jacobi filia, quæ, ut videret gentilium mulierum veſtitum, ingreſſa eſt urbem Sichem. Sed a Principe urbis viciſſim viſa turpiſſime inhonorata eſt. O quantæ inimicitiæ, bella, rapinæ, incendia, & cædes ſecutæ ſunt ex hac curio-

ſitate Dinæ! ( V. Barz. Serm. 28. n. 16. ) Taceo infelicem David, de quo S. Chryſ. ait: curioſus obtutus radix eſt adulterii, &c. 2. *Curioſitas in audiendo* non minus nocens eſt! S. Hieronymus deplorat, quod multum temporis perdatur per illud, laudare, & detrahere, audire & proloqui: verum minus dolendum foret, niſi præter jacturam temporis graviora mala ſequerentur. Multi in otioſis conſortiis, quia vera non ſemper ſuppetunt, nova fingunt, fabulas narrant, in mores aliorum inquirunt, non ſine irreparabili damno famæ alienæ, &c. 3. *Curioſitas in ſciendo* eadem fere nocumenta parit: Eva in paradiſo, dum pomum vetitum intuita eſt, ſcire cupiebat, quem guſtum, ſaporem, odorem, effectumque haberet hic fructus? & hæc curioſitas infeliciſſimi peccati origo fuit. ( V. Speranz. punct. 114. ) Plinius incendium Veſuvii, Empedocles, incendium Æthnæ exploraturus, uterque periit. Sic curioſitas infortunia corporis & animæ poſt ſe trahit. Vide Menoch. cent. 8. c. 14.

*De ſignis amoris Dei.*

3. *Vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Jeſus, Joan.* 21. Diligere Deum eſt virtus excellentiſſima, ſed viciſſim a Deo diligi eſt excellentiſſima felicitas, quæ hominem beatiorem facit, quam ſceptra & coronæ totius mundi. Unde ergo S. Joannes hanc felicitatem promeruit, quod fuerit præ ceteris Diſcipulis a Chriſto dilectus! Promeruit ex hoc, quod ſincerum ſuum amorem erga Chriſtum evidentibus ſignis probaverit. Quænam ſunt hæc ſigna? Audiamus! Primum ſignum amoris fuit conformitas ſuæ cum Divina voluntate; hinc in ultima cœna caput ſuum cum omnibus potentiis in ſinu Divini Magiſtri depoſuit, ejuſque ſanctiſſimo pectori appreſſit, ut ſic Divini cordis voluntatem quaſi proximiore ſenſu exploraret. Eundem in modum ſtudeat Chriſtianus Dei Voluntati ſe conformare. ( V. Tit. Conformitas cum voluntate Divina ) Alterum ſignum amoris fuit amor proximi, quo animas a Chriſto dilectas ingenti cum zelo ac ſolicitudine curabat, ita, ut præ ceteris dignus fuerit, cujus curæ Beatiſſima Dei Mater poſt mortem Chriſti fuerit demandata. Eundem in modum ſtudeat Chriſtianus diligere proximum. ( Vide Tit. Caritas proximi. ) Tertium ſignum amoris fuit, pati libenter pro Chriſto & cum Chriſto; ideo fugientibus omnibus Diſcipulis ipſe uſque ad mortem Redemptoris cruci adhæſit, &c. Eundem in morem diſcat Chriſtianus libenter pati pro Deo. ( Vide Tit. Patientia ) Et ſic cum triplici hoc ſigno ſuum erga Deum amorem probaverit, ſperet, ſe viciſſim a Deo eſſe amandum, &c.

In Feſto Sanctorum Innocentum.

*Quod filii præmature emoriantur, culpa eſt penes parentes.*

1. H*Erodes iratus occidit omnes pueros in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus. Matth.* 2. Ex hodierno Evangelio ſolvitur illa quæſtio, cur Divina Providentia ſæpe filios in tenera ætate per mortem abripiat, qui Eccleſiæ aut Reipublicæ cum tempore inſigniter prodeſſe potuiſſent? nempe ideo hoc facit, quia prævidet hos filios, ſi ſuperviverent, peſſime pervertendos eſſe. Hac de cauſa permiſit cædem infantum a crudeli Herode peractam; quia ſi pueri iſti ad ætatem adultam perveniſſent, certo cum ceteris in necem Chriſti conſpiraſſent, clamantes, crucifige! crucifige! præſtat illos jugulari, quam fieri interfectores Redemptoris! Hac ipſa de cauſa hodiedum Deus filios parentibus eripit, quia prævidet illos ob malam educationem interituros. Quænam eſt ſua mala educatio? Loquamur de erroribus negativis, ſeu peccatis omiſſionis a parentibus admitti ſolitis! *Primus error*, ſeu negligentia parentum eſt, quod filios a teneris in rebus fidei non inſtruant; quamprimum puer ad diluculum rationis venerit, inſtruendus eſt, quod a Deo creatus, & quem in finem creatus ſit? quod Deum ſemper amare & timere, & ad cælum tendere atque præ omnibus aliis, peccatum fugere debeat, ſic fecit Tobias, admonens filium: *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & cave, ne aliquando peccato conſentias:* hoc aut ſimile documentum a parente filiolo ſupra menſam, aut alias inculcatum profundius hærebit in illius phantaſia, quam decem alia catechiſtarum aut Ludimagiſtrorum, &c. *Secundus error* aut negligentia parentum eſt, quod filios in legendo & ſcribendo erudiri non ſinant, adeoque illos pro omni vitæ tempore infelices reddunt; non enim ſciunt miſeri, quomodo diebus feſtivis utiliter occupare ſe poſſint, non addiſcunt ſolide actus amoris Dei, & contritionis de peccato, adeoque



que dum in intellectu obſtippi & rudes manent, facilius ad inhoneſta dilabuntur, prout docet experientia, &c. *Tertius error*, ſeu negligentia parentum eſt, quod filios tota die extra domum evagari permittant, neque curent, aut attendant, ubi & cum quibus verſentur, adeoque minorem curam habent filiorum, quam pecudum, ſi ſub veſpertino paſtore ad ſtabulum non revertantur. Unde fit, quod inſtigante dæmone miſeri in malos ſocios & peſſima conſortia incidant, atque in tenera ætate addiſcant, quæ ad canam uſque ſenectutem ſcire non debuiſſent. Quæ cauſa eſt, quod pueruli plerumque primævam Baptiſmi innocentiam ultra ſeptennium non conſervent? cauſa eſt hæc incuria parentum. O Deus abripe præcoce morte hos infantes, præſtat illos hodie mori, quam cum tempore una cum parentibus damnari! Vide Tit. Parentes, &c.

*Supra Herodianam malitiam eſt, filios anima tenus occidere.*

2. *Occidit omnes pueros in Bethlehem. Matth.* 2. Herodis latrocinium, quo innocentes puerulos, quaterdecies millenos in circa, ut opinantur Sancti Patres, crudeli morte confecit, omnia mundi ſæcula uſque ad extremum diem deteſtantur. Verum major eſt illorum crudelitas, qui innocentes filios non jam corpore, ſed anima occidunt. Quinam ſunt illi? Sunt multoties ipſi Parentes! Locuti ſumus de peccatis omiſſionis in educatione prolium, loquamur nunc de aliquibus peccatis commiſſionis, quibus filii depravantur. *Primus error*, ſeu peccatum parentum eſt, cum in rebus ſuis, videntibus, aut audientibus filiis incaute agunt, vel cum forte diſſidioſe invicem vivunt, in injurias, aut juramenta mutua effunduntur. Quid fit? Germanorum liberi non loquentur Italice nec Italorum Germanice: ita filii hanc loquelam, & mores parentum ſtatim addiſcunt: Herodias erat effrons & impudens: Quare? Quia Mater talis erat: Quid poterat de adultera Matre diſcere, niſi damnum pudoris, ait S. Ambroſius, &c. *Secundus error*, ſeu peccatum parentum eſt, cum delicta puerorum non tantum non caſtigant, ſed cum riſu, & applauſu diſſimulant: cum filiola ſexennis aut ſeptennis jam vanitati ſe accommodat, aut in verba indecentia erumpit, lætantur parentes, & putant, hoc eſſe indicium generoſæ indolis. Eheu! quantum nocet hæc indulgentia! ſic vitia cum liberis adoleſcunt, & parentes ſe Deo reddunt inviſos: Heli repentino interitu abreptus eſt, quod filios delinquentes non corripuerit. *Tertius error* & peccatum execrabile parentum eſt, cum ipſimet filios ad malum inſtigant, cum pater inſtruit filium, quomodo dexterrime clepere, & longos digitos facere poſſit, cum Mater erudit filiam, quomodo ad vanitatem ſe componere, & ſponſo paratam ſe, blandamque exhibere debeat: De his certe dicendum venit, quod Imperator Auguſtus de Herode infanticida dixit: Mallem eſſe porcus, quam filius Herodis, &c. Vide Tit. Parentes. Item Menochium cent. 10. c. 37.

*Filii ſæpe infelices ex negligentia parentum.*

3. *Occidit multos pueros in Bethlehem, Matth.* 2. Hactenus demonſtratum eſt, etiam inter Chriſtianos dari Herodes infanticidas, non quidem quoad corpus, ſed quoad animam. Superſunt adhuc tres luculenti errores parentum in educatione prolium. *Primus error* eſt, cum filiis neceſſaria quoad victum & veſtitum non procurant; unde miſeri, cum ſcitu & juſſu parentum, mendicatum excurrunt, atque inſidiante dæmone, in peſſimas occaſiones & ſcelera incurrunt: hoc ordinarie fit inter pauperes, qui conjugia ſolum ex fine beſtiis communi quærunt, horum proles, quibus alendis pares non ſunt, plerumque demum in manus carnificis incidunt. Væ Magiſtratibus, qui ejuſmodi conjugiis ſe non opponunt? &c. *Secundus error* eorum eſt, qui filiis ſuperflua omnia ad vanitatem, adeoque etiam pecunias, ſubminiſtrant, quibus cum illi ad comœdias, ad hoſpitia, ad choreas pro libitu excurrere poſſint. Peſſime fecit ille Paterfamilias, qui filio portionem ſubſtantiæ, quam petiit, dedit; ſic enim ille in exteris regionibus libere petulciendo, tandem inter porcos, porcis ſimillimus factus eſt, &c. *Tertius error* parentum eſt, cum filios invitos contra ſuam vocationem ad ſtatum, quem nolunt, vi aut minis compellunt. O *durum Patrem, o ſævum Matrem*, exclamat S. Bernardus. Cui ſuffragatur Doctiſſimus Marchantius inquiens: *Inde in Religione, & clauſtris* ( Dicamus etiam in coactis matrimoniis) *tot infauſta, tot ſcandala, quia plures irrepunt non a Deo vocati, ſed a parentibus intruſi.* O quam longe melius hujuſmodi filii in infantia fuiſſent ab Herode occiſi, quam a parentibus ad infernum promoti. Vide Tit. Parentes, &c.

## In Feſto Circumciſionis Domini.

*Chriſtianus ſeipſum interroget : quis fui? quis ſum? quis ero?*

1. P*oſtquam conſummati ſunt dies octo, vocatum eſt Nomen ejus Jeſus. Luc.* 2. Laudetur provida Sanctæ Matris Eccleſiæ diſpoſitio, qua feſtum Circumciſionis primam anni ineuntis diem conſtituit, ubi Dei Filius Sanctiſſimum Nomen JESU recepit. Ego autem exiſtimo, non male acturum hominem Chriſtianum, ſi hodierna die, primam vitæ ſuæ diem, qua ſub auſpiciis Divini Creatoris in lucem hanc editus, nomen Baptiſmale recepit, ſibi ante oculos ponat. Quid ergo conſiderare poſſum in hac die? Tempus præteritum, tempus præſens, & tempus futurum. Dabo inſtructionem, & modum! 1. Interroga teipſum, *quis fueris?* Ab omni æternitate purum putidum nihilum, ſicut defacto eſt homo nondum genitus, niſi quod ab omni æternitate extiteris in mente Dei. Prævidit jam tum Providiſſimus Deus omnem vitæ tuæ periodum, perpendit opera tua bona, pauca & exigua, numeravit peccata incomparabiliter plura ac graviora, ideo potuiſſet juſtiſſime te relinquere in nihilo, & loco tui creare Angelum, aut hominem ſibi fidelem. Nihilominus miſericordia, & Bonitate ſua motus produxit te in tempore, & quidem in ſancta ſalvifica fide, præ millenis aliis; quos inter barbaros & infideles relegavit, addidit tibi nomen alicujus Sancti, cujus patrocinio frui, & exempla virtutum imitari poſſes, & deberes. 2. Interroga teipſum, *quis modo ſis?* Chriſtianus ſum, inquis! Dic, an talis, qui ſpem, ſeu intentionem Creatoris tui reipſa complevisti? Chriſtianus Chriſtum imitari debet tam agendo, quam patiendo. Agendo quidem, quia quid agere debeas, tibi oſtendit tabula Decalogi, cui ſubſcripſit Deus: qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt, qui diligit me! an amorem tuum & fidelitatem erga Deum demonſtraſti obſervatione mandatorum! O quot tranſgreſſiones & peccata numeras! An forſan patiendo, Deo gratior fuiſti? En! Chriſtus parvulus hodie initium dat ſuæ paſſioni; profundit in aurora aliquot ſanguinis guttulas in pignus, & arrham, quantam ſanguinis pluviam ad veſperam ſit daturus, prout loquitur Bernardus (Vide Speranzam punct. 150.) Quid tu hactenus amore Dei paſſus es? Nonne ad unum verbum aculeatum, ad diem unam eſurialem, ad jacturam unius oboli in furias exardeſcis! O quam merito Deus repetere de te poteſt illa verba: Pœnitet me feciſſe hominem! 3. Interroga teipſum, *quis futurus ſis?* ambulas modo in bivio ad æternitatem ſive beatam, ſive infelicem! aſpice cælum, ibi Chriſtiani tui ſimiles in gloria æternum gaudebunt de omni opere bono, quod amore Dei præſtiterunt, & de omni malo quod amore Dei ſuſtinuerunt! conjice oculos in infernum, ibi damnati inter tormenta & ejulatus ſuſpirant unicam diem, quam tu male perdis! O ſi hanc eſſent obtenturi, quam acerbam, & terribilem pœnitentiam eſſent acturi. Hæc omnia conſidera, delibera, elige! Vide Beneficium Creationis, Homo Chriſtianus, Infernus, &c.

*Quomodo hic felix, novus, annus eſſe debeat?*

2. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo. Luc.* 2. Fervent hodie amicorum vota erga amicos, ubique reſonat aggratulatio: *Felix, novus annus!* idipſum, ne prolixis verborum ambagibus utar, idipſum, inquam, vobis apprecari, ſimulque vos inſtruere cogito, quomodo *Felix*, quomodo *Novus*, & quomodo *Annus* eſſe poſſit. 1. *Felix* erit hic annus, ſi non noſtræ, ſed Divinæ Voluntati in omnibus ſit conformis. Si Deus proſpera nobis dederit v. g. valetudinem, fortunas, amicorum favores, oſculemur beneficam illius manum, & omnia bona in acceptis referamus ſummo Benefactori, a quo bona omnia procedunt. Si Deus adverſa nobis ſubmiſerit, calumnias, infortunia, inopiam, oſculemur etiam punientem manum, & reſignatiſſimo animo accipiamus mala, per quæ Deus nihil aliud intendit, quam bonum noſtrum ſpirituale, & æternum. S. Remigius ob prævisam annonæ caritatem horreum frugibus complevit, quod aliqui avaritiam interpretantes illud ſuccenderunt. Sanctus Vir hac injuria adeo non fuit commotus, ut cum lætitia ſe apud ignem calefecerit. 2. *Novus* erit annus, ſi vitam antiquam ſerio emendantes pœnitentiam de commiſſis agamus, mandata Domini obſervemus, & peccata omni cum ſolicitudine fugiamus! Recedant vetera, canit Angelicus Doctor in hymno, nova ſint omnia, corda, voces, & opera; id eſt, ſancta ſint cogitationes, ſancti diſcurſus, ſanctæ actionum omnium exempla. 3. Annus denique erit, ſi nihil temporis Deo ſubtrahamus! hactenus annum in anno non viximus, ſed vix menſem, aut ſeptimanam! ſi ſubtrahatur, quod ſomno, otio, eſu & potu, deliciis & nugis perdidimus, quantillum temporis de anno ſupererit? Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus, ait Seneca. Deinceps Deo ita vivamus, ut etiam opera neceſſaria per ſanctam intentionem Deo conſecremus, &c. Vide Tit. Intentio Bona.

*Quomodo ſanctiſſimum Nomen Jeſu venerandum, & uſurpandum ſit?*

3. *Vocatum eſt Nomen ejus Jeſus, Luc.* 2. Quid poſſum vobis hodie ſanctius, ſalutarius & utilius pro ſtrenua, ſeu Xenio offerre, quam ſanctiſſimum Nomen Jeſu, in quo omne genu curvetur cæleſtium, terreſtrium & infernorum? hoc ſanctiſſimum Nomen ſolatium eſt in afflictione, robur eſt in periculis, ſcutum eſt contra tentationes, fulmen eſt contra malignos ſpiritus. Quid vultis amplius? Nihil amplius! ſolum in eo hæremus, quomodo, & qua ratione utiliter uſurpanda ſit hæc panacea SS. Nominis? attendite, edocebo! 1. Sanctiſſimum Nomen Jeſu gerendum eſt *in Fronte*, id eſt, in cogitatione, cum reverentia, & confidentia, ut ſemper ſit præſentaneum remedium contra obvias quaſque adverſitates: ſic Chriſtus ipſe in ſpecie pulcherrimi juvenis apparuit S. Edmundo, Nomen Jeſu in fronte gerens, & S. Henricus Suſo illud in ejus feſto, præſertim calendis Januarii cantilenis venerabatur; unde Chriſtus ſub ſpecie amabiliſſimi parvuli illi apparens nomen Henrici in nomen Amandi commutavit. 2. Sanctiſſimum Nomen Jeſu ſemper gerendum *eſt in corde*, ſic poſt martyrium S. Ignatii Epiſcopi in corde ipſius inventum eſt nomen Jeſu, unde nihil cogitare, nihil loqui, nihil amare poterat, quam Jeſum. 3. Sanctiſſimum Nomen Jeſu ſemper gerendum eſt *in ore*, ad morem ſancti Pauli Apoſtoli, cujus abſciſſum caput ter a terra exſiliit, & ter ſimul Nomen Jeſu inclamavit. O! det nobis miſericors Deus, ut in morte, ultima noſtra tria verba ſint ſanctiſſimum Nomen Jeſu, Jeſu, Jeſu! Vide Tit. Nomen Jeſu &c.





## In Feſto Epiphaniæ Domini.

*Hodie Deo offerendum eſt homagium Sacramenti Baptiſmi.*

1. C*Um natus eſſet Jeſus in Bethlehem Judæ, Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam. Matth.* 2. Cum maximus cæli, terræque Dominus, humana ſpecie velatus in hunc mundum deſcendit, ut illius quaſi poſſeſſionem caperet, recte tres Orientis Reges, nomine totius humani generis, ad præſepe Bethlehemiticum adventantes, homagium illi præſtiterunt, & offerendo thus, aurum, & myrrham ſe vaſallos magni hujus Domini humillima cum ſubjectione profeſſi ſunt. Ideo hodiedum ad hujus ſubjectionis exemplum omnes fere Sacri ordines vota ſua Religioſa inſtaurant, & de novo ſe Deo conſecrant. Quid nos agemus in Dei Domini noſtri honorem, & noſtram ſubjectionem? Agite, renovemus homagium in Baptiſmo præſtitum, offerendo præſtantiſſimos virtutum actus, quarum habitus in Sacramento regenerationis nobis infuſi ſunt, thus fidei, myrrham ſpei, & aurum caritatis! ad rem! 1. Offeramus thus fidei in odorem ſuavitatis coram Deo! Quid eſt fides? Eſt ſupernaturalis & firmiſſimus aſſenſus veritatibus revelatis præſtitus propter auctoritatem Dei revelantis. Gratias agamus infinitas Deo Optimo Maximo propter inæſtimabile, & indebitum prorſus beneficium Vocationis ad ſalvificam fidem, rogemus humillime, ut nos in hac ſancta fide uſque ad ultimum vitæ halitum conſervet, promittamus Deo, quod illam non tantum verbo, ſed etiam opere, id eſt, continuo virtutum exercitio profiteri velimus! 2. Offeramus Myrrham Spei! Quid eſt ſpes? Eſt certa exſpectatio æternæ beatitudinis, proveniens ex Dei gratia, & noſtra cooperatione. Exhibeamus Deo hanc virtutem ſub ſpecie myrrhæ, quia non eſt ſine amaritudine, & difficultate, pugnare contra continuas tentationes, rogemus Deum, ut ſemper nobis confortando aſſiſtat, affectus terrenos in cordibus noſtris extinguat, & mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigat. Cooperemur gratiæ Dei, & meritis Chriſti Redemptoris in hunc finem merita noſtra conjungamus. 2. Offeramus Aurum caritatis, illam nempe virtutem præſtantiſſimam, qua diligimus Deum ſuper omnia, proximum vero ſicut nos ipſos! in quo conſiſtit

## In Feſto Circumciſionis Domini.

*Chriſtianus ſeipſum interroget: quis fui? quis ſum? quis ero?*

1. POſtquam *conſummati ſunt dies octo, vocatum eſt Nomen ejus Jeſus. Luc. 2.* Laudetur provida Sanctæ Matris Eccleſiæ diſpoſitio, qua feſtum Circumciſionis primam anni ineuntis diem conſtituit, ubi Dei Filius Sanctiſſimum Nomen JESU recepit. Ego autem exiſtimo, non male acturum hominem Chriſtianum, ſi hodierna die, primam vitæ ſuæ diem, qua ſub auſpiciis Divini Creatoris in lucem hanc editus, nomen Baptiſmale recepit, ſibi ante oculos ponat. Quid ergo conſiderare poſſum in hac die? Tempus præteritum, tempus præſens, & tempus futurum. Dabo inſtructionem, & modum! 1. Interroga teipſum, *quis fueris?* Ab omni æternitate purum putidum nihilum, ſicut defacto eſt homo nondum genitus, niſi quod ab omni æternitate extiteris in mente Dei. Prævidit jam tum Providiſſimus Deus omnem vitæ tuæ periodum, perpendit opera tua bona, pauca & exigua, numeravit peccata incomparabiliter plura ac graviora, ideo potuiſſet juſtiſſime te relinquere in nihilo, & loco tui creare Angelum, aut hominem ſibi fidelem. Nihilominus miſericordia, & Bonitate ſua motus produxit te in tempore, & quidem in ſancta ſalvifica fide, præ millenis aliis; quos inter barbaros & infideles relegavit, addidit tibi nomen alicujus Sancti, cujus patrocinio frui, & exempla virtutum imitari poſſes, & deberes. 2. Interroga teipſum, *quis modo ſis?* Chriſtianus ſum, inquis! Dic, an talis, qui ſpem, ſeu intentionem Creatoris tui reipſa complevisti? Chriſtianus Chriſtum imitari debet tam agendo, quam patiendo. Agendo quidem, quia quid agere debeas, tibi oſtendit tabula Decalogi, cui ſubſcripſit Deus: qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt, qui diligit me! an amorem tuum & fidelitatem erga Deum demonſtraſti obſervatione mandatorum! O quot tranſgreſſiones & peccata numeras! An forſan patiendo, Deo gratior fuiſti? En! Chriſtus parvulus hodie initium dat ſuæ paſſioni; profundit in aurora aliquot ſanguinis guttulas in pignus, & arrham, quantam ſanguinis pluviam ad veſperam ſit daturus, prout loquitur Bernardus (Vide Speranzam punct. 150.) Quid tu hactenus amore Dei paſſus es? Nonne ad unum verbum aculeatum, ad diem unam eſurialem, ad jacturam unius oboli in furias exardeſcis! O quam merito Deus repetere de te poteſt illa verba: Pœnitet me feciſſe hominem! 3. Interroga teipſum, *quis futurus ſis?* ambulas modo in bivio ad æternitatem ſive beatam, ſive infelicem! aſpice cælum, ibi Chriſtiani tui ſimiles in gloria æternum gaudebunt de omni opere bono, quod amore Dei præſtiterunt, & de omni malo quod amore Dei ſuſtinuerunt! conjice oculos in infernum, ibi damnati inter tormenta & ejulatus ſuſpirant unicam diem, quam tu male perdis! O ſi hanc eſſent obtenturi, quam acerbam, & terribilem pœnitentiam eſſent acturi. Hæc omnia conſidera, delibera, elige! Vide Beneficium Creationis, Homo Chriſtianus, Infernus, &c.

*Quomodo hic felix, novus, annus eſſe debeat?*

2. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo. Luc. 2.* Fervent hodie amicorum vota erga amicos, ubique reſonat aggratulatio: *Felix, novus annus!* idipſum, ne prolixis verborum ambagibus utar, idipſum, inquam, vobis apprecari, ſimulque vos inſtruere cogito, quomodo *Felix*, quomodo *Novus*, & quomodo *Annus* eſſe poſſit. 1. *Felix* erit hic annus, ſi non noſtræ, ſed Divinæ Voluntati in omnibus ſit conformis. Si Deus proſpera nobis dederit v. g. valetudinem, fortunas, amicorum favores, oſculemur beneficam illius manum, & omnia bona in acceptis referamus ſummo Benefactori, a quo bona omnia procedunt. Si Deus adverſa nobis ſubmiſerit, calumnias, infortunia, inopiam, oſculemur etiam punientem manum, & reſignatiſſimo animo accipiamus mala, per quæ Deus nihil aliud intendit, quam bonum noſtrum ſpirituale, & æternum. S. Remigius ob prævisam annonæ caritatem horreum frugibus complevit, quod aliqui avaritiam interpretantes illud ſuccenderunt. Sanctus Vir hac injuria adeo non fuit commotus, ut cum lætitia ſe apud ignem calefecerit. 2. *Novus* erit annus, ſi vitam antiquam ſerio emendantes pœnitentiam de commiſſis agamus, mandata Domini obſervemus, & peccata omni cum ſolicitudine fugiamus! Recedant vetera, canit Angelicus Doctor in hymno, nova ſint omnia, corda, voces, & opera; id eſt, ſanctæ ſint cogitationes, ſancti diſcurſus, ſanctæ actionum omnium exempla. 3. *Annus* denique erit, ſi nihil temporis Deo ſubtrahamus! hactenus annum in anno non viximus, ſed vix menſem, aut ſeptimanam! ſi ſubtrahatur, quod ſomno, otio, eſu & potu, deliciis & nugis perdidimus, quantillum temporis de anno ſupererit? Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus, ait Seneca. Deinceps Deo ita vivamus, ut etiam opera neceſſaria per ſanctam intentionem Deo conſecremus, &c. Vide Tit. Intentio Bona.

*Quomodo ſanctiſſimum Nomen Jeſu venerandum, & uſurpandum ſit?*

3. *Vocatum eſt Nomen ejus Jeſus, Luc. 2.* Quid poſſum vobis hodie ſanctius, ſalutarius & utilius pro ſtrenua, ſeu Xenio offerre, quam ſanctiſſimum Nomen Jeſu, in quo omne genu curvetur cæleſtium, terreſtrium & infernorum? hoc ſanctiſſimum Nomen ſolatium eſt in afflictione, robur eſt in periculis, ſcutum eſt contra tentationes, fulmen eſt contra malignos ſpiritus. Quid vultis amplius? Nihil amplius! ſolum in eo hæremus, quomodo, & qua ratione utiliter uſurpanda ſit hæc panacea SS. Nominis? attendite, edocebo! 1. Sanctiſſimum Nomen Jeſu gerendum eſt *in Fronte*, id eſt, in cogitatione, cum reverentia, & confidentia, ut ſemper ſit præſentaneum remedium contra obvias quaſque adverſitates: ſic Chriſtus ipſe in ſpecie pulcherrimi juvenis apparuit S. Edmundo, Nomen Jeſu in fronte gerens, & S. Henricus Suſo illud in ejus feſto, præſertim calendis Januarii cantilenis venerabatur; unde Chriſtus ſub ſpecie amabiliſſimi parvuli illi apparens nomen Henrici in nomen Amandi commutavit. 2. Sanctiſſimum Nomen Jeſu ſemper gerendum *eſt in corde*, ſic poſt martyrium S. Ignatii Epiſcopi in corde ipſius inventum eſt nomen Jeſu, unde nihil cogitare, nihil loqui, nihil amare poterat, quam Jeſum. 3. Sanctiſſimum Nomen Jeſu ſemper gerendum eſt *in ore*, ad morem ſancti Pauli Apoſtoli, cujus abſciſſum caput ter a terra exſiliit, & ter ſimul Nomen Jeſu inclamavit. O! det nobis miſericors Deus, ut in morte, ultima noſtra tria verba ſint ſanctiſſimum Nomen Jeſu, Jeſu, Jeſu! Vide Tit. Nomen Jeſu &c.





## In Feſto Epiphaniæ Domini.

*Hodie Deo offerendum eſt homagium Sacramenti Baptiſmi.*

1. CUm *natus eſſet Jeſus in Bethlehem Judæ, Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam. Matth. 2.* Cum maximus cæli, terræque Dominus, humana ſpecie velatus in hunc mundum deſcendit, ut illius quaſi poſſeſſionem caperet, recte tres Orientis Reges, nomine totius humani generis, ad præſepe Bethlehemiticum adventantes, homagium illi præſtiterunt, & offerendo thus, aurum, & myrrham ſe vaſallos magni hujus Domini humillima cum ſubjectione profeſſi ſunt. Ideo hodiedum ad hujus ſubjectionis exemplum omnes fere Sacri ordines vota ſua Religioſa inſtaurant, & de novo ſe Deo conſecrant. Quid nos agemus in Dei Domini noſtri honorem, & noſtram ſubjectionem? Agite, renovemus homagium in Baptiſmo præſtitum, offerendo præſtantiſſimos virtutum actus, quarum habitus in Sacramento regenerationis nobis infuſi ſunt, thus fidei, myrrham ſpei, & aurum caritatis! ad rem! 1. Offeramus thus fidei in odorem ſuavitatis coram Deo! Quid eſt fides? Eſt ſupernaturalis & firmiſſimus aſſenſus veritatibus revelatis præſtitus propter auctoritatem Dei revelantis. Gratias agamus infinitas Deo Optimo Maximo propter inæſtimabile, & indebitum prorſus beneficium Vocationis ad ſalvificam fidem, rogemus humillime, ut nos in hac ſancta fide uſque ad ultimum vitæ halitum conſervet, promittamus Deo, quod illam non tantum verbo, ſed etiam opere, id eſt, continuo virtutum exercitio profiteri velimus! 2. Offeramus Myrrham Spei! Quid eſt ſpes? Eſt certa exſpectatio æternæ beatitudinis, proveniens ex Dei gratia, & noſtra cooperatione. Exhibeamus Deo hanc virtutem ſub ſpecie myrrhæ, quia non eſt ſine amaritudine, & difficultate, pugnare contra continuas tentationes, rogemus Deum, ut ſemper nobis confortando aſſiſtat, affectus terrenos in cordibus noſtris extinguat, & mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigat. Cooperemur gratiæ Dei, & meritis Chriſti Redemptoris in hunc finem merita noſtra conjungamus. 3. Offeramus Aurum caritatis, illam nempe virtutem præſtantiſſimam, qua diligimus Deum ſuper omnia, proximum vero ſicut nos ipſos! in quo conſiſtit

hac caritas Dei? conſiſtit præcipue in obſervatione mandatorum, & fuga omnis peccati mortalis, ita ut ſimus parati, potius omnia bona tranſitoria, honorem, divitias, & vitam ipſam perdere, quam Deum graviter offendere. En! hæc eſt renovatio homagii Baptiſmalis, credere, ſperare, amare. Vide Flores Doctorum, Verb. Nativitas, n. 1.

*Hodie novum vitæ genus inchoandum, & peccata emendanda ſunt.*

3. *Per aliam viam regreſſi ſunt in regionem ſuam. Matth.* 2. Vetus teſtamentum per quater millenos annos & amplius fuit Lex timoris. Deus non alia facie apparuit, niſi inter fulmina & tonitrua: peccata ſine mora punivit diluviis, incendiis, mortibus repentinis; per Prophetas ſuos vaticinia promulgavit terribilia; hinc miſeri peccatores terroribus perculſi, ad idola, & dæmonis ſimulacra diffugerunt. In nova Lege Deus longe aliam ſcenam aperuit, amoris & manſuetudinis. En! humana carne velatus peregrinos reges, humiles paſtores, ipſosque peccatores ad affatum admittit! Gratulor vobis miſeri peccatores; huc advolate, hic cordis veſtri vulnera aperite, peccata lacrymis deplorate, & ego Dei Nomine vobis veniam & Miſericordiam promitto. Verum, ut non diffitear! Eſt, quod me valde ſolicitum habet. Et quod illud? De ſanctis Regibus, qui Chriſtum adorarunt, dicitur, quod *per aliam viam regreſſi ſint in regionem ſuam*. Ita, mi peccator, ſolicitus ſum, non tam de tuo acceſſu, quam regreſſu! audi S. Chryſoſtomum: *Veniſti per viam fornicationis, ambula per viam caſtitatis; veniſti per viam avaritiæ, ambula per viam eleemoſynæ.* Peccata per pœnitentiam remiſſa non amplius repetenda, ſed emendanda ſunt per contrarias virtutes. &c. Quodſi in priſtinam viam ſcelerum regrediaris, tam ſuperbus quam antea, tam avarus quam antea, tam luxurioſus quam antea, audi quid ſubnectat Chryſoſtomus: *Si autem per viam redieris antiquam, iterum ſub regno vadis Herodis.* Et quid fiet? Manſuetiſſimus Deus, qui nunc in primo adventu peccata tibi miſericorditer remittit, in ſecundo adventu, id eſt, in judicio tanto acerbius vindicabit. Probationem habes manifeſtam in Evangelio! Cum Sancti tres Reges Hieroſolymis quærebant: ubi natus eſt Rex Judæorum? *Turbatus eſt Rex* (Herodes) *& omnis Hieroſolyma cum illo!* ſupra quod exclamat S. Aug. *Quid erit tribunal judicantis, quando ſuperbos Reges cunæ terrebant infantis?* Vide Barz. ſerm. 22. n. 8.

*Vitæ hujus peregrinatio ad finem ultimum dirigenda eſt.*

3. *Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam, &c.* Diſceptant & diſcrepant auctores inter ſe, ex qua regione tres Magi Hieroſolymam venerint? aliqui putant, ex Perſide, alii ex Meſopotamia aut Chaldæa, alii denique ex Arabia, quod præ ceteris certius eſt, juxta illud; *Reges Arabum, & Saba dona adducent*. (Vide Menoch. cent. 2. cap. 75.) Sed quidquid de hoc ſit! Ad animæ noſtræ utilitatem conducit, ut in Magorum itinere vitæ noſtræ, quæ mera peregrinatio eſt, periodum, id eſt, terminum a quo, terminum per quem, & terminum ad quem conſiderantes, quid in ſingulis agere, aut fugere debeamus, prudenter decernamus. 1. *Terminus a quo* (prout ſub præſentem conſiderationem venit) eſt cujuſvis ſtatus ſive ſacer ſive profanus, quem homo Deo vocante præ ceteris elegit. In hoc ſtatu caveat homo, ut non ob commodum temporale, ſed unice ad Dei gloriam vivat: Princeps Sichem circumcidit ſe, & tamen poſt circumciſionem interfectus eſt; quia judaiſmum aſſumpſit non propter Deum, ſed propter Dinam Jacobi filiam, ut hanc in uxorem haberet. Qui commoditatem, non ſanctitatem quærit, millies impinget ſine adjumento gratiæ & de ſalute periclitabitur, &c. (Vide Barz. ſerm. 25. n. 3. & ſerm. 39. §. 5.) 2. *Terminus per quem* ſunt creaturæ & utilitates terrenæ, quibus homo in ſtatu ſuo fruitur, uti honores, divitiæ, deliciæ. Has deſpicere, animum ab illis avellere, & neutiquam inhærere debet, &c. (Vide Tit. Honores mundani, Divitiæ &c. 3. *Terminus ad quem* eſt unice Deus, ad quem tanquam finem noſtrum ultimum nati & creati ſumus, &c. (V. Tit. Beatitudo, Finis ultimus &c.) Felix qui hunc ſcopum attingit, infelix, qui a creaturis deceptus ab eo aberrat! &c.

In Feſto S. Sebaſtiani Martyris.

*Quid agendum, ut patrocinium S. Sebaſtiani contra plagas univerſales nobis proſit.*

V*Enerant ut audirent eum & ſanarentur a languoribus ſuis. Luc.* 6. Princeps



ceps Cleoninus, ut ſuos ſubditos ab hoſte obſeſſos confortaret, hoc aſtu uſus eſt: Militem inter medios obſidentes clam miſit, qui ſagittam in urbem jaculabatur, cui inſcripta erant hæc verba: Confortamini, & eſtote fideles, ego Cleoninus in auxilium venio! En! quantum hæc ſagitta obſeſſis civibus profuerit. (Vide Barz. ſerm. 50. n. 5. O Dilectiſſimi! in hac miſera vita obſidemur ab innumeris malis tam corporis quam animæ! rogemus S. Sebaſtianum, ut ſagittas ſuas, quibus Martyr confixus eſt, Deo pro nobis offerat, & audiamus, quid porro noſtrarum partium ſit, ut a malis impendentibus liberemur; 1. Mala corporis, quibus affligimur ſunt bella cruenta, cædes innumeræ, excidia urbium, deprædationes regionum, fames, inopia, & exilia miſerorum, quibus a multis annis miſere devaſtata patria noſtra ingemiſcit, & adhuc terribiliora extimeſcit. Præludia in cælis, in aere, in terra, in elementis, in morbis prorſus incognitis peſſima nobis prænuntiant (Vide Tit. Plagæ Univerſales.) O Sancte Sebaſtiane, tu ſcutum obtende iracundiæ Divinæ! offer pro nobis merita tua, ſagittas tuas! &c. Confidite Dilectiſſimi, Sanctus Martyr erit noſter patronus, & protector potentiſſimus! id unum ex parte noſtra neceſſarium eſt, ut ſanctis ejus precibus cooperemur. Quo modo? per ſeriam pœnitentiam, deteſtando peccata præterita, & præcavendo futura; nimis enim certum eſt, quod temporalia mala omnia cauſentur a peccatis. Vide Tit. Bellum. Item Peccatum &c.

*Peccatum omnium malorum cauſa eſt.*

2. *Audirent eum & ſanarentur a languoribus ſuis. Luc.* 6. Generale eſt artium omnium & totius naturæ principium, non poſſe produci effectum bonum & optabilem, niſi prius contrarii obices removeantur, v. g. loquendo de arte Medica, ut afflicta valetudo reparetur, neceſſe eſt ante omnia, ut vitioſi humores, morborum fomenta, per pharmaca purgantia evacuentur. Pari modo in particulari, nulla civitas, nulla Reſpublica, imo nulla domus privata poterit tranquilla pace, & proſperitate frui, niſi prius malorum omnium fons & origo tollatur, & eliminetur. Quis eſt ille fons & origo malorum? Revera peccatum eſt! ex hac venenoſa radice propullulant mala univerſalia, uti bella, fames, peſtes, & alia, quibus integra regna affliguntur! Audite probationes! 1. Peccatum infelicium bellorum, & cædium cauſa eſt! cum Holofernes Judæorum gentem exſcindere vellet, ſuaſit illi Dux Achior, ut prius exploraret, qua ratione Iſraelitæ ſe cum Deo ſuo haberent; ſcio enim ab experientia, ſi pie vivunt, ſunt invincibiles: ſi vero impii ſint, Deus illos facile tradet inimicis in prædam, eoſque, tanquam vas veneno, aut veſtem peſte infectam abjiciet, &c. (Vide Paciuch. lect. 10. §. 2. & 9.) 2. Bellum & devaſtationes regnorum ordinarie conſequitur fames, quæ eſt calamitatum maxima; per bellum enim & gladium cito conficiuntur homines, ſed per famem lento tormento conficiuntur; hinc innumera conſurgunt ſcelera, dicente Philone: Attritæ frontis eſt egeſtas, nihil pudet, modo vivat. (Vide Tit. Fames, Peccatum.) 3. Cum bella & fames ſævire ceſſarint, ordinarie ſuccedit peſtilentia, terribile malum! Deus Davidem puniturus ſeptennem famem, vel trimeſtre bellum, vel triduanam peſtem minitatus eſt: Ergo videtur, triduanam peſtem eſſe æque grave malum, quam trimeſtre bellum, aut ſeptennem famem, &c. (Vide Mich. a Calvo conc. 12. §. 2. n. 6. Et Barz. ſerm. 68. n. 20.) Cum igitur, Chriſtiani mei, hodie S. Sebaſtianum enixe rogatis, ut contra mala hæc terribilia ſuo patrocinio nos defendat, ante omnia neceſſe eſt, ut peccatum, tanquam radicem totius mali eradicetis! operam dent Superiores, ut tollant publica ſcandala! Operam dent Domini, ut compeſcant impudentiam famulorum! Operam dent Parentes, ut filios retrahant a pravis conſortiis! ceſſent juramenta, ebrietates, choreæ, & alia vitia, & tum demum S. Sebaſtianus non deerit noſtris precibus, ut nos potenter protegat, & temporum tranquillitatem nobis a Deo exoret, &c.

*Quomodo miles Chriſtianus pro Deo pugnare debeat.*

3. *Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. Hebr.* 11. Militia eſt vita hominis ſuper terram! quilibet ergo Chriſtianus eſt miles Chriſti, qui, quam iu ſpirat, pugnare debet contra mundum, carnem & dæmonem! vexillum, ſub quo pugnandum, eſt Sanctiſſima Crux, in qua redempti ſumus! Dominus, pro

quo pugnandum, eſt Divinus Redemptor, ejuſque honor & gloria! merces ſeu palma victoriæ eſt regnum cæleſte & æterna ſalus. Quid autem requiritur ex parte militis Chriſtiani, ut vincat, & triumphet? Audiamus! 1. Requiritur, ut ſit Domino *Fidelis*, veniet quidem mundus, & primo blanditiis, dein ſi hæ non proficiant, terroribus ac minis eum avocare a Domino, & ad partes ſuas trahere conabitur. Verum ille imperturbabili conſtantia firmus ſtet, paratus potius vitam, quam juratam in Baptiſmo fidem perdere! &c. 2. Requiritur, ut ſit convenienter *armatus*, & quidem duplici armatura, ita, ut tam cominus, quam eminus hoſtem oppugnare, & repellere valeat. Infernalis inimicus ſuis tentationibus Chriſtianum militem cominus aggredi ſolet; huic opponat ſcutum fidei, & veritates æternas. Carnem autem ab eminus ſagittis repellat, aut potius fugiat, quam doloſiſſimum hoſtem ſibi propinquare permittat. (Vide Tit. Tentationes.) 3. Requiritur, ut ſit *generoſus* & in quibuſvis periculis imperterritus, adeoque paratus, potius tormenta, vulnera, ipſamque mortem ſuſtinere, quam a mandato Principis vel latum unguem recedere. Talis miles Chriſtianus fuit S. Sebaſtianus, Fideliſſimus Deo, Imperatoris munera & minas deſpexit, ſagittas, mortemque ipſam ſubiit; hinc apparuit illi Chriſtus Dominus, datoque oſculo dicit: Tu perpetuus eris mei palatii cæleſtis Satrapa! tu meæ menſæ perpetuus conviva! tu ſempiternus meæ collega gloriæ. Studeamus, Dilectiſſimi! imitari ſanctum militem, ut fideliter, & generoſe pro Deo pugnantes ac triumphantes, aliquando in morte tam glorioſam promiſſionem audiamus! &c.

## In Feſto Purificationis B. V. Mariæ.

### *Deo offerenda ſunt opera ſupererogatoria.*

1. **P***oſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Joan.* 2. Quid audio hodie? An ergo Beatiſſima, & immaculata Dei Mater Maria Legi purificationis, quæ ſolum pro mulieribus immundis lata eſt, ſe ſubjicit? quid ergo maculæ in ſe habet, quam purificari velit? Nihil habet, reſpondet S. Bernardus: *O Beata Virgo, vere non habes cauſam, nec tibi opus eſt purificatione, quia ſicut ſol gratia plena es.* Cur ergo ut luna defectuoſa inter ceteras mulieres apparere voluit, ut humilitatis virtutem exerceret, & cum Deo liberaliter ageret, non tantum implendo obligatoria, ſed etiam aſcendendo ad voluntaria & ultra. O quam utilis hæc doctrina pro nobis! Diſcutiamus, quam utile & neceſſarium ſit, ut per opera bona liberaliter agamus cum Deo, & pro majori ſecuritate ſalutis, ultra debitum & obligationem theſaurum meritorum majorem colligamus. Procedamus per puncta! 1. Certum eſt, quod bona opera neceſſaria ſint ad ſalutem: ſicut Romani Belliduces, cum triumphos agebant, victos reges & trophæa poſt ſe traxerunt: ita qui in cæleſte capitolium triumphaliter admitti cupit, ſimiliter ſua opera, cruces, & exantlatas pro Deo tribulationes ſecum ducat neceſſe eſt, hinc Chriſtus ait: Qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuam. (Vide Segneri Manna an. 14. Jul. n. 6. item Speranz. punct. 26.) 2. Certum eſt hac de cauſa, quod opera bona in judicio futura ſint unicum ſolatium, ubi velut triticum in area ventilabuntur: *Purgabit aream ſuam!* (Vide Barz. Serm. 31. n. 2.) 3. Certum eſt, hæc opera bona poſſe tota die inter labores & negotia continuari; ſicut in circulo pes unus in medio firmus hæret, altero circumcurrente; ita cor Chriſtiani caritate poteſt eſſe affixum Deo, dum pedes, manus, oculi negotia conficiunt: unica pia oblatio, & aſpiratio hos labores meritorios reddit, ita ut æterna mercede coronentur. (Vide Corn. a Lap. Eccli. 47. v. 10. Item Eccli. 33. v. 24.) 4. Certum eſt, quod homo Chriſtianus his quotidianis non debeat eſſe contentus, ſed interdum ad altiora aſſurgere, monente Apoſtolo: *Sic ambuletis, ut abundetis magis.* Sicut Beatiſſima Virgo ultra debitum Legis ſe humilians purificationem in templo ſubiit: Et Divinus Redemptor, qui uno halitu, aut una ſanguinis guttula hominem redimere potuiſſet, ſanguinem omnem cum vita profudit; ita homo Chriſtianus his exemplis animatus ſupererogatoriis operibus Deum venerari, & adorare debet. Vide Tit. Bona Opera. Item P. Segneri Manna 2. Martii n. 3.

### *Beatiſſimæ Virgini accendendæ candelæ, & commendandæ.*

2. *Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Joan.* 2. In terra ſancta quatuor leucis ab Urbe Hieroſolymitana, oppidum eſt, dictum Ochi,



Ochi, ubi pius Eremita ſpecum incoluit: hic Deiparæ ſtatuam quam ſecum habuit, & pie venerabatur, dum ipſe ſubinde ad ſacra loca viſenda proficiſceretur, cereum accendere, ejuſque curam Deiparæ commendare ſolebat. Et ecce! reverſus domum, cereum ſemper accenſum reperit, nec minima ſui parte conſumptum, prout teſtatur Sophronius. Dilectiſſimi, dum hodie feſtum eſt candelarum, vellem, ut quatuor candelas, quarum uſum Eccleſia ad utilitatem animæ noſtræ admittit, & approbat, in memoriam revocare, eaſque ſemper arſuras ſanctiſſimæ Purificatæ Virgini commendare ſtudeatis. (Sophron. in Prato Spir. c. 180.) Quænam ſunt hæ quatuor candelæ; Percipite! 1. Eſt candela, quæ nobis in Sacramento Baptiſmi in manus tradita eſt, una cum verbis his: Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi Baptiſmum tuum, ſerva Dei mandata! hujus candelæ memoriam ſemper conſerva, mi Chriſtiane, ſemper animo recole, quid Deo ibi promiſeris, obſerva mandata Dei, tentationibus oppone hoc lumen fidei, & ſi forte, quod Deus avertat, peccati nocte extinctum ſit, pœnitens recurre ad Beatiſſimam, rogans, ut illud in te reaccendat, & perpetuo conſervet. (Vide Tit. Patrocinium B. V.) 2. Eſt candela benedicta, quam in tempeſtatibus & tonitruis accendere ſolemus. Hanc, mi Chriſtiane, in periculis & tribulationibus, dum irato Numine, pœnæ peccatorum vindices ingruunt, ſingulariter Beatiſſimæ Virgini commenda, & ſub ejus præſidium confuge, quia eſt refugium peccatorum. (Vide Tit. Patrocinium B. V. in neceſſitatibus temporalibus.) 3. Eſt candela mortualis, quæ agonizantibus in manus traditur: hic ſingulariter roga Beatiſſimam, ut illa nocte triſtitiarum cum tota æternitate luctanti feliciter tibi luceat. Gratulare etiam ſeniculo Simeoni, quod cantum mortualem: *Nunc dimittis Domine &c.* in præſentia Mariæ exorſus ſit; quia non eſt felicior mors, quam in præſentia Deiparæ. (Vide Tit. Patrocinium B. V. in morte & judicio.) 4. Denique ſunt candelæ, quæ poſt mortem pro defunctis accenduntur. Tu Beatiſſimæ humiliter ſupplica, ut dum hæ flammæ piaculares pro te ardent in terris, illa tibi in purgatorii flammis a Divino Filio impetret refrigerium & æternam quietem in cælis. (Vide Tit. Patrocinium B. V. erga animas purgantes, &c.) Id omne ſi impetremus hodie, poſſumus cum Eccleſia in Introitu Miſſæ lætanter cantare: Suſcepimus Deus Miſericordiam tuam in medio templi tui! Maria enim eſt templum Spiritus Sancti, & Mater Miſericordiæ, &c.

### *Omnes hominum ſtatus in templum confugiant ad Jeſum & Mariam.*

3. *Tulerunt illum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum Domino. Joan.* 2. In hodierno Evangelio erudiuntur omnes Chriſtiani, quo refugium ſuum & auxilium quærere debeant, ut obligationibus muneris ſui & ſtatus coram Deo & conſcientia ſatisfaciant. Ita annotat Dionyſius Carthuſianus: *Quoniam hodie in templo facta eſt purificatio a Jeſu, Maria, Joſeph, Simeone, & Anna, decet, ut & nos proceſſionem cum ardentibus cereis inſtituamus.* (Dionyſ. Carthuſ. Ser. 1. de Purif.) Eundem in ſenſum loquitur Richardus, ſuper illa verba: *In Jacob inhabita, in Iſrael hereditare, & in electis meis mitte radices*, ubi ait: Per Jacob intelliguntur conjugati, per Iſrael Viduæ, per Electos Virgines. (Vide Mich. a Calvo conc. 11. §. 3. n. 7.) Nos igitur ſingillatim per omnes procedamus! 1. In Sancto Joſeph conſideremus conjugatos! Quod Principes ac Magiſtratus in tota provincia, id agere iſti tenentur in domibus privatis: quoad ſeipſos tenentur prælucere bono exemplo, quoad filios tenentur illos a pueritia in fide inſtruere, quoad filias abſtrahere a vanitate & luxu, quoad famulos & famulas impedire familiaritates ſuſpectas & peccata, &c. (Vide Tit. Conjugati.) 2. In Sancta Anna conſideremus Viduas; His ſuadet S. Paulus Apoſtolus orationem tanquam ſolatium in omnibus adverſis, quia eſt ſtatus perſecutionis & afflictionis. (V. Tit. Status Vidualis.) 3. In Beatiſſima Virgine Dei Genitrice Maria conſideremus Virgines! quanta modeſtia illæ ſolitudinem amare, conſortia hominum mundanorum fugere, & theſaurum puritatis Deo, & Angelis æſtimabiles conſervare teneantur. (Vide Tit. Caſtitas, Virginitas.) 4. Denique in Simeone conſideremus ætatem ſenilem, & perpendamus, quomodo delicta totius vitæ deplorare, & ad mortem ſe præparare debeat, cantilena illa: Nunc dimittis Domine ſervum tuum &c. Qua ratione autem hi omnes ſuæ obligationi ſatisfacient? ſatisfacient, ſi de præterito dies purgationis obeant, & de futuro aſcendentes in templum Jeſum ſecum habeant! &c.

## In Feſto S. Mathiæ Apoſtoli.

### *Peccatum libere committitur, quia ejus gravitas non cognoſcitur.*

1. J*Ugum meum ſuave eſt, & onus meum leve. Matth.* 11. Superbus Lucifer, ſicut initio ſtatim voluit eſſe ſimilis Altiſſimo, ita hodiedum operum Dei æmulator exiſtit, adeo, ut adagium invaluerit: Non eſt Eccleſia, cui diabolus non adjungit capellam! appropinquat ſacrum tempus jejunii quadrageſimalis, & ecce! diabolus præmittit ferias Saturnales, in quibus petulans juventus tot centuplicat peccata mortalia, quot deinde ſequuntur jejunia! Editur, bibitur, luditur, ſaltatur, & nemo non putat, hoc tempore plus quam alias eſſe licitum, & in Decalogo eſſe diſpenſatum. Clamat Chriſtus invitans, *jugum meum ſuave eſt*, ſed ſubnectit diabolus, *onus meum leve*! pauciores ſunt, qui ſequuntur Mathiam prædicantem, quam Judam peccantem, ſic Chriſtus iterum crucifigitur! quæ cauſa hujus impudentiæ? inter alias illa certe eſt, quia nemo ſatis conſiderat, quam grave, & enorme malum ſit peccatum! Loquamur de gravitate peccati! felicem me, ſi vel unicum poſſem impedire! 1. Peccatum eſt tranſgreſſio Legis, ſumma temeritas & injuria, qua vilis homuncio ſe opponit Divino Legislatori, & creaturam præhabet creatori, minas, ac pœnas Divini Judicis non curat. (V. Barz. Serm. 29. n. 22.) 2. Solum vere malum eſt, quia paupertas, morbi, perſecutiones, quas mundus mala vocat, poſſunt eſſe materia meriti & promotio ad æternam felicitatem: peccatum autem me privat ſummo bono, nimirum Deo. (Vide Barz. Serm. 5. num. 7. & ſeq.) 3. Creſcit malitia peccati ex eo, quod fiat in conſpectu Dei omnia cernentis; & hæc injuria tam ægre dolet Deo, ut vellet, ſi poſſet, cedere ſuam immenſitatem, ne omnia peccata intueri cogeretur. (Vide P. Segneri p. 2. diſc. 1. n. 11.) 4. Et hæc injuria peccati jam longe gravior eſt poſt paſſionem, & mortem Chriſti, quam contemnit: quæſo ſi quis tibi vellet auferre, quod paulo ante caro pretio emiſti, nonne de hac injuria ad judicem provocares? quanta ergo injuria eſt, quod homo ſe Deo, a quo pretioſo ſanguine redemptus eſt, per peccatum velit ſubtrahere? *An neſcitis, quia non eſtis veſtri?* (Vide P. Segneri p. 2. Diſc. 2. n. 19.) 5. Quod autem enorme, & mille infernis digniſſimum, illud eſt, quod peccator, ſaltem virtualiter, Deo velit eripere Divinitatem; nonne enim, dum peccat, vult, ut Deus ſuum peccatum vel non agnoſcat, vel punire non poſſit, vel non velit. Si Deus non agnoſcit peccatum, non eſt omniſcius, ſi punire non poſſet, non eſt omnipotens, ſi punire non velit, non eſt ſanctus, conſequenter nec Deus! En, quod peccare idem ſit, ac velle, Deum non eſſe Deum! Quis non exhorreſcat? V. Tit. Peccatum.

### *In Deo ſolo ponenda fiducia, non in mundo, carne, dæmone.*

2. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Matth.* 11. Evanidi peccatores, qui ſe ſibi, non Deo vivere putant, vario modo dividunt ſua deſideria: aliqui Mundum, ejuſque vanitates ſectantur, alii carnem, ejuſque voluptates amplectuntur, alii denique diabolo promittenti aures animumque præbent. Quam ergo mercedem Mundus, caro, dæmon ſuis amatoribus præbent? Audiamus effatum S. Bernardi: *Mundus clamat, ego deficiam: caro clamat, ego inficiam: diabolus clamat, ego decipiam: Chriſtus vero dicit, ego reficiam!* Operæ pretium eſt, ut trimembri oraculo Melliflui inhæreamus! &c. 1. Sunt vanitatis troſſuli, qui præſentibus mundi nugis inhærentes & de futuris nihil cogitantes, tum demum beatos ſe credunt, cum inter honores & divitias vita longæva fruuntur, & omnia ſua deſideria ac conatus proſpere ad ſua vota ſibi ſuccedere vident. Sed tandem venit dies, & hora, qua hæc omnia, velut ſomnium diſparent, & *Mundus clamat, ego deficiam!* (V. Tit. Mundus.) 2. Sunt Veneris mancipia, quibus nihil cordi eſt, niſi illud, amare & amari, tantoque amoris glutine ſibi cohærent, ut nec monitis, nec minis divelli ſe ſinant: interim, utut mordeat conſcientia, multiplicantur peccata, habitus vitii augetur, ut tandem incorrigibilis fiat, & illi coram mundo infames, atque anima turpiter fœdati coram Deo Judice comparere contremiſcant, tunc *clamat caro, ego inficiam!* (V. Tit. Luxuria.) 3. Sunt increduli, aut incurii, qui viam cæli ſibi ipſis applanant, & duplici beatitudine ſe hic & ibi frui poſſe exiſtimant, dicentes: multa licere, quæ prohibita dicuntur, malitiam peccati non eſſe adeo gravem,



Miſericordiam Dei eſſe longe majorem, Chriſtum non minus mortuum eſſe pro peccatoribus, quam pro juſtis, & quæ ſunt ſimilia. Sed quid in morte? ibi lugent, ejulant, deſperant, & *Diabolus* detracta larva *clamat, ego decipiam*, ſeu potius, ego decepi. (V. Tit. Dæmon.) 4. Quid ergo conſilii? Dilectiſſimi, cauti eſtote contra hos deceptores! Mundus, caro, dæmon ſunt principes tenebrarum, nolite confidere in his principibus! Deſpicite tranſitoria omnia, quæ deſinunt, & ad Deum confugite! ille ſolus eſt veraciſſimus, fideliſſimus, & omni amore digniſſimus, & veniet tempus, quo verificabitur illud: *Chriſtus vero dicit, Ego reficiam, &c.*

### *Jugum Mundi gravius, quam Chriſti.*

3. *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Sine dubio, mi Domine Deus, jugum tuum, ad quod invitas, non cogis, ſuave eſt, quia per caritatem & gratiam tuam mirum quantum leve, ac dulce redditur! Verum id vellem ſcire, an idem famulis ſuis dicere poſſent mundus, caro, dæmon, qui voluptates ſuas, velut alterum cælum extollunt? Videamus! 1. Qui viam ſpatioſam, quæ ducit ad interitum, roſis ſtratam ſaltando & exultando percurrunt, graviori jugo premuntur, quam qui viam arctam mandatorum, ſpinis conſitam inambulant. (V. Barz. Serm. 39. n. 13. & ſeq.) 2. Navarchus ingentem cetum pro inſula habens, deluſus a piſce audire debuit, nihil habeo ſtabile: ita mundus illudit ſuis: propter unum errorem, millena obliviſcitur ſervitia: puer Amalecita in ægritudine deſeritur. 3. Quantis deceptionibus obnoxius eſt amor carnalis? Jacob ſeptem annis ſervit pro Rachele, & dein recipit Liam. Joab putavit Amaſam eſſe optimum amicum, & dein ſub ſpecie amplexus ab illo confoditur. 4. Quid non moleſti patitur ſuperbia? Pambus Monachus videns feminam compte veſtitam flevit, cauſam rogatus repoſuit: fleo, quia tot ac tanta non facio pro Deo, quanta hæc mulier pro vanitate &c. 5. Quid non patiuntur ambitioſi? Amman, dum alii dormiunt, noctu vigilat, nequis ſibi vel de nocte gratiam regis furetur. Duo Aulici apud S. Auguſtinum, deplorant labores ac moleſtias, quas pro amicitia Imperatoris ſufferre debebant, ſubjungentes: Amicus autem Dei, ſi voluero, jam nunc fio! (V. Speranz. punct. 31.) ritis omnibus accedit mala conſcientia, tormentum & crux ſiniſtri latronis. (V. Speranz. punct. 160.) Verbo omnia tot ac tanta ſunt tormenta ac moleſtiæ mundanorum, ut ſi vel dimidiam partem paterentur pro Deo, poſſent Sancti fieri, cum tamen nunc cum omni ſua paſſione vadant ad infernum. Vide Tit. Mundus, premit graviori jugo, quam Chriſtus &c.

## In Feſto S. Joſephi Sponſi B. V. Mariæ.

### *De Sancti Joſephi patrocinio implorando.*

1. I*Te ad Joſeph, & quidquid vobis dixerit, facite.* Fideles ſubditi in ærumnis & afflictione conſtituti, cum ad ipſum regale ſolium comparere non audent, ordinarie ad primarium Aulæ Miniſtrum, meritis & dignitate ſuper ceteros conſpicuum accedunt, eumque cauſæ ſuæ interceſſorem & Patronum coram Throno Regis & Reginæ orant: Talis primarius aulæ Miniſter fuit olim Joſephus Ægyptius, de quo Rex Pharao ſupplicibus ſubditis reſpondere ſolebat: *Ite ad Joſeph!* Nunc autem in lege gratiæ eſt S. Joſephus Jeſus Chriſti nutritius, & Sponſus Virginis Mariæ. Non eſt in cælis Sanctus majoris meriti & dignitatis; igitur, qui in ſuis neceſſitatibus Regi Regum libellum ſupplicem porrigere cogitat, per Sanctum Joſephum Interceſſorem id agat; quia maximi eſt meriti & dignitatis! Audiamus, quomodo! 1. Magnus coram Deo fuit in ſanctitate, & virtute S. Joſephus, quia ſicut Abraham fidelis, David pius, Daniel prudens, Moyſes manſuetus; ita ille in Scripturis dicitur Juſtus, *Joſeph autem cum eſſet juſtus*: Quare hoc prædicato laudatur? Reſpondet S. Hieronymus: *Propter omnium virtutum perfectam poſſeſſionem.* Etenim Divina Providentia illum ex toto humano genere elegit in Sponſum Sanctiſſimæ Dei Matris; cum ergo inter ſponſos primo omnium deſideretur æqualitas, conſectaneum eſt, illum præ ceteris omnibus Intemeratæ Virgini ſanctitate fuiſſe proximiorem. Hanc ſanctitatem magis magiſque excoluit per præſentiam, & conſortium Divini Filii: hunc ulnis geſtare, baſiare, cordi apprimere pro libitu, eique dicere potuit: Filius meus es tu! &c. 2. Magnus coram Deo fuit S. Joſephus dignitate, & officio; quia Dominus conſtituit eum ſuper familiam ſuam, ſuper familiam reve-

revera in toto mundo primariam ac principalem, quæ ordinabatur ad unionem hypoſtaticam, & humani generis redemptionem: *Conſtituit eum ſuæ Matris ſolatium*, ait S. Bernardus, *conſtituit ſuæ carnis nutritium, conſtituit ſolum in terris magni conſilii coadjutorem fidiſſimum, &c.* 3. Magnus fuit coram Deo S. Joſephus in tribulatione, qua ordinarie Deus amicos ſuos probat, eoſque tanto magis amat, quanto magis ſuæ Crucis participes reddit. Etenim triſtitias ingentes & tribulationes paſſus eſt S. Joſeph, dum a Virgine prægnante recedere cogitabat, dum pauperes cunas Divini infantis, ejuſque primam poſt octiduum ſanguinis effuſionem aſpexit: dum infanticidæ tyrannidem fugit, dum denique Jeſum, & in hoc omnia ſe perdidiſſe putabat. Dum igitur S. Joſephus coram Deo tam magnus fuit in ſanctitate, in dignitate, in tribulatione, confidite, Dilectiſſimi, non denegabit vobis Deus gratiam, quam rogatis, ſi S. Joſephi patrocinium, & interceſſionem imploretis! &c.

*3. Joſeph Patronus beatæ mortis.*

2. *Cum eſſet deſponſata Mater Jeſu Maria Joſeph. Matth.* 1. Petat mea pace unuſquiſque ex populo præſenti, petat gratiam a S. Joſepho, quam velit, divitias, honores, valetudinem, vitam longævam & alia! Ego puto, & ſuadeo, ante omnia alia petendam eſſe beatam mortem, quæ eſt gratia gratiarum maxima, & omnium felicitatum coronis. An impetrabimus hanc gratiam? non dubito! S. Joſephus eſt Patronus Bonæ mortis, & ipſe hanc gratiam habuit, quod in morte ſua Jeſum & Mariam habuerit præſentem. Præterea Dei Filius, & Dei Mater ipſi obſtrictiſſimi ſunt, quos non una vice præmaturæ morti eripuit, conſequenter illi, quod rogabit, denegare non poterunt. Audite probationem. 1. Sanctus Joſephus a morte præſervavit Beatiſſimam Virginem; cum enim illam fœcundam intueretur, perplexus & anxius voluit illam deſerere, quo caſu certe Beatiſſima, Viro deſtituta, a Judæis adulterii rea, & lapidata fuiſſet. Verum ab Angelo in ſomno monitus, & altiſſimum incarnationis myſterium edoctus, perrexit officium Sponſi ſuſtinere, & ſic innocentiſſimam Virginem contra mortis ſupplicium protexit, &c. 2. S. Joſephus a morte præſervavit Chriſtum Dei Filium, cum enim crudeliſſimus infanticida, in innocentes puerulos, quorum quatuordecim millia occidiſſe fertur, ſanguinolento gladio graſſaretur, ille Divinum infantem in ulnas ſumpſit, atque cum eo, & ſanctiſſima Matre in Ægyptum profudit, nec inde reverſus eſt, donec extincto Herode pax & tranquillitas rediit, &c. 3. S. Joſephus Chriſtum & Mariam a morte præſervavit, dum illos ſuo labore & ſudore veſtivit, & nutrivit, alias frigore, fame, & rerum omnium inopia interituros, &c. Cum igitur Jeſus & Maria vitam ſuam S. Joſepho debeant, quos contra mortem defendit, non poterunt illi beatæ mortis denegare gratiam, quam pro clientibus ſuis rogabit. Verum, mi Chriſtiane, ex parte tui requiritur, ut cooperceris, Jeſum & Mariam ſemper in corde conſerves, & nullo unquam peccato offendas! &c.

*5. Joſephus Patronus conſervandæ caſtitatis.*

3. *Joſeph autem Vir ejus cum eſſet juſtus. Matth.* 1. Juſtitia, qua Sponſus Virgineus Joſeph, vocatur juſtus, hic dicit complexum omnium virtutum, conſequenter etiam Virginitatis, & caſtimoniæ, quæ virtus eſt prorſus Angelica; Virgines ſequuntur Agnum quocunque ierit, habent nomen Dei in frontibus ſuis, cantant canticum novum coram Deo, amantur præ ceteris a Chriſto, qui in adulta ætate noluit venire in mundum, ut eſſet filius intemeratæ Virginis. Audiamus, quibus remediis nobiliſſima virtus conſervari debeat, quæ rara eſt in terris, & millenis periculis obnoxia. 1. Neceſſe eſt, ut caſtitas prima ſtatim initia impudentiæ averſetur. Joſephus ad primam vocem mulieris exhorruit, pallium reliquit, contagium judicavit, ſi diutius moraretur, &c. 2. Metu & fuga ſe cito ſurripiat; aliter enim cum Goliath, aliter cum Berhſabæa certandum eſt, ibi pugna, hic fuga. 3. Caveat evagationes, familiaritates, & curioſitates: quam infelix fuit Dina Jacobi filia ſua curioſitate! 4. Studeat mortificationi; ſine pœnitentia enim, & aſperitate vitæ, prout S. Carolus Borromæus ſcripſit ad quemdam Cardinalem, impoſſibile eſt ſervare caſtitatem. (Vide Tit. Caſtitas, Virginitas.) Sed quoniam tanta eſt difficultas conſervandæ caſtitatis in hoc ſæculo, ut ajat quidam ex SS. Patribus: Majus eſt miraculum de carne propria triumphare, quam immundum ſpiritum ex corpore alieno expellere, hodie tibi ſuadeo, Innocens Virgo, ut caſtitatem tuam S. Joſepho cuſtodiendam conſignes! pingitur ille cum liliis in manu: lilium habet tres colores, quibus triplex caſtitas Chriſtiani ſignificatur, corporis, animæ, & intentionis. Hanc caſtitatem quotidiana devotione commenda S. Joſepho, &c. Vide Barz. Serm. 25. num. 32.



## In Feſto Annuntiationis B. V. Mariæ.

*Maria perditam gratiam pro nobis invenit.*

1. *Inveniſti gratiam apud Dominum. Luc.* 1. Quanto pretioſius eſt aliquod bonum, tanto majori ſolicitudine & induſtria conſervari, & cuſtodiri ſolet, cum in morem, quo aureus calix majori cum ſecuritate in ciſta ferrea concluditur, quam ſtanneus. Cum igitur Gratia Dei ſit Bonum præſtantiſſimum, utpote ſupernaturale, tranſcendens omnia mundi bona ac dona: inſuper ſuperans omnium Principum favores, ſceptra & coronas; quia eſt participatio Divinitatis juxta illud Petri: *Ut per hæc efficiamini Divinæ conſortes naturæ*, ſine dubio illa præ omnibus regum theſauris, maxima cum ſolicitudine, timore, & amore conſervanda eſt. Quodſi cæleſtis hic theſaurus per peccatum perditus ſit, quid tunc agendum? Dicam, quid agendum! Attendite! Perdere, quod bene notes velim mi Chriſtiane! perdere per peccatum gratiam Divinam, infeliciſſimum infortunium eſt, quod integro lacrymarum mari deplorari haud ſatis poteſt! una enim cum gratia perdidiſti omnium operum bonorum merita hactenus collecta! perdidiſti caritatem & amicitiam Dei, omnibus mundi regnis æſtimabiliorem! perdidiſti jus ad cæli gloriam & animæ ſalutem! perdidiſti filiationem & hereditatem Dei, & deſinis eſſe coheres Chriſti pro te paſſi ac mortui. Sancti Angeli, ſi flere poſſent, amariſſime huic jacturæ ac infortunio illacrymarentur, &c. 2. Sed quid agendum modo, quomodo compenſanda jactura, & recuperandus theſaurus? Agenda eſt pœnitentia, non qualiſcunque, ſed ardua, auſtera, in mille lacrymas effuſa! lugendum eſt, triſtandum eſt, & ſine fine imploranda Miſericordia. Inſuper, ut ſpes tua impetrandæ veniæ magis firmetur, profundiſſima cum humilitate accede ad Miſericordiæ Matrem Mariam, de qua dicit hodiernum Evangelium: *Inveniſti gratiam apud Dominum!* qui rem perditam invenit, tenetur illam reſtituere: roga ergo Dei Genitricem, ut gratiam, quam perdidiſti, interventrix tibi reſtituat. Nec gratis id rogabis; Maria enim dignitatem Divinæ Maternitatis nobis miſeris peccatoribus debet: *Propter peccatores, ſcilicet me, meique ſimiles*, ait S. Anſelmus, *facta eſt Mater Dei*; quia ſi Adamus, & nos in Adamo non peccaſſemus, nec Dei Filius Homo, nec Maria Dei Mater facta fuiſſet. (Vide Speranz. de Paſſ. Dom. punct. 32.) Præterea Mater Dei eſt ditiſſima, quia theſauraria cæleſtium gratiarum, quas pro libitu diſpenſare poteſt. (Vide Speranz. ibid.) Ita ut ajat S. Epiphanius: Donorum antenuptialium nomine Spiritum Sanctum accepit: dotis vero gratia cælum una cum paradiſo: ergo cum ſit ditiſſima & nos pauperrimi, cæleſtes gratias in nos libenter effundet. (Vide Bonherba Dom. 3. Quadr. Sabbat. num. 35.) Ab illa omnes accipiunt, captivus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, Angelus lætitiam, Trinitas gloriam. (Vide Speranz. ubi ſupra.) O Maria refugium peccatorum, miſerere, &c.

*Mariæ nomen efficax contra afflictiones animi.*

2. *Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum. Luc.* 1. Inſolita cæleſtis Paranymphi ſalutatio haud exiguam in animo illibatæ Virginis perplexitatem cauſavit, quia ſanctiſſima prima ſtatim fronte capere non poterat, quomodo intemerata Virginitas, quam Deo voverat, cum Maternitate Divini Filii combinari poſſit. Turbata eſt! mente confuſa eſt! Quid Angelus? ſtatim Nomine illam compellans, hæc verba ſubnexuit: *Ne timeas Maria!* cur non dixit, ne timeas Virgo, ne timeas Dei Mater? quia ſolari illam, & erigere in perturbatione voluit; non enim eſt efficacius remedium contra deſolationes, & anxietates animi Nomine MARIÆ. Agite, veneremur hoc ſanctum Nomen, & conſideremus, quam utile & ſalutare ſit Juſtis, & peccatoribus! 1. Mariæ Nomen hominibus juſtis eſt teſſera ſalutis: Piſces in diluvio non perierunt, quare? quia in mari fuerunt conſervati propter æqualitatem Nominis Mariæ: *Congre-*

gati

*gationes aquarum vocavit Maria!* Vide Barz. ſerm. 82. n. 2. & ſeq.) 2. Mariæ Nomen eſt ſalutare peccatoribus; S. Bernardus audet quinque litteras Mariani Nominis comparare quinque ſacris vulneribus, additque: *Si ingenti peccatorum multitudine turbaris, Mariam invoca, & quietaberis*. (Vide Calamat. Mar. Diſc. 5. f. 84.) 3. Mariæ Nomen potens eſt contra tentationes; in Canticis ſub figura terribilis exercitus proponitur, qui ad pugnam inſtructus hoſtes repellit, ubi Cardinalis Hugo addit: *Ad ejus memoriam dæmones contremiſcunt* (Vide Calamat. Mar. Diſc. 5. f. 85.) Sic in omnibus adverſis Mariæ Nomen potens eſt auxilium. Sed illud maxime advertendum, ut reverenter tractetur, præſertim per æmulationem puritatis. Non ſine myſterio in illo textu dicitur, *Et Nomen Virginis Maria*. Cur non dicitur, Nomen Matris &c. Quia hæc duo ſemper conjungenda ſunt *eſſe Virginem, & vocari Mariam*. Vide Paoletti in feſto Nativ. n. 18. &c.

*Peccatores pro impetranda venia ad Mariam confugiant.*

3. *Inveniſti gratiam apud Dominum. Luc.* 1. Utinam Chriſtiani omnes, & præſertim Chriſtiani peccatores revera agnoſcerent gravitatem peccati mortalis, quo Deus O. M. injurioſiſſime offenditur! In quo ergo offenditur Deus? Ecce, infelix homo, dum peccas, contemnis Legem Dei, contemnis voluntatem Dei præcipientis, contemnis dominium & auctoritatem prohibentis, contemnis Miſericordiam dehortantis, contemnis juſtitiam comminantis. Præterea ſummam ingratitudinem ſpiras erga Deum, cujus ſervitio te totum debes propter Beneficium creationis, conſervationis, & Redemptionis! Vilipendis Paſſionem Dominicam, qua Redemptor tuus vitam, & ſanguinem pro te dedit, atque in ejus injuriam de novo in ſervitutem diaboli, inimici tui crudeliſſimi te redigis! Eheu! enormia mala! quid modo agis? an veniam facile ſperas? Dubito ego! quamvis enim Miſericordia Dei ſit infinita, non tamen infinitæ ſunt miſerationes ejus! Quæris, an ergo deſperabo? Non ita! ſuadeo tibi, ut aſylum quæras apud Miſericordiæ Matrem, quæ eſt refugium peccatorum! ſi contritione, qua decet, maxima ſub illius præſidium confugias, ſpero, non feres repulſam. 1. Quia Maria eſt Inventrix gratiæ: *Inveniſti gratiam!* 2. Quia ipſamet invitat peccatores: *In me gratia omnis viæ, & veritatis, Ego Mater pulchræ dilectionis, timoris, & agnitionis*. 3. Sicut Rebecca non tantum famulo Eliezer, ſed & jumentis illius potum dedit; ita Maria non tantum juſtis, ſed & peccatoribus fontem gratiarum aperit, & ſicut Abigail Davidi aquam dare voluit ad lavandos pedes; ita Maria peccatoribus impetrat aquam lacrymarum. 4. Si dicis, timeo iram Dei offenſi! Confide! hanc etiam placat Maria, & manum cohibet Filii ferire volentis, prout ipſe Chriſtus Dominus faſſus eſt Divæ Birgittæ: *Niſi Matris meæ preces intervenirent, non eſſet ſpes Miſericordiæ!* &c. Huc igitur confuge, miſer peccator, corde contrito, & humiliato patrocinium Dei Matris implora! ſpero, quod tibi futura ſit propitia, uti fuit Theophilo, & aliis peccatoribus! ſed non ſine tua emendatione; deploranda ſunt peccata, fugiendæ occaſiones, tollendæ familiaritates; quia cum Beatiſſima dixit Sanctæ Birgittæ: *Ego ſum Mater peccatorum!* ſtatim ſubjunxit: *Emendare ſe volentium!* V. Tit. Patrocinium. B.V. erga peccatores, &c.

In Feſto S. Georgii Martyris.

*De æſtimatione gratiæ & amicitiæ Dei.*

*Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Jo.* 5. Sicut palmes dependet a vite; ita homo a Deo! vitis communicat palmiti totum ſuum eſſe, ſuccum, folia, fructus: ita Deus confert homini vitam corporis & animæ, animæ cum memoria, intellectu, voluntate & omnibus potentiis: corporis cum viſu, auditu, odoratu, guſtu & omnibus ſenſubus. Quid ſequitur? illud ſequitur, quod ſicut palmes ſe totum debet viti, ita homo ſe Deo, ita ut ejus gratiam, amicitiam ac benevolentiam ſupra omnia bona totius mundi amare & æſtimare debeat. Proſequamur comparationem! 1. Vitis non indiget palmite; ſi abſcindatur, illa ſemper vigorem ſuum retinens alium atque alium progerminare poteſt, palmes autem perit, & nihil retinet priſtini vigoris, nihil eſt, quod illum defendere poſſit contra nimbos, nives & procellas. Ita Deus non indiget homine, nec quidquam boni ab illo recipit. *Quid prodeſt Deo, ſi juſtus fuerit?*



Interrogat Job. Revera Deo nihil prodeſt, perierunt milliones Angelorum, perierunt milliones hominum! & quid Deo defecit? Nihil! in ſeipſo felix eſt infinite, & felix erit in omnem æternitatem. 2. Vitis non tantum in palmites transfundit ſuccum vitalem, ſed illi actu ipſo dat virtutem producendi fructum: ita Deus facit vi gratiæ; dum nobis ineſt, non ſolum tribuit poſſe operari, ſed etiam velle operari fructus vitæ æternæ: unde Chriſtus tanta cum emphaſi hic dixit: *Sine me nihil poteſtis facere*. Quid gloriaris mi Chriſtiane dicens: Ego hanc orationem fudi, ego hanc eleemoſynam diſtribui, ego hunc actum amoris elicui! non eſt ita! Deus in actionibus omnibus tuis, ut ita dicam, ſalvo libero arbitrio & auctor eſt cauſæ, & effectus, &c. 3. Vitis, quamvis ut cauſa principalis uvarum fructus ſibi vindicare poſſit, tamen hujus gloriæ etiam palmitem participem facit; ita amor, quo nos complectitur Deus, vult dona ſua eſſe merita noſtra, cupit illa nobis imputari, ut inde laudem, mercedem, & coronam referamus. Quis non amet gratiam & amicitiam Dei Optimi Maximi, qui dona ſua noſtra facit, ut nos gloria ſua ſibi ſoli debita coronet? &c. Vide P. Segneri Manna an. 7. Octobr. &c.

*Quomodo quilibet Chriſtianus Miles Chriſti eſſe debeat.*

2. *Labora ut bonus miles Chriſti*. 2. *Tim.* 2. Tribus modis poteſt quilibet Chriſtianus dici Miles Chriſti: Primo, quatenus pugnat contra Tyrannos, & hoc ſenſu quilibet Martyrum fuit miles fortiſſimus. Secundo, quatenus pugnat contra errores, ſic milites ſunt Doctores Præcones Verbi Divini, & alii ſimiles, qui ſemper ſunt intenti, ut configant nova hæreſum monſtra contra Eccleſiam conſurgentia. Tertio, quatenus pugnat contra proprias cupiditates, atque adeo contra tres illos hoſtes, mundum, carnem & dæmonem. Credes forſan ex his tribus militiæ generibus ſolum tertium ad te pertinere, quod commune eſt omnibus? Non eſt ita! omnia tria ſunt cuivis propria, etſi non ſemper occaſio in omnibus tribus certandi occurrat. Videamus quomodo? qua ratione? 1. Apoſtolus non dicit: *Certa, ſicut bonus miles Chriſti*, ſed *labora*, quia non ſemper eſt occaſio certandi, ſed ſemper occaſio & neceſſitas laborandi. Boni milites nunquam ſunt otioſi, ſed etiam durante pace ſe exercent ad pugnam. Idipſum Chriſtianus agat: etſi non adſint modo tyranni contra quos vires ſuas oſtentet, debet tamen imitari Martyres ſaltem ſimulacro certaminis. Idcirco firmam ſemper conſervet fidem, quaſi neceſſe foret illam fortiter ſuſtinere coram publico tribunali: aſſueſcat contemnere vitam, quaſi eſſet immolanda pro Chriſto: diſcat mortificare corpus, quaſi nudum debeat exponere carnificum lanienæ. Hoc eſt præludium, quo ſi non pertingas ad martyrium, ſaltem aſpiras, &c. 2. Quamvis nunquam forſan occaſio futura ſit, ut pugnes contra errores, & monſtra hæreſum; nihilominus ut bonus Chriſtianus, quantum fieri poteſt, comparare tibi debes dexteritatem refutandi hæc monſtra, quæ quotidie conſurgunt contra Evangelii veritates. Perpende, quæ dictamina hodie dominentur in ipſis cordibus populi Chriſtiani, ita ut pudor ſit condonare inimicis injuriam, crebro confiteri, ſacram Synaxin frequenter ſumere, & quæ ſunt alia! qua ratione igitur excuſabis, ſi in promptu non habeas ſcientiam ſaltem in his caſibus dejiciendi altitudinem ſe extollentem adverſus ſcientiam Dei, &c. 3. Quamvis Mundus, caro, & dæmon adverſarii noſtri pacem interdum indulgeant, nihilominus excubandum eſt Chriſtiano Militi ad venturum certamen. Solent ſubinde verſuti hi hoſtes ſimulare inducias ad inducendum ſoporem, unde ſi unquam tempus eſt ſtandi magis ſolicitum, illud eſt, quo te putas maxime ſecurum, &c. Vera igitur eſt militaris regula, ita tueri arcem, quaſi exercitus jam ſtaret ad mœnia. *Labora ſicut bonus miles Chriſti!* V. P. Segneri Manna an. 20. Maji, &c.

*Qua ratione oratio efficax fieri debeat?*

3. *Petite & accipietis, quærite & invenietis, pulſate, & aperietur vobis. Luc.* 11. Quamvis Deus in ſe feliciſſimus ſit, ita, ut nullius creaturæ obſequio indigeat; tamen adeo liberalis eſt, ut dona ſua, & divitias petentibus offerat, imo vero nos ipſos ad petendum excitet, inquiens: *Petite, & accipietis*. Cum igitur his diebus publicæ ſupplicationes & orationes in Eccleſia celebrentur, modum orandi, & flectendi Deum, qui ſub ipſis his vocibus continetur, explicabo. 1. *Petite*, ſed humiliter, devote,

voce, attente, ac cunctanter, ſine deproperantia: quamdiu fluvius intra limites alvei conſtrictus placide fluit, limpidas aquas trahit. Cum autem evagatur, factus rapidior, limum & ſordes colligit. Ita oratio. Quodſi illud Petite non ſufficiat ad exorandum Deum. 2. *Quærite*, id eſt, ſocios adhibete Sanctos, qui modum commovendi Deum dudum invenerunt, quales ſunt S. Angelus Cuſtos, Patroni nominis, Patriæ, aut Eccleſiæ, præcipue Sanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ. Proderit & preces conjungere cum aliis fidelibus, quia vis conjuncta fortior. Quodſi Deus necdum exaudiat. 3. *Pulſate*, id eſt, precibus adjungite eleemoſynas, jejunia, mortificationes, aliaque pia opera; in his enim conſiſtit illa importunitas, ſeu improbitas, propter quam amicus etiam noctu ſurget, & dabit amico pulſanti panes neceſſarios, prout aſſerit in parabola Chriſtus, &c.

## In Feſto Aſcenſionis Domini.

*Qui aſcendere vult cum Chriſto, a vitiis immunis ſit.*

1. A*ſſumptus eſt in cælum, & ſedet a dextris Dei. Marc.* 16. Delirat Mundus, dum aliam ſibi viam in cælum quærit præter illam, quam Chriſtus præivit! ſunt, qui ſibi perſuadent, ſe poſſe hic gaudere cum ſæculo & ibi regnare cum Chriſto, & ideo per omnem vitam deliciis, divitiis, & vitiis plena cum voluptate fruuntur, putantes, cum ad mortem ventum fuerit, propter unicum cordis ſuſpirium ſibi portam cæli ad cardines uſque aperiendam eſſe. Falluntur miſeri! Redemptor noſter in his terris commoratus non tantum docuit, quæ credenda ſunt, ſed ſuo etiam exemplo commonſtravit, quæ agenda ſunt! qui ergo Chriſtum in monte Oliveti captum & ligatum, atque in monte Calvariæ vulneratum ac crucifixum fugiunt, qui flagra, ſpinas, crucem nauſeant, fruſtra ſperant, quod hodie Chriſtum aſcendentem comitari poſſint! audiant Auguſtinum clamantem: *Cum Chriſto non aſcendit ſuperbia, non avaritia, non luxuria, nullum vitium noſtrum aſcendit cum medico noſtro.* Operæ pretium eſt, ut huic veritati magis, magiſque aures, & animum demus! 1. Non eſt fere peccatum tam univerſale in mundo, quam ſuperbia: Protoparentes, ut primum audierunt, Eritis ſicut Dii, propter appetitum excellentiæ comederunt de ligno. Ex eo maledicti hujus peccati radicem in poſteros propagarunt; quis enim eſt tam abjectæ mentis, qui ſibi non in ſeipſo complaceat? Neque ſolum hoc vitium adhæret purpuræ, ſed etiam laciniis, eo fere modo, quo ſpicæ, quanto magis ſunt vacuæ, tanto altius caput erigunt. An hi poſſunt cum Chriſto aſcendere in cælum? Abſit! Auguſtinus clamat: *Cum Chriſto non aſcendit ſuperbia.* 2. Poſt ſuperbiam totum fere mundum inficit avaritia: a majori uſque ad minorem omnes avaritiæ ſtudent, ait Jeremias, nimirum agricolæ, mercatores, ſacerdotes (Vide Barz. ſerm. 14. n. 26. Serm. 23. n. 39. ſerm. 71. n. 19. &c.) Nemo quidem vult eſſe avarus, & tamen nihil crebrius, quam aliena bona invidis oculis aſpicere, ſuo non contentum vivere, erga pauperes eſſe auſteros & tenaces! An hi & his ſimiles Chriſtum hodie comitari poterunt! Nihil minus! clamat iterum Auguſtinus: *Cum Chriſto non aſcendit avaritia!* 3. Præter hæc vitia totum mundum conſpurcat luxuria, ita ut hic novo diluvio purgari deberet. Sciant hoc Superiores, Patresfamilias & parentes in liberis & ſubditis ſuis, & tamen dum vident, rident. Nemo eſt qui reſtinguendo impuro incendio operam adhibeat. An hi ſpem concipere poſſunt comitandi Chriſtum? Nihil minus! Iterum clamat Auguſtinus: *Cum Chriſto non aſcendit luxuria!* Vita Chriſti fuit mera Humilitas, paupertas, & ſanctitas, igitur concludit S. Auguſtinus: *Nullum vitium aſcendit cum Medico noſtro!* Prius emendanda ſunt hæc vitia per ſeriam, & auſteram pœnitentiam! Vide Barz. ſerm. 54. §. 2. & ſeq.

S. Aug. ſer. 2. de aſcenſ.

*Ad cælum neceſſarium eſt credere, orare & pati.*

2. *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto ejus? Pſ.* 23. Eo tempore, quo Beatiſſima Virgo, & Dei Mater Maria poſt aſcenſionem Divini Filii ſui in terris ſuperſtes vixit, dicitur ad ſanctum Ignatium Martyrem, ad urbem Meſſanenſem in Sicilia, Florentinam in Italia alioſque populos ſcripſiſſe Epiſtolas, iiſque ſalutis monita dediſſe. Inter alia Florentiam his verbis admonuit: *Tene fidem, inſta orationibus, roborare patientia; his enim æternam ſalutem apud Deum, & apud homines gloriam conſequeris.* (Vide Adamum Weberum in Arte Diſcurrendi fonte 30. Exempl. 4.) Mi Chriſtiane, dum hodie Divinum Redemptorem ad cælum redire vides, certe cum Pſalmographo interrogas, *quis aſcendet in montem Domini?* quid agam, ut aſcendentem ſecure ſequi, & ſalutem conſequi merear? Non poſſum tibi præſcribere vivendi regulas magis ſalutares, quam has ipſas Beatiſſimæ Virginis. Age, attende! 1. *Tene fidem*, ſanctam, & puram illam, quam Chriſtus per Apoſtolos toto orbe propagavit, & Eccleſiæ cuſtodiendam tradidit, & hanc quidem tene conſenſu & obedientia cæca: noli abripi novis ſectarum deliriis, præſertim hoc ſæculo, ubi plena rebellat in rebus fidei ſentiendi libertas &c. (Vide Tit. Peccata contra fidem.) 2. *Inſta Orationibus*; precibus enim aſſiduis expugnatur cælum. Neque opus eſt, ut tota die Roſarium, aut libellum precatorium manu teras; potes enim quotidiana Vocationis tuæ opera per ſanctam intentionem adeo reddere meritoria, ut Deo non minus, quam orationes placeant. (Vide Tit. Oratio, Bona intentio.) 3. *Roborare patientia*; illi enim, qui pie in Domino volunt vivere, perſecutionem patientur! non deerunt afflictiones, calumniæ, injuſtitiæ, inopia, morbi, & alia mala, tu invicta manſuetudine omnia ſuſtine, & cum amariſſima paſſione, ac morte Redemptoris unita, Deo offer ac condona. Vide Tit. Patientia, Adverſitas &c.) Sic verificabitur promiſſio Beatiſſimæ Virginis: *His æternam ſalutem apud Deum conſequeris*, &c.

*Cælum obtinetur agendo, & patiendo.*

3. *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Actor.* 1. Stare, & aſpicere ſurſum, non eſt remedium ſufficiens ad expugnandum cælum! Peregrinus Romam tendens, ſi in itinere ſolum in conſiderandis, & admirandis urbibus, quas pertranſit, morari vellet, Romam non attingeret: ita qui tantum otiari, & ſine ulteriori conatu opera Dei contueri volet, ad Deum non perveniet. Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud! Chriſtianus volens cum Chriſto ad cælos aſcendere, debet eſſe laborioſus & violentus. (Vide Speranz. punct. 78.) In quo conſiſtit hæc violentia? conſiſtit in his duobus principiis, *Bona facere, & Mala pati!* Ita Philo Carpatius. Dilucidemus hanc Veritatem. 1. Homo Chriſtianus pro lucrando cælo *Bona agere debet!* Beatitudo comparatur monti, *quis aſcendet in montem Domini!* & quidem monti ſupremo in vertice montium, prout loquitur Bernardus, quia omnes felicitates continet. Mons autem non ſcanditur ſine conatu, ſine anhelitu, ſine ſudore (Vide Mich. a Calvo conc. 12. §. 1. n. 8.) Qui ſcandere vult in cælum per ſingulos greſſus merita augere, quotidie, & continuo per ſacras intentiones jaculatorias ad Deum aſpirare, & etiam proximo, ubicunque ſe offert occaſio, benefacere debet, &c. 2. Homo Chriſtianus pro lucrando cælo debet *Mala pati!* O! ſi agnoſceret grande meritum, quod coram Deo conſequitur in victoria paſſionum, in tolerantia pacifica injuriæ, in dilectione inimici, certe de omni adverſitate gauderet, & infligenti colaphum manum exoſcularetur, &c. Vide Tit. Patientia, Adverſitas &c. En! ſic connitendum ad cælum, pugnandum, laborandum, ſudandum eſt.

Philo Carp. in de 1. cant.



## In Feſto SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi.

*Chriſtus Dominus eſt nobis via, veritas & vita.*

1. E*Go ſum Via, Veritas & Vita. Jo.* 14. Periti in arte Magiſtri, qui diſcipulos ver. gr. in Muſica inſtruunt, non ſolum legibus & regulis illos imbuunt, ſed practice ipſo exercitio illis præeunt, ut non tantum auribus audiant, ſed etiam oculis videant, quomodo v. gr. in organo pulſando nunc ſtrictim nunc curſim tonos criſpare, & una manu cum altera ad concordiam & menſuram correſpondere debeant. Dominus Deus in Veteri Teſtamento hominibus ſolum regulas ac leges per ſe, vel per Prophetas dedit: in novo autem miſit Filium ſuum, ut in ipſa praxi virtutis exercitium, & ſalutis meritum nos edoceret; hinc dicit de ſeipſo Chriſtus: *Ego ſum Via, veritas & vita*, ſupra quæ verba S. Bernardus ait: *Sequamur Te Domine per te; quia tu es via in exemplo, Veritas in promiſſo, & Vita in præmio.* Explicemus trimembre effatum, ut doceamur ſecure pertingere ad finem noſtræ ſalutis. 1. Chriſtus eſt nobis *Via in Exemplo*: Infinitus hic cæli terræque Dominus, in mundum veniens non ſuprema dignitatum faſtigia, nec regum palatia, ſed ſtabulum pro nativitate, & crucem pro morte elegit, ut doceret nos ama-

S. Bern. ſer. 2. de aſcenſ.

amare manſuetudinem, humilitatem, paupertatem, & mortificationem amare, atque tranſitoria contemnere, & æterna ſectari. *Chriſtianiſmus*, ait Greg. Nyſſenus, *eſt imitatio Divinæ naturæ*, quam omnes Sancti imitati ſunt: S. Catharina Senenſis, cujus feſtum heri celebravimus; cum Chriſtus illi auream & ſpineam coronam obtulit, hanc præ illa elegit, &c. 2. Chriſtus eſt nobis *Veritas in promiſſo*. Quid ergo promiſit? Promiſit aſſiſtentiam & gratiam imitantibus ſe, & æterna quærentibus, atque hæ promiſſiones tam firmæ & infallibiles ſunt, ut etiam in caſibus deſperatis non deficiant. S. Carolus Borromæus monitus ut ceſſaret a reformatione alicujus congregationis propter inſidias mortis, quæ ipſi ſtruerentur, repoſuit: quin imo non ceſſabo, quia cauſam Dei ago! unde meruit ab exploſione ſclopeti manere illæſus. *Jota unum, aut unus apex non præteribit*. (Vide Titul. Spes.) 3. Chriſtus eſt nobis *Vita in præmio*; ideo in hodierno Evangelio fidem ſuam obſtrinxit Apoſtolis: *Vado parare vobis locum, ut ubi ego ſum, & vos ſitis*. Non deerit timentibus ſe, imitantibus ſe, ſperantibus in ſe, & amantibus ſe, ſed illos ut fideles famulos ad æternam retributionem aſſumet ad ſe! *Sequamur te Domine per te*, &c.

*Bona opera noſtra ſæpe defectuoſa.*

2. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet. Joann.* 14. Vernali hoc tempore natura amœniſſime reviviſcit, agri & campi revireſcunt, & præſertim flores in arboribus ad delectationem oculorum ubertim protuberantes, poma & fruges in autumnum magna in copia promittunt. Verum o quot flores per ventos, per pruinas, per vermes & culices emarceſcent, antequam ad fruges matureſcant! Par ratio ſe habet cum piis, ſeu meritoriis operibus, quæ quaſi ſemina ſeu flores ſunt ad colligendas beatæ æternitatis fruges. Sunt laudabilia, ſunt Eccleſiæ utilia, ſunt Deo grata, ſunt a meritis Chriſti dignificata. Verum o quam facile corrumpuntur, & defectuoſa ſiunt, ita ut ad fruges æternæ ſalutis non matureſcant. Inhæreamus huic comparationi; & loquamur de uno vel altero defectu ſingillatim! 1. Flores arborum emarceſcunt, ſi ramus, e quo pendent, exſuccus, aut terra ſterilis reddatur. Ita opus de ſe bonum merito caret, ſi Dei gratia deficiat: Deus primum quinta die benedixit mundo creato: cur non jam antea? Quia antea necdum productæ ſunt creaturæ animatæ: vivere debuit, quod benedictionem Divinam meruit. Ita opera noſtra vivant neceſſe eſt, ſi benedici a Deo mereantur. (Vide Barz. ſerm. 46. num. 22.) 2. Flores arborum decutiuntur per ventum impetuoſum, pruinas, grandines, aut alia extrinſeca mala ſupervenientia; Ita bona opera ſæpe ſuum meritum perdunt ob ſiniſtram intentionem ſupervenientem. Rex Jehu mandatum accepit a Domino, ut familiam Regis Achab funditus extirparet: fecit, quæ juſſus eſt, & tamen iratus poſtea Dominus in has minas erupit: *Viſitabo ſanguinem Jezabel ſuper domum Jehu!* qua de cauſa? quia extirpationem familiæ Achab non tam proſecutus eſt, ut mandatum Dei exequeretur, quam ut ſibi ipſi regnum ſtabiliret &c. 2. Flores arborum decidunt, antequam matureſcant, quia intrinſecus verminant, aut putreſcunt: ita bona opera merito carent, quia ex malo, aut prorſus inani fine procedunt. Gentilis Princeps Sichem ad Judaicam legem tranſiit, & circumcidi ſe paſſus eſt: an amore veræ Religionis? Non ita, ſed amore Dinæ Jacobi filiæ, quam deperibat, &c. Vide Barz. ſerm. 25. n. 30. &c.

*De magnitudine cœleſtis præmii.*

3. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*. Sanctus Symphorianus Adoleſcens, dum in arena Martyrii ſub manibus lictorum contremiſcere & trepidare videretur, a Matre his verbis animatus eſt. Nate ſuſpice cælum, tibi non eripitur vita, ſed in meliorem mutatur! Et ecce! his verbis adeo confortatus eſt juvenis, ut tormenta, vulnera & ipſam mortem cum riſu exceperit. Mi Chriſtiane, quid inordinate conquereris de tribulationibus & ærumnis, quas in mundo pateris? Suſpice cælum, & hic aſpectus mi... m tibi adiiciet fortitudinem pro Deo, pro cælo ferendi acerba omnia! Quæris, quid ergo mihi eſt in cælo? quam mercedem accipiam pro adverſis, quæ patior? Ego ex me par non ſum dandi reſponſionem, ſed indagemus, interrogemus! 1. Quam magna ſit cæli gloria, deſumi poteſt ex hoc viſibili mundo, cujus ex rerum varietate, ordine, proportione, fertilitate, & connexione tanta eſt pulchritudo, ut multi ejus inhabitatione in perpetuum vellent eſſe contenti: & tamen exilium eſt, vallis lacrymarum eſt, domicilium tam bonis quam malis commune eſt. Quid erit palatium cæleſte ſolis Dei amicis præparatum? (Vide P. Segneri par. 2. diſc. 19. n. 4.) 2. Quam magna ſit cæli gloria, teſtantur Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, Virgines, & omnes Sancti, qui immenſos labores, tormenta, pœnitentiæ auſteritates, fletus, jejunia, morbos, ipſamque mortem pro illa exantlarunt. (Vide Tit. Sancti.) 3. Quam magna ſit cæli gloria, deſumitur ex Paſſione Chriſti Domini: nonne ſi videamus Mercatorem, qui omnia venderet, ut emeret margaritam, diceremus hanc eſſe pretioſiſſimam? Chriſtus pro cælo dedit omnia, vitam & ſanguinem, & quidem maximos inter dolores. (Vide Barz. ſerm. 53. num. 10.) 4. Denique quam magna ſit cæli gloria, interrogemus ipſum infernalem ſpiritum: ille B. Jordano faſſus eſt, ſi poſſet unico momento faciem Dei intueri, quod vellet libenter omnium damnatorum tormenta uſque ad diem judicii ſolus ſuſtinere. (Vide Tit. Beatitudo.) En! mi Chriſtiane, cælum non donatur, ſed venditur, *Unde tu delicatus es miles*, ait S. Chryſoſtomus, *ſi putas te poſſe ſine pugna vincere, ſine certamine triumphare! Exere vires, dimica atrociter, in prælio iſto concerta, conſidera pactum, conditionem attende, militiam noſce, pactum, quod ſpopondiſti, conditionem, quam acceſſiſti, militiam, cui nomen dediſti*, &c.

*S. Chryſ. ſer. de S. Matt.*

In Feſto S. Joannis Baptiſtæ.

*Quomodo lingua utiliter & meritorie uſurpanda ſit.*

1. E*Go vox clamantis in deſerto. Jo.* 1. Inter omnia prædicata, quibus Sancti Patres Joannem Præcurſorem Domini tanquam Apoſtolum, Martyrem, & Prophetam ornant, & deprædicant, ille ſibi unicum reſervavit, inquiens: *Ego vox clamantis!* ad noſtram certe inſtructionem, ut diſcamus voce, ſeu loquela utiliter & prudenter uti, prout Deus & natura requirunt: Audiamus Cardinalem Hugonem, qui dicit, loquelam homini datam eſſe in triplicem finem: 1. *Ad laudandum Deum!* ſic S. Joannes ſemper laudavit Deum, & gloriam ejus, potentiam, ac Bonitatem deprædicavit: inquiens: Veniet fortior poſt me, cujus non ſum dignus corrigiam calceamentorum ſolvere. Mi Chriſtiane, examina vitam tuam, an hactenus uſus es lingua ad laudem Dei? qua diligentia, & attentione perſolviſti preces? qua gratitudine compenſaſti beneficia per omnem vitam accepta? An non potius abuſus es lingua ad juramenta, ad querimonias contra Deum in ærumnis & adverſitatibus, &c. 2. Lingua data eſt *ad ædificandum proximum* ſic S. Joannes redarguit Herodem adulterum: Non licet tibi! Et in Phariſæos invectus eſt: Progenies viperarum! Dic Chriſtiane, quæ monita ſalutis dediſti proximo? an illum fraterna correctione ad virtutem adhortatus, & a vitiis dehortatus es? An non potius in convitia, in calumnias, in imprecationes linguam ſtrinxiſti? &c. 3. Lingua data eſt *ad accuſandum ſeipſum*: Sic S. Joannes utut innocentiſſimus, & omnis noxæ expers; non erubuit fragilem ſe arundinem vocare. Quid tu? an humiliter reum te agis multorum errorum? Nihil minus! ambitioſe te cedrum jactitas, opera tua cum plauſu extollis, male facta occultas, & in ipſo etiam ſacro tribunali delicta extenuas, excuſas, oppallias, &c. corrige te ipſum, & operam da, ut merearis laudem illam, quam Chriſtus Dominus dedit muto ſanato: *Loquebatur recte!* &c.

*Impii, utut proſpere vivant, felices non ſunt.*

2. *Quis putas puer iſte erit? etenim manus Domini erat cum illo. Luc.* 1. Bone Deus! quam inverſum ordinem hodie iterum in mundo invenio? Video in loco judicii impietatem, & in loco juſtitiæ iniquitatem! Video, Herodem in ſolio, Joannem in ergaſtulo! Herodem in deliciis, Joannem in anguſtiis! Herodem inter epulas & luxum, Joannem in eſurie & luctu! Itane ſemper premitur virtus, & impietas triumphat? Sed macti animis eſtote Chriſtiani, qui inter ærumnas vivitis! Nolite impiis invidere ſuam felicitatem! oſtendam hodie, cur impii in hoc mundo proſpere vivant, & certe ad finem concionis malletis cum Joanne inter perſecutiones vivere, quam cum Herode inter aularum applauſus! (Vide Barz. ſerm. 32. §. 4.) Impii in hac vita proſpere vivunt, 1. Ut Deus illis compenſet aliqua bona opera, quæ non obſtante vita ſua ſcelerata utcunque operati ſunt; hunc in ſenſum dixit diviti Epuloni: Recepiſti bona in vita tua:

Sunt multi hæretici, qui tamen in publico ad ædificationem aliorum ſunt modeſti: ſunt uſurarii, qui tamen nonnunquam erga egenos ſunt liberales, ſunt luxurioſi, qui tamen ſunt juſtitiæ tenaces; cum igitur Deus hæc opera æterna mercede coronare non poſſit, compenſat temporali. 2. Impii proſpere vivunt, ſic volente Deo, ut non habeant excuſationem, ſe non potuiſſe eleemoſynas facere, miſeris ſuccurrere, orphanos juvare; ideo Chriſtus Dominus Judæ tradidit marſupium, ait S. Ambroſius, ut dicere non poſſet, ſe ex inopia compulſum fuiſſe ad proditionem. (Vide Barz. ſer. 32. §. 5.) 3. Impii proſpere vivunt, ut Deus illis ſuam indignationem, & brevi poſt ſecuturam vindictam oſtendat. Nempe tribulatio & mala temporalia ſunt ſigna, quod Deus peccata hominis Chriſtiani in hac vita plectere, illique in altera vita parcere velit. Cum ergo peccatori in hac vita parcit, eumque temporaliter felicem facit, ſatis aperte indicat, quod illum æternaliter felicem reddere nolit, eum fere in modum, quo lanio bovem in ſtabulo, & paſcuis ſaginat, ut paullo poſt illum ad macellum ducat. Præſervet nos Deus a proſperitate impiorum. Det nobis adverſitatem juſtorum. Vide Tit. Peccator: Item Adverſitates, &c.

*Quomodo Chriſtianus erga ſeipſum, erga proximum, & erga Deum habere ſe debeat, ut ſit magnus coram Domino.*

3. *Erit magnus coram Domino. Luc. 1.* Magnum eſſe coram ſe ipſo, aut magnum eſſe coram mundo, non eſt eximia laus; quia hunc titulum multi Principes, quamprimum aliquid ſupra plebem operati ſunt, voce populi obtinuerunt. Verum magnum dici coram Deo, in cujus conſpectu totus orbis ſe habet velut guttula roris antelucani, hæc eſt laudis excellentia, qua major excogitari non poteſt. Atque hoc laudis encomium convenit Sancto Joanni juxta verba Evangelii: *Erit Magnus coram Domino!* Habuit ille non unam, ſed plurimas laureas, Doctoris, Virginis, Martyris, Prophetæ, Eremitæ, Apoſtoli, Præcurſoris & Baptiſtæ Chriſti, fuitque ac dicitur vere *Splendor Sanctorum*; quia omnes ſanctitates continet, ſicut adamas pretium omnium unionum. (Vide Coutinno in Mariali tract. 1. conſ. 4. n. 12.) Videamus, an non æmulari quodammodo poſſimus virtutes S. Joannis, ut cum tempore Magni audiamur in judicio! 1. Quomodo S. Joannes ſe habuit *Erga ſeipſum?* Quamvis fuerit ſanctiſſimus, tamen de ſe humillime ſentiebat: comparavit ſe inani voci: Ego vox clamantis! Loquens de venturo Meſſia confeſſus eſt: non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamenti ejus. Quid tu, mi Chriſtiane, de te ipſo ſentis? Eheu! adhuc parvulus jam eras magnus peccator! corpore tenus in momenta ſingula morbis & morti obnoxius es! anima tenus in memoria debilitatem, in intellectu ignorantiam, in voluntate fragilitatem & malitiam circumfers, & tamen cervicem erigis, amator & æſtimator tui ipſius! &c. 2. Quomodo S. Joannes ſe habuit *Erga proximum?* Zeloſiſſime! in ſceleratos auſtere invectus vocavit Progenies viperarum! Peccatoribus publicis exprobravit ſcelera: Non licet tibi! omnes ſtatus in ſuo munere inſtruxit! Quid tu, mi Chriſtiane, ad emendationem proximi contuliſti? Si Superior es, quomodo ſubditos, æquales, filios, & domeſticos a via perditionis revocaſti? nonne mutus canis es, neſciens latrare ad latrocinia animarum? &c. 3. Quomodo S. Joannes ſe habuit *Erga Deum?* Devotiſſime! in ipſa Nativitate linguam Zachariæ ſolvit in laudes Dei! Populis Mundi Redemptorem digito demonſtravit: Ecce Agnus Dei. Quid tu, mi Chriſtiane, hactenus ad Dei gloriam contuliſti? Eheu! tepidiſſimus es, ad tua ſolum, non Dei commoda intentus! &c. Eia imitemur humilitatem, zelum, & ſanctitatem Joannis; conemur fieri magni coram Deo! &c. Vide Corn. a Lap. Iſa. c. 40. num. 3.

## In Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

*Converſio Mundi optimum veritatis fidei argumentum.*

1. TU *es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Matth. 16.* Non ſemper contra vitia tonandum, nec virtus ſemper ſuis encomiis extollenda eſt. Deus mirabilia opera exercuit, quæ etiam pie contemplari, & admirari interdum debemus, præſertim tunc, cum Feſta Sanctorum colimus, quorum opera providiſſimus, ac potentiſſimus Deus ad mirabilia patranda uſus eſt: inter hæc præcipuum eſt, mundi ad fidem Chriſti converſio, quæ certe Apoſtolorum, & inter hos præcipue SS. Petri & Pauli tanquam

Prin-



Principum opera præſtita eſt. Sinite, ut in hoc prodigio tria ſingulariter admiremur. Primo: Abyſſum profundiſſimam ſcelerum, in qua jacebat mundus. Secundo, ſublimitatem illius gradus ad quem evectus eſt. Tertio, Apoſtolorum quorum opera converſus eſt, virium impotentiam. Agite! Dei potentiam, & providentiam adoremus. 1. Conſideranda venit profundiſſima abyſſus ſcelerum, in qua jacebat Mundus! uno dempto Judææ angulo regiones aliæ omnes denſa noctis caligine erant obrutæ: pro vero Deo adorabant crocodilos, ſerpentes, dracones, iiſque thura adolebant, idque etiam ſapientiſſimi ethnicorum non tantum faciebant, ſed etiam alios docebant, credendum ut ſolet, vivendum ut lubet: O quantam vitiorum turpitudinem hæc principia poſt ſe trahebant! abſurdiſſimos idololatriæ ritus pro ſacrificiis habebant: *Qualia ſunt ſacrilegia*, exclamat Auguſtinus, *ſi iſta ſunt ſacra?* 2. Ex hoc ſcelerum barathro extrahendus erat Mundus! qua machina? Sanctæ Crucis. Et quo? ad ſupremum apicem veritatis, & ſanctitatis. Et vero hos fines aſſecutum fuiſſe Chriſtum, teſtimonio eſt vita primorum Chriſtianorum, qui vel ab hoſtibus ſancti & juſti vocabantur: ea erat in iis fidei conſtantia, ut non jam martyres carnificibus, ſed carnifices martyribus deeſſent. Tanta celeritate mutatus eſt mundus, ut ſæculo tertio jam non eſſet locus, in quo Chriſtiana Religio non floreret. 3. Quinam fuere Evangelici Præcones, quorum miniſterio peracta eſt Mundi converſio? fuere duodecim Viri, infirmi, indocti, inopes, & plane ea auctoritate non præditi, quæ ad tantum opus requiri videbatur. Fingamus, totam Europam a duodecim militibus fuiſſe oppugnatam & ſubjugatam, quis crederet rem tam incredibilem? & tamen certum eſt, non corpora ſed animos a duodecim piſcatoribus fuiſſe expugnatos & converſos, id quod nemo alius quam Deus potuit ſua potentia executioni mandare, &c. Quid certius & evidentius poterit pro veritate Chriſtianç Religionis adduci? *Nullus hic contradixerit*, ait S. Chryſoſtomus, *niſi inſanus & ſtupidus ſit.* Vide P. Segneri Incredul. non Excuſ. part. 2. c. 9. Item Manſi Biblioth. Tit. Fides diſc. 17. & 21.

*Lapſus Petri ex quibus cauſis ortus.*

2. *Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. Matth. 16.* Cum Petrum nomino, merito & homines juſti & pœnitentes contremiſcant! quid enim terribilius? Primipilus Apoſtolorum, qui plus ceteris ſapere, & exemplo ſanctitatis præire debuiſſet, in atrio Pontificis turpiſſime cadit, Divinum Magiſtrum negat. Quis non metuat? ſi columna ſternitur, quid arundini fiet? ſi caput aureum evertitur, quid lutei pedes timeant? Agite, indagemus in cauſas hujus lapſus, ut cavere diſcamus! 1. Petrus turpiter lapſus eſt, quia præſumpſit in ſuis viribus: *Etiamſi omnes, non ego!* (Vide Barz. ſer. 60. n. 9. Et ſer. 58. §. 9.) Quidam dum ad ſublimiorem virtutis gradum aſcendunt, id omne ſuæ induſtriæ adſcribunt: hos Deus cadere permittit, ut agnoſcant ſuam infirmitatem, &c. 2. Petrus turpiter lapſus eſt; quia in domum periculoſam introivit: vidit ad ignem conſidere effrontes lixas & calones, audivit riſus, nugas, & immodeſtiam, & tamen non metuit vitiorum contagium. Sic multis contingit, qui adeunt pericula aliis pernicioſa, eum in modum, quo nauta ſe conjicit in pereundi periculum, dum navigio accedit ad ſcopulos naufragiis infames. (Vide Tit. Præſumptio de ſuis viribus.) 3. Petrus turpiter cecidit, quia ab ancilla introductus eſt; quid boni ſperare potuit a femina, imo quid non mali timere? *Memento*, ait S. Hieronymus, *quod paradiſi colonum de poſſeſſione ſua ejecerit mulier.* Vide Tit. Conſortium cum muliere. Item P. Segneri part. 1. diſc. 16. n. 19. O! quiſquis cum Petro lapſus eſt, cum Petro pœnitentiam agat! &c. Vide Speranz. de Paſſ. Dom. punct. 10.

*Fides Catholica quibus de cauſis deficiat.*

3. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Matth. 16.* Quis Chriſtianorum non ſanguineis fere lacrymis deploret, quod ſancta ſalvifica fides a Chriſto Domino fundata, & a SS. Apoſtolis Petro, & Paulo cum ceteris Coapoſtolis per univerſum orbem propagata, jam a prolixo ſatis tempore deficere, & heterodoxorum ſectæ de die in diem magis magiſque creſcere videantur? Maximæ orbis partes America, Aſia, Africa in Mahometiſmi, & gentiliſmi tenebris cæcutiunt. In Europa Anglia a Catholica fide receſſit, Gallia turbatur Janſeniſmo, in Romano Imperio Lutheraniſmus & Calviniſ-



niſ-

niſmus quotidie incrementa ſumunt: Romana oracula deſpiciuntur, videturque deſiiſſe promiſſio Divina: *Portæ inferni non prævalebunt*. Quæ cauſa tanti decrementi? & quod mali remedium? Inquiramus in cauſas, emendemus quæ emendanda ſunt. 1. Proh dolor! videtur Deus recedere a nobis, quia nemo, aut pauciſſimi ſunt, qui pro ineffabili Beneficio Vocationis ad ſalvificam fidem grates Deo debitas rependant. Quis eſt, qui grato animo recolat: Deus potuiſſet me rejicere inter Americanos, inter Africanos, & Aſiaticos Idololatras? elegit me præ mille aliis, ut a Catholicis parentibus naſcerer, & in gremio ſanctæ Eccleſiæ educarer! Quis eſt, qui toto anno huic gratitudini vel unicam diem conſecret? (Vide Tit. Beneficium Vocationis ad fidem.) 2. Deficit ſancta fides, quia quilibet naſutulus ſibi novum, quod placet, fidei ſiſtema confingit, de veritate Scripturæ dubitat, ad Syncretiſmum, aut Atheiſmum provocat, & bonos Catholicos, qui ſinceritatem fidei profitentur, tanquam ſimplices idiotas explodit. (Vide Tit. Hæreſis, Hæretici.) 3. Deus gratiam fidei ſubtrahit, quia multi legibus fidei adeo difformiter vivunt, ut has, tanquam repagula vitiorum ſuorum, quibus aſſueverunt, eliminata cuperent. In negotiis & commerciis innituntur Machiavellicis principiis, peccata pudicitiæ contraria pro licitis jactitant, adverſis tolerandis adeo non aſſueverunt, ut propter exiguam perſecutionem ad caſtra heterodoxorum convolent. Quid mirum quod Deus gratiam fidei ſubtrahat; hanc enim certe ſcimus de regione in regionem migraſſe ob peccata incolarum, &c. Vide Tit. Fides, *&c.*

## In Feſto S. Mariæ Magdalenæ.

*Pœnitentia eſt neceſſaria, auſtera, & conſtans.*

1. L*Acrymis cæpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat. Luc. 7.* Tanta eſt pœnitentiæ virtus & efficacia, ut peccatorem vere compunctum, redintegratis, quæ peccato perdidit, meritis, non tantum in priſtinum amicitiæ Divinæ gradum, ſed fere dixerim, majorem reſtituat: ſic Nabuchodonoſor poſt pœnitentiam recuperavit regni honorem: De filio prodigo dixit Pater: *Proferte ſtolam primam*! Et Petrus poſt fuſas lacrymas Apoſtolici Collegii Princeps conſtitutus eſt. Hæc cum ita ſint, quæ cauſa eſt, quod tam multæ dentur Magdalenæ, & non multæ pœnitentes! cur pœnitens, qui hodie pacem cum Deo ſancit, cras iterum ad caſtra dæmonis tranſit? cur laſcivus, qui hodie ſcelera deflet, cras deflenda reiterat? Nimirum hoc ideo fit, quia miſeri neceſſitatem, dignitatem, qualitates, & effectus pœnitentiæ haud ſatis perpendunt. Explicabo aliquas hac ex parte veritates, & ſancta principia eaque fere omnia exemplo S. Magdalenæ confirmabo. Attendite tepidi Chriſtiani! Primo ſciendum eſt, pœnitentiam poſt relapſum eſſe indiſpenſabiliter neceſſariam; prima navis, qua homo ad portum ſalutis vehitur, eſt innocentia, hanc ſi perdideris, pœnitentia eſt ſecunda poſt naufragium tabula. (Vide Barz. Serm. 7. n. 7.) Et quidem pœnitentia tam interna, quæ in mœrore animi: quam externa, quæ in emendatione morum conſiſtit. Putant aliqui, ſe ſatisfeciſſe, ſi Sacerdoti peccata confeſſi ſint. Errant maxime! contrarium edocentur in pœnitentia Sanctorum, & præcipue S. Magdalenæ, quæ etſi de venia fuerit certa, tamen deflere peccata non ceſſavit uſque ad mortem. (Vide P. Segneri par. 3. diſc. 19. n. 2. & 11.) Secundo ſciendum, pœnitentiam non eſſe debere qualemcunque, ſed auſteram, quæ etiam quantum fieri poteſt, tollit proclivitatem ad malum; hinc aſſumit voluntarias pœnalitates, quibus etiam inimicæ paſſiones animi compeſcuntur. Princeps otioſus, & negligens non curat petulantiam rebellium in ſuo regno: Qui autem vere amat patriam, iraſcitur, & cum exercitu rebelles opprimere ſtudens nec ſumptibus, nec ſanguini parcit. *Homo pœnitens, eſt ſibi iraſcens*, ait S. Auguſtinus. Exemplum iterum habemus in S. Magdalena, & aliis pœnitentibus. (Vide Tit. Pœnitentia. Et P. Segn. diſc. 19. n. 15.) Tertio ſciendum, hæc pœnitentia non debet eſſe momentanea, aut diurna, ſed conſtans, & perſeverans: S. Magdalena etiamſi ex ore Divino audierit, dimiſſa ſibi eſſe peccata, tamen in ſolitudine per triginta annos produxit pœnitentiam. Idem fecerunt S. Maria Ægyptia, S. Guilelmus Aquitaniæ Dux, S. Pelagia & alii, &c. (Vide Tit. Pœnitentia.) Jam non amplius interroga, cur tam multæ pœnitentiæ nullos emendationis fructus poſt ſe trahant? nempe, quia non habent has qualitates! &c.





*Pœnitens debet opprimere paſſiones, fugere occaſiones, & ſeipſum punire.*

2. *Lacrymis cæpit rigare pedes ejus, &c. Luc. 7.* Poſt extirpatas herbas venenoſas ſolicitus eſt hortulanus, ne illæ radices in terra reliquerint, & de novo repullulent. Poſt peſtem ſopitam fumigantur ædes & cubicula, ne virulentus vapor remaneat. Poſt incendium extinctum, indagatur, ne ſcintilla adhuc gliſcat, in novas flammas eruptura. Has omnes induſtrias adhibere debet pœnitens, ne ſemen peccati extincti ſuperſit. Loquamur ſpeciatim, & omnia iterum in S. Magdalena exemplificemus! 1. Verus pœnitens curam habere debet, ut mactet, & enecet inimicas animi paſſiones, juxta illud: *Sacrificate ſacrificium juſtitiæ*, ubi S. Remigius ait, ſacrificium hoc fieri de medio tollendo taurum ſuperbiæ, hircum laſciviæ, lupum avaritiæ &c. ſicut enim ſol, etſi ex eclypſi emergat, tamen non ſimul malignos effectus ab eclypſi cauſatos abſtergit; ita licet confeſſio peccatum remittat, non tamen pravos habitus extinguit. Salubri ergo rigore opus eſt, id eſt ſatisfactoriis pœnalitatibus, quibus tolluntur peccatorum reliquiæ, prout loquitur Tridentinum. (Vide Speranz. punct. 107. Et P. Segn. diſc. 19. num. 12.) 2. Verus pœnitens fugiat occaſiones, & materias peccati: Joſue funditus evertit Jericho: Moyſes in cinerem redegit vitulum: Magdalena trans mare fugit, & in ſpecu Maſſilienſi procul ab urbe Solimæa ſe abſcondit. Quare? an non potuiſſet in caſtello ſuo Magdalo ſibi conſtruere eremum? Nempe id fecit, ut fugeret occaſionem peccati, quod facilius hic, quam ibi recrudeſcere potuiſſet. (Vide Titul. Pœnitentia.) 3. Verus pœnitens ſtudeat agere pœnitentiam non qualemcunque, ſed proportionatam peccatis. Chriſtus Dominus ter quæſivit Petrum: *Amas me?* ut trina confeſſio trinæ negationi reſponderet. Magdalena pedes Domini capillis terſit, quos antea ad vanitatem criſpavit, &c. (Vide Mich. a Calvo conc. 8. §. 3. num. 8. & 9.) Hæ induſtriæ, cum ordinarie in pœnitentibus deſint, quid mirum, quod S. Ambroſius terribilem illam ſententiam enunciat: *Facilius inveni, qui innocentiam ſervarint, quam qui congrue egerint pœnitentiam.* Vide Tit. Pœnitentia.

*Amor S. Magdalenæ invincibilis, & indefeſſus.*

3. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.* S. Evangeliſta Marcus de Magdalena mentionem faciens, loqui incipit de muliere, a qua Chriſtus Dominus ſeptem dæmonia ejecit. Per ſeptem dæmonia ordinarie intelliguntur ſeptem peccata capitalia, quibus amans Magdalena ſeptemplicem amorem oppoſuit, id eſt ſeptem gradus amoris (nam octavus ſolum invenitur in cælo) hunc ſeptemplicem amorem deſcribens S. Bernardinus ait, amorem fuiſſe invincibilem, inſeparabilem, indefeſſum, immutabilem, inſatiabilem, inſociabilem, & incomprehenſibilem. Nos aliquos gradus, ſeu qualitates ex his conſiderabimus! Tu mi Chriſtiane diſce, quod vera pœnitentia tandem deſinere debeat in verum amorem & quidem proportionatum peccatis, quo Deus, quantum fieri poteſt, tam intenſe amatur, quam peccato offenditur. 1. Amor Magdalenæ revera fuit *Invincibilis*; ſuperabat omnes difficultates, non curabat Phariſæi loquelas, non Iſcariotis murmura, non ſororis querimonias, non circumſtantium riſus. Nos in amore quam facile tepeſcimus, cum talis aut ſimilis difficultas occurrit. 2. Amor Magdalenæ fuit *Inſeparabilis*; Chriſtum ſemper audiebat concionantem, illum ſequebatur convivantem, miracula operantem, imo & morientem; dum excordes diſcipuli in paſſione omnes fugiebant, illa adſtare non timet cruci, ſepulcro inhæret anxia! laus quidem Virginum eſt, quod ſemper ſequantur Agnum quocunque ierit, ſed de Magdalena ait Chryſoſtomus: Illa meretrix in Evangelio Virgines ipſas honeſtate ſuperavit. O quam cito tergum vertimus Deo, cum mundus & caro deliciis ſuis allicit, & invitat! &c. 3. Amor Magdalenæ fuit *Indefeſſus*; poſt mortem Chriſti ad ſepulcrum excurrit, ad affatum Angelorum imperturbabilis quærit Dominum: Chriſtum ipſum ſub ſpecie hortulani ſibi apparentem interrogat: Domine ſi tu ſuſtuliſti, ubi poſuiſti eum, & ego illum tollam! Quid ais Magdalena? tu tolles illum? Quid ſi eſſet in domo Caiphæ? tollam! o Mulier, non mulier, exclamat S. Bernardinus, non locum excipit, non milites formidat! Digna quæ ad gradum octavum amoris fuit admiſſa in cælis! &c. Sed nos Eheu! tepidos! &c.

niſmus quotidie incrementa ſumunt: Romana oracula deſpiciuntur, videturque deſiiſſe promiſſio Divina: *Portæ inferni non prævalebunt*. Quæ cauſa tanti decrementi? & quod mali remedium? Inquiramus in cauſas, emendemus quæ emendanda ſunt. 1. Proh dolor! videtur Deus recedere a nobis, quia nemo, aut pauciſſimi ſunt, qui pro ineffabili Beneficio Vocationis ad ſalvificam fidem grates Deo debitas rependant. Quis eſt, qui grato animo recolat: Deus potuiſſet me rejicere inter Americanos, inter Africanos, & Aſiaticos Idololatras? elegit me præ mille aliis, ut a Catholicis parentibus naſcerer, & in gremio ſanctæ Eccleſiæ educarer! Quis eſt, qui toto anno huic gratitudini vel unicam diem conſecret? (Vide Tit. Beneficium Vocationis ad fidem.) 2. Deficit ſancta fides, quia quilibet naſutulus ſibi novum, quod placet, fidei ſiſtema confingit, de veritate Scripturæ dubitat, ad Syncretiſmum, aut Atheiſmum provocat, & bonos Catholicos, qui ſinceritatem fidei profitentur, tanquam ſimplices idiotas explodit. (Vide Tit. Hæreſis, Hæretici.) 3. Deus gratiam fidei ſubtrahit, quia multi legibus fidei adeo difformiter vivunt, ut has, tanquam repagula vitiorum ſuorum, quibus aſſueverunt, eliminata cuperent. In negotiis & commerciis innituntur Machiavellicis principiis, peccata pudicitiæ contraria pro licitis jactitant, adverſis tolerandis adeo non aſſueverunt, ut propter exiguam perſecutionem ad caſtra heterodoxorum convolent. Quid mirum quod Deus gratiam fidei ſubtrahat; hanc enim certe ſcimus de regione in regionem migraſſe ob peccata incolarum, &c. Vide Tit. Fides, *&c.*

## In Feſto S. Mariæ Magdalenæ.

*Pœnitentia eſt neceſſaria, auſtera, & conſtans.*

1. L*acrymis cæpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat. Luc. 7.* Tanta eſt pœnitentiæ virtus & efficacia, ut peccatorem vere compunctum, redintegratis, quæ peccato perdidit, meritis, non tantum in priſtinum amicitiæ Divinæ gradum, ſed fere dixerim, majorem reſtituat: ſic Nabuchodonoſor poſt pœnitentiam recuperavit regni honorem: De filio prodigo dixit Pater: *Proferte ſtolam primam*! Et Petrus poſt fuſas lacrymas Apoſtolici Collegii Princeps conſtitutus eſt. Hæc cum ita ſint, quæ cauſa eſt, quod tam multæ dentur Magdalenæ, & non multæ pœnitentes! cur pœnitens, qui hodie pacem cum Deo ſancit, cras iterum ad caſtra dæmonis tranſit? cur laſcivus, qui hodie ſcelera deflet, cras deflenda reiterat? Nimirum hoc ideo fit, quia miſeri neceſſitatem, dignitatem, qualitates, & effectus pœnitentiæ haud ſatis perpendunt. Explicabo aliquas hac ex parte veritates, & ſancta principia eaque fere omnia exemplo S. Magdalenæ confirmabo. Attendite tepidi Chriſtiani! Primo ſciendum eſt, pœnitentiam poſt relapſum eſſe indiſpenſabiliter neceſſariam; prima navis, qua homo ad portum ſalutis vehitur, eſt innocentia, hanc ſi perdideris, pœnitentia eſt ſecunda poſt naufragium tabula. (Vide Barz. Serm. 7. n. 7.) Et quidem pœnitentia tam interna, quæ in mœrore animi: quam externa, quæ in emendatione morum conſiſtit. Putant aliqui, ſe ſatisfeciſſe, ſi Sacerdoti peccata confeſſi ſint. Errant maxime! contrarium edocentur in pœnitentia Sanctorum, & præcipue S. Magdalenæ, quæ etſi de venia fuerit certa, tamen deflere peccata non ceſſavit uſque ad mortem. (Vide P. Segneri par. 3. diſc. 19. n. 2. & 11.) Secundo ſciendum, pœnitentiam non eſſe debere qualemcunque, ſed auſteram, quæ etiam quantum fieri poteſt, tollit proclivitatem ad malum; hinc aſſumit voluntarias pœnalitates, quibus etiam inimicæ paſſiones animi compeſcuntur. Princeps otioſus, & negligens non curat petulantiam rebellium in ſuo regno: Qui autem vere amat patriam, iraſcitur, & cum exercitu rebelles opprimere ſtudens nec ſumptibus, nec ſanguini parcit. *Homo pœnitens, eſt ſibi iraſcens*, ait S. Auguſtinus. Exemplum iterum habemus in S. Magdalena, & aliis pœnitentibus. (Vide Tit. Pœnitentia. Et P. Segn. diſc. 19. n. 15.) Tertio ſciendum, hæc pœnitentia non debet eſſe momentanea, aut diurna, ſed conſtans, & perſeverans: S. Magdalena etiamſi ex ore Divino audierit, dimiſſa ſibi eſſe peccata, tamen in ſolitudine per triginta annos produxit pœnitentiam. Idem fecerunt S. Maria Ægyptia, S. Guilelmus Aquitaniæ Dux, S. Pelagia & alii, &c. (Vide Tit. Pœnitentia.) Jam non amplius interroga, cur tam multæ pœnitentiæ nullos emendationis fructus poſt ſe trahant? nempe, quia non habent has qualitates! &c.





*Pœnitens debet opprimere paſſiones, fugere occaſiones, & ſeipſum punire.*

1. *Lacrymis cæpit rigare pedes ejus, &c. Luc. 7.* Poſt extirpatas herbas venenoſas ſolicitus eſt hortulanus, ne illæ radices in terra reliquerint, & de novo repullulent. Poſt peſtem ſopitam fumigantur ædes & cubicula, ne virulentus vapor remaneat. Poſt incendium extinctum, indagatur, ne ſcintilla adhuc gliſcat, in novas flammas eruptura. Has omnes induſtrias adhibere debet pœnitens, ne ſemen peccati extincti ſuperſit. Loquamur ſpeciatim, & omnia iterum in S. Magdalena exemplificemus! 1. Verus pœnitens curam habere debet, ut mactet, & enecet inimicas animi paſſiones, juxta illud: *Sacrificate ſacrificium juſtitiæ*, ubi S. Remigius ait, ſacrificium hoc fieri de medio tollendo taurum ſuperbiæ, hircum laſciviæ, lupum avaritiæ &c. ſicut enim ſol, etſi ex eclypſi emergat, tamen non ſimul malignos effectus ab eclypſi cauſatos abſtergit; ita licet confeſſio peccatum remittat, non tamen pravos habitus extinguit. Salubri ergo rigore opus eſt, id eſt ſatisfactoriis pœnalitatibus, quibus tolluntur peccatorum reliquiæ, prout loquitur Tridentinum. (Vide Speranz. punct. 107. Et P. Segn. diſc. 19. num. 12.) 2. Verus pœnitens fugiat occaſiones, & materias peccati: Joſue funditus evertit Jericho: Moyſes in cinerem redegit vitulum: Magdalena trans mare fugit, & in ſpecu Maſſilienſi procul ab urbe Solimæa ſe abſcondit. Quare? an non potuiſſet in caſtello ſuo Magdalo ſibi conſtruere eremum? Nempe id fecit, ut fugeret occaſionem peccati, quod facilius hic, quam ibi recrudeſcere potuiſſet. (Vide Titul. Pœnitentia.) 3. Verus pœnitens ſtudeat agere pœnitentiam non qualemcunque, ſed proportionatam peccatis. Chriſtus Dominus ter quæſivit Petrum: *Amas me?* ut trina confeſſio trinæ negationi reſponderet. Magdalena pedes Domini capillis terſit, quos antea ad vanitatem criſpavit, &c. (Vide Mich. a Calvo conc. 8. §. 3. num. 8. & 9.) Hæ induſtriæ, cum ordinarie in pœnitentibus deſint, quid mirum, quod S. Ambroſius terribilem illam ſententiam enunciat: *Facilius inveni, qui innocentiam ſervarint, quam qui congrue egerint pœnitentiam.* Vide Tit. Pœnitentia.

*Amor S. Magdalenæ invincibilis, & indefeſſus.*

3. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.* S. Evangeliſta Marcus de Magdalena mentionem faciens, loqui incipit de muliere, a qua Chriſtus Dominus ſeptem dæmonia ejecit. Per ſeptem dæmonia ordinarie intelliguntur ſeptem peccata capitalia, quibus amans Magdalena ſeptemplicem amorem oppoſuit, id eſt ſeptem gradus amoris (nam octavus ſolum invenitur in cælo) hunc ſeptemplicem amorem deſcribens S. Bernardinus ait, amorem fuiſſe invincibilem, inſeparabilem, indefeſſum, immutabilem, inſatiabilem, inſociabilem, & incomprehenſibilem. Nos aliquos gradus, ſeu qualitates ex his conſiderabimus! Tu mi Chriſtiane diſce, quod vera pœnitentia tandem deſinere debeat in verum amorem & quidem proportionatum peccatis, quo Deus, quantum fieri poteſt, tam intenſe amatur, quam peccato offenditur. 1. Amor Magdalenæ revera fuit *Invincibilis*; ſuperabat omnes difficultates, non curabat Phariſæi loquelas, non Iſcariotis murmura, non ſororis querimonias, non circumſtantium riſus. Nos in amore quam facile tepeſcimus, cum talis aut ſimilis difficultas occurrit. 2. Amor Magdalenæ fuit *Inſeparabilis*; Chriſtum ſemper audiebat concionantem, illum ſequebatur convivantem, miracula operantem, imo & morientem; dum excordes diſcipuli in paſſione omnes fugiebant, illa adſtare non timet cruci, ſepulcro inhæret anxia! laus quidem Virginum eſt, quod ſemper ſequantur Agnum quocunque ierit, ſed de Magdalena ait Chryſoſtomus: Illa meretrix in Evangelio Virgines ipſas honeſtate ſuperavit. O quam cito tergum vertimus Deo, cum mundus & caro deliciis ſuis allicit, & invitat! &c. 3. Amor Magdalenæ fuit *Indefeſſus*; poſt mortem Chriſti ad ſepulcrum excurrit, ad affatum Angelorum imperturbabilis quærit Dominum: Chriſtum ipſum ſub ſpecie hortulani ſibi apparentem interrogat: Domine ſi tu ſuſtuliſti, ubi poſuiſti eum, & ego illum tollam! Quid ais Magdalena? tu tolles illum? Quid ſi eſſet in domo Caiphæ? tollam! o Mulier, non mulier, exclamat S. Bernardinus, non locum excipit, non milites formidat! Digna quæ ad gradum octavum amoris fuit admiſſa in cælis! &c. Sed nos Eheu! tepidos! &c.

## In Feſto S. Jacobi Apoſtoli.

*Oratio quomodo fiat defectuoſa.*

A*Dorans, & petens aliquid ab eo. Matth.* 20. 1. Romani, teſte Plutarcho, olim Legationem miſerunt in Bythiniam, ad quam elegerunt ex populo civem, ſed rudem & bardum: ex Senatu ſenem prudentem quidem, ſed chiragricum & podagricum: ex exercitu militem, ſed fungum & meticuloſum. De hac legatione jocatus Cato dixiſſe fertur: Legatio Romanorum nec habet caput, nec cor, nec manus, nec pedes. Parem in modum multi Chriſtiani Legationem, ſeu Orationem mittunt ad Deum mancam & ſimili prorſus ratione defectuoſam, quid mirum quod nihil eorum, quæ petunt, ſed potius repulſam ferant. Explico fuſius meam mentem! 1. Oratio ſæpe non habet caput, cum nimirum rem imprudentem, id eſt, talem petimus, quæ nocere potius poteſt, quam prodeſſe, uti ſunt divitiæ, honores & ſimilia. Hodierna Mater unum ex duobus filiis voluit in regno Chriſti ſedere ad dexteram, alterum ad ſiniſtram, quid ineptius? in cælo non erit ſiniſtra, ait S. Antonius Paduanus; quia ibi nec adverſitas, nec gaudium diminutum invenitur. *Extra* cælum autem petere ſiniſtram, eheu! avertat Deus! (Vide Barz. ſerm. 53. n. 27. Item Mich. a Calvo conc. 19. §. 2. nu. 2.) 2. Oratio ſæpe non habet cor, ſi nimirum firmam confidentiam in Bonitatem Dei non habeamus, dubitantes aliquo modo, an poſſit aut velit exaudire, propterea ad remedia terrena prius currimus, & tunc primum, cum deficiunt humana auxilia, ad Deum confugimus. 3. Oratio non habet pedes, ſi in orando non ſimus conſtantes, ſed cum non ſtatim exaudimur, deficimus, & Deum ſi non immiſericordem, ſaltem ut inexorabilem, aut memorem peccatorum noſtrorum nobis imaginamur. 4. Oratio non habet manus, ſi opera non ſint conjuncta: Filii Zebedæi non ex meritis ſuis, ſed ex carnali propinquitate petebant coronam ante victoriam, & ſic Coapoſtolis ſuis gratis anteferri ſperabant; hinc Chriſtus Dominus interrogabat eos: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* quaſi diceret, ut annotat S. Gregorius: *Jam vos locus delectat celſitudinis, ſed prius vos via exerceat laboris*; ſine calice enim amaritudinis non pertingitur ad ſublimitatem retributionis, &c. V. Mich. a Calvo conc. 43. §. 1. n. 3. Item Calamatum Dom. 24. poſt Pent. Et denique Tit. Beatitudo, &c.

*Vitæ peregrinatio quomodo inſtituenda.*

2. *Dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram, & alter ad ſiniſtram in regno tuo.* Hæc vita mortalis mera eſt peregrinatio, qua ab exilio ad cælum tendimus: vivunt quidem aliqui in hoc mundo ut *Cives*, qui præſentibus contenti non tendunt ad aliam patriam, & hi ſunt peccatores. Alii habent ſe ut *Advenæ*, qui ad patriam quidem aſpirant, interim tamen utuntur, & inhærent bonis præſentibus, & hi ſunt tepidi, & inconſtantes Chriſtiani. Alii denique vere ſunt *Peregrini*, qui præſentia nec quærunt, nec amant, ſed viam ſuam ad cælum dirigunt, & hi ſunt perfecti, & tales, quales eſſe debemus, ſi ſalvari cupimus. (Vide P. Segneri Manna an. 25. Julii n. 1.) Quæris forte, quid ergo requiritur ad eſſe Peregrinum perfectum? Intuere imaginem S. Jacobi Apoſtoli, qualiter ordinarie pingi ſoleat! quodſi imago haud ſatis tibi reſpondeat, edocebo ego ulteriora. 1. Primum requiſitum Peregrinanti neceſſarium eſt *Pileus*, quo contra ſolares radios, & contra grandines & nimbos caput defendat. Per pileum intelligitur virtus patientiæ, qua Chriſtianus vitæ hujus moleſtias, & tribulationes invicto animo ſufferre debet. (Vide Tit. Patientia.) Præcipue curam ad hoc habeat, ut caput virtutum omnium, id eſt, fidem defendat. (Vide Tit. Fides.) 2. Alterum requiſitum Peregrinanti neceſſarium eſt *Baculus*, quo canes abigere, & feſſa ex itinere membra innitendo fulcire poſſit. Per baculum intelligitur Crux Chriſti, & gratia Dei: per crucem Chriſti latratus ſtygii Moloſſi, id eſt, tentationes importunas repellere diſcat. (Vide Tit. Crux.) Per gratiam Dei ſtudeat roborari & confortari in operibus ſanctis, & hac adminiculante omnes halitus, omnes arteriarum pulſus, omnes membrorum motus meritorios facere allaboret. (Vide Titul. Gratia.) 3. Tertium requiſitum Peregrinanti neceſſarium eſt *Viaticum*, ſeu ſubſidium pecuniarium ad præſtandos itineris, veſtium & morborum ſumptus. Parem in modum, quo propinquius homo Chriſtianus cæleſti patriæ appropinquat, eo magis a Sanctis cælitibus merita ſua emendicare ſatagat, cum in modum, quo Eliſeus Eliam rogavit. Fiat in me ſpiritus duplex tuus! item ab Eccleſia indulgentias, & denique a Chriſto Domino Sacroſanctum Divini Corporis Viaticum ad felicem tranſitum exoret. Precor omnibus feliciſſimum iter! &c.



*Cur preces noſtræ a Deo non exaudiantur.*

3. *Neſcitis, quid petatis. Matth.* 20. Jaculari ad ſcopum, eumque tangere: ludere & lucrari; medicinam ſumere & convaleſcere, non ſemper eſt unum & idem; ſæpe modicum obſtaculum cauſam fruſtratur ſuo effectu. Parem in modum diſcurrendum eſt de oratione: quotidie oramus, obſecramus, inſtamus, ſuſpiria, Roſaria, fletus in cælum mittimus, & tamen non exaudimur! infelix ſum, Deus non exaudit, imo crucem, quam dudum deprecatus ſum, duplicat, triplicat. Quæ cauſa hujus infortunii? Mi Chriſtiane, Cornelius a Lapide hodiernam Matrem orantem conſiderans, ſeptem cauſas aſſignat, cur ejus petitio fuerit imprudens, & inutilis. Attende, forſan ex una ſaltem cauſa harum ſeptem & tuam orationem invenies vitioſam! 1. Petitio fuit imprudens, quia putabat regnum Chriſti Domini fore terrenum, & regio ſplendore pompoſum. 2. Quia petebat pro filiis, quod eis jam erat aliunde promiſſum, nempe aſſidere Chriſto & judicare. 3. Quia prætendebat pro filiis, quod eorum dotes & merita longe ſuperabat. 4. Quia incongruo tempore gloriam, & quietem quærebat, tunc mirum, cum imminebat paſſio, labor & luctus. 5. Quia affectabat, quod contrarium erat eorum Vocationi; erant enim vocati ad humilitatem & paupertatem. 6. Quia prius debuiſſet petere merita Crucis, quam mercedem. 7. Denique quia pro uno petiit dextram, pro altero ſiniſtram: ſiniſtra autem in malam & infelicem partem poteſt accipi, &c. Inter has cauſas, mi Chriſtiane, ſi una vel ſimilis tuam orationem vitioſam reddit, noli mirari, quod a Deo non exaudiaris, &c.

## In Feſto S. Annæ Matris B. V. Mariæ.

*Gratia Dei ſuper omnia æſtimanda.*

1. Q*Uem, qui invenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit univerſa. Matth.* 13. Homo triplici bono fruitur in hoc mundo: Bono famæ, Bono fortunæ, & Bono gratiæ: qui triplici hoc bono gaudet, beatus ac felix dicitur, ſed felicitate ſolum temporanea! Scio theſaurum, qui has felicitates mundanas, imo millenos mundos tantum ſuperat, quantum Sol unam ſcintillam, & cælum empyreum arenulam maris. Quis eſt iſte theſaurus? Eſt Gratia Dei! de hac diſſerendi anſam mihi præbet S. Mater Anna, cujus nomen Gratiam ſonat, nomen Mariæ item gratiam refert, adeoque gratia gratiam peperit, ex utraque autem natus eſt Chriſtus fons omnium gratiarum. Attendite, quomodo, & qua de cauſa gratia æſtimanda ſit ſupra omnia bona terrena! 1. Æſtimanda eſt ſuper omnia, quia neceſſaria eſt ad ſalutem æternam: homo non veſtitus veſte nuptiali ſine miſericordia ejectus eſt e cœnaculo, ceteri veſtiti admiſſi ſunt. Quare? quia veſtitus nuptialis eſt gratia Spiritus Sancti. O quantis laboribus hæc gratia conſtitit ſanctis Confeſſoribus, Martyribus, & ipſi Chriſto, qui, ut eam nobis compararet, non guttulam, ſed profluvium ſanguinis profudit. 2. Æſtimanda eſt gratia, quia animam facit Divinæ conſortem naturæ! per gratiam anima fit ſancta, juſta, dilecta, beneplacens Deo, paradiſus creatoris, Spiritus Sancti habitaculum, Trinitatis tabernaculum, ſanctuarium Divinitatis. Sicut peccatum hominem infeliciſſimum, & æternæ morti obnoxium reddit; ita gratia facit hominem filium adoptivum Dei! quanta hæc dignitas! 3. Æſtimanda eſt gratia Dei, quia opera noſtra elevat ad meritum ſupernaturale, & hominem facit capacem gloriæ cæleſtis! Quamprimum mulier illa, viſa a S. Joanne, peperit filium, filius ante thronum Dei adductus eſt: ita quamprimum anima juſta opus bonum operatur, Deus illud gratum habet, & æterna mercede compenſat. Sicut ſol majorem terræ ſplendorem communicat, quam omnia ſidera noctu lucentia: ita millena opera naturæ, ſine gratia, in Dei oculis non ita fulgent, quam unicum opus hominis in gratia conſtituti. 4. Æſtimanda eſt gratia Dei, quia infernalis inimicus, illam nobis cum implacabili invidia invidet, & ideo infinitas tentationes contra nos adornat. Verum nolite timere Dilectiſſimi, quia hæc ipſa gratia fortes & invictos nos reddit contra infernalem Goliatham. *Gratiæ, non armis trophæum adſcribitur*, ait S. Baſilius Seleucienſis. (V. Barz. Serm. 59. n. 16. Et Serm. 5. n. 35.

n.35. Item Tit. Gratia, &c.) Eja! Pugnemus, laboremus, ſudemus, parati potius famam, fortunas, vitam, & totum mundum perdere, quam Dei gratiam! &c.

*Mariam per preces S. Annæ nobis propitiam reddamus.*

2. *Inventa pretioſa margarita abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. Matth.* 13. Præ omnibus titulis Beatiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, ille in maximum nobis ſolatium cedere debet, quod ſit Refugium peccatorum! ſicut enim Dux Joſue in terra promiſſionis conſtituit aſyla, ſeu civitates refugii, ita Maria revera refugium noſtrum eſt in omni neceſſitate, temporali, ſpirituali, & æterna, & quidem tanta cum Miſericordia, ut miſerrimos etiam peccatores, quos Filius rejeciſſe videtur, benigne recipiat, prout exemplo S. Mariæ Ægypciæ aliorumque conſtat. Explicabo hanc clementiam Dei Matris, & denique vos inſtruam, quo remedio illam vobis conciliare debeatis. 1. Sancta Dei Genitrix refugium noſtrum eſt in neceſſitate temporali, v. gr. in alimenti corporalis indigentia. Certe in nuptiis ſolicita fuit de vino, ubi S. Bernardus ait, ſi hoc fecit invitata, quid faciet invocata? Scitis, cur in deſerto multitudo hominum paſſa ſit famem? quia in deſerto non aderat oculata Virgo, quæ omnium miſerias videt, ait Novarinus. (Vide Mich. a Calvo conc. 39. §. 3. nu. 4. & 5.) 2. Sancta Dei Genitrix refugium noſtrum eſt in neceſſitate ſpirituali, id eſt, in impetranda venia peccatorum, quibus Deum offendimus. Clamat *parturiens, ut pariat:* quid clamat? nempe clamando magnum deſiderium oſtendit, ut omnes peccatores in gratia regeneret, & Filio ſuo reconciliet; hinc ipſamet invitat omnes: *In me gratia omnis viæ & veritatis.* (Vide Tit. Patrocinium B. V.) 3. Sancta Dei Genitrix refugium noſtrum eſt in neceſſitate æterna, id eſt in morte, ubi agitur de tota æternitate. Ibi Beatiſſima inſidiatores dæmones in fugam agit, & morientem confortat, &c. (Vide Tit. Patrocinium B.V. in morte.) Bene hæc omnia, ais! ſed quis nobis propitiam reddet Sanctiſſimam Dei Matrem, ut patrocinium ſuum pro nobis interponat? Reſpondeo, propitiam reddet Sancta Anna Mater Dei Matris: hæc auctoritate Materna quaſi obſtringet Filiam, ut pro nobis intercedat, & Filia tum ex obedientia filiali, tum ex gratitudine morem geret illi, a qua vitam recepit. Imo hoc remedium ipſa Beatiſſima Virgo ſuaſit feminæ, quam ſic orare docuit: *Et benedicta ſit S. Anna Mater tua, ex qua ſine macula proceſſit caro tua Virginea!* Vide P. Henricum Scherer Atlant. Mar. in Gallia. Vide Reims ſeu Remi.

*S. Annæ vita, & mors noſtra commendanda.*

3. *Sic erit in conſummatione ſæculi. Matth.* 13. Anno 1524. Menſe Januario, cum Alonſus Zuaſius Hiſpanus cum ſexaginta comitibus ex Inſula Cuba verſus Occidentem navigaret, terribili tempeſtate jactati, totum mare, omniaque elementa ſibi inimica experti, tandem in algam ſpumeam confracto in fruſta navigio ejecti ſunt. Hic omnibus vitæ ſubſidiis deſtituti, famem, ſitim, frigus, terroreſque paſſi ſunt, adeo ut quotidie aliqui miſerorum extrema calamitate contabeſcentes mortem obierint. Inter alios innocens puella undecim annorum jam agoni proxima exclamare, & circumſtantibus enarrare cæpit, vidiſſe ſe Matronam ſole ſplendidiorem, albicante veſte & viridi pallio ornatam, quæ ſe Sanctam Annam Matris Dei Matrem diceret, eamque præcepiſſe, ut Alonſus refecta, quantum fieri poſſet, ſcapha, ad proximam Inſulam curſum teneret. Paruit monitus, in eoque exiguæ terræ ſpatio non tantum dulces aquas ſiti reſtinguendæ, ſed & volucres & ova in tanta copia invenit, ut vitam tamdiu ſuſtentare potuerit, donec occaſionem nactus eſt Hiſpano Gubernatori ſe manifeſtandi: Inſigne hoc Beneficium anſam mihi dedit hortandi, & admonendi, ut vitam noſtram, quæ mera navigatio eſt, una cum morte Sanctæ Matri Annæ devotiſſime commendemus. Quid ſunt ſyrtes, & ſcopuli niſi peccata commiſſa? Quid fluctus, niſi noſtra inconſtantia? Quid blandæ Syrenes, niſi mundanæ voluptates? Quid tenebræ & tonitrua, niſi conſcientia? Quid venti & procellæ niſi tentationes? Quid marini vultures & ceti niſi dæmones? Hi omnes conjunctis viribus exitium nobis minantur. Clamemus ſupplices ad S. Annam, ut oſtendat nobis *Maris ſtellam*, & contra tot pericula ab æterno naufragio nos præſervet. V. Menochium Centur. 10. cap. 70. Et Roſſignol. cent. 2. part. 1. Mirac. 9.

In



## In Feſto S. Laurentii Martyris.

*Martyrium pro mundo eſt gravius quam pro Deo.*

1. *Qui amat animam ſuam, perdet eam. Joan.* 12. Hodiernum feſtum duos nobis martyres ante oculos ponit. Quid? duos? Ita omnino duos! unum martyrem Dei, alterum martyrem diaboli: primus eſt Sanctus Laurentius, alter tyrannus Valerianus! primus corpore, alter anima torquetur! primus pro Deo, alter pro dæmone patitur! primus inter tormenta cæleſti ſolatio confortatur, alter furore & rabie ſuo inferno præludit. Videamus, quis majora tormenta ſuſtineat, martyr Chriſti, an martyr diaboli? 1. Lex Dei, non nego, habet aliquam difficultatem, præſertim in incipientibus: arduum videtur, mortificare paſſiones, exuere appetitus ſenſuales, & illud Chriſti monitum in praxin deducere: *Qui amat animam ſuam perdet eam, & qui odit animam ſuam cuſtodit illam.* Verum longe gravior & intolerabilior eſt lex mundi: Monachus ille, dum in Urbe Alexandria feminam vidit compte veſtitam, & ornatu ſuo moleſtiſſime oneratam, flevit amare: cauſam quæſitus repoſuit: Fleo, quia tot; ac tanta non facio pro Deo, quanta hæc mulier facit pro mundo, &c. (Vide Barz. Serm. 24. num. 25. & 41.) Puer Amalecita ægrotus deſeritur, Jacob a Labano decipitur, Amman vel de nocte vigilat, ne quis ſibi vel de nocte gratiam regis ſuffuretur. Nonne hoc arduum? (Vide Speranz. punct. 29. & punct. 110.) Deliciæ mundi ſunt amariores, quam cruces Chriſti, ait Sanctus Thomas de Villanova, &c. 2. Quid dicam de tyrannide diaboli, qua ſuos, ſervitio ſuo addictos crudeliſſime torquet. Illo inſtigante, aut præcipiente Rex Joackim in honorem idoli toto corpore ſibi vulnera incidit. O! Si tale quid facere deberet Chriſtianus pro vero Deo, quanta lamenta, & querelas funderet! (Vide Continuo in Feſto S. Benedicti §. 4. num. 6.) Sic omnium peccatorum tortor & carnifex eſt infernalis inimicus, ſuperbos ſuſpendit, avaros cremat, invidos gladio confodit. (Vide Mich. a Calvo conc. 31. §. 2. nu. 10. & ſequent.) Et quam mercedem tandem exſpectant miſeri? In vita lanienam malæ conſcientiæ, & poſt mortem ſupplicia gehennæ; hinc admirabundus ait S. Chryſoſtomus: *Quamvis diabolus imperet moleſta & horum mercedem ponat gehennam, magis illi obtemperatur, quam Chriſto!* S. Chryſ. hom. 16. in Act. (Vide Pacciuchelli in Jonam lect. 6. n. 15.) His omnibus conſideratis, quis non libentius volet cum Laurentio ardere in craticula, quam cum Valeriano regnare in throno? &c.

*Quomodo ignis amoris Dei in cordibus noſtris reaccendendum ſit.*

2. *Igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas. Pſal.* 16. Credideram hactenus unum unicum fuiſſe ignem, quo S. Laurentius arſit, ſed hodie aliter doceor a S. Leone, dicente, quod fortior fuerit flamma, quæ intus uſſit, quam extra. Qualis erat hæc flamma? externam accendit tyrannus, internam Spiritus ſanctus! externa ſoli Laurentio convenit, interna etiam nobis communis eſt, de qua dictum illud: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur?* Jam ſi perſcrutor corda, proh dolor! invenio hanc flammam extinctam eſſe, ſicut ignem ſacrum in puteo Nehemiæ. Quid agendum? an extinctus hic ignis reaccendi non amplius poteſt? Poteſt! Et quomodo? Audiamus! 1. Ignis accenditur flatu oris, id eſt per orationem; oratio enim, cum ſit elevatio mentis in Deum, quanto propinquius accedit ad fontem & ſcopum omnis amoris, tanto magis omnem tepiditatem ex animo expellit, illumque igne cæleſti inflammat. 2. Accenditur ignis ſpeculo cauſtico; ſpeculum ſunt exempla Sanctorum, præſertim hodie ſancti Laurentii, cujus cor adeo igne amoris arſit, ut externum corporis ignem non ſenſerit, & cum riſu exceſſerit. 3. Accenditur ignis ſilice: ita cor contritum, cum ſerio cogitat, quod ſummum, & infinite amabile Bonum offenderit, amore uſque ad lacrymas exardeſcit. 4. Accenditur ignis igne, nimirum infernali; quiſquis enim terribiles illos cruciatus, intenſione maximos, extenſione interminabiles perpendit, merito cum S. Auguſtino exclamat: Quis non lubens volet per horam ardere cum Laurentio, ut æternum non patiatur incendium, &c.

*Per ignem S. Laurentii perpenditur ignis inferni.*

3. *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Joan.* 12.

Si

Si hodie tyrannica perſecutio ſæviret, prout initio Eccleſiæ contra Chriſtianos ſævijt, quis eſſet ex nobis, qui Laurentiano potius igne cremari, quam fidem perdere vellet? revera pauci, & fere nullus! Ego autem ſcio carcerem plenum captivis, qui ingenti cum lætitia & aviditate in hos ignes inſilirent, in candenti craticula non jam una hora, ſed integra ſeptimana & amplius ululandi & aſſandi, ſi poſſent redimi e ſua captivitate. Quinam ſunt hi captivi? ſunt infeliciſſimi damnati in inferno. Agite Dilectiſſimi, in igne S. Laurentii conſideremus ignem infernalem ejuſque intuitu generoſam reſolutionem capiamus, adverſa omnia, quamvis gravia, in hoc mundo pro Deo perferendi. 1. Quamvis ignis elementaris, quo quotidie utimur, ſit ardentiſſimus, & dolorem ſuper alia omnia tormenta cauſet, tamen ad ignem inferni comparatus ſe habet ſicut muſca comparata leoni; ratio eſt, quia ignis hic noſter a Miſericorde Deo creatus eſt ad noſtram utilitatem, ignis autem infernalis ab irato Deo accenſus ad pœnam ſcelerum. Deinde, quia ignis inferni jam ab origine mundi eſt ſuſcitatus, hucuſque in momenta ſingula intenſione crevit. Denique quia non tantum corpora, ſed & animas urit, &c. 2. Accedit, quod ignis inferni erga Chriſtianos longe ſit crudelior, & pœna terribilior. Sancto Macario ambulanti, inventa calvaria fatetur, ſe fuiſſe gentilem: quærenti, an etiam Chriſtiani ſint in inferno, reponit: eſſe quam plurimos, & quidem longe profundius in igne demerſos, quam ſe, ſuique ſimiles, &c. (Vide Sanch. 4. part. c. 4.) 3. Quod terribiliſſimum, ignis eſt æternus! tranſibunt ſæcula centena, millena, & centies millies millena, ignis non extinguetur. Tiberium Imp. rogavit maleficus, ut mortem ſibi acceleraret? reſpondit Cæſar: Necdum tecum in gratiam redii. Ita poſt mille annorum myriades reſpondebit Deus damnatis: Necdum vobiſcum in gratiam redii. O terribile tormentum! (Vide Baiz. ſer. 30. n. 43.) Judicate, Dilectiſſimi, quantum delirent, qui timent ignem Laurentii, & non timent ignem inferni! Vide Tit. Infernus, Æternitas! &c.

## In Feſto Aſſumptionis B. V. Mariæ.

*B. V. moriens nos bonorum ſuorum heredes facit.*

1. IN *parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea. Eccl.* 24. Ubi mors, ibi hereditas; id quod tam in morte Chriſti Domini, quam hodie in Aſſumptione Divinæ Matris experti ſumus! Cum Chriſtus in cruce obiit, teſtamentum condidit, ait S. Ambroſius, Matri Joannem, corpus Nicodemo, Patri Spiritum dedit, ipſe vero Primogenitus, Majoratu ſeu hereditate paterna contentus in cælis, nos quoque illius participes eſſe voluit, *Heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti*. Hodierna die, ubi omnes Apoſtoli tanquam teſtes teſtamenti Mariæ ex univerſo orbe convocati ſunt, Nobis minoribus filiis dos Materna in hereditatem relicta eſt, quæ licet minor videatur, quam illa Filii, ampliſſima tamen eſt, & laudata ab ipſa Virgine: *Mecum ſunt divitiæ, & gloria!* Quænam autem ſunt hereditariæ opes ex benignitate aſſumptæ Virginis in nos derivatæ? Sunt bona illius tam immobilia, quam mobilia! Videamus, qua reverentia, qua cura & ſolicitudine illa cuſtodire, & honorare debeamus! 1. Bona immobilia hereditate per Mariam nobis relicta ſunt Templa Mariana, honori illius, & noſtræ utilitati erecta. In regno Hiſpaniarum ejuſmodi Templa Mariæ dedicata, decies millena, in ſola urbe Romana, tria ſupra ſeptuaginta reperiuntur: in noſtra quoque vicinia haud pauca ſunt, quæ totidem ſacra aſyla mihi videntur, ubi juſti in afflictionibus ſolatium & refugium, peccatores vero veniam & delictorum remiſſionem inveniunt: quia velocior eſt nonnunquam ſalus invocato Nomine Mariæ, quam invocato nomine JESU! Illud hic monitum velim, quod Doctiſſimus Bagatta enarrat: In Sacellum Beatiſſimæ Virginis Haslacenſe a S. Ottone dedicatum, nulla fera, ſeu domeſtica, ſeu ſilveſtris ingreditur, licet illud ſemper ſtet apertum: quod ſi brutum ingredi compellatur, vel ſtatim perit, vel oculis excæcatur. O mi peccator, ſi in ſceleribus obbrutuiſti, ita ut ſuperbia ſis leo, avaritia lupus, luxuria hircus, & quæ ſunt cætera, ſaltem, antequam coram facie Sanctiſſimæ compareas, conſcientiam contritione emunda, ne tibi forte noceat, quod prodeſſe debuiſſet, &c. 2. Bona Mobilia hereditate nobis relicta, ſunt quotidianæ devotiones, confraternitates, Roſaria, Scapularia, & alia! his indefeſſa ſolicitudine, ac devotione in honorem Virginis operam nava; quia ſunt ſcutum contra adverſitates tam temporales, quam ſpirituales, præſertim con-

*Bagatt. l. 7. c. 5. §. 4. n. 17.*



contra inſidias, & tentationes diaboli: Galenus Medicorum anteſignanus cuidam nocturnis illuſionibus vexato ſubſtratas in lecto renibus roſas, refrigerationis cauſa ſuaſit. Ita Beatiſſimæ Virginis, quæ vocatur Roſa Myſtica, imago in ſacro Scapulari eandem habet virtutem, ut extinguat ſtygii tentatoris ardores, &c. Vide Tit. Templa B. V. Item Tit. Cultus B. Virginis, &c.

*Angeli & Homines de aſſumptione B. V. gaudere debent.*

2. *Aſſumpta eſt Maria in cælum, gaudent Angeli.* Ante omnia hodiernæ diei lætitia exigit, ut Sanctiſſimæ Virgini ſublimiſſimam dignitatem gratulemur, qua tanquam Divini Patris Filia, Divini Filii Mater & Divini Spiritus Sponſa in cælos aſſumpta, uſque ad ſolium Diviniſſimæ Trinitatis exaltata & coronata eſt. Laudetur glorioſiſſima cæli terræque Regina! Deinde duplex ſe quæſtio offert; 1. Cur Eccleſia dicat, gaudere Angelos, quæ cauſa hujus gaudii? 2. An Homini in terris de aſſumptione Virginis triſtandum potius vel gaudendum ſit? Dilucidemus utramque quæſtionem! Reſpondeo ad primam! Omnes Angelorum chori de aſſumptione glorioſæ Virginis lætantur, & exultant; quia jam propinquiore famulatu Dominæ ac Reginæ ſuæ obſequia ſua deferre, ſimulque confidentius ſperare poſſunt, ruinam Angelicæ ſuæ dignitati rebellione Luciferi cauſatam tanto citius ſecuriuſque reparatum iri. Sed quomodo, qua de cauſa? Devotiſſimus Gerſon docet, quod Chriſtus Dominus Amantiſſimæ Matri ſuæ hodie in cælos aſſumptæ, ac coronatæ dimidiam regni ſui, quod in Miſericordia & juſtitia conſiſtit, partem ceſſerit, & reſervata ſibi juſtitia Miſericordiam Mariæ adminiſtrandam dederit. Quidni ergo SS. Angeli Tutelares ſperent, clientes ſuos jam per Miſericordiæ Matrem ſalutem ſuam in cælis facilius, expeditiuſque conſecuturos, & ſic numerum Angelorum citius complendum eſſe; nimis enim certum eſt, multos hodie arſuros in inferno, niſi Mariæ miſericordia fuiſſent ſalvati. Ecce! hæc lætitia Angelorum! &c. Reſpondeo jam ad alteram quæſtionem, an humano generi hodie triſtandum potius quam gaudendum ſit? Sine dubio, triſtior jactura accidere mundo non potuit, quam cum Dei Matrem, unicum in adverſis ſolatium amiſit. Verum reſpirate afflicti! Maria quidem oculos hodie per mortem claudit, ſed cor illius pro nobis vigilat: (Vide Mich. a Calvo conc. 13. § 1. n. 5.) Quamvis Mariæ Miſericordia ſit a nobis remotior, tamen ſimul eſt potentior! ideo dicitur *pulchra ut Luna, electa ut ſol*, quia ſicut ejus Miſericordia antea in terris fuit defectuoſa ut Luna, jam in cælis eſt perfectiſſima ut ſol! Sperate Juſti in tribulationibus veſtris! Sperate peccatores in anguſtiis veſtris! Maria obiit, non abiit! proximior facta Deo, crevit in poteſtate, & voluntate nobis ſuccurrendi! Audite Bernardum: *Non deeſt Mariæ poteſtas, quia Mater Omnipotentiæ! Non deeſt impetrandi facultas, quia Mater eſt ſapientiæ! Non deeſt juvandi voluntas, quia Mater eſt Miſericordiæ.* Ora, invoca, ſupplica! Experieris! &c. Vide Mancini, Deus Miſericors, Demonſt. 10. coroll. 6. &c.

*B. V. Triplici corona coronata.*

3. *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, Veni, coronaberis. Cant.* 4. *v.* 8. Quid eſt, quod Dilecta in Canticis triplici invitatione a ſponſo ad gloriam coronationis vocetur? *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, Veni, coronaberis!* Inſignia prorſus debent fuiſſe merita ſponſæ, quibus trifariam honorari promeruit. Ne dubitate, Dilectiſſimi, inſignia fuere merita; per ſponſam enim intelligo ſanctiſſimam Dei Matrem, quæ plane ſanctitate ſua Angelorum & hominum merita incomparabiliter tranſcendens triplici corona, veluti Romani olim Imperatores in triumpho, meruit honorari, videlicet ferrea, argentea, & aurea. Admiramini quod ajo? Explicemus omnia, & quid nobis agendum ſit, dilucidemus! 1. Beatiſſima Dei Mater coronata eſt *corona ferrea* in myſteriis doloroſis, quando ſtans ſub cruce, quod filius paſſus eſt in corpore, illa paſſa eſt in anima, tanto doloris exceſſu, ut ſi in omnes creaturas divideretur, prout loquitur S. Bernardinus Senenſis, omnes ſubito interirent; hinc S. Gabriel Archangelus Mariæ ante mortem attulit ramum *Palmæ*: cur non roſam aut lilium? quia illam declarare voluit Reginam Martyrum, qui palmam in manibus geſtant. Tu, *mi* Chriſtiane, Beatiſſimæ omnes dolores, & afflictiones tuas offer unitas cum illius Martyrio, &c. 2. Beatiſſima Dei Mater coronata eſt *corona argentea* in myſteriis gaudioſis. Tu offer illi argenteum candorem

rem caſtitatis, & omnium piorum operum, &c. 3. Beatiſſima Dei Mater coronata eſt *corona aurea* in myſteriis glorioſis, hodie inauguratæ in Reginam cæli & terræ, &c. Tu offer & commenda illi mortis tuæ agonem, & roga finalem gratiam. Non deerit tibi Beatiſſima, ut pro te fiducialiter intercedat; nam, ut ait S. Thomas, ut quis alterius patrocinium ſuſcipiat, tria requiruntur, ſcientia, poteſtas, & voluntas, quæ tria omnia habet Maria, &c. Vide Fridericum Forneruum Serm. Triceſ. ſer. 11. 12. & 13. &c.

In Feſto S. Bartholomæi Apoſtoli.

*Quilibet Chriſtianus inter ſuos tenetur eſſe Apoſtolus.*

E*Legit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit. Luc.* 6. 1. Si Dominus Deus ad converſionem orbis, & propagandam ſalvificam fidem potentes Principes ac reges cum armatis exercitibus, aut aſtutos Philoſophos omni ſcientiarum genere exultos adhibuiſſet, quilibet Chriſtianus ſe excuſare, diciereque poſſe: Non teneor imitari Apoſtolos, quia tali potentia, & exquiſitis qualitatibus ad grande hoc opus requiſitis præditus non ſum! verum cum Divina Providentia ad lucrandas animas elegerit viros inermes, rudes, indoctos & incultos, nemo eſt, qui hanc excuſationem obtendere poſſit. Omnes ad imitationem Apoſtolorum tenentur cooperari ad animarum ſalutem! idque vel maxime dictum ac inculcatum volo Superioribus, Parentibus, ac Patribus familias, qui inter ſuos ſubditos, filios, ac famulos domi ſuæ obligantur eſſe Apoſtoli, inſtruendo omnes curæ ſuæ commiſſos in fide, & juſtitia Chriſtiana. Sed quomodo? Audite, attendite! 1. Nemo hominum ſibi ſoli vivit, ſed etiam proximo, cui tam corpore, quam anima tenus pro viribus prodeſſe ſtudeat, juxta illud: *Mandavit unicuique de proximo ſuo*. Hoc mandatum pracipue ſtringit eos, qui præſunt. Itaque ante omnia curet Superior, aut Pater-familias, ut domeſticos, filios, & famulos in ſancta fide inſtruat, aut inſtrui permittat; hunc in finem illos ad audiendum verbum Dei, ad frequentandas catecheſes compellat, & nonnunquam ipſius pio diſcurſu aut lectione ſuper menſam, aut aliis ſacras veritates exponat. Neque unquam permittat, ut vel jota, vel unus apex alicujus articuli a ſuis ſubditis in dubium vocetur. Inſuper ſolicite curet, ut ne quiſquam ſuorum familiaritatem contrahat cum hæterodoxis, aut illis libertinis, qui pro more infelicis hujus ſæculi ſibi ipſis fidei ſiſtema confingunt, & antiqua ſacroſancta dogmata, ab Apoſtolis derivata naſutuli riſu explodunt. Fugiantur iſti velut peſtis! &c. (Vide Tit. Fides, Hæreſis, Hæretici.) 2. Deinde invigilent Superiores, ac Patresfamilias, ut ſubditi, & domeſtici ſolide imbuantur in juſtitia Chriſtiana, cujus duplex eſt munus, ſeu obligatio: Declinare a malo, & facere bonum. Et hoc quidem quod attinet, nempe facere bonum, erudiat illos, quomodo continuo in præſentia Dei ambulare, & actiones quotidianas per ſacram intentionem ad opera meritoria elevare poſſint ac debeant. (Vide Tit. Opera bona, Intentio &c.) Denique vigili oculo obſervet eorum mores ac vitæ rationem, ſuſpecta conſortia interrumpat, peccata maxima cum ſolicitudine præpediat, & neminem ſceleratum in domo ſua patiatur, &c. Hæc ſi agat, erit Apoſtolus domeſticus! Vide Tit. Superiores, Patresfamilias, Peccatum, &c.

*Mala conſuetudo grande malum.*

2. *Numquid mutare poteſt æthiops pellem ſuam? Jerem.* 13. Cum homini ad rem impoſſibilem connitenti inutilem conatum exprobrare volumus, dicere ſolemus: Æthiopem lavas! Etenim etiamſi Africanus in Mauritania natus, ter, quater, decies, aut ſæpius cum omni induſtria lavetur, nunquam nigredinem exuet, nunquam albedinem induet. Scitis, quid per æthiopem intelligam? Intelligo miſerrimum peccatorem, cujus peccandi malitia in conſuetudinem excrevit. Revera peccatum denigrat animam, eamque toties quoties nigriorem facit, donec tandem nigredo incorrigibilis, & inemendabilis fit: Ita ſentit, & loquitur S. Bernardus: Sunt aliqui, qui quaſi cute quadam involuti ſunt conſuetudine vitiorum, ut illam dediſcere aut deſueſcere non tam ſit ſpoliari, quam excoriari. Vultis audire rationes? Audite! 1. Mala conſuetudo tam potens & violenta eſt, ut quoties peccatum repetitur, ſemper magis invaleſcat: ſicut per quemvis mallei ictum clavus profundius in lignum immergitur; ita per quodvis peccatum conſuetudo mala magis



gis radicatur; hinc dicitur tranſire in naturam; quemadmodum illa, quæ natura nobis, dedit exui & deponi non poſſunt, uti ſpirare, comedere, dormire; ita quæ per conſuetudinem invaluerunt, ſuperari vix amplius poſſunt. 2. Quin imo conſuetudo tam malignæ eſt indolis, ut etiam ardua. & amara dulceſcere faciat: Iſraelitæ in deſerto cœleſti Manna paſti ſunt, & tamen præ illo cepas & allia Ægypti eſurierunt, quia his ultra centum annos aſſueverunt. Quid amarius, quid inſulſius peccato? cum prima vice committitur, heu! quantis aculeis conſcientiam lancinat! quod ſi repetitis viribus multiplicetur, deſinit eſſe abſynthium & inſtar ſacchari devoratur. 3. Hinc eſt quod conſuetudo mala difficillime emendetur, & ordinarie infelicem mortem poſt ſe trahat; ad converſionem enim non eſt efficacius remedium, quam timor Domini, hic timor autem eliditur per conſuetudinem; quia tandem animus occaleſcit. (V. P. Segneri p. 1. Diſc. 4. n. 14.) Quid ergo agendum? an deſperandum! violenta violenter ſuperanda ſunt! Peccator ſæpe invocet Dei gratiam. Deinde per invictum propoſitum voluntatem ſubjuget. Denique contrariam virtutem iterato eliciat &c. V. Tit. Mala conſuetudo, &c.

*De crimine detractionis & ejus damnis.*

3. *Vocavit Diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis. Luc.* 6. Hi duodecim Diſcipuli erant oracula Veritatis, quos ad Chriſti legem toto orbe diſſeminandam Dominus elegit, inter hos etiam erat S. Bartholomæus, Indorum, & majoris Armeniæ Apoſtolus. Audite vero, quam infeliciter Sancti iſtius labores fuerint fruſtrati! Jam Regem, cum Regina, & duodecim civitatibus converterat, cum ecce! Sacrificulorum ſuſurrationibus apud fratrem Regis ita fuit denigratus, ut is innocenti Apoſtolo, poſt detractum honorem, etiam pellem detrahi crudeli martyrio præceperit. Maledictum crimen detractionis! Hoc, Dilectiſſimi, ut vobis odibile, & deteſtabile reddam, deſcribam maligniſſima ejus damna; ſicut enim coluber tricuſpite lingua tria vulnera infligit: ita detractio tres uno morſu lædit, loquentem, audientem, & eum maxime cui detrahit. (Vide Barz. ſerm. 36. n. 26. Et Serm. 50. n. 31.) 1. Detractio vulnerat *detrahentem*, de hoc ait Pſalmiſta: Converſi ſunt in arcum pravum: Arcus pravus eſt, qui dum putatur ſagittam contra hoſtes ejaculari, ſauciat ſagittarium: exemplum habemus in Maria ſorore Moyſis! dum contra fratrem linguam acuit, cui maxime nocuit? ſibi ipſi; quia lepram contraxit. (Vide Speranzam punct. 115.) 2. Detractio vulnerat *Audientem!* Inter detrahentem & audientem ait S. Auguſtinus, non eſt aliud diſcrimen, quam quod primus habeat diabolum in lingua, alter in aure: ſi non eſſet auditor, non eſſet detractor; quia ille nonnunquam de induſtria expiſcatur, quæ audire vellet, & eſt velut follis ad ignem. 3. Detractio maxime vulnerat *Eum cui detrahitur*. Jeremias vidit olivam pulcherrime florentem, cum autem tranſiit, illa non erat amplius: quid factum eſt olivæ? fulmine tacta eſt. Ita multi florent, ſed a detractione ceu fulmine ad nihilum rediguntur, &c. Vide Tit. Detractio, &c.

In Feſto Sanctorum Angelorum.

*Angelus cuſtodit clientem intrantem, tranſeuntem, & exeuntem e mundo.*

1. A*Ngelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Pſ. 90. v.* 11. Quod Magiſter eſt Diſcipulo, quod Medicus ægro, quod Ductor Viatori, quod ſcutum Militi, quod umbraculum contra æſtum ſolis; id omne, & multo plus eſt Angelus Cuſtos Clienti. Expertus eſt juvenis Tobias, quem Angelus Raphael fideliſſime comitatus eſt in itinere. Verum non jam Tobiæ, ſed nobis ipſis gratulemur hodie, quia de me, de te, de nobis omnibus Deus mandavit Angelis, ut cuſtodiant nos in omnibus viis noſtris, quod certe mandatum Angeli obedientiſſime exequuntur. Sed quænam ſunt illæ viæ, in quibus Angeli Clientem cuſtodiunt? Reſpondet S. Hieronymus: Via hominis triplex eſt, In mundum, Per mundum, & Ex mundo! Videamus obſequia, quæ tripliciter nobis præſtat Angelus. 1. *In mundum* intrat homo per nativitatem, ubi certum eſt, quod Angelus, ad mandatum Domini, ſolicite curam gerat de parente, ne partus, antequam lucem aſpiciat, in utero Matris per infortunium, quod ſæpe fieri ſolet, ſuffocetur, & pereat. Deinde in ipſa nativitatis die certum eſt, quod Angelus mox infantem in ſuam tutelam recipiat, ne ab inſidiante diabolo, qui jam tum neo-nato homini cælum, e quo

ipſe

ipſe expulſus eſt, invidet, ante Baptiſmum jugulctur. Optime faciunt parentes, ſi prima ſtatim hora infantulum Deo, & Angelo tutelari commendent! &c. 2. *Per mundum* ambulat homo in vita ſua, ubi Angelus ſemper lateri ejus adhæret, cumque contra pericula corporis & animæ cuſtodit. Pericula corporis ſunt morbi, vulnera, aliaque infortunia, quæ paſſim in aliis dolenter conſpicimus. Pericula animæ ſunt peccata, contra quæ Angelus in tentationibus ſuccurrit, cumque vel monitis excitat, vel minis etiam terret, ne a via mandatorum recedat. (Vide Sperant. punct. 97.) 3. *E mundo* exit homo per mortem, ubi Angelus omnem conatum adhibet, ut morientem ab inſidiis infernalis inimici, & a deſperatione præſervet, &c. Tu, mi Chriſtiane, in tribus his viis Angelo monenti morem gere! cura ſolicite, ne illum unquam peccato in fugam agas; quia ait S. Bernardus: *Væ nobis, ſi provocati peccatis indignos nos judicaverint præſentia ſua!* &c. V. Barz. Serm. 19. n. 13. & ſeq.

*Feſtum hoc eſt gratitudinis, obedientiæ, & compaſſionis.*

2. *Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Sicut Feſta Domini per annum ad exercendas virtutes Theologicas nos excitant: Feſta Mariæ Virginis ad puritatem animi conſervandam inflammant: Feſta Sanctorum ad imitationem virtutum provocant; ita hodiernum Feſtum SS. Angelorum reſpectu Dei eſt Feſtum gratitudinis, reſpectu noſtri Feſtum obedientiæ, reſpectu Angelorum Feſtum vel gratulationis, vel compaſſionis. Si paradoxum vobis videtur, quod loquor, audite explicationem! 1. Hodiernum eſt Feſtum *gratitudinis* reſpectu Dei! quis enim grates ſatis rependat amantiſſimo ac providiſſimo Deo, quod a primo creationis momento Ducem, tutorem & cuſtodem nobis adjunxerit fideliſſimum ac potentiſſimum, qui in hoc vitæ mortalis itinere, per millena pereundi pericula, ad cælum nos ſecure perducere poſſit, & velit. Nonne convenientius foret, ut nos ſerviremus Angelo, quam Angelus nobis? &c. 2. Hodiernum eſt Feſtum *obedientiæ* reſpectu noſtri; cum enim Angelus per monita, & minas nihil aliud intendat, quam noſtram ſalutem corporis & animæ, exigit viciſsim noſtra obligatio, ut ejus nutum obſequioſiſsime ſequamur. Quantum profuit hæc obedientia juniori Tobiæ! &c. 3. Hodiernum eſt Feſtum vel *gratulationis, vel compaſſionis*; ſi enim cliens obediens ſalutem conſequatur, Angeli in cælis diem feſtivam agunt, & ceteri huic Angelo gratulabundi applaudunt. (V. P. Lohner Bibl. V. Angelus n. 37. §. 3.) Si vero cliens æternum pereat, Angelus triſtatur, & ceteri illi cum luctu condolent. Ideo in hodierno Evangelio dicitur: *Videte ne contemnatis unum ex his puſillis*, id eſt, ne interitum animæ illius pro levi jactura reputetis, *Angeli enim illorum ſemper vident faciem Patris veſtri*, id eſt, Angeli, etſi quoad ſe culpam non habeant, tamen coram facie Divini Patris erubeſcunt interitum ſuorum clientum. O infelix cliens, quanta cum deſperatione deplorabis inobedientiam tuam, qua amantiſsimi Cuſtodis conatus fruſtraſti? &c. Vide Mich. a Calvo conc. 10. §. 3. n. 9. & ſeq.

*De obſequiis quæ Angelus clienti præſtat.*

3. *Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te.* Sanctum Angelum Cuſtodem ut Tutorem intueor, qui pupillum orphanum, parentibus præmatura morte orbatum, enutriendum ſuſcipit, & adoptat. Sicut iſte, ita & Angelus innocentem animam recens natam in ſuam tutelam recipit. Cujus mandato? Dei Optimi Maximi, qui ex immenſa benignitate cuilibet homini Cuſtodem aſsignat. Cum igitur Angelus ſit ſapientiſsimus, utique ſciet; cum ſit potentiſſimus, utique poterit: & cum ſit ſanctiſſimus, utique volet, profundiſſima cum humilitate mandato Dei obedientiſſime ſatisfacere, & animæ ſibi commiſſæ omnia, quæ expedit, obſequia præſtare. Quænam ſunt hæc obſequia? Audiamus ex S. Bonaventura, & noſtram gratitudinem diſcamus. 1. Angelus Cuſtos, dum munus hoc ſuſcipit, ante omnia operam dat, ut innocens anima ab unguiculis in virtute ſemper, & meritis creſcat; hunc in finem educatoribus, Magiſtris, & inſtructoribus ſaluberrima principia ſuggerit, [illegible] animæ inculcanda v. g. de Deo amando ſuper omnia, de obedientia præſtanda parentibus, de contemnendis mundi vanitatibus, de fine ultimo, ad quem creati ſumus, &c. 2. Solicite vigilat ne cliens in peccatum cadat, maximum illud malum, de quo S. Blancha quotidie filiolo ſuo Ludovico in faciem edixit: Fili, mallem te in feretro, quam in peccato videre! & ecce! hoc





hoc principio horror peccati tam altas radices egit in corde Regis Ludovici, ut per omnem vitam inter aulæ delicias, quod miraculo ſimillimum eſt, nunquam graviter peccaverit. 3. Quodſi infelix cliens in grave delictum inciderit, eheu! luget, & triſtatur Angelus, atque laborem duplicat, ut miſer per pœnitentiam cito cum Deo reconcilietur, ne multiplicando peccata in profundum veniat, & pereat. 4. Id ſi impetraverit, continuo clientem ſpe præmii, & metu inferni exſtimulat, ut in Dei gratia uſque ad mortem perſeveret, &c. En! hæc ſunt obſequia, quæ tibi Angelus tuus hucuſque præſtitit, & deinceps præſtabit. Quæ noſtra eſt viciſſim obligatio? Audi: cum Patriarcha Abraham ad mandatum Dei filium ſuum Iſaac immolaturus erat, apparens Angelus manum & gladium ferientis cohibuit, & ita filium in vivis conſervavit. Hæc enarrat Scriptura, non autem adjungit, qua gratitudine Iſaac Angelum conſervatorem veneratus ſit. Et quare non? quia verbis deſcribi non poteſt, quantum Iſaac Angelo debuerit, cui ſe totum debuit: Ita de te loquor, mi Chriſtiane! Forſan jam arderes in inferno, niſi hoc protectore fuiſſes præſervatus! igitur te totum debes, &c. Vide Tit. Angelus Cuſtos. Barz. Serm. 72. num. 14. Item Corn. a Lap. Exod. 23. v. 20.

## In Feſto Nativitatis B. V. Mariæ.

*De donis naturæ & gratiæ B. V. collatis.*

1. DE *qua natus eſt JESUS, qui vocatur Chriſtus.* Cum Creator rerum omnium Deus Beatiſſimam Virginem, quam Divino Filio ſuo Matrem elegit, e nihilo produxit, ſimul illam cæleſtibus donis adeo exornavit, ut primo creationis inſtanti jam eſſet excellentior omnibus Sanctis, diceretque poſſet: *In plenitudine Sanctorum detentio mea!* Præterea hodierno Nativitatis Feſto ad cunas Virginis advenerunt duæ opulentiſſimæ Matronæ, quæ ſe, ſuaſque divitias plane ingentes ejus famulatui addixerunt. Quænam ſunt hæ duæ Matronæ? ſunt Natura, & Gratia! Videamusque quæ dona ad excellentiam Neo-natæ Virginis contulerint, & quid nobis agendum, diſpiciamus! &c. 1. Natura contulit Neo-Natæ Virgini pulcritudinem admirandam, qua omnes Veteris Teſtamenti feminas, quæ de venuſtate laudantur, uti Rebeccam, Rachelem, Eſther, aliaſque incomparabiliter ſuperavit. S. Dionyſius Athenis uſque Jeruſalem profectus eſt, ut Mariam videret. Vidit, & poſtea edixit: crediturum ſe, quod Deam vidiſſet, niſi fides contrarium doceret. Et quod majus eſt, hæc pulcritudo in aſpicientibus non ſuſcitavit, ſed extinxit libidinem: fuit *ſicut lilium inter ſpinas*: quia aliæ pulcritudines pungunt ut ſpinæ, ſed Maria ſemper ad pudicitiam allicuit ſicut lilium. Tu, mi Chriſtiane, cum moleſtias ſimilium punctionum advertis, Mariæ pulcritudinem tibi ante oculos pone! &c. (Vide Mich. a Calvo Conc. 11. Ser. 2. n. 5.) 2. Gratia Beatiſſimam Virginem ea ſanctitate donavit, ut non tantum illam ab omni macula peccati originalis præſervarit, ſed omnes creaturarum excellentias in ea adunarit, dicente S. Hieronymo: *Ceteris per partes, Mariæ ſe tota infudit gratiæ plenitudo.* Maria fuit, & eſt Regina omnium Sanctorum: ergo debuit eſſe idea ſanctitatis, juxta quam SS. Angeli, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores & Virgines ſuam efformarent. (Vide Corn. a Lap. Prov. 8. v. 22.) Tu, mi Chriſtiane, gratulare ſanctiſſimæ Virgini tantas corporis & animæ excellentias, roga illam, ut tibi puritatem ab omni peccato immunem ſuo patrocinio impetrare dignetur. (Vide Tit. Excellentiæ B. V.)

*Maria comparatur Lunæ, Auroræ & Soli.*

2. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulcra ut luna, electa ut ſol?* Neo-Natæ Virginis dignitas ab Angelis admirantibus triplici comparatione laudatur, & extollitur, Lunæ, Auroræ & Solis, quo indicatur, quod ſicut Luna in nocte, Aurora ſub diluculo, & Sol in die lucet; ita Mariam a Deo conſtitutam eſſe, ut peccatoribus, pœnitentibus, & juſtis ſuo auxilio, & patrocinio proſit: *Omnibus omnia facta eſt*, ait S. Bernardus, *omnibus Miſericordiæ ſinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant univerſi.* (Vide Barz. Serm. 75. nu. 15. Et Serm. 71. nu. 10.) Videamus, quomodo Beatiſſima triplici beneficio omnibus proſit, ut quæ noſtra ſit viciſſim obligatio, agnoſcamus! &c. 1. Sicut Luna in nocte lucet; ita Maria miſerorum curam gerit, qui in tenebris peccatorum hallucinantur. Infelices animæ, quid vobis ſolatii ſupereſſe poteſt in mundo, qui Deum habetis inimicum!

filum vitæ humanæ tenue, & fragile eſt, derepente, cum minime putabitis, frangitur! & quid ſequitur? infeliciſſima æternitas! Miſeris his Beatiſſima Virgo compatitur, & ſicut Luna omnes influxus, quos a Sole recipit, terræ communicat; ita illa interceſſione ſua miſeris gratiam converſionis exorat. Væ, illis, qui gratiæ cooperari detrectant! (Vide Mich. a Calvo conc. 25. §.1. n.10.) 2. Sicut Aurora lucet ſub diluculo, media inter diem & noctem; ita B.V. ſingulariter Patrona eſt pœnitentium, qui quaſi ſunt medii inter diem gratiæ, & noctem peccati. Eſto, pœnitentiam egerint, peccatum tamen tot venenoſas radices in animo reliquit, quæ in moleſtas tentationes, infirmitateſque identidem repullulant, ipſe etiam dæmon jure ſuo, quod per peccatum acquiſivit, non vult cedere, quotidie novos inſultus & pugnas renovat. Quid remedii? confugiendum ad Mariam! ſicut aurora ſuccurrit Jacobo luctanti; ita illa, ſpeciali devotione invocata, decertantibus in hujus vitæ prælio ſubveniet. (Vide Mich. a Calvo conc. 39. §.3. n.7.) 3. Sicut Sol lucet in die, & radiis ſuis calefacit, inflammat, & fœcundat; ita B. V. ſpecialiter oculos ſuos convertit ad homines juſtos, qui lumine Divinæ gratiæ coruſcant. Pro his non tantum in ſpiritualibus, ſed & in temporalibus curam gerit. Percipite curam prodigioſam! Quingenti Metalli-foſſores a corruente monte in ſpelunca ſubterranea obruti ſunt. In hoc miſero ſtatu apparuit illis infernalis inimicus, illiſque promiſit exitum, ſi ſuæ ſervituti ſe addicere vellent. Recuſarunt conditionem omnes, & hodierna die Nativitatis B. V. auxilium invocarunt, & ecce! mons miraculoſe in medio ruptus, exitum captivis aperuit. (Vide Roſſignol. cent.3. Mirac.44.) Plaudite juſti! perſeverate conſtanter in Dei gratia! Maria Mater veſtra erit, corpore & anima tenus! &c. (Vide Tit. Comparationes B. V.)

*Cunæ B. V. debent nos animare ad pugnam.*

3. *Virum Mariæ, de qua natus eſt JESUS, qui vocatur Chriſtus. Matth.1.* Cum olim regnum, ſeu Ducatus Brabantinus legitimis ſuis Principibus per mortem orbatus, ex omni parte per armatos exercitus invaderetur, Proceres regni, ut extremo malo conſulerent, Godofredum principem heri natum, qui ſolus e proavorum ſanguine ſuperſtes adhuc in cunis vagiebat, in campo arenæ, ubi cum hoſtibus confligendum erat, in cunis ex arbore ſuſpenderunt, ut milites miſerabili ſui principis aſpectu ad pugnam animarentur. Et profuit conſilium! hoſtes victi, ſtrati, & ad internecionem deleti ſunt. Eccleſia hodie cunas B. V. Dominæ noſtræ nobis ante oculos ponit, ut nos in hac vita, quæ mera militia eſt, ad pugnam contra hoſtes generoſe obeundam excitaret. Quinam ſunt noſtri hoſtes? eſt infamis illa trias, mundus, caro, & dæmon. Videamus quomodo pugnandum, quomodo vincendum ſit! 1. In arenam progreditur Mundus, & magna cum jactantia bona ſua, honores, ac dignitates extollit, vitam longævam, felicitatem maximam, ac dies ſine nube ſerenos promittit, qua promiſſione miſeros nonnunquam adeo dementat, ut cervicem ſuperbiendo erigentes, ad faſtigia mundana eluctentur, & æterna obliviſcantur. 2. Ad pugnam continuo provocat caro, voluptates ſuas offert, ſuos ſequaces, qui ſibi dictum putant illud: Ede, bibe, lude! beatos dicit. Econtra juſtos ac caſtos, qui ejus delicias aſpernantur, contemnit: Joſephum innocentem in carcere concludit, & adulteram ream domi honoribus extollit. 3. Pugnam proſequitur, & aggravat falliciſſimus dæmon, offert divitias, honores, voluptates, & omnia terrena commoda, & tamen ſuos aſſeclas certos eſſe jubet de æterna felicitate, &c. At vero, Dilectiſſimi, cauti eſtote! nolite fidem dare! Eſt impoſſibile, ait S. Hieronymus, ut præſentibus quis, & futuris fruatur bonis, atque hic ventrem & ibi mentem impleat! Attollite oculos ad cunas B. V. quæ ſemper fuit humillima, caſtiſſima, pauperrima! hujus aſpectu diſcite porro pugnare contra Mundum, Carnem, & Dæmonem! &c. &c.

## In Feſto S. Matthæi Apoſtoli.

*Miſericordia Dei mirabilis erga peccatores.*

1. V*Idit JESUS hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Matth.9.* Qui criminis capitalis reum ſe fecit, ad aſylum aſpirat: ſic in Veteri Lege dabantur civitates refugii, ubi malefactores erant ſecuri contra apparitores juſtitiæ. Peccator reus eſt flagitii capitalis, quia rebellis contra Divinam Majeſtatem! quo confugiet? non eſt illi refugium, quam offenſus Deus! In humanis, qui regem offendit, regem offenſum quam longiſſime fugit! Non ita in Divinis! qui Deum offendit, quo magis ſecuritatem deſiderat, eo propius ad Deum offenſum accedat. O Miſericordia Dei, patere, ut te peccatorum cordibus intime inculcem, quæ te hodie in vocatione peccatoris Matthæi mirabilem exhibuiſti! Agnoſcat peccator, quæ principia imbibere in animo debeat de Miſericordiſſimo Deo! 1. Inprimis firma fide teneat peccator, Magnam eſſe Miſericordiam Dei erga peccatores! Abrahamum ex igne Chaldæorum, Lotum ex incendio Sodomæ, tres pueros ex fornace Babylonica eripuit: ſed hoc fecit amicis! nonne mirabilius eſt, quod inimicum, videlicet peccatorem eripiat ex igne infernali? Non eſt Rex aut Princeps in orbe terrarum, qui rebellem in amicum facile recipiat, id unum unus facit Miſericors Deus, &c. 2. Conſideret, & admiretur peccator, quod Deus peccatorem non tantum rogantem recipiat, ſed & non rogantem rogando & invitando præveniat. Id quod admiratur Tertullianus inquiens: Inauditum Miſericordiæ genus, ſummo cum jure veniam negare poſſe, & non ſolum non negare, ſed rogare & minari. 3. Peccator bene ac profunde animo imprimat, exempla Miſericordiæ non debere trahi in conſequentiam: peſſima eſt argumentatio: Matthæus Miſericordiam conſecutus eſt, ergo & ego conſequar! Per ſimilem argumentationem olim Pharao periit: dixit ſibi ipſi: Populus Iſrael ſecure tranſiit rubrum mare: ergo & mihi tranſire licebit: dixit, & ſubmerſus periit. Vide Barz. Serm. 13. a n.9. & ſeq. Item Tit. Miſericordia &c.

*De Beneficio Vocationis ad fidem, & noſtra obligatione.*

2. *Et ait illi: Sequere me. Matth. 9.* Quam gratiam & Beneficium Chriſtus Dominus Matthæo exhibuit, vocando illum præ millies aliis ad ſui ſequelam, idipſum & Dominus Deus exhibuit cuilibet Chriſtiano, vocando illum ad ſanctam ſalvificam fidem præ millies millenis aliis: circumferamus oculos & animum per totum orbem terrarum, videbimus noſtram Europam ſcaturire hæreſum monſtris, Lutheraniſmo, Calviniſmo, Janſeniſmo, Syncretiſmo, Atheiſmo, aliiſque, quotidie novis. Si conjiciamus oculos in ceteras mundi partes Aſiam, Africam & Americam, inveniemus non niſi Gentiles, Machumetanos, idololatras, tanta cum feritate morum, ut incolarum milliones, ac milliones, ſi ſolam externam ſpeciem excipias, brutis, quam hominibus ſint ſimiliores. Et cur Dominus Deus nos præ his omnibus ad ſanctam ſalvificam fidem vocavit? Ex mera Bonitate & Miſericordia! Quis unquam hoc beneficium ſatis perpendit? qua gratitudine illud retribuere, & compenſare poſſumus Miſericordiſſimo Deo? Imitemur exemplum S. Matthæi, ille pro gratia ſuæ Vocationis adeo gratum ſe exhibuit Deo, ut in honorem Dei, Evangeliſtæ, Apoſtoli, & Martyris munus obierit. Faciamus ſimiliter, audiamus quomodo! 1. S. Matthæus in gratitudinem ſuæ Vocationis egit *Evangeliſtam*, deſcribendo vitam Chriſti a ſtabulo uſque ad crucem. Parem in modum quoad Deum vitam Chriſti in nobis ſemper exprimamus. Ideo in Concilio Antiocheno decretum eſt, ut credentes in Dominum JESUM Chriſtum deinceps Chriſtiani vocarentur: hic titulus denotat ſequacem Chriſti, quem in Baptiſmo profeſſus eſt. (Vide Barz. Ser.41. n.19.) Studeat ergo, ſicut corpore in terra, ita animo ſemper in cælo habitare, non tranſeat hora, in qua non Deum ſuum per aſpirationes jaculatorias ſalutet, & omnia ad ejus gloriam agat. (Vide Tit. Chriſtianus.) 2. S. Matthæus in gratitudinem ſuæ Vocationis factus eſt *Apoſtolus* propagando fidem, & prædicando Verbum Dei in ſalutem animarum. Parem in modum Chriſtianus quoad proximum conatum omnem impendat, ut rudes inſtruat, errantes corrigat, virtutem verbo, & exemplo doceat, peccata impediat, &c. 3. Sanctus Matthæus in gratitudinem ſuæ Vocationis factus eſt *Martyr*, dum Parthis & Æthiopibus fidem attulit, ſecuri percuſſus. Parem in modum Chriſtianus quoad ſeipſum martyr fiat, affectibus terrenis emoriatur, paſſiones, & concupiſcentias perimat, adverſitates, & ærumnas ſæculi generoſa reſignatione perferat, tentationes vincat, percutienti alteram maxillam præbeat, id, quod genus martyrii eſt, &c. Vide Tit. Chriſtianus. Sic reſpondendum eſt gratiæ Vocationis ad fidem, ut quilibet in mortis articulo dicere poſſit: Gratia ejus in me vacua non fuit, &c.

*De operationibus gratiæ Divinæ.*

3. *Vidit hominem ſedentem in telonio.* Quod ſol oriens facit in noſtro

Horizonte, id aſpectus Chriſti fecit in animo Matthæi: Diſcuſſit tenebras noctis, qua periculum æterni interitus non agnoſcebat: Calefecit frigidum cor, ut cæleſtibus deſideriis ardere inciperet: Diſſolvit nivem & glaciem, qua ille tranſitoriis divitiis inhærebat: Verbo: tam ſalutares operationes in corde Matthæi reliquit, ut factus ſit ex publicano Apoſtolus, ex peccatore pœnitentium exemplar. *Vidit illum Deus*, ait S. Chryſologus, *ut ille videret Deum! Vidit illum Chriſtus, ut ille pecuniæ latebras non amplius videret.* En! Dilectiſſimi, anſa nobis offertur, admirandi ſalutares effectus, & operationes gratiæ Divinæ! Ad rem! 1. Duplex eſt gratia Dei, *actualis & habitualis*; Actualis eſt quaſi auxilium tranſiens, per illuminationem intellectus, & inflammationem voluntatis excitans peccatorem ad pœnitentiam, aut hominem juſtum ad opus ſalutare: exemplum habemus in Matthæo, & etiam in Petro, quem ubi Dominus poſt trinam negationem reſpexit, ille pœnitens flevit amare. Habitualis, ſeu gratia ſanctificans eſt donum ſupernaturale, quod ex ſe ſtabiliter inhæret animæ, peccatum remittit, hominem facit filium adoptivum Dei, eique una cum cæleſti pulchritudine jus tribuit ad vitam æternam. 2. Utramque hanc gratiam æſtimare debemus ſuper omnia mundi bona, parati potius vitam perdere, quam Dei gratiam, juxta illud: Quid prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? 3. Illud maxime curandum, ut neutri gratiæ obicem ponamus, ſed ſedulo cooperemur utrique: Abraham, cum tres Angelos hoſpitio recepit, ipſemet ſedulo obiit miniſteria domus, quia, ut ait S. Chryſoſtomus: Viſitationem Divinam debet ſubſequi noſter labor! &c. Vide Mich. a Calvo conc. 36. §. 2. n. 7. Et Tit. Gratia Actualis, &c.

In Feſto S. Archangeli Michaelis.

*S. Michael pro vita & morte invocandus.*

1. L*Oquens per Angelum ſuum Servo ſuo Joanni. Apocal.* 1. Quemadmodum S. Michael Archangelus in veteri Lege fuit Cuſtos Synagogæ; ita in nova Lege Princeps & Protector eſt Eccleſiæ! Huic ex mandato Dei præeſt, curam illius gerit, in perſecutione protegit, ad Dei gloriam promovendam excitat, peccata & ſcandala ab illa avertit, omnemque impendit operam, ut omnes fideles in ſtatu tam ſacro quam profano ab Eccleſia militante ad triumphantem transferantur. Ante omnia igitur hodie Sanctum Archangelum in genere rogemus, ut potenti ſuo brachio, periculoſis his temporibus, Eccleſiam defendere, & ad cæleſtem gloriam promovere pergat. Quid autem in ſpecie rogandum? Id deſumendum ex officiis, quæ gerit. Audite! 1. Tempore illo, quo ſuperbus Lucifer ſeditioſum caput contra Deum extulit, volens ſimilis eſſe Altiſſimo, S. Michael rebelli ſeſe oppoſuit, eumque cum ſequacibus in abyſſum inferni præcipitavit. Rogandus igitur S. Archangelus, ut contra infernales poteſtates nobis ſuccurrat, in tentationibus, præſertim in morte aſſiſtat, a peccatis præſervet, & nullo modo permittat, ut contra nos prævaleat inimicus. 2. S. Michael a Deo conſtitutus eſt ad ſuſcipiendas animas: rogemus ergo, ut a Deo nobis impetret gratiam vitæ tam ſanctæ & innocentis, ut anima noſtra in morte digna ſit ſuſcipi ejus manibus. Non deerit orationibus noſtris; quia ad Dei gloriam & noſtram ſalutem ſe libentiſſime impendit: Olim in monte Horeb Moyſen inſtruxit in ſuo officio: Sanctum Bonifacium Germaniæ noſtræ Apoſtolum animavit ad prædicandum Verbum Dei: Sancto Cononi Inſtructor fuit devotionis erga SS. Euchariſtiam: Belliduci Joſue adfuit, dum populum introduxit in terram promiſſam: igitur & nobis non deerit in morte, ut nos introducat ad patriam cæleſtem. 3. S. Michael in die judicii præferet Crucem, in qua redempti ſumus. Rogemus ergo per S. Archangelum Dei gratiam, & vitam agamus tam ſanctam, & innocentem, ut illa die Crucem Redemptoris noſtri, non cum luctu, ſed cum lætitia intueamur. Vide Barz. Serm. 31. num. 38. Item Corn. a Lap. Exod. c. 3. v. 2. &c.

*Adverſitates dulces ſunt, non amaræ.*

1. *Bonum eſt tibi cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam, Matth.* 18. Plurimum intereſt imaginatione, & bona voluntate! Homo ſubtriſtis, & tetricæ indolis amaram potionem cum luctu & nauſea ſorbet, quam alius excitati genii cum riſu & lætitia ebibit. Par ratio ſe habet in adverſitatibus hujus ſeculi: unus triſtatur, alter lætatur: cujus rei ipſe Chriſtus Dominus nobis exem-



plum dedit, dum Paſſionem ſuam, quam Prophetæ *Mari* comparant, in horto Oliveti *Calicem* vocavit. Imitare exemplum, mi Chriſtiane, & adverſitatem tuam, quam ut integrum mare exhorreſcis, ut calicem tibi imaginare. Quomodo id facere poſſum? Edocebo modum, dabo rationes; quia revera, ſi vis, ſub adverſitatibus magna bona deliteſcunt. Percipe! 1. Dulcis eſt, non amara tribulatio, ſi reſpicis *culpam quæ remittitur*! certum enim eſt, quod per adverſitatem unius horæ, quam patienter, & fortiter pro Deo ſuſtines, plus de reatu peccatorum extinguere poſſis, quam per preces, & pia opera neſcio quæ & quanta. Modum ſic alleviandi malum docuit iterum Chriſtus dicens, *Calicem, quem dedit mihi Pater*, non Judas, non Scribæ, non Phariſei: ita & tu crede, hunc calicem tibi propinatum eſſe ab amantiſſimo Deo, non ab inimico perſecutore. 2. Dulcis non amara eſt tribulatio, ſi reſpicis *Gratiam quæ immittitur*; certum enim eſt, quod per crucem amore Dei exantlatam, gratia tam actualis, quam ſanctificans duplo, triplo in te augeatur. Præterea hoc habet iſta gratia, quod a peccato, malo maximo te præſervet: Ille in Evangelio cæcus natus eſt, non quia peccavit, ſed ne peccaret. Abimelech Rex per infirmitatem corporis præſervatus eſt, ne violaret Saram. Balaam, quia ex lapſu aſinæ pedem attrivit, reverſus eſt a maledictione quam cogitabat. (Vide Speranz. punct. 42.) 3. Dulcis eſt, non amara tribulatio, ſi reſpicis *Gloriam, quæ promittitur*. Hæc gloria nunquam magis æſtimatur, nunquam magis deſideratur, quam in adverſis! Sanctus Auguſtinus diu, dum res omnes illi proſpere fluebant, illam parum attendit, verum cum doloribus ſtomachi fuit cruciatus, ad Baptiſmum feſtinare cœpit. Et Chriſtus ipſe in hodierno Evangelio monet, & hortatur: *Bonum eſt tibi cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis! &c.* En rationum momenta, quæ mirum quantum dulcorant amaritudinem tribulationum! Vide Tit. Adverſitas! Item P. Segneri Manna an. 22. Aprilis n. 2.

*Peccatum terribilia damna cauſat peccatori.*

3. *Væ mundo a ſcandalis*! *Matth.* 18. Imagines S. Michaelis Archangeli ſatis declarant, quam pugnam ille habuerit contra rebellium Angelorum anteſignanum, quem ob peccatum ambitionis e cælo in infernum præcipitavit. Infelix Lucifer, unde excidiſti, quid perdidiſti, quo perveniſti? conſideremus Dilectiſſimi, quantis bonis peccatum mortale hominem privet, & quanta damna miſero inferat. Audite, obſtupeſcite! 1. Peccatum ſummum eſt, & infinitum malum, quia offendit ſummum, & infinitum Bonum; inprimis privat peccatorem gratia & amicitia Dei, qua majus bonum in mundo non extat: ſim miſerrimus, pauperrimus, afflictiſſimus, abjectiſſimus in toto mundo, felix ſum præ regibus terræ ſi Dei gratiam habeam! pro hac gratia Sancti Martyres vitam dederunt, & certe dediſſent millenas! (Vide Tit. Gratia.) 2. Per peccatum perduntur omnia merita hactenus collecta: ponamus hominem, qui merita omnium Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum haberet, eo momento, quo peccat, perdit omnia, & audire a Deo debet, velut fatuæ Virgines: *Neſcio vos*! (Vide Barz. Ser. 5. n. 24. & ſeq. Item P. Segneri Hom. Chriſt. Diſc. 13. n. 5. & ſeq.) 3. Per peccatum amittit homo merita Chriſti Redemptoris, eum fere in modum, ac ſi Chriſtus pro eo nunquam fuiſſet mortuus. (Vide Tit. Peccator.) 4. Per peccatum perdit homo jus ad hereditatem cæleſtem, expungitur nomen ejus e libro vitæ, inſcribitur in catalogum damnatorum & in æternum (niſi Deo miſerante reſipiſcat) in inferno eſt inimicus Dei. Quis non exhorreſcat? Vide Tit. Peccatum, Peccator, &c.

In Feſto SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ.

*De qualitatibus & merito amoris proximi.*

1. H*Æc mando vobis, ut diligatis invicem. Joann.* 15. Artificioſus fuit calamus, qui totam Homeri Iliadem in nuce ſcripſit: Artificioſum penicillum, quo tota Chriſti Paſſio picta fuit in quinque unguibus lævæ manus; Artificioſum ſcalprum, quo ſculpta fuit rheda cum quatuor equis, tam exigua, ut ſub ala muſcæ potuerit occultari. Sed artificioſior lingua, qua vetus, & novum teſtamentum unico verbulo expreſſit: *Dilige*! Omnia, quæ præcipit Deus, ait S. Gregorius, fundantur in amore. Atque ut nemo ſibi falſo perſuadeat, ſe amare proximum, ſciat, quod amor hic triplex ſit: *Naturalis*, qui oritur ex propen-

penſione naturali, aut ſimilitudine morum. *Virtuoſus*, qui amat proximum propter pietatem, & vitam laudabilem. Et denique *Supernaturalis*, qui unice amat propter Deum, hic eſt perfectus, & præceptus amor, & iterum tres habet proprietates, videlicet, ut ſit beneficus, univerſalis, & conſtans. Loquamur diffuſius: 1. Amor proximi debet eſſe *Beneficus*, & quidem ſine intereſſe proprio; nam bene facere remuneraturis, affectus avaritiæ eſt: ſolum procedere debet hic amor propter Deum. Perſæ ſemel in anno extinguere ſolebant omnes ignes in toto regno, excepto igne in aula regis, a quo deinde omnes ignes iterum reaccendi debebant: Ita amor noſter a nullo alio accendi debet, niſi ab igne amoris Divini: hic amor non habeat illud meum, & tuum, ſed amet pure ſicut Chriſtus dilexit nos, ſine propria utilitate, &c. 2. Amor proximi debet eſſe *Univerſalis* ſine exceptione: ſi unus excludatur, verus amor non eſt, quia amandi motiva ſunt univerſalia. Si dicas, amo omnes præter illum aut iſtum, quia eſt homo crudus & abſurdus; ipſe ſibi imputet, quod amari non poſſit: cruda eſt hæc & abſurda exceptio, qua non tam proximi quam tuum vitium accuſas: defectus eſt penes te; ſicut æger febricitans conqueritur, nimium calorem eſſe in lecto, cum tamen calor omnis ſit in ægrotante: ita quæris virtutem in alio, qui in te ipſo deberes, &c. 3. Amor debet eſſe *Conſtans* tam in proſperis, quam in adverſis. Si proximum ſolum amas dum felix eſt, econtra in infortunio, in paupertate, in perſecutione deſeris, amor tuus fucatus eſt, & mercurio metallorum infideliſſimo ſimilis: Mercurius amiciſſime inhæret auro, quamdiu aurum eſt, ſed cum illud in fornacem projectum igneſcit, fugit & violenter per caminum erumpit. Sic amor non eſt, qui tantum amat in proſperitate, & in adverſitate fugit, &c.

*Peccata Chriſtianorum graviora quam infidelium.*

2. *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent. Joann. 15.* Ruſticus quidam incultæ indolis homo in publica platea Virum e prima nobilitate aut Magiſtratu inſignem, palmari injuria, luto, ſputo, & verbis inhonorat. Obſtupeſcit Vir gravis & innocens, interrogatque injuriatorem, Noſti me? ſcis quis ego ſim? Ruſticus negat, inquiens, Non novi! ſicque ob ignorantiam, & ſtupiditatem impune dimittitur. Quodſi autem convincatur noviſſe offenſum, injuria ferro, & igne vindicatur. En! ignorantia delictum minuit, notitia autem & agnitio aggravat. Et hoc eſt, quod Chriſtus Dominus hodie exprimere voluit, hoc effato: *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent.* Et ego ex his verbis veritatem eruo prorſus terribilem, nempe, peccata Chriſtianorum, qui ex doctrina fidei altiſſimam rerum cæleſtium cognitionem habent, longe eſſe graviora, quam infidelium, & hæreticorum rudium & ſtupidorum. Vultis, ut hanc veritatem ſolidius probem? Probabo. 1. Peccatum Chriſtianorum gravius eſt, quam infidelium propter gratiam & beneficium Vocationis ad fidem! Mi Chriſtiane, Deus ex mera miſericordia te præ mille millibus prælegit, & in Sacramento Baptiſmi quaſi his verbis inauctoravit: Ego conſtituo te, ut ſancte mihi ſervias, & compenſes injurias, quas ab infidelibus & a peccatoribus quotidie patior. Quodſi, mi Chriſtiane, non minus impie vivas, quam infideles, certus eſto, quod unicum peccatum tuum, magis affligat Deum, quam decem alia infidelium, ſicque erumpat in illas querimonias: Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique, ſed tu homo unanimis & notus meus! 2. Peccata Chriſtianorum ſunt graviora quam infidelium, propter millena beneficia a Deo accepta v. g. piam educationem, inſtructionem per verbum Dei, participationem Sacramentorum, præſertim! SS. Euchariſtiæ, aliaque non tantum communia, ſed etiam particularia &c. 3. Peccata Chriſtianorum ſunt graviora quam infidelium, propter ſcandalum, ſi Chriſtiani viverent prout deberent, certe bono virtutis exemplo infideles, & hæreticos ad ſanctam ſalvificam fidem traherent: verum cum vitam non minus ſceleratam agant, quam illi, contemnunt legem Chriſti, putantque, quod Chriſtiani nihil ſingulare habeant in doctrina, cum nihil ſingulare habeant in vita, &c. Vide Barz. ſerm. 40. Item Tit. Peccatum, &c.

*Excuſationes peccati nihil valent.*

3. *Excuſationem non habent de peccato ſuo.* Nihil familiarius peccatori, quam excuſare peccatum: *Uſitatum eſt generis humani vitium*, ait S. Gregorius, *peccatum latendo committere, commiſſum negando abſcondere, convictum defendendo multiplicare.* (Vide Speranzam punct. 25.) Aliqui culpam rejiciunt in carnis imbecillitatem, alii in tentationum gravitatem, alii in pravas inclinationes, alii in dæmonis inſidias, alii demum in ipſam concupiſcentiam. (Vide Barz. ſerm. 20. n. 17. Et ſerm. 24. n. 1. & ſeq.) Verum de his ſciendum, 1. Excuſationes omnes in genere nihil valere apud Deum: ille excuſationes has omnes ab æterno prævidit, & tamen legem ſuam ſancire non deſtitit. Primus peccator, nempe Adam in paradiſo jam fuit huic infirmitati obnoxius: excuſavit peccatum: Mulier quam dediſti mihi, me decepit: ſed male ipſi ceſſit audacia, quia, ut ait S. Auguſtinus, culpando uxorem & culpam transferendo in auctorem, auxit potius crimen, quam minuit. Si ingenua humilitate crimen confeſſus fuiſſet, ait idem S. Auguſtinus, forſan e paradiſo non exulaſſet. Sic res ſe habet de omnibus excuſationibus in genere. (Vide Barz. ſerm. 33. n. 2. & ſerm. 58. n. 5.). 2. Et in ſpecie eorum, qui peccatum excuſare contendunt Concupiſcentia: quia hæc adeo non nocet, ut potius profit ad ſpirituale certamen. (Vide Barz. ſerm. 33. n. 11.) Dicis: Concupiſcentia eſt radix, & fomes millenorum peccatorum! Reſpondeo, Eſt, ſed non ſua, ſed conſentientis culpa: ſi equus petulans dejiciat ſeſſorem, culpa non eſt equi ratione carentis, ſed imperiti ſeſſoris, &c. Vide Tit. Concupiſcentia, &c.

## In Feſto Omnium Sanctorum.

*Adverſitates mundi leves fiunt intuitu cæleſtis gloriæ.*

1. G*Audete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Matth. 5.* Myſterioſus plane, & profunda conſideratione digniſsimus eſt diſcurſus, quem Chriſtus Dominus, poſt glorioſam ſuam aſcenſionem, cum Diſcipulis euntibus in Emmaus incognitus conſeruit. Loquebantur illi de paſsione & morte Divini ſui Magiſtri, & hic, qui ſub ſpecie peregrini ſe illis adjunxit, interrogabat eos: *Qui ſunt hi ſermones!* Admirabundi illi reſpondebant, tu ſolus peregrinus es, & ignoras cruentam tragœdiam, ac tormenta, quæ elapſa ſeptimana in Urbe Hieruſalem Crucifixus ille ſuſtinuit? Diſſimulabat adhuc omnia Chriſtus, & interrogando ſubinferebat. *Quæ?* id eſt, quænam ergo tormenta ſuſtinuit? Mirabilis hæc eſt, & imperceptibilis interrogatio, qua Chriſtus indicare voluit, quod intuitu gloriæ corporis, qua defacto frueretur, vel jam oblitus eſſet tormentorum, quæ paſſus eſt, vel illa omnia pro modico, aut nihilo reputaret. En mi Chriſtiane, ſi gloriam illam ſuſpicis, quæ te exſpectat in cælis, jam quidquid in hac vita agis aut pateris, parvi pendes. (Vide Barz. ſerm. 30. n. 39.) Demonſtro, quod ajo! Patriarcha Moyſes accurate deſcribit ætatem Proregis Ægyptii Joſeph, dicens, quod vixerit centum, & decem annis. Quare hoc? Notate. Joſephus in carcerem detruſus eſt, quando erat ſeptendecim annorum, & Prorex Ægypti factus eſt, dum erat annorum triginta, ut ergo indicaret Moyſes, quod tantum tredecim annis fuerit in ærumnis, & octoginta annis in ſumma felicitate, accurate calculavit ipſius ætatem, nimirum, ut ſubjungit Chryſoſtomus, majora ſunt præmia, quam labores. (Vide Barz. ſerm. 30. n. 32.) Quot annos numeras mi Chriſtiane? triginta, quadraginta, quinquaginta! an hactenus Deo ſerviſti, peccata fugiſti, gratiam Dei in corde ſervaſti? Servavi quantum potui! adeoque cælum ſperas? Spero omnino! O quam exigua ſunt tua merita ad cæli præmium, quod eſt æternum! Sed inquis, arduum eſt in anguſta mandatorum ſemita ſine offenſa progredi! Audi Davidem! Ille mortalis hujus vitæ curſum, brevi tempore prætereuntem, conſiderans, exclamat: *Latum mandatum tuum nimis!* quid eſt, quod viam mandatorum latam dicat, quam tu arctam eſſe deploras? nempe, quia paullo ante mentionem fecit, *Omnis conſummationis vidi finem!* qui finem vitæ, ſive beatum, ſive infelicem conſiderat, viam mandatorum obſervatu facilem, & amœnam ſibi proponit, & omnes difficultates lætus ſuperat. (Vide Barz. ſer. 30. n. 34.) Age ergo ſuſpice cælum, & hujus intuitu in omnibus vince te ipſum, Dic tibi ipſi ad exemplum S. Job: *Pepigi fœdus cum oculis meis?* fœdus cum auribus meis, fœdus cum corde meo, quod nihil ſenſuale aut delectabile velim illis admittere; quia hæc omnia eminenter inveniam, cum Deum meum videro. Vide Barz. ſerm. 30. n. 28. &c.

*A via cæli aberrant peccatores.*

2. *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto ejus. Pſ. 23.* Dicite Dilectiſſimi, ubi via recta & ſe-

cura in cælum? Mirabilis interrogatio! Via recta, ac ſecuriſſima in cælum puto illa eſt, quam Chriſtus Dominus, & Sancti ejus nobis præiverunt; ideo habemus libros, quibus eorum vita deſcribitur, habemus imagines, quibus eorum facta nobis ante oculos ponuntur. Scipio generoſiſſimus Belli dux fatetur, quod ſtimulum bellicæ ſuæ fortitudinis ſumpſerit, ex intuitu ſtatuarum, quas antiquis Heroibus Roma in laudis memoriam poſuit. Ita & nos, ait S. Gregorius, qui fonte Baptiſmatis imbuti ſumus, utriuſque teſtamenti auſcultare debemus hiſtorias, ut Sanctorum vitas, & facta imitemur. (Vide Barz. ſerm. 45. n. 3. & ſeq.) Hæc eſt via recta, & ſecura in cælum! An vos, Dilectiſſimi, aliam ſcitis? Videamus Viatores per hunc mundum itinerantes? 1. En! ibi turma eorum, qui erecta cervice, & ſupercilioſa facie magnis greſſibus inambulant, ad honorum faſtigia eluctari anhelant, ſua dicta pro oraculis haberi, ſua facta laudibus ſuper ſydera extolli cupiunt; an hi viam cæli tenent? Non puto! Sancti contrariam viam humilitatis tenuerunt! S. Gregorius, Petrus Cæleſtinus, Ambroſius, Thomas Aquinas, Philippus Nerius tam pertinaciter dignitates recuſarunt, quam mundani illas affectarunt, obierunt munia abjectiſsima & cupierunt a mundo contemni, ac pro ſtultis haberi. Cur autem iſta? Ad exemplum Chriſti, qui licet fuerit Rex Regum, uſque ad conſortium jumentorum in ſtabulo, uſque ad pedes Apoſtolorum, uſque ad infamiam crucis ſeſe abjecit. (Vide Tit. Humilitas Sanctorum.) 2. Video aliam turmam eorum, qui divitiis per fas & nefas inhiantes, bona terrena corradunt, & tum ſe demum felices reputant, cum marſupia & ciſtæ eorum auro, argentoque turgent. An hi viam cæli gradiuntur? Multo minus! Sancti contrariam viam tenuerunt, in paupertate, in fame & ſiti vitam miſeram duxerunt, ad imitationem Chriſti, qui a nativitate uſque ad mortem fuit pauperrimus, a paupere Virgine, & paupere fabro nutritus, denique in cruce mortuus, ubi non habebat, ubi caput reclinaret. 3. Video tertiam turmam eorum, qui edunt, bibunt, ludunt, & cantantes ac tripudiantes petulciunt, & procantur. An hi viam cæli invenerunt? Omnium minime! Sancti contrariam viam elegerunt, mori potius parati, quam vel minimam hujus peccati maculam admittere, ſcientes, quod Chriſtus Dominus in paſsione ſua per totam noctem acerbiſsima tormenta paſſus ſit, ut luat peccata hominum, quæ nocte fiunt, &c. Vide Tit. Caſtitas. Item Speranz. punct. 14. Item Barz. ſerm. 45. &c.

*Chriſtianus qualiter vivere debeat, ut ſalvus fiat.*

3. *Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Mirari nunquam ſatis potui illud Chriſtianorum genus, qui nec frigidi, nec calidi vitam ad mundi genium vivunt, ſuæ voluntati nihil denegant, dies joviales ſibi procurant, inter commoditates corporis, inter riſus, convivia, tripudia continuo verſantur, pericula peccati parum curant, & ſi prolapſi ſunt, per unam contritiunculam rem omnem compoſitam eſſe arbitrantur, de cetero cruces, adverſitates, injurias damnant, & execrantur: Verbo, laxiſsimi vivunt, & tamen cælum ſibi imaginantur ut certum, hos, inquam, ſemi-Chriſtianos non poſſum ſatis admirari, vel enim Chriſtus & Sancti omnes errarunt, vel iſti errant. Quomodo ergo Chriſtianus conſtitutus eſſe debet, ut cælum ſperare poſsit? 1. *Seipſum* debet immunem ſervare ab omni peccato, mandatis obedire, paſsiones ſubjugare, corpus mortificare, voluntati ſuæ reſiſtere &c. 1. *Proximum* debet diligere ſicut ſeipſum, illi in neceſsitate ſuccurrere, a peccatis cohibere, errantem corrigere. 3. *Deum* debet amare ſuper omnia, illius amore adverſa patienter ſuſtinere, Chriſtum & Sanctos imitari! Sed in quo conſiſtit hæc imitatio? Audi verba Redemptoris: ſiquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me! Hoc omnes Sancti fecerunt, præter hanc viam non datur alia in cælum! &c. Vide Tit. Sancti: Beatitudo: Adverſitates &c.

In Feſto S. Martini Epiſcopi.

*Quomodo opera bona per ſanctam intentionem dignificanda.*

1. SI *oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Luc.* 11 Commune adagium dicit: Intentio judicat omnes. Id, ſi in ulla alia re, certe in vita Chriſtiana, & ſpirituali maxime valet: ut opus aliquod cæli corona dignum ſit, non ſufficit, ut ſecundum ſe ſit bonum, nec ut operans ſit in gratia Dei, ſed ut ad Dei honorem, & beneplacitum elevetur. Sicut fruſtum argenti, etſi in ſe æſtimabile, ſi effigie Principis ſignatum non ſit, ad mercandum non valet; ita opus utut de ſe bonum, ſi ſancta intentione careat, ad cælum inutile eſt, id quod intelligi quodammodo poteſt per textum allatum: *Si oculus tuus ſimplex fuerit &c.* Loquamur de doctrina bonæ intentionis, quæ Chriſtiano in paucis eſt utilis, & neceſſaria. Nota igitur 1. opera, quantumvis magna, ex ſe coram Deo æſtimabilia non ſunt, ſed ſolum talia fiunt ex intentione; Deus enim non opus ſed voluntatem, non manum, ſed animum aſpicit: Et hæc fuit ars omnium Sanctorum diteſcendi in meritis, quibus nonnunquam etiam Martyres ſuperarunt; ſemper enim verſantes in præſentia Dei, omnes halitus, omnes arteriarum pulſus ad Deum elevarunt. Nam Nota 2. Opera cuivis ſtatui, officio aut conditioni propria, imo etiam opera naturæ neceſſaria, uti comedere, bibere, dormire poſſunt per intentionem ad inſigne meritum elevari; atque in hoc ſenſu dicit S. Hieronymus: *Sanctis ipſe etiam ſomnus eſt oratio.* Hinc Nota 3. Inaniter conqueri multos, qui dicunt, ſum vilis opifex, non poſſum, ſicut Monachi prolixe orare, eleemoſynas facere, conſequenter nec grandia merita colligere! Erras, quiſquis ita ſentis; ipſa quotidiana artificii opera, alendæ familiæ neceſſaria, quamvis vilia ſint, per ſacras intentiones ad tantum meritum elevari poſſunt, quantum eſt intenſiſſima Oratio, aut profuſiſſima erga pauperes miſericordia. Dic, quis major coram Deo fuit Moyſes aut Elias? ſine dubio ais, Moyſes, qui Pharaonem miraculis terruit, dum econtra Elias ignotus, & ignobilis latuit! Et tamen in monte Thabor non minus Elias, quam Moyſes glorioſus apparuit. En opera in oculis hominum vilia adeo poſſunt dignificari, ut Deo non minus placeant, quam opera excellentiſſima in æſtimatione hominum. Nota tamen 4. Sic opera quantumvis dignificata offerenda eſſe Deo in unione meritorum Chriſti & Sanctorum; Hæc eſt vera chryſopæja ſeu ars conficiendi aurum, quo cælum emitur. Vide Tit. Intentio bona &c. Et tale opus meritorium fuit eleemoſyna dimidii pallii, quod S. Martinus pauperi porrexit, id quod Sanctum hunc magnum fecit coram Deo, & hominibus, &c.

*Superiores velut oculi invigilent bono ſubditorum.*

2. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus: Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit. Luc.* 11. Quod oculi ſunt in corpore, hoc Superiores ſunt in tota communitate, & Patres-familias in domibus privatis: Sicut oculi totum corpus regere, manus dirigere, pedibus præire, viam monſtrare, & pro toto corpore vigilare, mala illius avertere, & bona promovere debent: ita id ipſum Superiorum & Patrum-familias officium eſt, de quo ſuo tempore Divino Judici gravem rationem reddere, & vel præmium, vel ſupplicium æternum exſpectare debebunt. Proſequamur hanc comparationem, & videamus, quouſque hoc officium ſeſe extendat. 1. Oculi non ſibi ſolis, ſed toti corpori vigilant, & dormiunt: Ita Superior aut Paterfamilias non ſibi ſoli vivit, ſed patriæ, amicis, filiis, & ſubditis: horum commune emolumentum præferre debet privato, ſuaque cura ac labore utilitatem horum omnium promovere: ſicut Jacob in ſervitio Labani tam ſedulam habuit curam gregis, ut diceret de ſeipſo: *Fugiebat ſomnus* ab oculis meis; ita Superior pro communitate, Paterfamilias pro familia vigilare, primus ſurgere, ultimus cubitum concedere debet. 2. Oculi non ſeipſos, ſed alios intuentur: Ita Superior, & Paterfamilias non ſuum bonum, ſed ſubditorum quærere debet: ſi avarus ſit, & diteſcere cupiat, & ipſe & ſubditi fient virtute pauperes. Jethro inter alia ſuaſit Moyſi, ut in capita aliorum conſtitueret Viros ab omni avaritia alienos; hinc Alcamenes Spartanus rogatus, cur munera oblata non accepiſſet; repoſuit, ſi accepiſſem, cum Lege Dei pacem habere non potuiſſem. &c. 3. Oculi tam ſunt delicati, ut quævis parva macula in illis pro magna reputetur: Ita ſuperiores & Patresfamilias ab omni nævo caveant; quia, ut ait Tridentinum, *Integritas præcedentium, eſt ſalus ſubditorum*: Moyſes, ubi a Deo conſtitutus eſt Superior populi, fulgore coruſcavit: ita quilibet, qui præeſt, ſubditis, abſque ulla macula, virtute prælucere debet. (Vide Tit. Judices, Prætores, Patresfamilias.) Has omnes regulas accurate obſervavit S. Martinus; hinc a S. Damiano dicitur fuiſſe Bonus Miles, Melior Monachus, & Optimus Epiſcopus: *Laudis ejus plena eſt terra*, &c.

*Ex uno opere bono, aut malo poteſt dependere æternitas.*

3. *Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit, ſi autem nequam*

cura in cælum? Mirabilis interrogatio! Via recta, ac ſecuriſſima in cælum puto illa eſt, quam Chriſtus Dominus, & Sancti ejus nobis præiverunt; ideo habemus libros, quibus eorum vita deſcribitur, habemus imagines, quibus eorum facta nobis ante oculos ponuntur. Scipio generoſiſſimus Belli dux fatetur, quod ſtimulum bellicæ ſuæ fortitudinis ſumpſerit, ex intuitu ſtatuarum, quas antiquis Heroibus Roma in laudis memoriam poſuit. Ita & nos, ait S. Gregorius, qui fonte Baptiſmatis imbuti ſumus, utriuſque teſtamenti auſcultare debemus hiſtorias, ut Sanctorum vitas, & facta imitemur. (Vide Barz. ſerm. 45. n. 3. & ſeq.) Hæc eſt via recta, & ſecura in cælum! An vos, Dilectiſſimi, aliam ſcitis? Videamus Viatores per hunc mundum itinerantes? 1. En! ibi turma eorum, qui erecta cervice, & ſupercilioſa facie magnis greſſibus inambulant, ad honorum faſtigia eluctari anhelant, ſua dicta pro oraculis haberi, ſua facta laudibus ſuper ſydera extolli cupiunt; an hi viam cæli tenent? Non puto! Sancti contrariam viam humilitatis tenuerunt! S. Gregorius, Petrus Cæleſtinus, Ambroſius, Thomas Aquinas, Philippus Nerius tam pertinaciter dignitates recuſarunt, quam mundani illas affectarunt, obierunt munia abjectiſsima & cupierunt a mundo contemni, ac pro ſtultis haberi. Cur autem iſta? Ad exemplum Chriſti, qui licet fuerit Rex Regum, uſque ad conſortium jumentorum in ſtabulo, uſque ad pedes Apoſtolorum, uſque ad infamiam crucis ſeſe abjecit. (Vide Tit. Humilitas Sanctorum.) 2. Video aliam turmam eorum, qui divitiis per fas & nefas inhiantes, bona terrena corradunt, & tum ſe demum felices reputant, cum marſupia & ciſtæ eorum auro, argentoque turgent. An hi viam cæli gradiuntur? Multo minus! Sancti contrariam viam tenuerunt, in paupertate, in fame & ſiti vitam miſeram duxerunt, ad imitationem Chriſti, qui a nativitate uſque ad mortem fuit pauperrimus, a paupere Virgine, & paupere fabro nutritus, denique in cruce mortuus, ubi non habebat, ubi caput reclinaret. 3. Video tertiam turmam eorum, qui edunt, bibunt, ludunt, & cantantes ac tripudiantes petulciunt, & procantur. An hi viam cæli invenerunt? Omnium minime! Sancti contrariam viam elegerunt, mori potius parati, quam vel minimam hujus peccati maculam admittere, ſcientes, quod Chriſtus Dominus in paſsione ſua per totam noctem acerbiſsima tormenta paſſus ſit, ut luat peccata hominum, quæ nocte fiunt, &c. Vide Tit. Caſtitas. Item Speranz. punct. 14. Item Barz. ſerm. 45. &c.

*Chriſtianus qualiter vivere debeat, ut ſalvus fiat.*

3. *Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Mirari nunquam ſatis potui illud Chriſtianorum genus, qui nec frigidi, nec calidi vitam ad mundi genium vivunt, ſuæ voluntati nihil denegant, dies joviales ſibi procurant, inter commoditates corporis, inter riſus, convivia, tripudia continuo verſantur, pericula peccati parum curant, & ſi prolapſi ſunt, per unam contritiunculam rem omnem compoſitam eſſe arbitrantur, de cetero cruces, adverſitates, injurias damnant, & execrantur: Verbo, laxiſsimi vivunt, & tamen cælum ſibi imaginantur ut certum, hos, inquam, ſemi-Chriſtianos non poſſum ſatis admirari, vel enim Chriſtus & Sancti omnes erratunt, vel iſti errant. Quomodo ergo Chriſtianus conſtitutus eſſe debet, ut cælum ſperare poſsit? 1. *Seipſum* debet immunem ſervare ab omni peccato, mandatis obedire, paſsiones ſubjugare, corpus mortificare, voluntati ſuæ reſiſtere &c. 2. *Proximum* debet diligere ſicut ſeipſum, illi in neceſsitate ſuccurrere, a peccatis cohibere, errantem corrigere. 3. *Deum* debet amare ſuper omnia, illius amore adverſa patienter ſuſtinere, Chriſtum & Sanctos imitari! Sed in quo conſiſtit hæc imitatio? Audi verba Redemptoris: ſiquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me! Hoc omnes Sancti fecerunt, præter hanc viam non datur alia in cælum! &c. Vide Tit. Sancti: Beatitudo: Adverſitates &c.

In Feſto S. Martini Epiſcopi.

*Quomodo opera bona per ſanctam intentionem dignificanda.*

1. *SI oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Luc.* 11. Commune adagium dicit: Intentio judicat omnes. Id, ſi in ulla alia re, certe in vita Chriſtiana, & ſpirituali maxime valet: ut opus aliquod cæli corona dignum ſit, non ſufficit, ut ſecundum ſe ſit bonum, nec ut operans ſit in gratia Dei, ſed ut ad Dei honorem, & beneplacitum elevetur. Sicut fruſtum argenti, etſi in ſe æſtimabile, ſi effigie Principis ſignatum non ſit, ad mercandum non valet; ita opus utut de ſe bonum, ſi ſancta intentione careat, ad cælum inutile eſt, id quod intelligi quodammodo poteſt per textum allatum: *Si oculus tuus ſimplex fuerit &c.* Loquamur de doctrina bonæ intentionis, quæ Chriſtiano in paucis eſt utilis, & neceſſaria. Nota igitur 1. opera, quantumvis magna, ex ſe coram Deo æſtimabilia non ſunt, ſed ſolum talia fiunt ex intentione; Deus enim non opus ſed voluntatem, non manum, ſed animum aſpicit: Et hæc fuit ars omnium Sanctorum diteſcendi in meritis, quibus nonnunquam etiam Martyres ſuperarunt; ſemper enim verſantes in præſentia Dei, omnes halitus, omnes arteriarum pulſus ad Deum elevarunt. Nam Nota 2. Opera cujvis ſtatui, officio aut conditioni propria, imo etiam opera naturæ neceſſaria, uti comedere, bibere, dormire poſſunt per intentionem ad inſigne meritum elevari; atque in hoc ſenſu dicit S. Hieronymus: *Sanctis ipſe etiam ſomnus eſt oratio.* Hinc Nota 3. Inaniter conqueri multos, qui dicunt, ſum vilis opifex, non poſſum, ſicut Monachi prolixe orare, eleemoſynas facere, conſequenter nec grandia merita colligere! Erras, quiſquis ita ſentis; ipſa quotidiana artificii opera, alendæ familiæ neceſſaria, quamvis vilia ſint, per ſacras intentiones ad tantum meritum elevari poſſunt, quantum eſt intenſiſſima Oratio, aut profuſiſſima erga pauperes miſericordia. Dic, quis major coram Deo fuit Moyſes aut Elias? ſine dubio ais, Moyſes, qui Pharaonem miraculis terruit, dum econtra Elias ignotus, & ignobilis latuit! Et tamen in monte Thabor non minus Elias, quam Moyſes glorioſus apparuit. En opera in oculis hominum vilia adeo poſſunt dignificari, ut Deo non minus placeant, quam opera excellentiſſima in æſtimatione hominum. Nota tamen 4. Sic opera quantumvis dignificata offerenda eſſe Deo in unione meritorum Chriſti & Sanctorum; Hæc eſt vera chryſopæja ſeu ars conficiendi aurum, quo cælum emitur. Vide Tit. Intentio bona &c. Et tale opus meritorium fuit eleemoſyna dimidii pallii, quod S. Martinus pauperi porrexit, id quod Sanctum hunc magnum fecit coram Deo, & hominibus, &c.

*Superiores velut oculi invigilent bono ſubditorum.*

2. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus: Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit. Luc.* 11. Quod oculi ſunt in corpore, hoc Superiores ſunt in tota communitate, & Patres-familias in domibus privatis: Sicut oculi totum corpus regere, manus dirigere, pedibus præire, viam monſtrare, & pro toto corpore vigilare, mala illius avertere, & bona promovere debent: ita id ipſum Superiorum & Patrumfamilias officium eſt, de quo ſuo tempore Divino Judici gravem rationem reddere, & vel præmium, vel ſupplicium æternum exſpectare debebunt. Proſequamur hanc comparationem, & videamus, quouſque hoc officium ſeſe extendat. 1. Oculi non ſibi ſolis, ſed toti corpori vigilant, & dormiunt: Ita Superior aut Paterfamilias non ſibi ſoli vivit, ſed patriæ, amicis, filiis, & ſubditis: horum commune emolumentum præferre debet privato, ſuaque cura ac labore utilitatem horum omnium promovere: ſicut Jacob in ſervitio Labani tam ſedulam habuit curam gregis, ut diceret de ſeipſo: *Fugiebat ſomnus* ab oculis meis; ita Superior pro communitate, Paterfamilias pro familia vigilare, primus ſurgere, ultimus cubitum concedere debet. 2. Oculi non ſeipſos, ſed alios intuentur: Ita Superior, & Paterfamilias non ſuum bonum, ſed ſubditorum quærere debet: ſi avarus ſit, & diteſcere cupiat, & ipſe & ſubditi fient virtute pauperes. Jethro inter alia ſuaſit Moyſi, ut in capita aliorum conſtitueret Viros ab omni avaritia alienos; hinc Alcamenes Spartanus rogatus, cur munera oblata non accepiſſet; repoſuit, ſi accepiſſem, cum Lege Dei pacem habere non potuiſſem. &c. 3. Oculi tam ſunt delicati, ut quævis parva macula in illis pro magna reputetur: Ita ſuperiores & Patresfamilias ab omni nœvo caveant; quia, ut ait Tridentinum, *Integritas præcedentium, eſt ſalus ſubditorum*: Moyſes, ubi a Deo conſtitutus eſt Superior populi, fulgore coruſcavit: ita quilibet, qui præeſt, ſubditis, abſque ulla macula, virtute prælucere debet. (Vide Tit. Judices, Prætores, Patresfamilias.) Has omnes regulas accurate obſervavit S. Martinus; hinc a S. Damiano dicitur fuiſſe Bonus Miles, Melior Monachus, & Optimus Epiſcopus: *Laudis ejus plena eſt terra*, &c.

*Ex uno opere bono, aut malo poteſt dependere æternitas.*

3. *Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit, ſi autem nequam*

*quam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Luc.* 11. Heroica liberalitas, qua S. Martinus pauperi dimidium pallii ceſſit, adeo placuit Chriſto Domino, ut dimidiato illo veſtitu indutus apparuerit, cum laude, & gratitudine inquiens: Martinus adhuc catechumenus hac me veſte contexit. Ex hac laude, & gratitudine duplicem eruo veritatem ad ſolatium, & terrorem omnium noſtrum. Attendite! Prima Veritas ad ſolatium illa eſt, quod ex uno generoſo virtutis actu, æterna ſæpe ſalus dependeat. Deus probat ſuos famulos v. g. in arduæ ſui victoria, & ſi fideles inveniat, illos magis, magiſque perfectos & tandem ſanctos facit. Sic probavit Abraham, dum petiit ab eo, ut ſibi filium immolaret, dumque paratum promptumque invenit, illum non ſolum Patrem credentium, ſed progenitorem conſtituit, ex cujus propagine Chriſtus Mundi Redemptor eſſet naſciturus. Sic de Jacobo, Tobia, aliiſque poſſet exemplum adduci, &c. Altera veritas ad terrorem iſta eſt, quod ex malitioſo peccato plerumque ſequatur æterna damnatio; poſt talem enim malitiam Deus cum donis & gratiis ſuis fit parcior; tentationes fiunt graviores, reſiſtentia fit difficilior, peccator fit infirmior. Et quid tandem? labitur in alterum, & plura peccata, venit ad conſuetudinem, a conſuetudine ad deſperationem, a deſperatione ad infernum! hæc eſt illa catena, quæ trahit ad interitum. Tu, mi Chriſtiane, attende ad ſpeciales inſtinctus, & quando animum vel ad opus bonum commoveri, vel ab opere malo retrahi ſentis, noli eſſe inobediens ſed fidelis; quia ex hoc forſan tua ſalus, aut æterna pernicies dependet. Vide Tit. Bona opera, Peccatum, &c.

## In Feſto S. Catharinæ Virg. & Martyris.

*Exemplum imitandum in tuenda caſtitate.*

1. H*Æc eſt Virgo Sapiens, & una de numero prudentum.* Virginalis Caſtitas, nomen eſt Mundo exoſum, & cælo æſtimabile! æſtimatur a Chriſto Domino, qui voluit eſſe Filius illibatæ Virginis! æſtimatur ab Angelis tanquam ſibi ſimilis, juxta illud: qui non nubent, neque nubentur, erunt ſicut Angeli Dei! æſtimatur a Sanctis, qui pro illa uſque ad mortem pugnarunt! Virgineæ animæ! ut in immundo mundo, inter impudentes inſidias virtutis hujus theſaurum intemeratum conſervetis, diſcite pro illo pugnare cum S. Catharina, & ipſius exemplum imitari! Quomodo? Audite. 1. S. Catharina fuit *Virgo Puriſſima*! illius virgineus candor a Maximino Imperatore blandiente, & regium thalamum, una cum auri argentique talentis promittente, non potuit corrumpi, quin imo illa ſola auſa eſt, Maximino Diis ſacrificanti ſuam exprobrare ſtultitiam. Hodie proh dolor! longe alia eſt rerum facies! Virgines quæ cedri eſſe deberent, arundines ſunt ad omnem ventum mobiles! ſordes puritati contrarias adeo non exhorreſcunt, ut auri fulgore, blanditiis, & promiſſionibus proci facile expugnari ſe ſinant, &c. 2. S. Catharina fuit *Virgo ſapientiſſima*! contra quinquaginta Philoſophos pro veritate fidei tam prudenter diſputavit, ut illos ad Chriſtum converſos demum Martyres fecerit. Hodie non ita ſolide ſapiunt Virgines, in ipſis fidei principiis ad alloquium lenonis titubare incipiunt, creduntque, virtutem caſtitatis non eſſe theſaurum adeo æſtimabilem Chriſto & Angelis, ut illi affectus ſæculi, & ſpes nuptiarum præferri non poſſit, &c. 3. S. Catharina fuit *Virgo fortiſſima*: ad enſes, gladios & rotas, quæ contra ipſam una cum minis acerbiſſimis ſtringebantur, adeo non exhorruit, ut lubens, ac hilaris caput pro Chriſto amputandum dederit. Quid hodie noſtræ Virgines? ad unicum verbum aſperum, ad vultum corrugatum lenonis impuri expalleſcunt! lugent Angeli, rident dæmones, quod ignes inferni minus timeant, quam ignes fatuos laſcivi amoris, &c. Infelices animæ, quæ mundum cælo præfertis! S. Catharina a Sanctis Angelis in monte Sinai ſepulta eſt, vos impuræ Veneres non in monte, ſed in valle tumulum invenietis! dicite, quos veſpillones habebitis? Eheu! Vide Tit. Caſtitas, Virginitas &c.

*Vitium contrarium caſtitati ſuperandum, eſt fuga.*

2. *Simile eſt regnum cælorum decem Virginibus.* Tempore illo, quo corporis robore, & proceritate terribilis Goliath, quotidie e caſtris Philiſtæorum prodibat, & exercitui Iſraelitarum inſultabat, magnanimus David funda, & quinque lapidibus armatus in arena comparuit, & contra gigantem tam feliciter pugnavit, ut illum lapidis jactu proſtratum, proprio enſe decapitarit. Aliter ſe res habuit in domo Putipharis: ibi impudens Domina domus Innocentem Joſephum ad nefas propudioſiſſime ſolicitavit. Quid ille? ſine mora aufugiens fugit, ita, ut etiam pallium, quo tenebatur, in manu lenæ reliquerit, contagium metuens, ſi illud a manu feminæ contactum porro uſui ſuo adhiberet. En! Chriſtianæ animæ! ex hac certaminis differentia diſcite, contra alia quævis vitia ſtandum, pugnandum: contra vitium autem laſciviæ fugiendum eſſe. Audite plura, & majora! 1. Fugiendi ſunt *aſpectus*; oculi enim ſunt prima amoris via, & impudentiæ duces! Evam in paradiſo, dum oculos in pomum vetitum conjecit, coarguens Bernardus interrogat: cur mortem tuam tam intente intueris? quid ſpectare libet, quod manducare non licet? reſpondet quidem mulier de pomo, quod eſſet bonum! ſed unde noveras eſſe bonum, niſi quod oculus hanc tibi ſuggeſſerit imaginationem; nam viſum ſequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem conſenſus, qui jam ipſe peccatum eſt, & mors animæ; hinc cordate enuntiat Auguſtinus: Ne dicatis mihi, quod animum habeatis pudicum, ſi oculos habeatis impudicos. ( Vide Tit. Oculi! Item Speranz. punct. 32. & punct. 116. ) 2. Fugienda eſt *Familiaritas* cum altero ſexu, quia vel unicus manuum tactus aut compreſſio jam non minus veneni relinquit, quam rabidi canis morſus. Bone Deus! exclamat S. Franciſcus Saleſius, Puriſſima Virgo Maria ad Angeli Gabrielis ingreſſum, vocemque trepidat, & turbatur. Et non horrebit imbecillis & immunda femina Viri converſationem, quamvis ille vel Angeli ſpeciem indutus videatur. ( Vide S. Franc. Saleſ. Direct. p. 3. c. 9. n. 9. Item Familiaritas utriuſque ſexus. ) 3. Fugienda *conſortia* honeſtati & pudori magis inimica, uti ſunt convivia, popinæ, choreæ, ubi inter juvenes, compte ornatos pauci intrant, qui non impudentiores egrediuntur. Grates referamus S. Catharinæ, cujus feſtum choreis hodie finem imponit. Vide Tit. Choreæ, &c.

*S. Catharina triplici corona gloriæ coronata.*

3. *Hæc eſt Virgo ſapiens & una de numero prudentum.* Tres ſunt coronæ in cælo, quibus merita Sanctorum coronantur: Aureola, corona ſapientiæ, & Laureola! qui primam gerunt ad Virgines, qui ſecundam ad Doctores, qui tertiam ad Martyres pertinent. Quæritur, quænam ex his conveniat S. Catharinæ? Hoc in præſentiarum diſcutiendum, ac decernendum erit, quod omnibus tribus in cælis inſignita effulgeat. 1. Virginitas virtus eſt Deo acceptiſſima; quia homines Angelis ſimiles facit, ita ut a Nazianzeno vocetur Angelicæ gloriæ æmula: imo Virgines præſtare videntur Angelis; hinc Angelus a S. Joanne ſe adorari non permiſit. ( Vide Corn. a Lap. Iſa. 56. v. 5. ) Hæc *corona Virginitatis* ſine dubio competit S. Catharinæ, quia ab Imperatore ad connubium invitata, maluit non eſſe imperatrix, quam non eſſe Virgo. &c. 2. Hanc caſtitatem Angelicam Deus coronat cæleſti ſapientia: ambæ virtutes apparuerunt S. Gregorio Nazianzeno, eumque complectentes dixerunt: Miſſæ ſumus a Domino tibi cohabitare, quia jucundum nobis in corde tuo habitaculum præparaſti. S. Joannes Apoſtolus, quia Virgo fuit, meruit ex pectore Chriſti haurire arcana cæleſtia. Idem fere contigit S. Thomæ Doctori Angelico, S. Laurentio Juſtiniano, & aliis! præcipue vero S. Catharinæ, quæ quinquaginta Philoſophos devicit, & Imperatricem, una cum Porphyrio tribuno ad fidem converterit, conſequenter debetur illi *corona Sapientiæ*, &c. 3. Quibus laudibus vos efferam fortiſſimi Martyres, exclamat S. Cyprianus! hi proprie veſtigiis Chriſti inhærent, dum fidem erga Chriſtum ſanguine defendunt. Id imperterrite fecit S. Catharina, cervicem præbuit Carnifici, adeoque tertiam etiam, *coronam Martyrii* meruit. &c. Mi Chriſtiane! æmulare virtutes glorioſæ Virginis, & ſaltem unam ex his tribus coronis aſſequi conare! Virginalem coronam mereri poteris, ſi animi puritatem conſerves ab omni nævo illibatam! coronam ſapientiæ aſſequeris, ſi mandata Dei, & fidei principia præferas mundi deceptionibus! coronam Martyrii impetrabis, ſi rebelles animi paſſiones mortificare, & ſubjugare ſerio ſtudeas, &c.

## In Feſto Dedicationis Eccleſiæ.

*Feſta Dedicationis inhonorantur variis levitatibus.*

1. V*Enit Filius hominis quærere, & ſalvum facere, quod perierat. Luc.* 19. Infernalis inimicus, qui jam a prima geneſi voluit ſimilis eſſe Altiſſimo, a Tertul- liano

liano vocatur *Simia operum Dei*; quidquid enim honoris & amoris ſibi vindicat Deus, idipſum ſibi arrogare videtur invidus æmulator, hinc ortum eſt adagium: Raro invenitur Eccleſia, ubi diabolus non habet ſacellum. Vult ſibi non minus ſerviri quam Deo! nihil eſt tam ſanctum, quod non ex parte corrumpit: in ultima cœna habuit Judam, in morte Chriſti latronem. Quid ſanctius, quid laudabilius, quam annua ſolemnitas Dedicationis Eccleſiæ, & eheu! quam impudenter irrepit malus ſpiritus, & hac die pravorum operum meſſem tam intra, quam extra Eccleſiam, revera uberrimam colligit. Audiamus, an non veriſſima loquar. 1. Dominus Deus præcepit Gedeoni, ut non tantum aram idoli Baal, ſed etiam locum circumpoſitum everteret, & deſtrueret, quia umbroſa ſua amœnitate poſſet novam præbere occaſionem idololatriæ. Quid ſunt in ejuſmodi feſtis joci, riſus, verborum hilaritas, aſpectus, & veſtium ornatus, quo oculi attrahuntur, quid ſunt, niſi occaſio ad idololatriam, id eſt ad impudentiam. Eliminanda eſſent iſta ex Eccleſiis; quia, ut ait Abulenſis, *Templum Dei non amœnitates poſtulat, ſed ſeveram caſtimoniam*. (Vide Barz. ſerm. 41. n. 21.) 2. Sed dices: Mane in Eccleſia multæ fiunt preces, & bona opera! & ego reſpondeo, hæc bona opera magna ex parte fiunt in honorem diaboli; quia prava intentione corrumpuntur. (Vide Barz. ſerm. 70. n. 17.) Impius Abſalon, qui Patrem ſuum David e regio throno expulſurus vitæ illius inſidias ſtruebat, piam peregrinationem in Hebron ſimulabat, non ut oraret, ſed ut occaſionem inveniret, populum excitandi ad rebellionem. *Statim ut audietis clamorem buccinæ, dicetis: Regnabit Abſalon in Hebron!* Examinet ille vel illa ſuam conſcientiam, qua intentione venerit ad hanc Dedicationis feſtivitatem? &c. (Vide Speranz. punct. 20.) 3. Sed quid expecto reſponſum? quæ intentiones in animo reſideant, ſatis prodit altera, ſeu veſpertina pars diei! olim tempore S. Gregorii Magni præceptum erat, ut in die Dedicationis pro pauperibus convivium haberetur, quod *Agape* vocabatur. (Vide Menoch. cent. 1. cap. 60.) nunc in ſeram veſperam editur, bibitur, luditur, ſaltatur! nunquam magis audiuntur inconditi clamores, nunquam videntur craſſiores crapulæ, quam in hujuſmodi feſtis, demum ſera nocte inter tenebras reditur domum, quid in tenebris, quid in reditu fiat, apparebit aliquando in ultima die, &c. Ecce! quod initio dixi! Venit Filius hominis ſalvum facere, Venit diabolus ſceleratum facere, plus fœnoris reportat diabolus, quam Deus in his feſtis, &c.

*Hilaris indoles aptior ad virtutem, quam moroſa.*

2. *Suſcepit illum gaudens*. Hodie vocamur in arcem virtutis, diſceptationem audituri inter duas feminas: prima eſt *Hilaritas*, altera *Moroſitas*, illa excitatæ, iſta melancholicæ indolis: utraque diſceptat, quænam convenientior ſit ad virtutem. Propoſitis utrinque rationibus virtus hanc mihi ſpartam detulit, ut ſententiam ferrem! Et ecce, reſpiciens ad exemplum Zachæi, qui *ſuſcepit illum gaudens*, pro Hilaritate ſtabo, dicamque, quod homo Juſtus ac virtuoſus potius gaudere, quam triſtari debeat. Audite rationes. 1. Quia Homo juſtus jam nunc diſcrimen experitur inter jugum Dei & diaboli, illud leve & ſuave, iſtud tyrannicum eſt! ſicut ergo lætatur & exultat, qui e captivitate Turcica redemptus, jam libertate gaudet; ita lætari debet Chriſtianus, qui excuſſis peccati catenis, e ſervitute inferni tranſiit in libertatem filiorum Dei. 2. Quia jam fruitur tranquillitate conſcientiæ, quæ antea in peccato triſtis, tetrica, & afflicta, eſum, & potum, & omnes recreationes, etiam honeſtas, fecit amarulentas; & ideo nunc per unicum opus bonum v. g. ſtipem pauperi datam, aut victoriam ſui ipſius majus capit ſolatium, quam omnes mundani in ſuis deliciis, & voluptatibus. 3. Quia confidit, quod in corde gerat pignus æternæ ſalutis id eſt, gratiam Dei, & ideo in adverſis unicus aſpectus cæli non minus illum exhilarat, quam Martyres inter tormenta. Dicam olim Deo Judici meo (ſic ſecum cogitat) ecce: Domine, hanc crucem, hanc injuriam, hanc afflictionem tuli pro te, feci, quod juſſiſti, tu redde, quod promiſiſti, &c. O felices, lætamini in Domino, & exultate Juſti, verum notate bene: *In Domino*; non in clamoribus, non in ebrietate, non in incondito riſu, ſed in Chriſtiana modeſtia, &c.





*Eccleſia Parochialis cuique inſtar Matris eſt.*

3. *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam*. Ita Tobias monuit filium: Pater honorandus eſt; quia eſt principium vitæ & generationis! Mater honoranda eſt, quia ab ea recepimus vitam, educationem, ſuſtentationem, & habitationem. Verum aliud ego cogito! Per Patrem volo hodie intelligere Deum, a quo tanquam Creatore & Servatore noſtro tot beneficia accepimus, quot vitæ momenta! Per Matrem volo intelligere hanc Eccleſiam veſtram Parochialem, cujus Dedicationis feſtum hodie celebramus! Percipite, quid ajam! 1. Hæc Eccleſia Mater veſtra eſt, quia ab ea recepiſtis vitam in Sacramento Baptiſmi, imo poſt relapſum etiam reſuſcitationem ad vitam! Dicite, an fideliter ſervaſtis, quod ibi promiſiſtis? 2. Hæc Eccleſia Mater veſtra eſt quia ab ea recepiſtis optimam educationem per ſanctas doctrinas & monita in concionibus, & Catecheſi! Dicite an in praxin, id eſt, in emendationem morum deduxiſtis, quod audiſtis? 3. Hæc Eccleſia Mater veſtra eſt, quia ab ea recepiſtis ſuſtentationem, ſeu nutrimentum in Sanctiſſimo Pane Euchariſtico. Dicite, cum unica Communio ſanctificare communicantem poſſit, cur poſt centenas non eſtis facti meliores? cur inopes eſtis bonorum operum? cur hæretis, ut antea, in peccatis? 4. Hæc Eccleſia Mater veſtra eſt, quia ab ea recipietis habitationem, id eſt ſepulcrum uſque ad extremum diem, &c. Cogitate jam, cum hanc Eccleſiam intratis, cogitate, quid Deo in Baptiſmo & Pœnitentia promiſeritis! cogitate quid in ſacris concionibus audieritis! cogitate, quæ beneficia in ſacra communione acceperitis! & præcipue cogitate, quid ultima illa die in reſurrectione veſtra factum fuiſſe optabitis! quod ibi erit optandum, id nunc eſt operi, ſeu executioni dandum, &c.



UANL
ÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ERAL DE BIBLIOTECAS

# INDEX
## RERUM ET VERBORUM

In quo primus Numerus Librum, ſecundus Lemmata ſeu Propoſitiones in Capite annotatas, denotat.


### A

*Abnegatio ſuiipſius.*
GRatum Deo ſacrificium. 6. 368
Quomodo exercenda. 6. 369
Perfecta in quo conſiſtat. 6. 370
Neceſſaria ad ſalutem. 6. 371

*Abſtinentia.*
Homini perquam utilis. 6. 299
Neceſſaria ad vincendas tentationes. 6. 300
Valde grata Deo. 6. 301
Docetur exemplo etiam gentilium. 6. 303
Prolongat vitam. 6. 304

*Acedia.*
Corrigitur meditatione Noviſſimorum. 7. 461
Quibus motivis ſeparari debeat. 7. 462
Malum difficulter ſanabile. 7. 463
Inepte excuſatur. 7. 464
Eſt cauſa multorum ſcelerum. 7. 465

*Adverſitates.*
Ducunt ad Deum. 6. 392
Non ſunt dicendæ malum. 6. 393
Neceſſariæ ad cælum. 6. 394
Infliguntur juſtis. Cur? 6. 395
Docent mundana contemnere. 6. 396
Facile tolerantur intuitu Beatitudinis. 6. 397
Et etiam intuitu inferni. 6. 398
Expiant reatum pœnæ. 6. 399
Sunt remedium ad correctionem peccatorum. 6. 400
Sunt ſingularis favor Dei. 6. 401
Sunt probationes fidei. 6. 402
De iis non conquerendum. 6. 403
Sunt ſtimuli virtutis. 6. 404
A nobis ipſis ortum habent. 6. 405
In iis fiducia ponenda in Deo. 6. 406
Libenter pati Chriſtianum eſt. 6. 407
Aperiunt oculos ad videndas veritates ſupernaturales. 6. 408
In iis juſti proficiunt. 6. 409
Et Impii depravantur. 6. 410
Permittuntur ad Dei gloriam. 6. 411
Cauſantur a peccatis. 6. 412
Illas pati eſt glorioſum. 6. 413
Non dantur ſupra vires hominis. 6. 414
Libenter pati ſignum prædeſtinationis. 6. 415
Præſervant a peccatis. 6. 416
Facile tolerantur exemplo Sanctorum. 6. 417
Animæ ferunt varias utilitates. 6. 418
Adverſitas maxima non habere adverſitatem. 6. 419

*Adulatio.*
Plus nocet quam perſecutio. 7. 189
Punitur graviter a Deo. 7. 190

*Adulterium.*
Magna mala poſt ſe trahit. 7. 365
Punitur graviter a Deo. 7. 366
Eſt cauſa cædium, parricidiorum. 7. 367

*Advocati.*
Gaudent rixis, ut ſe ſaginent. 5. 342
Depauperant partes litigantes. 5. 343
Paſſione, non veritate aguntur. 5. 344
Illorum ſtatus periculoſus. 5. 345

*Aer.*
Qualis & quem in finem ſit. 10. 29
An levis vel gravis. 10. 30
Qualis in ſe, & quoad nos. 10. 31
Quando corrumpi ſoleat. 10. 32

*Æſtus.*
Quid ſit, quos habet effectus. 10. 37

*Ætas infantilis.*
Bonis moribus inſtruenda. 5. 118

*Ætas puerilis.*
Aptiſſima Virtuti. 5. 119
Diligenter educanda. 5. 120

*Ætas virilis.*
Continuare debet virtutem. 5. 121

*Ætas ſenilis.*
Ingrata Deo poſt adoleſcentiam peccaminoſam. 5. 122
Eſt veneratione digna. 5. 123
Compenſare debet peccata adoleſcentiæ. 5. 124
Eſt variis vitiis dedita. 5. 125

*Æternitas.*
Quid ſit? 9. 35
Melius intelligitur, quid non ſit. 9. 36
Facilitat labores hujus vitæ. 9. 37
Vitam hominis facit momentaneam. 9. 38
Affligit damnatos ſuper alia mala. 9. 39
Pœnam levem facit intolerabilem. 9. 40
Eſt longiſſima, intolerabilis. 9. 41

*Africa.*
Qualis, quæ habeat mirabilia. 10. 26

*Agricultura.*
Antiquitate & dignitate præcellens. 5. 431
Quæſtuoſa, & utilis. 5. 432
Non promovenda per ſuperſtitiones. 5. 433

*Ambitio.*
Appetit rem fluxam. 7. 260
Scandaloſa in Chriſtiano. 7. 261
Non aſſequitur honorem quæſitum. 7. 262
Multa mala cauſat. 7. 263
Palliatur prætextu gloriæ Dei. 7. 264
Infelicem ſortitur exitum. 7. 265
Præcipue regnat in aulis, 7. 266
Eſt laborioſa ſervitus. 7. 267
Nullum ſcelus non audet. 7. 268
Eſt nota ſtultitiæ. 7. 269

*America.*
Qualis, quæ mirabilia habeat. 10. 28

*Amicitia.*
Sit cum pari, & paucis. 6. 250
Multa habet commoda. 6. 152
Vera quomodo probanda. 6. 152

Ami-





Amicitia Mundi; Vide. *Mundi Amicitia.*

*Amor Dei.*
Vide, *Caritas Dei.*

*Amor proprius.*
Vitiat bona opera. 7. 270
Quid & qualis ſit. 7. 271
Plurima peccata cauſat. 7. 272

*Angeli ſancti.*
Sunt numero innumerabiles. 4. 1
Varia præſtant homini obſequia. 4. 2
Præſervant a periculis. 4. 3
Sunt tutores caſtitatis. 4. 4
Succurrunt in bellis. 4. 5
Obeunt munia clientum. 4. 6
Proniores ad parcendum quam puniendum. 4. 7
Qualia eorum corpora aſſumpta. 4. 8
Qualia eorum officia. 4. 9
Qualis natura. 4. 9
Toti ſunt in obſequio Dei. 4. 10
Cooperantur ad obſequium hominis. 4. 11
Sunt noſtri adjutores. 4. 12
Colendi & imitandi. 4. 13
Sunt puri ſpiritus. 4. 14
Habent purum eſſe intellectuale. 4. 15
Semper ſunt mobiles. 4. 16
Habent perfectam cum Deo ſimilitudinem. 4. 17
Continuam Dei præſentiam. 4. 18
Excellunt virtutum perfectione. 4. 19
Habent zelum maximum gloriæ Dei. 4. 20
Zelum maximum ſalutis animarum. 4. 21
Immobiles perſtant in bono. 4. 22
Sunt impeccabiles. 4. 23
Habent officia varia & choros. 4. 24
Quomodo colendi. 4. 25
Qua ratione imitandi. 4. 26

*Angelus Cuſtos.*
Cuſtodit hominem in omnibus viis. 4. 27
Averſatur & punit peccatum. 4. 28
In fugam agitur per peccatum. 4. 29
Sua præſentia deterret a peccato. 4. 30
Præſervat a peccatis. 4. 31
Et a tentationibus. 4. 31
Aſſiſtit clienti in morte. 4. 32
Deſiderat clienti famulari. 4. 33
Reducere cupit ad Deum. 4. 34
Meretur magnam gratitudinem. 4. 35
Defendit in periculis. 4. 36

*Anima.*
Quid, & qualis ſit. 5. 37
Parum cognoſcitur ab homine. 5. 38
Debet virtutibus exornari. 5. 39
Et eſſe Domina corporis. 5. 40
Minus curatur quam corporalia. 5. 41
Poſſidetur tantum ut mutuata. 5. 42
Magis curanda quam corporalia. 5. 43
Valde amatur a Deo. 5. 44
Æſtimatur a dæmone. 5. 45
Cuſtodienda contra peccatum. 5. 46
Imago Dei ſumme æſtimanda. 5. 47
Non ſatiatur, niſi ſolo Deo. 5. 48
Eſt immortalis. 5. 49
Non ſe occupet nugis mundi. 5. 50
Venditur dæmoni per peccatum. 5. 51
Pretium illius deſumitur ex Paſſione Chriſti. 5. 52
Solicite curanda, quia una. 5. 53
Illius intellectus depravatur per vitia voluntatis. 5. 54
Semper cogitet Deum & cæleſtia. 5. 55
Habet memoriam mirabilem. 5. 57
In retinendis plurimis objectis. 5. 57
Ejus voluntas proclivis ad malum. 5. 59
Illius affectus habetur pro opere. 5. 60
Ejus libertas neceſſaria ad meritum. 5. 61
A nullo agente cogi poteſt. 5. 62
Reddit hominem bonum aut malum. 5. 63

*Animarum cura.*
Vide, *Cura animarum.*

*Animalia.*
Habent miras qualitates. 10. 63
Quomodo venerint ad Inſulas. 10. 64

*Apoſtaſia.*
Quibus gradibus incurratur. 7. 110
Graviſſime punitur a Deo. 7. 111
Punitur infelici morte. 7. 112

*Apoſtata.*
Revertuntur ad fidem. 7. 113

*Aqua.*
Benedicta habet miram virtutem. 9. 121
Elementaris cujus naturæ. 10. 65
Eſt potus ſaluberrimus. 10. 66
Marina cur ſalſa. 10. 67
Medicinalis quomodo cognoſcenda. 10. 68
Fontana ſalubris & bona. 10. 69

*Architectonica.*
Admiranda ſtruit ædificia. 6. 252
Præſertim admirandos pontes. 6. 253

*Artes.*
Variæ, & varii inventores. 6. 247

*Aſia.*
Qualis, quæ notabilia habeat. 10. 27

*Aſtrologia.*
Ex ſideribus cognoſcit Deum. 6. 248
Futura vera præſagit. 6. 249
Nonnunquam falſa prædicit. 6. 250
Decipit ſuis vaticiniis. 6. 251

*Aſylum ſacrum.*
Non violandum. 9. 210

*Avaritia.*
Eſt malum fere univerſale. 7. 294
Fugitur a juſtis. 7. 295
Difficulter ſalvatur. 7. 296
Corrigitur conſiderando miſeriam divitum. 7. 297
Male affligit in vita & morte. 7. 298
Eſt grande malum. 7. 299
Radix diſcordiarum. 7. 300
Nullum ſcelus non audet. 7. 301
Punitur hic & ibi. 7. 302
Propter lucrum animam perdit. 7. 303
Eſt in opprobrium Chriſti, & Eccleſiæ. 7. 304
Malum difficillime ſanabile. 7. 305
Nunquam ſatiatur bonis. 7. 306
Eget in mediis divitiis. 7. 307
Eſt ſine miſericordia. 7. 308
Continet multiplicem ſtultitiam. 7. 309
Quomodo ſuperanda. 7. 310

*Aulici.*

*Aulici.*
Miſere laborant ex ambitione. 5. 322
Ab alto in abyſſum ruunt. 5. 323
Plerumque ſunt impii. 5. 324
Sic ſerviunt Deo, ut non offendant diabolum. 5. 325
Familiam exaltare ſtudent. 5. 326

*Aures, ſeu auditus.*
Eſt ſenſus utiliſſimus. 5. 93
Cuſtodiendus contra malignos diſcurſus. 5. 94
Quibus diſcurſibus maxime obſtruendus? 5. 95
Non cuſtoditus mala maxima cauſat. 5. 96

B

*Baptiſmus.*
INduit nos veſte gratiæ. 8. 13
Deputat ad ſervitium Dei. 8. 14
Ejus gratia a paucis retinetur. 8. 15
Sanctificat per Chriſti gratiam. 8. 16
Mirabiliter miniſtratur. 8. 17
Emundat a peccato. 8. 18
Hæreticorum ſæpe invalidus. 8. 19
Exigit aſſiſtentes patrinos. 8. 20
Confertur cum certis cæremoniis. 8. 21

*Beatitudo.*
Non obtinetur ſine meritis. 9. 1
Debetur tanquam merces. 9. 2
Oblivisci facit omnes adverſitates. 9. 3
Quanta ſit ex variis motivis. 9. 4
Quam ingens pulchritudo Sanctorum. 9. 5
Non datur duplex hic & ibi. 9. 6
Omnem laborem levem facit. 9. 7
Quam amplum ſpatium beatorum. 9. 8
Potens ſtimulus ad virtutem. 9. 9
Docet contemnere mundana. 9. 10
Motivum efficax contra peccata. 9. 11
Erit ſine fine & termino. 9. 12
Semper ardenter deſideranda. 9. 13
Amittitur ex propria culpa. 9. 14
Sanctorum ineffabilis. 9. 15
Sæpe minus curatur quam vita terrena. 9. 16
Melius deſcribitur, quid non ſit. 9. 17

*Beati.*
Differunt in gloria. 9. 18
Non ſunt æmuli invicem. 9. 19
Habent felicitatem etiam accidentalem. 9. 20
Fruuntur plena ſatietate. 9. 21

*Bellum.*
Eſt pœna peccati. 1. 50
Prænuntiatur variis ſignis. 1. 51
Infeliciter geritur propter peccata. 1. 52
Cauſat cædes cruentas. 1. 53
Ut ſit juſtum, quid requiratur. 5. 420
Hoſtes ad deſperationem non cogat. 5. 421
Infeliciter geritur. 5. 422
Utitur ſtratagematis. 5. 423

*Beneficia.*
Dei erga hominem. 1. 15
Sunt voces, quibus Deus vocat. 1. 15
Obſtringunt ad gratitudinem. 1. 16
Aggravant reatum peccati. 1. 17
Obſtringunt hominem Deo. 1. 18

*Beneficium conſervationis.*
Elucet ex creaturis in utilitatem hominis factis. 1. 19

*Beneficium Redemptionis.*
Quantum obſtringat hominem Deo. 1. 20

*Beneficium Vocat. ad fidem.*
Quantum obſtringat hominem Deo. 1. 21

*Beneficium juſtificationis.*
Quantum obſtringat hominem Deo. 1. 22

*Benefic. Præſervat. ab inferno.*
Quantum obſtringat hominem Deo. 1. 23

*Benef. Præſerv. a periculis corp.*
Quantum obſtringat hominem Deo. 1. 24

*Blaſphemia.*
Graviſſimam injuriam facit Deo. 7. 114
Punitur graviſſime. 7. 115
Eſt peccatum prorſus monſtroſum. 7. 116
Nulla excuſatione purgabile. 7. 117

*Bona Conſcientia.*
Vide, *Conſcientia Bona.*

*Bonum Exemplum.*
Excitat ad virtutem. 6. 163
Propagat fidem Chriſtianam. 6. 164
Efficaciter trahit ad virtutem. 6. 165
Convertit peccatores. 6. 166

*Bona Opera.*
Vide, *Opera Bona.*

C

*Campana.*
QUando, & ad quid inventæ. 9. 222
Mirabiles. 9. 223
Prægrandes & artificioſæ. 9. 224

*Cantus laſcivus.*
Depravat audientium animos. 7. 376

*Caritas Dei erga Hominem.*
Amat hominem ab æterno. 1. 13
Eſt admirabilis. 1. 14

*Caritas Dei.*
Tendit principaliter in Deum. 6. 117
Modica in cordibus humanis. 6. 118
Oritur ex conſideratione Beneficiorum Dei. 6. 119
Operationes nobiliſſimas producit. 6. 120
Quales habeat proprietates. 6. 121
Quomodo conſtituta eſſe debeat. 6. 122
Eſt compendium virtutum. 6. 123
Facilitat omnem difficultatem. 6. 124
Non opprimitur adverſis. 6. 125

*Caritas proximi.*
Promovetur ex variis motivis. 6. 139
Obligat ad curam alterius. 6. 140
Diligit proximum propter Deum. 6. 141
Raro tanta, quanta noſtri ipſius. 6. 142
Quomodo conſtituta eſſe debeat. 6. 143
Occultat alienos defectus. 6. 144
Efficaciter trahit ad Deum. 6. 145
Admirabiles operatur virtutes. 6. 146
Compatitur miſeriis alienis. 6. 147
Plus amat proximum ſeipſo. 6. 148
Eſt præcipua nota Chriſtiani. 6. 149

*Caſtitas.*
Mirabiliter pugnat contra tentationes. 4. 73
Religioſa eſt gratiſſima Deo. 5. 218
Optime cuſtodita in Monaſteriis. 5. 219
Eſt virtus Angelica. 6. 316
Quomodo conſervanda. 6. 317
Male cuſtoditur inter curioſitates. 6. 318





Non invenitur in veſtium luxu. 6. 319
Quantum æſtimetur a Chriſto. 6. 320
Pericula vincit fuga & metu. 6. 321
Probatur Miraculis. 6. 322
Quomodo conſtituta eſſe debeat. 6. 323
Conciliat æſtimationem. 6. 324
Debet prima initia impudentiæ averſari. 6. 325
Debet exhorreſcere ſexum alterum. 6. 326
Solicite conſervatur a Sanctis. 6. 327
Eſt Deo gratiſſima. 6. 328
Cuſtoditur a Deo. 6. 329
Fortiſſime propugnatur. 6. 330
Quam grata Deo. 6. 331
Eſt cuſtos innocentiæ, & virtutum. 6. 332

*Cenſura Eccleſiaſtica.*
Terribilis pœna. 9. 227
Operatur terribiles effectus. 9. 228

*Chorea.*
Sunt cauſa multorum peccatorum. 7. 97
Sunt occaſio ad malum. 7. 98
Puniuntur a Deo. 7. 99

*Chriſtianus.*
Per opera ſe probat eſſe talem. 6. 38
Non ſolum legem audire, 6. 39
Sed vitam Chriſti imitari debet. 6. 39
Terrena deſpiciat, cæleſtia quærat. 6. 40
Per crucem ſe probat Chriſtianum. 6. 41
Debet tendere ad ſanctitatem. 6. 42

*Chriſtus Dominus.*
Eſt exemplar vitæ noſtræ. 2. 1
Fons eſt ſcopus omnis ſanctitatis. 2. 2
Fundavit & amat Eccleſiam. 2. 3
Magiſter & Legifer noſter. 2. 4
Sacerdos Magnus. 2. 5
Victima pro Redemptione noſtra. 2. 5
Docet tolerantiam adverſitatum. 2. 6
Eſt ſpes & refugium noſtrum. 2. 7
Infelix factus, ut nos felices redderet. 2. 8
Omni amore digniſſimus. 2. 9
Amicus noſter optimus. 2. 10
Fuit humillimus. 2. 11
Pauperrimus per omnem vitam. 2. 12
Amat peccatoris ſalutem. 2. 13
Eſt mera miſericordia. 2. 14
Mera manſuetudo. 2. 14
Totus alius tam in hac, quam in altera vita. 2. 15
Quomodo quærendus & imitandus. 2. 16

*Cælum Empyreum.*
Quam ſpatioſum. 10. 1
Tellis eſt Majeſtatis Dei. 10. 2

*Cogitationes impuræ.*
Quomodo compleantur conſenſu. 7. 368

*Colloquia laſciva.*
Cauſant innumera peccata. 7. 372
Depravant audientium animos. 7. 373
Debent compeſci, interrumpi. 7. 374
Non habent excuſationem. 7. 375

*Colloquia pia.*
Suadenda ad virtutem. 9. 265

*Cometa.*
Sunt ſigna imminentium malorum. 10. 10

*Comœdia impura.*
Plurima mala cauſant. 7. 389
Puniuntur a Deo. 7. 390

*Comprecationes publicæ.*
Quantum roboris habeant. 6. 99

*Communio Sacra.*
Miniſtratur ab Angelis. 8. 38
Frequens, ſignum prædeſtinationis. 8. 39
Imbuit cæleſti ſapientia. 8. 40
Compeſcit inordinatas paſſiones. 8. 41
Exigit magnam præparationem. 8. 42
Eſt vita bonis, mors malis. 8. 43
Extinguit vitia in communicante. 8. 44
Præmunit contra peccata. 8. 45
Suas delicias dat bene paratis. 8. 46
Parit magnam rationem dandam. 8. 47
Accendit cor Divino amore. 8. 48
Convertit mire peccatores. 8. 49
Facilem reddit obſervantiam mandatorum. 8. 50
A quibus digne ſumatur. 8. 51
Elevat animum ad cæleſtia. 8. 52
Conſervat vitam etiam temporalem. 8. 53
Indigne ſumpta ingens ſcelus. 8. 54
Non ſumatur a libidinoſo. 8. 55
Nec a vindicativo. 8. 56
Nec ab homine peccatore. 8. 57
Aggravat peccatum relapſus. 8. 58
Præſervat a tentationibus. 8. 59
Hominem firmat in fide. 8. 60
Munit ad mortem. 8. 61

*Concordia.*
Fugat inimicos viſibiles & inviſibiles. 6. 342
Quomodo conſervanda. 6. 343
Summopere placet Deo. 6. 344
Plurima bona cauſat. 6. 345

*Concupiſcentia.*
Quid ſit, & qualis. 7. 87
Non eſt ſufficiens excuſatio peccati. 7. 88
Superari debet omni ſtudio. 7. 89
Inclinat ad peccatum. 7. 104

*Confeſſio.*
Facilior reſpectu pœnitentiæ antiquæ. 8. 101
Debet eſſe ſeria. 8. 102
An ſeria ſit, patet ex effectu. 8. 103
Remittit peccata. 8. 104
Vincit & fugat diabolum. 8. 105
Debet eſſe integra. 8. 106
Valde grata Deo. 8. 107
Quam præſtans & utilis. 8. 108
Quas qualitates habere debeat. 8. 109
Sit accuſatoria, non excuſatoria ſui. 8. 110
Ejus difficultas generoſe ſuperari debet. 8. 111
Item ſuperari verecundia. 8. 112
Eſt neceſſaria ad ſalutem. 8. 113
Mundat a fœtore peccati. 8. 114

*Confeſſio Generalis.*
Utilis & interdum neceſſaria. 8. 115
Quibus maxime ſuadenda. 8. 116
Quando, & quomodo neceſſaria. 8. 117
Prodeſt pro præſenti & futuro. 8. 118

*Confeſſarius.*
Non negligens ſit in ſuo munere. 5. 283
Non ſit nimis auſterus. 5. 284
Manſuete & diſcrete agat. 5. 285
Non abſolvat impœnitentes. 5. 286

*Confirmatio.*
Eſt vere Sacramentum. 8. 22
Ejus uſus antiquiſſimus. 8. 23
Cur infligatur alapa. 8. 24
Remedium contra infirmitates animæ. 8. 25
Mutare debet hominis mores. 8. 26

Sacramentum utiliſſimum. 8. 27
Roborat in fide. 8. 28
Deputat ad ſervitium Dei. 8. 29

*Conformitas cum voluntate Dei.*
Solatur animum in adverſis. 6. 131
Adhæret Deo in utraque fortuna. 6. 132
Docetur exemplo Sanctorum. 6. 133
Suadetur ex variis motivis. 6. 134
Defectuoſa apud multos. 6. 135
Virtus præ ceteris grata Deo. 6. 136
Via compendioſa ad perfectionem. 6. 137
Confortat contra tribulationes. 6. 138

*Congregationes ſacræ.*
Magnis fruuntur emolumentis. 9. 223

*Conjugati.*
Bono fine ineant Matrimonium. 5. 356
Caute agant in rebus conjugii. 5. 357
Magnam habent obligationem. 5. 358
Non habeant inordinatum deſiderium prolium. 5. 359
Poſſunt fieri ſancti, ſi velint. 5. 360
Multis adverſitatibus obnoxii. 5. 361
Se invicem ament. 5. 362
Fugiant zelotypiam. 5. 363

*Conſcientia bona.*
Multum prodeſt homini. 6. 12
Felix in comparatione malæ. 6. 13

*Conſcientia mala.*
Eſt peccatoris carnifex. 7. 71
Sine quiete affligit. 7. 72
Erit maximum tormentum damnatorum. 7. 73
Semper timida & perplexa. 7. 74
Malum omnium maximum. 7. 75
Prodit peccatum etiam nolens. 7. 76

*Conſiliarii.*
Res momentoſas ſilentio tegant. 5. 346
Quomodo conſtituti ſint. 5. 346
Neceſſarii Principibus, & Magiſtratibus. 5. 348
Mala conſilia miſere luunt. 5. 349
Plerumque ſunt adulatores. 5. 350
Quinam ſuſpecti ſint. 5. 351
Raro boni, & fideles. 5. 352

*Conſilium Patris ſpiritualis.*
Cuique pro ſuo ſtatu neceſſarium. 9. 264

*Conſortium cum muliere.*
Valde periculoſum viro. 7. 103

*Conſuetudo mala.*
Potenter afficit animum. 7. 77
Reddit difficilem converſionem. 7. 78
Etiam amara dulceſcere facit. 7. 79
Quomodo ſuperanda. 7. 80
Etiam converſum retrahit in peccata. 7. 81

*Conſtantia.*
Intentione Deo fidelis. 4. 77
Magni æſtimat ſervitutem Chriſti. 4. 78
Invicta pro Deo. 6. 375
Mirabilis in perſecutionibus. 6. 376
Quibus remediis firmetur. 6. 378

*Contemptus Mundi.*
Concipitur intuitu mortis. 6. 127
Docetur a Sanctis. 6. 128
Inculcatur ab adverſitatibus. 6. 129
Quomodo terrenis uti debeat. 6. 130

*Contritio.*
Efficax ad delenda peccata. 8. 94
Neceſſaria ad pœnitentiam. 8. 95
Procedere debet ex amore Dei. 8. 96

*Convivia.*
Vix ſunt ſine peccato. 7. 433
Admiranda & rara. 7. 434
Sint moderata & parca. 7. 435
Magnis ſumptibus conſtant. 7. 436

*Cor Hominis.*
Oblatio Deo gratiſſima. 5. 69
Inſatiabile in deſideriis ſuis. 5. 70
Cuſtodiendum ab omni immunditie. 5. 71
Exornandum virtutibus. 5. 72

*Corpus Hominis.*
Debet ſubjugari cum paſſionibus. 5. 67
Cur concupiſcentiæ obnoxium. 5. 68
Mirandum opus potentiæ Divinæ. 5. 64
Debet ſubeſſe Dominio animæ. 5. 65
Rebellat contra animam. 5. 66

*Correctio Fraterna.*
Eſt obligatoria. 6. 153
Quando fieri debeat. 6. 154
Debet cum humilitate acceptari. 6. 155
Omiſſa quantum noceat. 6. 156
Quam grata Deo. 6. 157
Moderate & caute facienda. 6. 158
Salutares effectus poſt ſe trahit. 6. 159
Non audita cauſat interitum. 6. 160
Fit a Sanctis erga Principes. 6. 161
Non fiat ex ira, & paſſione. 6. 162

*Crucifixus.*
Dedocet peccatum. 2. 66
Docet patientiam. 2. 67
Docet perſeverantiam. 2. 67
Semper præ oculis habendus. 2. 68
Eſt magnes noſtri amoris. 2. 69
Eſt Liber, in quo legere debemus. 2. 70
Eſt refugium in adverſis. 2. 71
Et in tentationibus. 2. 72
Recipit peccatores graviſſimos. 2. 73
Singulare motivum confidentiæ. 2. 74
Se totum dedit copioſa Redemptione. 2. 75
Movet cor ad pœnitentiam. 2. 76
Mortuus ob peccata noſtra. 2. 77
In ſuis imaginibus mirabilis. 2. 78

*Crux Chriſti.*
Eſt ſignum vitæ. 2. 54
Pignus ſalutis. 2. 55
Pellit tentationes. 2. 56
Tribulationes dulceſcere facit. 2. 57
Prodeſt contra hoſtes. 2. 58
Neceſſaria ad ſalutem. 2. 59
Signum & teſſera Chriſtiani. 2. 60
Dæmonem vincit & fugat. 2. 61
Variis figuris præſignatur. 2. 62
Eſt ſumme æſtimabilis. 2. 63
Solatium in morte. 2. 64

*Cura animarum.*
Non committatur indigno. 5. 256
Modica apud multos. 5. 257
Sublime munus, & Deo gratum. 5. 258
Docetur exemplo Sanctorum. 5. 259
A multis male declinatur. 5. 260
A multis male ſuſcipitur. 5. 260
Munus periculoſum & arduum. 5. 261
Exigit ſcientiam in curato. 5. 262
Et indefeſſos labores. 5. 263
Fert ſalutem ſi unica ſalvetur anima. 5. 264





*Cura minimorum.*
Solicite attendenda. 6. 14
Creſcit ad ingentem perfectionem. 6. 15
Signum eſt, qualis homo ſit in maximis. 6. 16
Si non attendatur, magna mala affert. 6. 17

*Cultus B. V.*

Vide, *Mariæ cultus*, *Devotio*.

*Curioſitas.*
Occaſio multorum peccatorum. 7. 105

D

*Damnati.*
Plus affliguntur odio Chriſti, quam igne. 9. 62
Nullum habent refrigerium. 9. 63
Cruciantur Verme conſcientiæ. 9. 64
Sunt numero valde multi. 9. 65
Deplorant jacturam temporis. 9. 66
Puniuntur multiplici pœna. 9. 67
Et ſecundum menſuram peccatorum. 9. 68
Majorem habent pœnam aucto damnatorum numero. 9. 69
Invident Sanctis, qui peccatores fuerunt. 9. 70
Deridentur a Deo, & Sanctis. 9. 71
Terribiliter puniuntur ex conſortio dæmonum. 9. 72
Juſtiſſime damnantur æternum. 9. 73
Graviſſime puniuntur pœna damni. 9. 74

*Decimæ.*
Solvendæ ex obligatione Dei. 6. 272
Potius cum exceſſu quam defectu. 6. 273
Liberaliter compenſantur a Deo. 6. 274
Non fideliter præſtitæ multa mala cauſant. 7. 338
Illarum infidelitas punitur a Deo. 7. 339

*Deliciæ Spirituales.*
Majores ſunt, quam totius Mundi. 1. 96
Non dantur niſi animo a mundanis vacuo. 1. 97
Cur Sanctis ſæpe ſubtrahantur. 1. 98
Dantur in principio converſionis. 1. 99
Et poſt victoriam tentationis. 1. 100

*Defraudatio Mercenariorum.*
Odibilis coram Deo. 7. 340

*Detentio rei alienæ.*
Nocet, & depauperat. 7. 211
Sine quiete lancinat animum. 7. 212
Nocet præſertim in bonis Eccleſiaſticis. 7. 213
Punitur Spirituum inquietudine. 7. 214
Privat cæleſti patria. 7. 215
Bonis detentis non ditatur. 7. 216
Deſtruit Bona injuſte poſſeſſa. 7. 217
Obligat ad reſtitutionem. 7. 218
Fert animæ perniciem. 7. 219

*Deſolatio animi.*
Quomodo excipienda. 6. 439
Permittitur ad augenda merita. 6. 440
Non debet cauſare triſtitiam. 6. 441
Prodeſt ex variis cauſis. 6. 442

*Deſperatio.*
Eſt peccatorum omnium graviſſimum. 7. 181
Oritur ex intuitu ſolius juſtitiæ Dei. 7. 182

*Detractio.*
Quantum ſit malum. 7. 398
Mala maxima poſt ſe trahit. 7. 399
Graviſſima quæ prima. 7. 400
Non parcit vivis nec mortuis. 7. 401
Debet neceſſario revocari. 7. 402
Eſt peccatum a dæmone ſubornatum. 7. 403
Fit nonnunquam ſub ſpecie laudis. 7. 404
Compeſcitur recordatione ſuorum ſcelerum. 7. 405
Oritur ex defectu caritatis. 7. 406
Confutatur mirabiliter a Deo. 7. 407
Denotat magnam malitiam apud audientem. 7. 408
Et grande ſcelus apud loquentem. 7. 409
Punitur graviſſime a Deo. 7. 410
Attendit ad defectus, non merita. 7. 411
Fruſtra excuſatur. 7. 412
Magna nocumenta famæ cauſat. 7. 413
Peccat prodendo occultos defectus. 7. 414
Quomodo impedienda. 7. 415

*Deus.*
Quis, qualis, & quantus ſit. 1. 1
Comprehendi non poteſt. 1. 2
Ejus Bonitas elucet ex creaturis. 1. 3
Solus ſatiat animam. 1. 4
Compendium omnis boni. 1. 5
Digniſſimus cui ſerviatur. 1. 6
Remuneratur juſtorum ſervitia. 1. 7
Exaudit orationes Sanctorum. 1. 8
Invenitur per contemptum creaturarum. 1. 9
Talis erga nos, quales nos erga ipſum. 1. 10
Eſt abſolutus Dominus gratiarum & donorum. 1. 11
Sine fine laudandus. 1. 12
Amat hominem ab æterno. 1. 13

*Devotio erga B. V.*
Liberat ab interitu. 3. 17
Non ſufficit ſine pœnitentia. 3. 18
Exhibenda Imaginibus B. V. 3. 19
Utiliſſima ad impetrandum. 3. 20
Deo & B. V. gratiſſima. 3. 21
Deficiens ſignum reprobationis. 3. 22
Prodeſt in adverſis. 3. 23
Debet eſſe ardens & zeloſa. 3. 24
Quomodo conſtituta eſſe debeat. 3. 25
Eſt ſignum ſalutis. 3. 26
Vide *Mariæ cultus*.

*Diabolus.*
Aſtute occultat ſuam crudelitatem. 9. 42
Blanditur ut perimat. 9. 43
Lactat ſpe longioris vitæ. 9. 44
Decipit ſuis promiſſionibus. 9. 45
Tentat ſub ſpecie pietatis. 9. 46
Incipit a levibus, ut veniat ad gravia. 9. 47
Induit varias figuras. 9. 48
Moleſtius tentat fidelem, quam peccatorem. 9. 49
Transformat ſe in Angelum pacis. 9. 50
Eſt mendaciſſimus. 9. 51
Tentans accommodat ſe genio perſonæ. 9. 52
Ejus conatus debilis. 9. 53
Nocere non poteſt, niſi volenti. 9. 54
Vim ſuam maxime aſſerit in morte. 9. 55
Erit accuſator in judicio. 9. 56
Habet terribilem deformitatem. 9. 57
Sanctis debet præſtare obſequia. 9. 58

Nunquam laſſatur tentando. 9. 59
A Sanctis ludibrio habetur. 9. 60
Vincitur humilitate & Dei gratia. 9. 61

*Dignitates Eccleſiaſticæ.*

Sunt periculoſæ. 5. 243
Non ſine ſcandalo ambiuntur. 5. 244
Secundum merita conferantur. 5. 245
Non ſunt ambiendæ. 5. 246
Favoribus acquiſitæ ſunt periculoſæ. 5. 246

*Dilectio.*

Vide *Caritas Dei.*

*Dilectio inimicorum.*

Eſt Virtus prorſus Divina. 6. 170
Non eſt impoſſibilis. 6. 171
Eſt maxime meritoria. 6. 172
Obligat ad alloquia & ſalutationes. 6. 173
Docetur exemplo Sanctorum. 6. 174
Non debet extingui ab injuriis. 6. 175
Rependit bona pro malis. 6. 176
Præmiatur a Deo. 6. 177

*Diſcordia.*

Impediunt Benedictionem Dei. 7. 455
Gravia mala poſt ſe trahunt. 7. 456
Oriuntur ex re levi. 7. 457
Quomodo ſopiendæ in domo. 7. 458

*Divitiæ.*

Sunt irritamentum ad peccata. 7. 109
Poſſident, non poſſidentur. 7. 311
Conceduntur ad opera Miſericordiæ. 7. 312
Sunt fluxæ, tranſitoriæ. 7. 313
Libentius impenduntur vanitati quam Deo. 7. 314
Injuſtæ Deo odibiles. 7. 315
Sunt bonæ vel malæ juxta uſum poſſidentium. 7. 316
Sunt nutrimentum ſcelerum. 7. 317
Turbant pacem animi. 7. 318
Magis amantur, quam bona æterna. 7. 319
Admirando afluxu poſſidentur. 7. 320
Contemnuntur a bonis Chriſtianis. 7. 321
Sunt cauſa diſcordiarum. 7. 322
Sunt res contemptibilis. 7. 323
Ambiuntur inepte. 7. 324

*Dubitationes in fide.*

Unde oriantur. 7. 118
Sunt frivolæ, & impudentes. 7. 119

E

*Ebrietas.*

Mala plurima cauſat. 7. 427
Peſſimos effectus poſt ſe trahit. 7. 428
Cauſat diſcordias, & alia mala. 7. 429
Eſt vitium familiare Germanis. 7. 430
Improbatur effatis SS. Patrum. 7. 431
Abominabilis Deo, & Chriſto. 7. 432

*Eccleſia.*

Fundatur & amatur a Chriſto. 9. 207
Comparatur variis rebus. 9. 208
In ea boni, & mali. 9. 209
Eſt ſancta in ſe, & ſuis membris. 9. 210
Non poteſt inſici ab hæreſi. 9. 211
Ex peccato fidelium damnum patitur. 9. 212
Mirabiliter crevit per orbem. 9. 213
Eſt Catholica ſeu univerſalis. 9. 214
Et inexpugnabilis. 9. 215
Perſecutiones varias patitur. 1. 45

*Eccleſia.*

Vide *Templa.*

*Eccleſiaſticæ Dignitates.*

Vide *Dignitates Eccleſiaſticæ.*

*Egeſtas.*

Incitamentum ad peccata. 7. 109

*Eleemoſyna.*

Defendit contra iram Dei. 6. 178
Non procedat ex motivo vano. 6. 179
Largiter compenſatur a Deo. 6. 180
Auget, non minuit fortunas. 6. 181
Præmiatur in cælo. 6. 182
Non excuſatur per illud: *Nil habeo.* 6. 138
Corrumpitur ob varios defectus. 6. 184
Non privatur merito data indigno. 6. 185
Quomodo, quibus, quoties danda. 6. 186
Prodeſt in vita. 6. 187
Prodeſt in morte. 6. 188
Prodeſt poſt mortem. 6. 189
Ex juſtitia debetur pauperi. 6. 190
Non placet Deo ex bonis injuſtis. 6. 191
Quam grata Deo. 6. 192
Melius impenditur pauperibus, quam ædificiis. 6. 193
Docetur exemplo Sanctorum. 6. 194
Inſignes fructus poſt ſe trahit. 6. 195
Non eſt conſilii, ſed præcepti. 6. 196
Deum debitorem facit. 6. 197
Non ex munere, ſed affectu æſtimatur. 6. 198

*Elias.*

An defacto ſit in cælo, vel ubi? 2. 110

*Epiſcopus.*

Non ordinet niſi dignum. 5. 236
Nec ex motivo mere temporali. 5. 237
Qualis eſſe debeat. 5. 238
Prælucere debet exemplo. 5. 239
Pro Eccleſia fortiter pugnet. 5. 240
Non amet mundi pompam. 5. 241
Habet graviſſimam obligationem. 5. 242

*Eſca.*

Vide *Nutrimentum corporis.*

*Euchariſtia.*

Dat vitam ſpiritualem & æternam. 8. 30
Mutatur miraculoſe. 8. 31
Quanta reverentia colenda. 8. 32
Eſt prodigium amoris Divini. 8. 33
Fert opem contra mala corporis & animæ. 8. 34
Valet contra præſtigias. 8. 35
Non creditur propter irreverentiam fidelium. 8. 36
In ea Chriſtus veriſſime præſens. 8. 37
Adoratur a brutis. 8. 38
Inhonorata vindicatur. 8. 39

*Europa.*

Quam indolem, quæ memorabilia habeat. 10. 24

*Examen conſcientiæ.*

Quam gratum Deo. 6. 106
Neceſſarium ad integritatem confeſſionis. 6. 107







*Excidia urbium.*

Vide, *Urbium excidia.*

*Exemplum bonum.*

Vide, *Bonum Exemplum.*

*Exemplum malum.*

Non eſt ſufficiens excuſatio peccati. 7. 91
Cauſat multa peccata. 7. 106

*Excuſationes peccati.*

Sunt uſitatæ & frequentes. 7. 84
Coram Deo nihil valent. 7. 85
Impudentes & frivolæ. 7. 86

*Extrema Unctio.*

A quo inſtituta. 8. 127
Cur, & quem in finem. 8. 128
Magnæ utilitatis & efficaciæ. 8. 129
Non differenda aut negligenda. 8. 130
Salutares operatur effectus. 8. 131

F

*Falſum Teſtimonium.*

Proditur per miracula. 7. 220
Punitur graviſſime. 7. 221

*Fames.*

Eſt calamitas maxima. 2. 47

*Familiaritas utriuſque ſexus.*

Cauſat multa peccata. 7. 369
Fugienda ne inficiat. 7. 370
Corrumpit mores etiam bonorum. 7. 371

*Feſta.*

Inſtituta ad curationem animarum. 6. 53
Non inhonoranda labore. 6. 54
Sunt ſancte ſervanda. 6. 55
Male obſervantur a Chriſtianis. 7. 166
Id quod deteſtabile coram Deo. 7. 167
Inhonorantur laboribus. 7. 168
Profanata puniuntur a Deo. 7. 169
Inhonorantur peccatis. 7. 170

*Fides.*

Quid ſit? 6. 25
Abſque operibus mortua. 6. 26
Prærequiritur ad bona opera. 6. 27
Mirabiliter diffuſa per orbem. 6. 28
Imbecillis apud multos. 6. 29
Propagatur per bona exempla. 6. 30
Æſtimanda præ omnibus bonis. 6. 31
Per peccata exponitur periculo amiſſionis. 6. 32
Migrat ab una regione in aliam. 6. 33
Potens virtus coram Deo. 6. 32
Exigit obedientiam cæcam. 6. 33
Roborat in adverſitatibus. 6. 34
Cur non amplius propagetur miraculis. 6. 35
Propagata per miracula. 6. 36
Catholica præ omnibus vera. 6. 37

*Fidelis.*

Vide, *Chriſtianus.*

*Fidelitas.*

Priſtina evanuit. 6. 43
Ubi & quibus ſervanda. 6. 44

*Filii familias.*

Puniuntur ſi inhonorent parentes. 5. 400
Non obediant parentibus mala imperantibus. 5. 401
Sunt ordinarie tales, quales parentes. 5. 402
Parentibus neceſſitate ſuccurrant. 5. 403
Ad magna evecti non deſpiciant parentes. 5. 404
Obligantur obedire parentibus. 5. 405
Degenerant a parentum virtute. 5. 406

*Finis ultimus.*

Diſtinguit hominem a bruto. 9. 22
Eſt ſolus Deus. 9. 23
Serio quærendus. 9. 24
Media ad illum ſunt creaturæ. 9. 25
In quibus detinendum non eſt. 9. 26
Vide Tit. *Beatitudo.*

*Formica.*

Grandia mala cauſant. 1. 56

*Fortitudo.*

Corporis admiranda. 5. 84
Ut Virtus quæ & qualis ſit. 6. 372
Invenitur etiam in altero ſexu. 6. 373
Æquivalet magnæ perfectioni. 6. 374

*Fraudulentia.*

In officio, frequens in omni ſtatu. 7. 333
Odibilis coram Deo. 7. 334
Fugienda amore juſtitiæ. 7. 335
Frequens in negotiis teſtamentariis. 7. 336
Punitur a Deo. 7. 337

*Frigus.*

Quid ſit, quis ejus effectus. 10. 36

*Fulmina.*

Unde, & quis eorum effectus, 10. 58

*Fundationes ſacræ.*

Deo gratæ & acceptæ. 9. 224
Male obſervantur. 9. 225

*Furtum.*

Nutritur emendo furtiva. 7. 202
Punitur a Deo. 7. 203
Non habet excuſationem. 7. 204
Etiam in eſculentis non licet. 7. 205
Sacrilegum punitur graviſſime. 7. 206
Delictum deteſtabile. 7. 207
Mirabiliter proditur. 7. 208
Nocet, & conſumit fortunæ bona. 7. 209
Grave ducit initium a levi. 7. 210
Male detinet rem alienam. 7. 211

G

*Garrulitas.*

Denotat imprudentem. 7. 437
Ad multa vitia trahit. 7. 438
Prodit ſecretum ſibi commiſſum. 7. 439

*Grando.*

Eſt grande malum. 1. 54
Quid ſit, quæ ejus damna. 10. 40

*Gratia ſanctificans.*

Quid ſit, qualis? 1. 77
Elevat ad ſtatum ſupernaturalem. 1. 77
Eſt homini incerta, cur? 1. 78
Facit capacem meriti. 1. 79
Et æternæ ſalutis. 1. 79
Neceſſaria ad vincendum dæmonem. 1. 80
Neceſſaria ad ſalutem. 1. 81
Operationes ſaluberrimas in anima facit. 1. 82
Non denegatur facienti quod eſt in ſe. 1. 83
Solicite conſervanda. 1. 84

*Gratia actualis.*

Neceſſaria ad actus ſalutares. 1. 85

Efficax, & operativa. 1. 86
Exigit noſtram cooperationem. 1. 87
*Gratia finalis.*
Non obtinetur ſine meritis. 1. 88
Eſt bonum prorſus indebitum. 1. 89
*Gratitudo.*
Debetur ob beneficia accepta. 6. 275
Deo maxime exhibenda. 6. 276
Quomodo exhibenda Deo. 6. 277
Docetur etiam a brutis. 6. 278
Et maxime a Sanctis. 6. 279
Meretur nova beneficia. 6. 280
*Gula.*
Cauſat morbos, vitam abbreviat. 7. 419
Eſt fomentum luxuriæ. 7. 420
Punitur a Deo. 7. 421
Quomodo corrigenda. 7. 422
Multa mala cauſat. 7. 423
Immoderata & mirabilis. 7. 424
A dæmone ſuadetur ſub ſpecie neceſſitatis. 7. 425
Eſt noxia Reipublicæ. 7. 426

H

*Habitus laſcivus.*
PRovocat intuentes ad laſciviam. 7. 378
Adverſatur Deo, Chriſto & B. V. 7. 379
Affert damna temporalia. 7. 380
A SS. Patribus graviter improbatur. 7. 381
Denotat proſtitutum pudorem. 7. 382
Punitur temporaliter & æternum. 7. 383
Peccata plurima cauſat. 7. 384
Non habet excuſationem. 7. 385
*Hæreſis.*
Quælibet habet Sanctum ſibi oppoſitum. 7. 120
Oritur ex ſuperbia, & rancore. 7. 121
*Hæretici.*
Torquent textus S. Scripturæ in ſenſum ſuum. 7. 122
Graviter puniuntur veritati reſiſtentes. 7. 123
Inſaniunt dum volunt eſſe reformatores. 7. 124
Obſtinatiſſimi in ſuis erroribus. 7. 125
Sunt impoſtores & deceptores. 7. 126
Hypocritæ, veritatis perſecutores. 7. 127
Animarum latrones. 7. 128
Docent ridiculas nugas. 7. 129
Corrumpunt ſcripturas. 7. 130
Convincuntur veritate. 7. 131
Novam fidei normam confingunt. 7. 132
Sunt fugiendi. 7. 133
Veram fidem mendaciis denigrant. 7. 134
Non convertuntur ob bona mere temporalia. 7. 135
Sunt Apoſtoli dæmonis. 7. 136
Pervertunt plebem, non doctos. 7. 137
Infelici morte pereunt. 7. 138
Sunt ad luxuriam proclives. 7. 139
Obſtinati contra veritatem. 7. 140
*Henoch.*
An defacto in cælo, vel ubi? 1. 110
*Homicidium.*
Mirabiliter proditur. 7. 459
Punitur a Deo. 7. 460
*Homo.*
Eſt excellens Dei creatura. 5. 1
Natus ad laborem. 5. 2
Et ad ſervitium Dei. 5. 3
Multis malis obnoxius. 5. 4
Excoli debet ad vitam civilem. 5. 5
Indiget amicitia aliorum. 5. 6
Et recreatione moderata. 5. 7
Debet perfici per virtutem. 5. 8
Connaturaliter amat patriam. 5. 9
Et ſuum honorem. 5. 10
Eſt inſtabilis in bono. 5. 11
Quantillus ſit coram Deo. 5. 12
Eſt ad vitia pronus. 5. 13
*Honores Mundani.*
Vide *Mundani honores.*
*Horror peccati.*
Debet eſſe conjunctus cum virtute. 6. 11
*Humilitas.*
Fugit honores ac dignitates. 4. 68
Cupit a mundo contemni. 4. 69
Facit obſequia viliſſima. 4. 70
Viliter de ſe ſentit. 4. 71
Exaltatur a Deo. 4. 72
Spernit laudes humanas. 4. 73
Eaſque ſedulo fugit. 6. 306
Eſt ſignum prædeſtinationis. 6. 307
Acquiritur cognitione ſui. 6. 308
Honorem conſequitur quem fugit. 6. 309
Eſt fundamentum aliarum virtutum. 6. 310
Recordatur vilis ſuæ originis. 6. 311
Docetur a Chriſto & Sanctis. 6. 312
Omnia impetrat a Deo. 6. 313
Quomodo exercenda. 6. 314
Virtus dæmoni exoſa. 6. 315
*Hypocriſis.*
Nequitiam tegit ſanctitate. 7. 283
Sibi ipſi maxime nocet. 7. 284
Fugienda in ſe, & in aliis. 7. 285
Confundetur in judicio. 7. 286
Deo ſumme odibilis. 7. 287
Martyrium diaboli. 7. 288
Punitur a Deo. 7. 289

I

*Idololatria.*
UNde originem ſumpſerit. 7. 141
Eſt mera inſania. 7. 142
*Jejunium.*
Eſt homini utile. 6. 299
Prodeſt ad vincendas tentationes. 6. 300
Valde gratum Deo. 6. 301
Quadrageſimale unde? & quale? 6. 302
Prolongat vitam. 6. 304
Docetur exemplo Sanctorum. 6. 305
*Infernus.*
Quid & qualis? 9. 27
Nullam habet Redemptionem. 9. 28
Ejus primus ingreſſus quam horribilis. 9. 29
Ab obſtinatis parum timetur. 9. 30
Deterrere debet a peccato. 9. 31
Chriſtianorum gravior quam infidelium. 9. 32
Cur propter unicum peccatum æternus? 9. 33
Plenus tormentis crudeliſſimis. 9. 34
Conſideratus facilem reddit omnem laborem. 9. 85
Et præſervat ab inferno. 9. 86

Illo



Illo non moveri ſignum eſt reprobationis. 9. 87
Deterret a peccato, movet ad pœnitentiam. 9. 88
*Ignorantia Myſteriorum fidei.*
Quam culpabilis ſit. 7. 143
Poſt ſe trahit innumera peccata. 7. 144
*Ignis.*
Cur e montibus erumpat. 10. 43
Ad quid, & cujus naturæ. 10. 44
Quos habeat effectus. 10. 45
Quomodo nutriatur. 10. 46
Res multas non lædit ob reſiſtentiam. 10. 47
Frequenter e terra erumpit. 10. 48
In multis mere apparens. 10. 49
Cauſat terribilia incendia. 10. 50
Fatuus unde, & quem in finem. 10. 51
*Imagines B. V.*
Sunt honorandæ. 3. 19
Inhonoratæ vindicantur. 3. 35
Prænuntiant Dei ſupplicium. 3. 36
Deſignant locum ſui cultus. 3. 37
Operantur converſiones peccatorum. 3. 38
Miraculis clarent. 3. 39
*Immiſericordia in pauperes.*
Eſt cauſa ſterilitatis. 7. 328
Punitur a Deo. 7. 329
Non habet excuſationem. 7. 330
Non excuſatur per, *Non poſſum.* 7. 331
Perdit cæleſtem retributionem. 7. 332
*Impunitas.*
Facit audacem in malo. 7. 108
*Impuræ cogitationes.*
Vide, *Cogitationes impuræ.*
*Incarnatio & Nativitas Chriſti.*
Maximum Divini amoris prodigium. 2. 25
Docet humilitatem. 2. 26
Et paupertatem. 2. 26
Excitat ad amorem. 2. 27
Grato animo adoranda. 2. 28
Et ſimul timenda. 2. 29
Eſt admirabilis cœlo & terræ. 2. 29
*Inconſtantia.*
Quam Deo ingrata. 7. 225
Vitium valde commune. 7. 226
Excluditur e cælo. 7. 227
Frequens inter homines. 7. 228
Quam imprudens. 7. 229
Denotat tepidum Chriſtianum. 7. 230
*Ingratitudo.*
Meretur privari beneficiis. 7. 231
Magna, ſi noceatur benefactori. 7. 232
Cito obliviſcitur beneficiorum. 7. 233
Eſt abominabile vitium. 7. 234
Merita compenſat malefactis. 7. 235
Cauſat adverſitates. 7. 236
Abutitur beneficiis in injuriam Benefactoris. 7. 237
*Inimicitia.*
Quomodo mitiganda. 7. 447
Frivole excuſatur. 7. 448
Punitur graviſſime. 7. 449
Oritur ex levibus cauſis. 7. 450
Dedocetur a Chriſto & Sanctis. 7. 451
Ignobilem denotat animum. 7. 452
Sibi ipſi plus nocet, quam inimico. 7. 453
Reconciliatam remuneratur Deus. 7. 454
*Injuſtitia.*
In officio ſunt frequentes. 7. 333
Odibiles coram Deo. 7. 334
Fugiendæ amore juſtitiæ. 7. 335
Puniuntur a Deo. 7. 336
*Inſpirationes Dei.*
Non ſunt negligendæ. 1. 90
Negligere periculoſum eſt. 1. 90
Cur apud multos fructum non ferant. 1. 91
Sæpe non audiuntur ab homine. 1. 92
Qua diſpoſitione audiendæ. 1. 93
Audire quam Deo gratum. 1. 94
Et homini utile. 1. 94
Quomodo diſcernendæ. 1. 95
*Inſtrumenta Paſſionis.*
Ubi aſſerventur. 2. 65
*Intellectus hominis.*
Depravatur per voluntatem. 5. 54
Semper cogitet Deum. 5. 55
Potentia præambula voluntatis. 5. 56
*Invidia.*
Solet bonum male interpretari. 7. 391
Diu nutrit in corde livorem. 7. 392
Sibi ipſi maxime nocet. 7. 393
Invidum infelicem reddit. 7. 394
Quomodo ſuperanda. 7. 395
Eſt fomes multorum ſcelerum. 7. 396
Eſt vitium commune. 7. 397
*Invocatio.*
Vide *Sancti, Interceſſio Sanctorum.*
*Intentio bona.*
Quomodo debeat influere in opera. 9. 200
Semper debet tendere ſurſum. 9. 201
Et elevare opera in unione meritorum Chriſti. 9. 204
Opera etiam neceſſaria facit meritoria. 9. 203
Valde ditat meritis. 9. 204
Debet interſeri negotiis. 9. 205
Opera facit meritoria. 9. 206
*Ira.*
Ab inſania differt ſolum tempore. 7. 443
A leviſſima re exardeſcit. 7. 444
Dum furit, nil prudens decernit. 7. 445
Quomodo compeſci debeat. 7. 446
*Irreverentia in templo.*
Damnabilis in Chriſtiano. 7. 160
Graviter punitur a Deo. 7. 161
Injurioſa loco ſacro. 7. 162
Fit garritione, diſtractione. 7. 163
Aliiſque immodeſtiis. 7. 164
Compreſſionibus, jurgiis. 7. 165
*Judaiſmus.*
Corruptus ex nugis Talmudicis. 7. 145
In fine mundi agnoſcet veritatem. 7. 146
A Deo reprobatus. 7. 147
Toti mundo exoſus. 7. 148
*Judæi.*
Sunt impoſtores, deceptores. 7. 149
Habent varias ſectas. 7. 150
Toto orbe diſperſi ſunt. 7. 151
Fruſtra ſperant levamen. 7. 152
Odium implacabile gerunt contra Chriſtianos. 7. 153
Puniuntur pœna Talionis ob crimen Deicidii. 7. 154
*Judex Divinus.*
Aſpectu erit terribilis. 9. 125

Bb 4 Ju-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

Juſtis amabilis. 9. 124
Peccatori intolerabilis. 9. 125

*Judices terreni.*

Adminiſtrant juſtitiam cum intereſſe proprio. 5. 327
Debent invigilare bono ſubditorum. 5. 328
Habent judicium duriſſimum propter peccata ſubditorum. 5. 329
Malo exemplo trahunt ſubditos in peccata. 5. 330
Sine affectu & paſſione jus dicant. 5. 331
Cauſas bene diſcutiant. 5. 332
Eorum juſtitia ſæpe mendoſa. 5. 333
Sua conniventia propagant ſcelera. 5. 334
Eorum peccata graviora propter ſcandalum. 5. 335
Deponuntur ab officio, ſi male præſint. 5. 336
Adminiſtrare debent juſtitiam. 5. 337
Mali cauſant iram Dei. 5. 338
Et plagas univerſales. 5. 318
Bono exemplo præeant. 5. 339
Non ſinant ſe corrumpi muneribus. 5. 340
Clementiam ſibi commendatam habeant. 5. 341

*Judicia Dei.*

Sunt abyſſus inſcrutabilis. 1. 25
Longe alia quam hominis. 1. 26

*Judicium temerarium.*

Eſt imprudens. 7. 191
Corrigitur recordatione propriorum peccatorum. 7. 192
Ab externa apparentia non ferendum. 7. 193
Vehementer diſplicet Deo. 7. 194
Quomodo corrigendum. 7. 195
Argumentatur a ſe, ad vitia aliorum. 7. 196
Eſt frivolum & fallibile. 7. 197

*Judicium Particulare.*

Erit plenum terroribus. 9. 105
Timeri debet etiam a Sanctis. 9. 106
Judicabit de gratiis, etiam non acceptis. 9. 107
Timetur a Sanctis & innocentibus. 9. 108
Erit diſtrictum & rigoroſum. 9. 109
Non admittet excuſationem. 9. 110
Non mitigabitur interceſſione Sanctorum. 9. 111
Confundet peccatorem intuitu ſcelerum. 9. 112
Fidelium erit durius, quam infidelium. 9. 113

*Judicium Univerſale.*

Cur præter particulare habendum. 9. 114
Habebit ſigna prodroma terribilia. 9. 115
Erit terribile ſupra captum. 9. 116
Separabit bonum a malo. 9. 117
Manifeſtabit occultiſſima conſcientiarum. 9. 118
Peccatori intolerabilius quam infernus. 9. 119
Terribile propter reſurrectionem corporum. 9. 120
Erit juſtis delectabile. 9. 121
Terribile propter ſententiam. 9. 122

*Judicii conſideratio.*

Abſterret a peccato. 9. 126
Peccatorem adducit ad pœnitentiam. 9. 127

*Juramenta.*

Frivola puniuntur. 7. 155

*Juſtitia Dei.*

Abſterret a peccato. 1. 27
Sola non eſt reſpicienda. 1. 28
Sed una cum Miſericordia. 1. 28
Præmonet antequam puniat. 1. 29
Caſtigat juſtos optimo fine. 1. 30
Punit hos, ut alios corrigat. 1. 31
Punit poſt completam menſuram. 1. 32
Punit graviſſime peccatum. 1. 33
Peccata etiam arcana non ſinit impunita. 1. 34
Propter unum peccatorem punit etiam innocentes. 1. 35
Punit illibenter, & nonniſi coactè. 1. 36
Etiam dum punit miſericors eſt. 1. 37
A nobis ipſis ſumit inſtrumenta puniendi. 1. 38
Mitius punit in hac, quam in altera vita. 1. 39
Tanto gravius punit, quanto diutius indulſit. 1. 40
Exaudit provocantes ad tribunal Dei. 1. 41
Punit per plagas univerſales. 1. 42

*Juſtus Homo.*

Cur Sanctus dicatur. 4. 54
Defenditur a Deo contra perſecutores. 4. 55
Plus conſolationis habet a cæleſtibus, quam mundanis. 4. 56
Cur adverſitate affligatur. 4. 57
Affligitur propter peccata aliorum. 4. 58
Sua præſentia prodeſt impiis. 4. 59
Eſt murus & ſcutum patriæ. 4. 60
Quanti æſtimetur a Deo. 4. 61
Cur a Deo labi permittatur. 4. 62
Singulariter fruitur præſentia Dei. 4. 63
Et ejus conſolatione. 4. 64
Sugillatur ab impiis. 4. 65
Illius opera ſæpe mendoſa. 4. 66
Cur præmature moriatur. 4. 67
Humilis eſt fugiendo honores. 4. 68
Cupit pro ſtulto haberi. 4. 69
Facit obſequia viliſſima. 4. 70
Viliter de ſeipſo ſentit. 4. 71
Contemnit laudes humanas. 4. 72
Caſtus eſt, pugnando contra tentationes. 4. 73
Manſuetus tolerando injurias. 4. 74
Malefacta compenſat beneficiis. 4. 75
Id quod probat mirabilibus exemplis. 4. 76
In tentatione fideliter adhæret Deo. 4. 77
Magni æſtimat ſervitutem Dei. 4. 78

*Juſtitia.*

Quid ſit? quomodo exercenda. 6. 268
Neceſſaria regnis & regibus. 6. 269
Tenetur punire malefactores. 6. 270
Non ſinit ſe corrumpi muneribus. 6. 271

L.

*Labor.*

Eſt hominis proprius. 5. 80
Meritorius ſi fiat ſine debito. 5. 81
Neceſſarius ad nutrimentum hominis. 5. 82

*Lacrymæ.*

Placant iram Dei. 8. 97
Summopere placent Deo. 8. 98
Extinguunt peccata. 8. 99
Sunt peccatori neceſſariæ. 8. 100

*Lacus ſeu ſtagna.*

Habent miras qualitates. 10. 72





*Laſciva colloquia.*

Vide, *Colloquia laſciva.*

*Laſcivus habitus.*

Vide, *Habitus laſcivus.*

*Lectio ſacra.*

Affert magnam utilitatem. 9. 262
Prodeſt ad emendationem vitæ. 9. 263

*Lex Chriſtiana.*

Vide *Præcepta Dei.*

*Libertas animæ.*

Eſt neceſſaria ad meritum. 5. 61
A nullo agente cogi poteſt. 5. 62
Reddit hominem bonum aut malum. 5. 63

*Libri ſacri.*

Proſunt ad ſalutem. 6. 241
Cauſant mirabiles converſiones. 6. 242
Conveniunt omni ſtatui. 6. 243

*Libri profani.*

Animæ ſtruunt præcipitium. 6. 244
Numeroſe aſſervantur. 6. 245
Obſceni ſunt ruina animarum. 6. 246
Laſcivi legi non poſſunt ſine peccato. 7. 377

*Lingua.*

Indicat quid in corde lateat. 5. 98
Membrum quo caute agendum. 5. 99
Multa bona præſtat. 5. 100
Multa mala cauſat. 5. 101
Quomodo prudenter uſurpanda. 5. 102

*Linguarum cognitio.*

Quem in finem? 6. 254
A ſolo Deo infundi poteſt. 6. 255

*Locuſta.*

Terribilis pœna. 1. 56
A Deo immiſſa propter peccata. 1. 56

*Luna.*

Qualis, & quinam effectus. 10. 8

*Luſus.*

Immoderatus mala multa cauſat. 7. 341

*Luxus.*

Vide, *Mundana pompa.*

*Luxuria.*

Facit animam ſervam carnis. 7. 342
Eſt voluptas falſa, deceptoria. 7. 343
Raro emendatur ſerio. 7. 344
Vincitur per fugam occaſionis. 7. 345
Abſcondi non poteſt. 7. 346
Dedocetur memoria mortis. 7. 347
Iram Dei concitat ſuper urbes, & regna. 7. 348
Difficulter corrigitur. 7. 349
Punitur a Deo graviſſime. 7. 350
Excluditur e cœlo. 7. 351
Ducit ad deſperationem. 7. 352
Permittitur in pœnam ſuperbiæ. 7. 353
Ad inſaniam ſtulteſcit. 7. 354
Semper recrudeſcit, niſi incentiva extirpentur 7. 355
Diſponit ad Atheiſmum. 7. 356
Unde initium trahat. 7. 357
Relinquit peſſimos effectus. 7. 358
Male dicitur Amor. 7. 359
Devitari debet amore Paſſionis Domini. 7. 360
Eſt cauſa bellorum, diſcordiarum. 7. 361
Turpiſſimum ſcelus. 7. 362
Non habet excuſationem. 7. 363
Inficit fere omnes ſtatus. 7. 364

M

*Magnates.*

Vide, *Reges, Principes.*

*Mala conſcientia.*

Vide, *Conſcientia mala.*

*Mala conſuetudo.*

Vide, *Conſuetudo mala.*

*Mala occaſio.*

Vide, *Occaſio mala.*

*Malum exemplum.*

Vide, *Exemplum malum.*

*Mala ſocietas.*

Vide, *Societas mala.*

*Manſuetudo.*

Libenter ſuſtinet injurias. 4. 74
Malefacta compenſat beneficiis. 4. 75
Docetur mirabilibus exemplis. 4. 76
Malis retribuit bona. 6. 333
Eſt virtus decens Chriſtianum. 6. 334
Maxime placet Deo. 6. 335
Generoſum denotat animum. 6. 336
Mitigat iram in hoſte. 6. 337
Docetur exemplo Sanctorum. 6. 338
Remittit benigne injuriam. 6. 339
Meretur a Deo defendi. 6. 340
Concipitur intuitu propriorum peccatorum. 6. 341

*Magnitudo.*

Corporis admiranda. 5. 85

*Mare.*

Mirabilia complectitur. 10. 73

*Maria Mater Dei.*

Facta Dei Mater propter peccatores. 3. 1
Tenerrime amatur a Deo. 3. 2
Et a Dei Filio. 3. 2
Eſt Regina cœli & terræ. 3. 3
Excellentiſſima ob Maternitatem Dei. 3. 4
Odit peccatores impœnitentes. 3. 5
Et multo magis peccatum. 3. 6
Averſatur infideles, & hæreticos. 3. 7
Punit graviter ſuos injuriatores. 3. 8
Comparatur variis rebus. 3. 9
Platano, & lucernæ. 3. 9
Nebulæ & iridi. 3. 9
Auroræ & Soli. 3. 9
Lunæ & Arcæ Noe. 3. 9
Arcæ teſtamenti & turri David. 3. 9
Cedro & columbæ. 3. 9
Mari, & Virgæ Moyſis. 3. 9
Stellis & palmæ. 3. 9

*Mariæ Nomen.*

Potens contra tentationes. 3. 10
Eſt teſſera ſalutis. 3. 11
Salutare peccatoribus. 3. 12
Honoratur a Sanctis. 3. 13

Dulce & potens in adverſis. 3. 14
Reverenter debet pronunciari. 3. 15

*Mariæ Excellentia quoad corpus.*

Eſt pulchritudinis admirandæ. 3. 40
Extinxit in aſpicientibus libidinem. 3. 41
Eſt glorioſa in cælis. 3. 42
Ejus Reliquiæ veſtium ubi aſſerventur. 3. 16

*Mariæ Excellentia quoad animam.*

Fuit præſervata ab originali. 3. 44
Fuit opus Dei perfectiſſimum. 3. 44
Ejus gloria poſt Deum maxima. 3. 45
Habet donum miraculorum. 3. 46
Perfectior in gratia, quam omnes Sancti. 3. 47
Illius dona & gratiæ incomprehenſibiles. 3. 48
Præ omnibus creatis Deo ſimillima. 3. 49

*Mariæ cultus.*

Liberat ab interitu. 3. 17
Non prodeſt ſine pœnitentia. 3. 18
Adhibendus imaginibus B. V. 3. 19
Utiliſſimus ad impetranda quævis dona. 3. 20
Deo & B. V. gratiſſimus. 3. 21
Ejus defectus ſignum reprobationis. 3. 22
Prodeſt in adverſitate. 3. 23
Debet eſſe ardens & zeloſus. 3. 24
Quomodo conſtitutus eſſe debeat. 3. 25
Eſt ſignum ſalutis. 3. 26
Ædificantur templa prodigioſe. 3. 34

*Mariæ Imagines.*

Inhonoratæ vindicantur. 3. 35
Prænuntiant Dei ſupplicium. 3. 36
Deſignant locum ſui cultus. 3. 37
Operantur converſiones peccatorum. 3. 38
Miraculis clarent. 3. 39
Vide, *Imagines.*

*Mariæ Patrocinium.*

Neminem deſpicit. 3. 50
Invocantes velociter exaudit. 3. 51
Erga famulos ſuos benefica. 3. 52
Refugium tribulatorum. 3. 53
Sæpe non exaudit, cur? 3. 54
Securos nos reddit. 3. 55
Eſt Mater omnium noſtrum. 3. 56
Habet poteſtatem omnes adjuvandi. 3. 57
Et etiam voluntatem adjuvandi. 3. 58
Semper omnium miſeretur. 3. 59
Eſt ſpes noſtræ ſalutis poſt Deum. 3. 60
Defendit ſuos defenſores. 3. 61
Refugium in omnibus afflictionibus. 3. 62
Succurrit univerſæ Eccleſiæ. 3. 63
Eamque potenter protegit. 3. 63
Potens contra diabolum. 3. 64
Ejus patrocinium nobis neceſſarium. 3. 65
Eſt mera miſericordia. 3. 66
Omnia nobis impetrare poteſt. 3. 67
Solicita pro noſtris neceſſitatibus. 3. 68
Mundum præſervat ab interitu. 3. 69
Obſervat noſtras miſerias. 3. 70
Peccatoribus benigna, ſed magis juſtis. 3. 71
Omnia beneficia, & gratias nobis procurat. 3. 72
Ad æternam ſalutem promovet. 3. 73

*Mariæ Patrocinium erga peccatores.*

Conatur ut omnes convertantur. 3. 74
Mitigat iram Filii. 3. 75
Etiam peccatoribus propitia. 3. 76
Et infidelibus. 3. 76
Eſt refugium peccatorum. 3. 77
Liberat ab infernali hoſte. 3. 78
Exiguum obſequium magna mercede compenſat. 3. 79
Recipit peccatores, quos Filius rejicit. 3. 80
Non exaudit ſine noſtra cooperatione. 3. 81

*Mariæ Patrocin. in neceſſ. temporal.*

Curam gerit pro alimentis corporis. 3. 82
Succurrit in morbis. 3. 83
In bellis & hoſtilitatibus. 3. 84
In Infortuniis. 3. 85
In plagis a Deo immiſſis. 3. 86

*Mariæ Patrocin. in morte & judicio.*

Invocanda ardenter. 3. 88
Si nos deſerat, perditi ſumus. 3. 89
Succurrit morientibus. 3. 90
Compeſcit vim tentatoris. 3. 91
Liberat animas purgantes. 3. 92

*Mariæ Virtutes.*

Eſt exemplar omnium Virtutum. 3. 93
Regina Virginum. 3. 94
Dat ſuis cultoribus caſtitatem. 3. 95
Virginitatem in aliis coronat. 3. 96
Ejus Virginitas conjuncta cum Maternitate. 3. 97
Fides tanta, ut Apoſtolos inſtrueret. 3. 98
Hæreſes omnes devicit. 3. 99
Convertit infideles. 3. 100
Ejus Humilitas laudatur a Deo. 3. 105
Exaltat Mariam ad excellentiſſimam gloriam. 3. 106
Odit & averſatur ſuperbiam. 3. 107

*Mariæ Martyrium.*

Quantum fuerit ſub cruce. 3. 101
Et tam perfecte conforme cum Dei Voluntate. 3. 102
Juvat Filium in redimendo humano genere. 3. 103
Facta eſt Regina Martyrum. 3. 104

*Martyrium.*

Suppleri poteſt per mortificationem. 6. 354

*Martyres.*
Vide, *Sancti Martyres.*

*Maritus.*

Reus eſt peccatorum Uxoris. 5. 369
Non habet jus ſæviendi in uxorem. 5. 370

*Matrimonium.*

Non ineatur malo fine. 8. 141
Alias multa mala ſequentur. 8. 141
Non ineatur ab homine vitioſo. 8. 142
A Dei ordinatione exſpectandum. 8. 143
Infelix propter Zelotypias. 8. 144
Interdum valde fœcundum. 8. 145
Infelix ob coactionem parentum. 8. 146
Exigit ſeriam deliberationem. 8. 147





Diſſidioſum propter incorrigibilem capitoſitatem. 8. 148
Diſſidioſum propter ſuſurrones audiri ſolitos. 8. 149
Diſſidioſum propter inæqualem educationem filiorum. 8. 150
Diſſidioſum propter querelas uxoris extra domum. 8. 151
Diſſidioſum ob ſuſpectas familiaritates. 8. 152
Infelix propter præcedentia peccata. 8. 153
Infelix propter diverſitatem geniorum. 8. 154
Infelix propter defectum manſuetudinis. 8. 155

*Medicina.*

Non valet contra mortem. 6. 256
Contra varios morbos. 6. 257
Quibus remediis vitam prolonget. 6. 258

*Meditatio.*

Hominem erudit cæleſti ſapientia. 6. 101
Inſignes fructus parit. 6. 102
Quomodo inſtituenda. 6. 103
Poteſt ſuper res omnes inſtitui. 6. 105
Fiat in loco ſolitario. 6. 104

*Mendacium.*

Magna damna cauſat. 7. 222
Invenitur in omnibus ſtatibus. 7. 223
Odibile coram Deo, & hominibus. 7. 224

*Mendici.*

Non indigne colligant eleemoſynas. 5. 434
Non otioſe vagentur. 5. 435
Non permittantur multiplicari. 5. 436
Proſunt populo Chriſtiano in multis. 5. 437
Variis impoſturis extorquent eleemoſynas. 5. 438
Nocent aliis vere indigis. 5. 439

*Militaris ſtatus.*

A ſolo Deo victoriam ſperet. 5. 411
Ad quam multum facit probitas & virtus. 5. 412
Eſt ſtatus licitus & honeſtus. 5. 413
Graviſſime obligatur ad fidelitatem. 5. 414
Multis ſcelerum periculis obnoxius. 5. 415
Cum paucis militibus victoriam obtinet. 5. 416
Habet numeroſos exercitus. 5. 417
Poteſt pie vivere, & ſalvari. 5. 418
Mira fortitudinis exempla edit. 5. 419
Hoſtes ad deſperationem non cogat. 5. 421

*Miſericordia Dei.*

Magna erga peccatores. 1. 57
Vocat peccatorem variis modis. 1. 58
Vocat etiam reluctantes. 1. 59
Miſericors in peccatorem dum actu peccat. 1. 60
Vocat etiam miſerrimos. 1. 61
Æſtimatur a Deo præ ceteris attributis. 1. 62
Semper parata recipere peccatorem. 1. 63
Non ſola reſpicienda, ſed una cum juſtitia. 1. 64
Eſt unicum refugium poſt peccatum. 1. 65
Non debet trahi in conſequentiam. 1. 66
Pronior ad parcendum, quam juſtitia ad puniendum. 1. 67
Licet infinita habet certam menſuram. 1. 68
Exigit cooperationem hominis. 1. 69
Efficacius trahit, quam juſtitia. 1. 70
Mittit adverſitates, ut corrigat. 1. 71
Ardenter deſiderat peccatoris converſionem. 1. 72
Infinities major eſt quam miſericordia humana. 1. 73
Non arctatur numero aut gravitate peccatorum. 1. 74
Exhibet peccatori multiplex beneficium. 1. 75
Mirabiliter adornat converſiones peccatorum. 1. 76

*Miſericordia Virtus.*

Exhibenda proximo propter Deum. 6. 199
Succurrit neceſſitatibus proximi. 6. 200
Habet commiſerationem cum peccatore. 6. 201
Deo gratiſſima & ſalutaris. 6. 202
In beneficiis qualis eſſe debeat. 6. 203

*Miſericordiæ opera.*

Eſurientes paſcere. 6. 204
Potum dare ſitientibus. 6. 205
Hoſpitio peregrinos ſuſcipere. 6. 206
Operire nudos. 6. 207
Viſitare infirmos. 6. 208
Captivos redimere. 6. 209
Mortuos ſepelire. 6. 210

*Modeſtia.*

Amplectenda ex variis motivis. 6. 346
Attemperat omnes actiones. 6. 347
Ædificat aſpicientes. 6. 348

*Moniales.*

Chriſtum habent pro ſponſo. 5. 212
Debent eſſe mundo demortuæ. 5. 213

*Monaſteria.*

Non inhient divitiis & pompæ. 5. 195
Sunt Deo grata ob regularitatem functionum. 5. 196

*Morbi.*

Animæ proſunt ad virtutem. 6. 420
Sunt medicina ad purgandas animas. 6. 421
De iis non conquerendum. 6. 422
Expeditius ſanantur a Deo, quam a Medicis. 6. 423
Cauſantur a peccatis. 6. 424
Patienter tolerantur a Sanctis. 6. 425
Adducunt ad pœnitentiam. 6. 426
Patienter ferendi amore Chriſti. 6. 427
Præſervant a peccato. 6. 428
Compeſcunt audaciam peccatoris. 6. 429

*Montes.*

Cur, & quando creati. 10. 58
Frequenter ignem vomunt. 10. 59
Variis mirabilibus illuſtres. 10. 60
Novi, aut collapſi alio migrantes. 10. 61
Altitudine mirandi. 10. 62

*Mors.*

Amicorum non deflenda. 6. 430
Cur in tenera ætate inſtigatur. 6. 431
Non immoderate deploranda. 6. 432
Quid & qualis ſit. 9. 128
Imminet homini ſemper, & ubique. 9. 129
Demonſtrat vanitatem mundi. 9. 130
Violenta & repentina non ſemper mala. 9. 131
Non eſt timenda. 9. 132
Eſt inevitabilis. 9. 133
Cauſatur ab inexſpectato eventu. 9. 134
Non timetur a Sanctis. 9. 135
Adimit mundana omnia. 9. 136
Cur incerta ſit. 9. 137
Incerta tam juveni quam ſeni. 9. 138
Adæquat omnes homines. 9. 139
Eſt talis qualis vita. 9. 140
Incerta quoad modum. 9. 141
Incerta quoad tempus. 9. 142
Variis ſignis prænuntiatur. 9. 143

Per peccatum fit bellua. 7. 31
Non poterit reſipiſcere, cum volet. 7. 32
Semper in deterius vergit. 7. 33
Infelix utut proſpere vivat. 7. 34
Totas familias exponit periculo interitus. 7. 35
Jungat operam Deo ad ſuam converſionem. 7. 36
Magis timet pœnam quam culpam. 7. 37
Punitur cæcitate mentis. 7. 38
In cauſa eſt, quod gentiles non convertantur. 7. 39
Animam vendit dæmoni pro nihilo. 7. 40
Ludit cum Deo per inania propoſita. 7. 41
Remedia ſalutis convertit in ſuam perniciem. 7. 42
Cur in hac vita proſpere vivat. 7. 43
Nocet hominibus juſtis. 7. 44
Nullam habet benedictionem Divinam. 7. 45
Eſt voluntarius ſtultus. 7. 46
Punitur graviſſime cum jam non amplius punitur. 7. 47
Suamet culpa perit, ſi pereat. 7. 48
Gradatim vadit ad infernum. 7. 49
Unus impedit favores Divinos ſupra totam communitatem. 7. 50
Punitur brevitate vitæ. 7. 51
Succeſſive non repente fit malus. 7. 52
Nullam habet excuſationem. 7. 53
Inveteratus, quis & qualis? 7. 54
Ad vocem Dei durior quam mundi. 7. 55
Non curat ſuam miſeriam. 7. 56
Non flectitur minis nec beneficiis. 7. 57
Ordinarie perit æternum. 7. 58
Difficillime convertitur. 7. 59
Excæcatur, & induratur a Deo. 7. 60

*Pecunia.*
Multa mala cauſat. 7. 325
Quando incepta cudi. 7. 326
Contemnitur a Sanctis. 7. 327

*Peregrinationes.*
Antiquiſſimo more viſitantur. 9. 226

*Perfectio Chriſtiana.*
Quibus mediis acquiratur. 6. 18
Acquiritur ſucceſſive. 6. 19
Non eſt difficilis. 6. 20
In quo conſiſtat. 6. 21

*Perfidia.*
Contra pacta graviter punitur a Deo. 7. 159

*Pericula.*
Peccati caute fugienda. 7. 100

*Perjurium.*
Punitur graviſſime. 7. 155
Indignum Chriſtiano. 7. 156
Nocet toti communitati. 7. 157
Manifeſta pœna a Deo plectitur. 7. 158

*Perſecutiones.*
Eccleſiæ ſunt variæ. 1. 45
Sunt beneficium Dei. 6. 455
Promovent Virtutem. 6. 415
Sunt accipiendæ ut venientes a Deo. 6. 456
Malevolorum deſpiciendæ. 6. 45
Patienter cum gaudio ferendæ. 6. 459
Permittuntur a Deo in emolumentum hominis. 6. 458
Convitia grande meritum ferunt. 6. 460
Non ſunt excuſatio ſufficiens peccati. 6. 461
In detractionibus generoſe contemnendæ. 6. 462
In calumniis Deum defenſorem habent. 6. 463
Patienter perferuntur a Sanctis. 6. 464
Non ſatis excuſant peccatum. 7. 98

*Perſeverantia.*
Eſt corona virtutum omnium. 6. 379
Conſtat ſedulo labore. 6. 380
Acquiritur per certas vivendi regulas. 6. 381
Debet abnegare priſtinas conſuetudines. 6. 382
Apud multos deficit. 6. 383
Docetur a Chriſto patiente. 6. 384
Neceſſaria eſt ad coronam gloriæ. 6. 385

*Peſtilentia.*
Eſt pœna peccati. 1. 49
Terribile malum. 1. 49

*Phantaſia.*
Non ſemper vane ſomniat. 5. 58

*Philoſophia.*
Confunditur a veritate Chriſti. 6. 261
Sæpe inanis clamor. 6. 262
Concluſiones Syllogiſticas invenit in Scriptura. 6. 263
Quantos errores vendiderit. 6. 264

*Picturæ laſcivæ.*
Cauſant peccata innumera. 7. 386
Vehementer afficiunt animum. 7. 387
Digna ſunt gravi ſupplicio. 7. 388

*Piſces.*
In mari portentoſæ magnitudinis. 10. 75
Monſtroſi & terribiles. 10. 76
In innumerabili copia. 10. 77
Habent varias qualitates. 10. 78

*Plagæ univerſales.*
Cauſantur a peccatis. 1. 42
Fiunt per imbellia animalcula. 1. 43
Præſagiuntur per ſigna prodroma. 1. 44

*Planetæ.*
Quinam, & quem in finem. 10. 6

*Pluvia.*
Unde & quid efficiant. 10. 39

*Pœna damni in inferno.*
Eſt prorſus terribilis damnatis. 9. 74
Conſiſtit in triſtitia de bono amiſſo. 9. 75
Videt Deum & Sanctos in augmentum dolorum. 9. 76

*Pœna ſenſus.*
Terribilis in damnatis. 9. 77
Proportionatur peccatis. 9. 78
Terribilis propter fœtorem. 9. 79
Et propter ignem ardentiſſimum. 9. 80
Atque inextinguibilem. 9. 81
Ejus gravitas deſumitur ex Paſſione Domini. 9. 82
Horrenda propter tenebras. 9. 83
Et propter aſpectum dæmonum. 9. 84

*Pœnitentia.*
Sanctorum auſtere in ſe plectit delicta. 4. 79
Mirabilis in jejunio & inedia. 4. 80
Item in flagellis & auſteritatibus. 4. 81
Fugit occaſiones peccati. 4. 82
Reſuſcitat merita mortificata. 6. 281
Neceſſaria relapſo. 6. 282
Aſſumit voluntarias ſatisfactiones. 6. 283
Sera non eſt ſincera. 6. 284
Docetur exemplo Sanctorum. 6. 285
Ardenter deſideratur a Chriſto. 6. 286
Non eſt differenda. 6. 287
Placat Deum. 6. 288
Mactat paſſiones hominis. 6. 289





Vera non eſt res facilis. 6. 290
Fugit occaſiones peccandi. 6. 291
Præmunire debet contra relapſum. 6. 292
Mutat peccatorem in juſtum. 6. 293
Efficax ad remittenda peccata. 6. 294
Debet eſſe conſtans, & perſeverans. 6. 295
Non eſt tetrica ſed hilaris. 6. 296
Debet eſſe proportionata peccatis. 6. 297

*Pœnitentia Sacramentum.*
Efficax ad remittenda peccata. 8. 85
Fieri non poteſt ſine Dei gratia. 8. 86
Reſuſcitat merita mortificata. 8. 87
Eſt neceſſarium relapſo. 8. 88
Placat iram Dei. 8. 89

*Pœnitens.*
Serio & ardenter pœniteat. 8. 90
Poſt confeſſionem experietur novas tentationes. 8. 91
Poſt peccatum ardentius reſurgat. 8. 92
Mirabiliter vocatur a Deo. 8. 93

*Pontes.*
Valde admirandi. 6. 253

*Præcepta Dei.*
Non ſolum ſciri, ſed obſervari debent 6. 48
Obſervantem beatum faciunt. 6. 49
Non ſunt obſervatu difficilia. 6. 50
Non ſunt curioſe ſcrutanda. 6. 51
Minus obſervantur, quam præcepta mundi. 6. 52

*Prædeſtinatio.*
Fit dependenter a meritis. 1. 105
Ad gloriam facit hominem æſtimabilem. 1. 106
Cur homini occultetur. 1. 107
Occultata non affligat hominem. 1. 108
Negatur homini ex culpa propria. 1. 109
Paucos prædeſtinat ad gloriam. 1. 110
An elegerit, vel rejecerit Salomonem. 1. 110
Eſt metuenda propter arcana Dei judicia. 1. 111
Eſt gratuita, ſed glorificatio ob merita. 1. 112

*Prædicator Sacer.*
Habeat ſcientiam convenientem. 5. 265
Et ſpiritus fervorem. 5. 265
Audiendus obedienter. 5. 266
Debet eſſe perfectus in vita. 5. 267
Habet munus excellentiſſimum. 5. 268
Senſu Scripturæ, non ſuo utatur. 5. 269
Cur fructum ſæpe non faciat. 5. 270
Non deſiſtat a conatu, etſi nihil efficiat. 5. 271
Magna diſcretione utatur. 5. 272
Confirmet exemplo, quod docet verbo. 5. 273
Unice Dei gloriam quærat. 5. 274
Magnum habet meritum apud Deum. 5. 275
Si malus ſit, fructum non feret. 5. 276
Interdum auſteritate utatur. 5. 277
Ex officio ſuo debet evertere crimina. 5. 278
Non deterreatur obloeutionibus populi. 5. 279
Clare & ſine fuco exprobret ſcelera. 5. 280
Non Rhetorico ornatu, ſed ſimplici Scriptura utatur. 5. 281
Non plauſum, ſed planctum populi quærat. 5. 282

*Præſentia Dei.*
Eſt remedium ad perfectionem. 1. 113
Refrænat peccata. 1. 114
Ejus defectu peccata innumera. 1. 115
Semper cogitatur a juſtis. 1. 116
Fugitur ab impiis. 1. 116
Operatur victoriam tentationum. 1. 117
Potens ſtimulus ad converſionem peccatorum. 1. 118
Item ad virtutem, & Sanctitatem. 1. 119
Semper cogitanda, etiam inter negotia. 1. 120
Quantos afferat fructus. 1. 121
Animat juſtos ad ardua ſuperanda. 1. 122
Erudit cæleſti Sapientia. 1. 123

*Præſumptio.*
De Miſericordia Dei valde periculoſa. 7. 177
Peſſime confidit ſibi licitum fore, quod aliis. 7. 178
Remedium ſalutis convertit in ſuam perniciem. 7. 179
Corrigitur intuitu juſtitiæ Divinæ. 7. 180
De ſuis viribus temeraria. 7. 183

*Prætores.*
Vide, *Judices.*

*Proceſſiones.*
Publicæ quomodo inſtituendæ. 6. 100

*Procraſtinatio pœnitentiæ.*
Valde periculoſa. 7. 184
Reddit pœnitentiam ſemper periculoſiorem. 7. 185
Eſt inanis deceptio peccatoris. 7. 186
Deducit ad finalem impœnitentiam. 7. 187

*Propoſitum.*
Apud multos infirmum. 8. 119
Ejus firmitas ex effectu debet apparere. 8. 120
Debet eſſe univerſale. 8. 121
Firmiſſime tenendum eſt. 8. 122

*Proſperitas.*
Vide, *Mundana Proſperitas.*

*Providentia Dei.*
Non eſt temere examinanda. 1. 124
Mirabilis circa remedia naturalia. 1. 125
Et circa nutritionem hominis. 1. 126
Mirabilis circa præſervationem a peccatis. 1. 126
Cur permittat peccatum. 1. 127
Exigit noſtram cooperationem. 1. 128
Mirabiliter diſponit ſtatus hominum. 1. 129
Omnia ordinat in mundo. 1. 130
Ita, ut nihil caſu fiat. 1. 130
Ejus diſpoſitio impediri non poteſt. 1. 131
Permittit interdum malum. 1. 132
Non debet taxari, ſugillari. 1. 133

*Prudentia.*
Quid ſit? quæ ejus opera? 6. 211
Innititur principiis ſanæ rationis. 6. 212
Reſpicit finem & effectus. 6. 213
Utilis ad omnes fortunæ caſus. 6. 214
Altiora ſe non quærit. 6. 215
Non ſe immiſcet diſcordiis alienis. 6. 216
Nil agit ſine conſilio. 6. 217
Tenet certum præ incerto. 6. 218
Parit divitias temporales & ſpirituales. 6. 219
In omnibus utitur diſcretione. 6. 220
Quomodo differat a Sapientia. 6. 221
Quomodo practice acquirenda. 6. 222
Quomodo habere ſe debeat erga Deum. 6. 223
Quomodo erga proximum. 6. 224
Quomodo erga ſeipſum. 6. 225

*Purgatorium.*
Eſt ſecundum proportionem peccatorum. 9. 89
Purgat animas a reatu reſiduo. 9. 90
Incurritur ob leve delictum. 9. 91
Superat tormenta hujus mundi. 9. 92
Incurritur etiam a Sanctis. 9. 93
Terribile ob pœnam ignis. 9. 94
Terribile ob pœnam damni. 9. 95
*Purgantes animæ.*
Juvantur per paſſionem Chriſti. 9. 96
Immiſericorditer deſeruntur. 9. 97
Puniuntur in locis, ubi peccarunt. 9. 98
Juvantur SS. Euchariſtia. 9. 99
Et ſacrificio Miſſæ. 9. 100
Suffragiis fidelium. 9. 101
Diutiſſime ibi detinentur. 9. 102
Propter teſtamenta non data executioni. 9. 103
Beneficia obſequiis compenſant. 9. 104
Dignæ ſunt commiſeratione. 9. 105
*Putei, & fontes.*
Unde originem trahant. 10. 70
Habent miras qualitates. 10. 71

Q

*Quadrageſimale jejunium.*
UNde, & quomodo? 6. 302
*Quinque ſenſus.*
Sunt hominis hoſtes. 5. 87
Semper mortificandi. 5. 87
Porta per quas intrat hoſtis. 5. 88
Oppugnari poſſunt, non expugnari. 5. 89

R

*Rebelliones.*
COntra Principes puniuntur. 5. 414
*Reges, Principes.*
Habent onus graviſſimum. 5. 288
Et moleſtias innumeras. 5. 289
Magna imperia poſſident. 5. 290
Bono exemplo præeant. 5. 291
Eorum favores fluxi & inconſtantes. 5. 292
Eorũ primogeniti ſpecialia habent nomina. 5. 293
Debent ſe impendere bono publico. 5. 294
Sapientiæ ſtudeant. 5. 295
Viles ſunt cum Deo comparati. 5. 296
Eorum dignitas fluxiſſima. 5. 297
Si tyrannice regnant, non diu regnant. 5. 298
Amant adulationibus decipi. 5. 299
Immiſericordiã in ſubditos miſere luent. 5. 300
Specialia habent inſignia. 5. 301
Non ſint immiſericordes in ſubditos. 5. 302
Non habent jus bellandi pro libitu. 5. 303
Non ſint luxuoſi cum damno ſubditorum. 5. 304
Clementiam ſibi commendatam habeant. 5. 305
Indigent favore ſubditorum. 5. 306
E throno ad infelicem fortunam veniunt. 5. 307
Si male regnant, non diu regnant. 5. 308
Eorum potentia debilis. 5. 309
Male regnant propter peccata ſubditorũ. 5. 310
Legem Dei ſervent, ſi feliciter regnare volunt. 5. 311
Impii graviorem habebunt infernum. 5. 312
*Regna Mundi.*
Cujus magnitudinis? 10. 21
Qua forma Regiminis utantur. 10. 22
Quos mores habeant. 10. 23
Qua rerum diverſitate fruantur. 10. 24
*Relapſus.*
Eſt periculoſior quam primum peccatum. 7. 82
Semper difficiliorem reddit converſionem. 7. 83
*Religioſus.*
Infelicius perit, ſi pereat. 5. 197
Non immiſceat ſe ſæcularibus negotiis. 5. 198
Præ aliis debet mortificare paſſiones. 5. 199
Per vota Religioſa ſe donat Deo. 5. 200
Quomodo conſtitutus eſſe debeat. 5. 201
Non ſine ſcandalo eſt ambitioſus. 5. 202
Cum fœnore recipit, quod reliquit. 5. 203
Non taxet facta Superiorum. 5. 204
Sæpe retinet in corde vanitates. 5. 205
Moritur plenus ſolatio. 5. 206
Amet ſolitudinem. 5. 207
Demoritur ſæculo per vota. 5. 208
A mundanis omnibus alienus ſit. 5. 209
Exuat affectum erga patriam, & amicos. 5. 210
A primævo fervore recedit. 5. 211
Vide *Novitii Religioſi: Status Religioſus.*
*Reliquiæ Sanctorum.*
Bona maxima ferunt. 4. 111
Habentur in magno pretio. 4. 112
Sunt venerandæ. 4. 113
Sunt in ſua inventione mirabiles. 4. 114
Excitant ad virtutis exempla. 4. 115
Conferunt multa beneficia. 4. 116
Et hæc juſtis, non peccatoribus. 4. 117
Non ſine Dei vindicta inhonorantur. 4. 118
Operantur peccatorum converſiones. 4. 119
Miraculis honorantur. 4. 120
Præſervant a peccatis. 4. 121
Miraculoſe transferuntur. 4. 122
Prodigioſe inveniuntur. 4. 123
Honorantur a brutis. 4. 124
*Reſpectus humanus.*
Cauſat plurima peccata. 7. 107
*Rixæ.*
Vide *Diſcordia.*
*Roſarium B. V.*
Efficax contra dæmonem. 3. 27
Prodeſt contra hoſtes etiam externos. 3. 28
Gratum & honorificum B. V. 3. 29
Liberat ab interitu. 3. 30
Quomodo cum myſteriis recitandum. 3. 31
*Ruſticalis ſtatus.*
Habet felicitatem præ ceteris magnam. 5. 425
Dei benedictionem in agris conſervet. 5. 426
Debet timere Deum. 5. 427
Sedulo labore occupari debet. 5. 428
Fidelis ſit in præſtandis decimis. 5. 429
Tenetur curam habere domeſticorum. 5. 430
Dignitate & antiquitate præcellit. 5. 431
Eſt ars quæſtuoſa & utilis. 5. 432
Non ſit ſuperſtitionibus deditus. 5. 433

S

*Sacerdotes.*
SUperflua expendant in pauperes. 5. 134
Quibus occupationibus dediti ſint. 5. 135

Et



Et quibus virtutibus. 5. 136
Ex humilitate aſſumant ſacerdotium. 5. 137
Non ex ambitione. 5. 137
Fugiant familiaritates mundanorum. 5. 138
Veritati ſtudeant. 5. 139
A Deo vocati ſint. 5. 140
Rei ſunt peccatorum, quæ non impediunt. 5. 141
Decenter, non vane veſtiti ſint. 5. 142
Miſericordes ſint erga pauperes. 5. 143
Tenentur mortificare paſſiones. 5. 144
Puritati conſcientiæ ſtudeant. 5. 145
Habent grave judicium ob ſacrificium Miſſæ. 5. 146
Unicus malus facit totum ordinem contemni. 5. 147
Non immiſceant ſe ſæcularibus negotiis. 5. 148
Fugiant vanitates. 5. 149
Illorum maculæ accuratius notantur. 5. 150
Illorum errores ſupprimi debent. 5. 151
Jure gaudent immunitate. 5. 152
Magna ſedulitate orent Breviarium. 5. 153
Caſti ſint, & continentes. 5. 154
Quam turpe ſi dediti ſint peccatis. 5. 155
Sancti ſint, & inculpati. 5. 156
Non ſint ambitioſi. 5. 157
Quanta ſit illorum dignitas. 5. 158
Pauci ſalvantur. 5. 159
Suo exemplo ædificant, & deſtruunt populum. 5. 160
Ad perfectionem tendere debent. 5. 161
Male amant ſuum intereſſe. 5. 162
Ab omnibus creaturis alieni ſint. 5. 163
Infelices, ſi propter panem aſſumant hunc ſtatum. 5. 164
Infelicius pereunt, ſi pereant. 5. 165
Honorandi ſunt. 5. 166
A plebe judicari non debent. 5. 167
Conſtituti ſunt, ut corrigãt mores populi. 5. 168
Inhonorari non debent. 5. 169
Scientia pollere debent. 5. 170
Non ſint avari. 5. 171
Quas notas habere debeant. 5. 172
Non adhæreant carni & ſanguini. 5. 173
Sint Sobrii. 5. 174
Non ditent familiam ex bonis Eccleſiaſticis. 5. 175
Si vitioſi ſint, non emendant plebem. 5. 176
Infeliciſſimi, ſi ſint impuri. 5. 177
Caveant a pluralitate Beneficiorum. 5. 178
Sint zelatores contra peccata. 5. 179
Tenentur avertere calamitates populi. 5. 180
*Sacerdotium.*
Non aſſumatur malo fine. 5. 132
Nec ex coactione parentum. 5. 133
*Sacramenta.*
Sunt medicinæ ex latere Chriſti. 8. 1
Quid, & qualia ſint? 8. 2
Inſtituta a Chriſto. 8. 3
Cur inſtituta. 8. 4
Sunt ſigna collativa gratiæ. 8. 5
Adjumenta efficaciſſima ad ſalutem. 8. 6
Non perdunt virtutem ex improbitate miniſtri. 8. 7
Conferuntur miraculoſe. 8. 8
Symbolizant effectum internum. 8. 9
Infirmantur per abuſum ſuſcipientium. 8. 10
Sunt ad ſalutem neceſſaria. 8. 11
Exigunt noſtram cooperationem. 8. 12
*Sacrificium Miſſæ.*
Quanta puritate celebrandum. 8. 62
Celebrare in peccato ingens ſcelus. 8. 63
Celebrare diſtracte Deo odibile. 8. 64
Cum magno fervore peragi debet. 8. 65
Prærequirit pœnitentiam. 8. 66
Ab indigno celebratum non perdit valorem. 8. 67
Eſt myſtica renovatio Paſſionis Domini. 8. 68
Deo gratiſſimum. 8. 69
Eſt Sacrificium Euchariſticum. 8. 70
Latreuticum. 8. 71
Propitiatorium. 8. 72
Satiſfactorium. 8. 73
Impetratorium. 8. 74
Prodeſt in neceſſitatibus animæ. 8. 75
Quomodo utiliter audiendum. 8. 76
Prodeſt in temporalibus. 8. 77
Audire ſine reverentia peccaminoſum. 8. 78
Miniſtratur ab Angelis. 8. 79
Eſt vere ſacrificium. 8. 80
*Salomon.*
An ſit ſalvus, vel damnatus. 1. 110
*Sancti.*
Quomodo & per quid Sancti. 4. 38
Non obſtante ſanctitate timent infernum. 4. 39
Per auſteritates tendunt ad cœlum. 4. 40
Sunt noſtri Duces in vita Chriſtiana. 4. 41
Suis precibus multum valent apud Deum. 4. 42
Timent peccatum ſuper omnia alia mala. 4. 43
Sunt in continuo virtutum exercitio. 4. 44
Nondum nati præſignantur. 4. 45
Honorantur ab ipſo Deo. 4. 46
Habent poteſtatem ſuper dæmones. 4. 47
Et dominium in elementa. 4. 48
Sunt in honore habendi. 4. 49
Habent bellua ſibi obſequentes. 4. 50
Res omnes referunt ad Deum. 4. 51
Non impune inhonorantur. 4. 52
Inveniuntur in omnibus ſtatibus. 4. 53
Sanctus eſt omnis homo juſtus. 4. 54
Fugiunt honores & dignitates. 4. 68
Cupiunt a mundo contemni. 4. 69
Faciunt obſequia viliſſima. 4. 70
Viliter de ſeipſis ſentiunt. 4. 71
Exaltantur a Deo. 4. 72
Contemnunt laudes humanas. 4. 72
Caſtitatem amant. 4. 73
Mirabiliter pugnant contra tentationes. 4. 73
Sunt manſuetiſſimi. 4. 74
Libenter tolerant injurias. 4. 74
Malefacta compenſant beneficiis. 4. 75
Id probant mirabilibus exemplis. 4. 76
Sunt conſtantiſſimi in bono. 4. 77
Fideliter adhærent Deo. 4. 77
Magni æſtimant ſervitutem Chriſti. 4. 78
Auſtere agunt pœnitentiam. 4. 79
Mirabiles in jejunio. 4. 80
Mirabiles in flagellis & ciliciis. 4. 81
Fugiunt occaſiones peccati. 4. 82
Sunt mire patientes. 4. 83
Tolerant varias infirmitates. 4. 84
Nec non injurias & diffamationes. 4. 85
Imitantur Chriſtum patientem. 4. 86

Unt illiterati pollent ſcientiis cœleſtibus. 4. 87
Indicantur mundo per ſigna prævia. 4. 88
Operantur prodigia. 4. 89

*Sancti Martyres.*

Conſolationem habent in tormentis. 4. 90
Quæ magna fortitudine ſuſtinent. 4. 91
Etiam in tenera ætate. 4. 92
Perſecutiones compenſant benefactis. 4. 93
Martyres eſſe poſſunt ſine tormentis. 4. 94
Sunt innumerabiles. 4. 95
Rident tyrannos inter tormenta. 4. 96
Ardenter deſiderant martyrium. 4. 97
Operantur miracula in morte. 4. 98
Per paſſionem probant veritatem fidei. 4. 99
Horrendis tormentis afficiuntur. 4. 100
Sunt invicti, imperturbabiles. 4. 101
Vehementer deſiderant Martyrium. 4. 102
Prævie ad hoc ſe præparant. 4. 103

*Sancti Cælites.*

Multum valent apud Deum. 4. 104
Confundent peccatores in judicio. 4. 105
Utiliter invocantur in variis neceſſitatibus. 4. 106
Honorantur ab ipſo Deo. 4. 107
Inhonorati vindicant injurias. 4. 108
Sunt noſtri Patroni, ſed non ſine cooperatione noſtra. 4. 109
Patroni in variis neceſſitatibus. 4. 110

*Sanctorum Reliquiæ.*

Bona maxima ferunt. 4. 111
Habentur in magno pretio. 4. 112
Sunt venerandæ. 4. 113
In ſua inventione mira operantur. 4. 114
Excitant ad virtutis exempla. 4. 115
Conferunt multa Beneficia. 4. 116
Sed juſtis, non peccatoribus. 4. 117
Non ſine vindicta Dei inhonorantur. 4. 118
Operantur peccatorum converſiones. 4. 119
Miraculis honorantur. 4. 120
Præſervant a peccatis. 4. 121
Miraculoſe transferuntur. 4. 122
Prodigioſe inveniuntur. 4. 123
Honorantur a brutis. 4. 124

*Sancta Simplicitas.*

Meretur colloquium Dei. 6. 22
Placet ſummopere Deo. 6. 23
Digna eſt auxilio Dei. 6. 24

*Sanitas Corporis.*

Eſt ingens bonum. 5. 73
Facile deſtruitur. 5. 74
Magis amatur, quam animæ. 5. 75

*Sapientia.*

Quid ſit? quis ejus effectus. 6. 226
Confert ingentia bona poſſidenti. 6. 227
In omnibus actionibus elucet. 6. 228
Obtinetur certis diſpoſitionibus. 6. 229
Ex operationibus ſe prodit. 6. 230
Ardua ſuffert ſpe beatitudinis. 6. 231
Quomodo obtinenda in praxi. 6. 232
Vera quomodo diſtinguatur a falſa. 6. 233
Maxima bona ſecum fert. 6. 234

*Satisfactio Sacramentalis.*

Mutat pœnam æternam in levem. 8. 123
Eſt neceſſaria. 8. 124
Debet eſſe proportionata delicto. 8. 125
Olim rigoroſa. 8. 126

*Scandalum.*

Eſt homicidium animarum. 7. 198
Solicite præcavendum. 7. 199
Mala maxima cauſat in mundo. 7. 200
Punitur propter peccata omnia inde exorta. 7. 201

*S. Scapulare B. V.*

Confert innumerabiles gratias. 3. 32
Sine interna devotione non prodeſt. 3. 33

*Scientia.*

Periculoſa, niſi caute utamur. 6. 235
Quærenda unice propter Deum. 6. 236
Digna honore & præmio. 6. 237
Moderate debet uſurpari. 6. 238
Conducit ad agnitionem Dei. 6. 239
Ex natura ſua delectabilis. 6. 240

*Scriptura Sacra.*

Eſt communis conſiliarius. 9. 244
Non faſtidienda propter humilem Stylum. 9. 245
Multos convertit ad vitam meliorem. 9. 246
Cum diſcretione legenda. 9. 247
Non eſt clara, indiget expoſitione. 9. 248
Non intelligitur ſine oratione. 9. 249
Dat materiam ad quoſvis diſcurſus. 9. 250
Ejus lectio ditat virtutibus. 9. 251
Dedocet ſcelera. 9. 252
Detegit fraudes dæmonis. 9. 253
Prohibetur plebi, cur? 9. 254
Inſtruit omnes in norma vivendi. 9. 255
Aſſidue volvitur a Sanctis. 9. 256
Magnæ dignitatis & æſtimabilitatis. 9. 257
Solatur in omnibus adverſis. 9. 258
Ejus textus ingenioſe uſurpantur. 9. 259

*Securitas.*

Facit audacem in malo. 7. 108

*Sepultura Sacra.*

Poſt mortem curanda. 9. 177
Ab omnibus pie affectatur. 9. 178
Non fiat cum pompa & luxu. 9. 179
Non competit peccatoribus. 9. 180

*Silentium.*

Utile ad virtutem. 6. 364
Denotat ſapientem. 6. 365
Docetur exemplo Sanctorum. 6. 366

*Sinceritas.*

Vide *Fidelitas:*

*Societas mala.*

Depravat mores complicum. 7. 102

*Sol.*

Qualis in ſe, & ſuis effectibus. 10. 7

*Somnia.*

Non omnia ſunt vana. 5. 58

*Spes.*

Collocanda in ſolo Deo. 6. 56
Non abjicienda a peccatore. 6. 57
Facilitat omnem laborem. 6. 58
Concipitur ex promiſſione Dei. 6. 59
Firmius in Deo ponenda, quam in homine. 6. 60
In rebus etiam deſperatis non abjicienda. 6. 61
Vana, quæ collocatur in homine. 6. 62
Circa Temporalia in Deo collocanda. 6. 63
Confortat Martyres contra tyrannos. 6. 64
Tranquillat tranquillitatem animi. 6. 65

*Statura.*

Exigua non obſtat excelſo animo. 5. 86

Sta-



*Status hominum.*

Mirabiliter ordinantur a Deo. 5. 126
Nullus aſſumatur ob commodum mere temporale. 5. 127
Nec ſine aptitudine naturæ. 5. 128
Sint ordinati ſine turbatione. 5. 129
Eligendi cum magna cautela. 5. 130
Quilibet ducit ad Deum. 5. 131
Non ſunt ſufficiens excuſatio peccati. 7. 94

*Status Religioſus.*

Habet plures obligationes præ ceteris. 5. 181
Eſt ſtatus perfectiſſimus. 5. 182
Via in cælum tutiſſima. 5. 183
Non aſſumatur citra Vocationem. 5. 184
Perfectior activus ſimulque contemplativus. 5. 185
Comparatur Martyrio propter mortificationem. 5. 186
Eſt ſtatus humilitatis. 5. 187
Unde originem ſumpſerit. 5. 188
Amatur, & defenditur a Deo. 5. 189
Magna bona præſtat Eccleſiæ. 5. 190
Non nocet, ſed prodeſt Reipublicæ. 5. 191
Eſt ſtatus ſecuriſſimus. 5. 192
Summe honorandus. 5. 193
Non contemnatur ob unum vel alterum malum. 5. 194

Vide Tit. *Religioſus.*

*Status Vidualis.*

Vide Tit. *Vidua.*

*Status Militaris.*

Vide Tit. *Milites.*

*Status Ruſticus.*

Vide Tit. *Ruſticalis ſtatus.*

*Stella.*

Variis opinionibus taxantur. 10. 9

*Sterilitas terræ.*

Eſt pœna peccati. 1. 46

*Strages.*

Cruentæ multorum millium. 1. 53

*Stratagemata.*

In bellis varia. 1. 423

*Subditi.*

Suis peccatis nocent Superioribus. 5. 353
Taxant facta ſuperiorum male. 5. 354
Obedire tenentur Magiſtratui. 5. 355

*Superbia.*

Eſt vitium periculoſiſſimum. 7. 249
Ejus ſigna & indicia. 7. 250
Conjunctam habet ſtultitiam. 7. 251
Punitur a Deo. 7. 252
Odibilis Deo & hominibus. 7. 253
Familiarem habet jactantiam. 7. 254
Quomodo compeſci debeat. 7. 255
Dedocetur apud ſepulcra mortuorum. 7. 256
Compeſcitur per tribulationem. 7. 257
Eſt peccatum univerſale. 7. 258
Poſt ſe trahit contemptum. 7. 259
Vide, Tit. *Mundana pompa.*

*Superſtitiones.*

In morbis non adhibendæ. 7. 172
Uſurpantur in obſervatione ſomniorum. 7. 172
Sunt deceptoriæ. 7. 173
Diligenter cavendæ. 7. 174

*Suſurratio.*

Cauſat inimicitias, & alia mala. 7. 416
Punitur a Deo. 7. 417
Impedit multa bona. 7. 418

*Sydera.*

Sunt ſigna potentiæ Dei. 10. 3
Non agunt in voluntatem humanam. 10. 4
Quanta velocitate rapiantur. 10. 5

## T

*Temperantia.*

Quid ſit? quis ejus effectus? 6. 198

*Templa.*

Beatiſſimæ Virgini ædificantur prodigioſe. 3. 34
Quid ſint, & cui bono. 9. 216
Magnifice extruuntur. 9. 217
Non ſunt inhonoranda. 9. 218
Sunt aſylum ſacrum non violandum. 9. 219

*Tempus.*

Per peccata perditur. 5. 114
Per pœnitentiam recuperatur. 5. 114
Velociſſime dilabitur. 5. 115
Eſt pretioſiſſimum. 5. 116
Inutiliter impenditur. 5. 117

*Tentationes.*

Prævidendæ, antequam invaleſcant. 6. 443
Etiam leves repellendæ. 6. 444
Vincuntur oratione. 6. 445
Non omnes vincuntur æqualiter. 6. 446
Magis moleſtant fidelem, quam infidelem. 6. 447
Quomodo dignoſcendæ. 6. 448
Generoſe vincuntur a Sanctis. 6. 449
Non nocent, niſi volenti. 6. 450
Non ſunt formidandæ. 6. 451
Afferunt varias utilitates. 6. 452
Quomodo ſuperandæ. 6. 453
Sunt probationes hominis. 6. 454
Non ſunt ſufficiens excuſatio peccatorum. 7. 90

*Tepiditas.*

Quanta mala cauſet. 7. 470
Ejus ſigna & indicia. 7. 471
Invenitur etiam apud litteratos. 7. 472
Punitur a Deo. 7. 473
Perducit ad gravia peccata. 7. 474
Quibus remediis curanda. 7. 475
Prona ad vanitates ſæculi. 7. 476
Fomes hæreſum & Atheiſmi. 7. 477
Unde ortum trahat. 7. 478
Tantum dimidio corde vult ſervire Deo. 7. 479

*Terra.*

Qualis, & quanta ſit? 10. 54
In multis regionibus valde fœcunda. 10. 55
Unde hæc fertilitas. 10. 55
Dividitur in partes ſuppolares. 10. 56
Ob ſuas proprietates mirabilis. 10. 56
Specubus ſubterraneis excavata. 10. 57
Ejus motus eſt ſingulare indicium iræ Dei. 1. 48

*Theologia.*

Unice fundatur in Scriptura. 6. 265
Cauta ſit in ſententiis laxis. 6. 266
Quid ſentire debeat in ſententiis benignis? 6. 267

Timor

*Timor Domini.*

Placat Deum. 6. 108
Adducit ad pœnitentiam. 6. 108
Nunquam ex animo abeſſe debet. 6. 109
Cuſtodit virtutes. 6. 110
Mundat a peccatis. 6. 110
Concipiendus ob varias cauſas. 6. 111
Raro verus apud peccatores. 6. 112
Etiam a Sanctis conſervandus. 6. 113
Operatur ſalutem hominis. 6. 114
Cuſtodit contra peccata. 6. 115
Multa bona præſtat. 6. 116

*Tonitrua.*

Quid, & unde ſint? 10. 53

*Tribulatio.*

Splendeſcere facit virtutem. 6. 5

V

*Valetudo.*

Vide Tit. *Sanitas Corporis.*

*Vana gloria.*

Fugitur a Sanctis. 7. 290
Bonis operibus adimit meritum. 7. 291
Eſt inanis nugacitas. 7. 292
Non aſſequitur honorem quæſitum. 7. 293

*Veneficia.*

Puniuntur debitis ſuppliciis. 7. 175
Nocere non poſſunt Chriſtianis. 7. 176

*Venti.*

Quæ illorum cauſa & origo. 10. 33
Habent ſtupendam vim. 10. 34
Magnam ferunt utilitatem. 10. 35

*Verbum Dei.*

Efficax ad converſionem peccatorum. 9. 229
Audire neceſſarium ad ſalutem. 9. 230
Valde utile ad ſalutem. 9. 231
Apud peccatores nihil efficit. 9. 232
Debet attente ruminari. 9. 233
Non fiat ad delectationem. 9. 234
Non vileſcat ob vitia Prædicatoris. 9. 235
Quare ſine fructu audiatur. 9. 236
Cauſat repentinas converſiones. 9. 237
Non fructificat propter indignitatem auditoris. 9. 238
Impeditur a diabolo. 9. 239
Leniter propoſitum plus movet, quam auſterum. 9. 240
Non audiri tantum, ſed opere expleri debet. 9. 241
A variis varie excipitur. 9. 242
Ejus defectus quantum noceat. 9. 243

*Veſtes corporis.*

Non ſint ad pompam. 5. 83
Sed ad neceſſitatum. 5. 85

*SS. Viaticum.*

Ad ægros portatum Chriſtiani comitentur. 8. 81
Ardenter deſiderandum. 8. 82
Devote adoretur. 8. 83
Miniſtratur mirabiliter. 8. 84

*Viduæ.*

Expeditiſſime poſſunt ſervire Deo. 5. 407
Perſecutionibus obnoxiæ. 5. 408
Sunt vel maxime Deo curæ. 5. 409
Non facile tranſeant ad ſecunda vota. 5. 410

*Vinum.*

Moderatum eſt utile. 7. 440
Immoderatum depravat hominem. 7. 441
Abundans, & generoſum, ubi? 7. 442

*Virginitas.*

Vide *Caſtitas.*

*Virgines Sacræ.*

Vide Tit. *Moniales.*

*Virtus.*

Ut acquiratur ſola voluntate opus eſt. 6. 1
Rara inter proſperitates. 6. 2
Magis lucet per tribulationes. 6. 3
Gaudet pace bonæ conſcientiæ. 6. 4
Habet impedimenta & inimicos. 6. 5
Conſiſtit in medio. 6. 6
Vera non depravatur. 6. 7
Acquirenda eſt ſucceſſive. 6. 8
Eſt ſummum bonum in mundo. 6. 9
Gaudet ſocietate bonorum. 6. 10
Debet horrere peccatum. 6. 11
Attenta ad curam minimorum. 6. 14
Tendit ad perfectionem Chriſtianam. 6. 18

*Viſitationes cæleſtes.*

Quantæ ſint deliciæ. 1. 96
Majores, quam mundi gaudia. 1. 96
Non dantur, niſi animo a mundanis vacuo. 1. 97
Cur Sanctis ſubtrahantur. 1. 98
Dantur in principio converſionis. 1. 99
Et poſt victoriam tentationum. 1. 100

*Vita hominis.*

Valde amatur ab homine. 5. 103
Eſt perpetua militia contra paſſiones. 5. 104
Brevis & fragilis. 5. 105
Debetur Dei ſervitio. 5. 106
Eſt tempus merendi. 5. 107
Tempus triſtandi, non lætandi. 5. 108
Perperam impenditur. 5. 109
Decurtatur propter peccata. 5. 110
Prolongatur per virtutem. 5. 111
Interdum mirabiliter longæva. 5. 112
Cur alicui proſperas, alteri infortunata. 5. 113

*Vitia.*

Plene dominantur in mundo. 7. 95
Palliantur ſpecie virtutum. 7. 96

*Vocatio Dei.*

Audita fert ſalutem. 1. 134
Vocat variis modis. 1. 135
Dat gratiam confortantem in ſuo munere. 1. 136
Quomodo agnoſcenda ſit. 1. 137
Non vocat ſecundum perfectiorem ſtatum. 1. 138
Sed ſecundum aptitudinem. 1. 138
Neglecta poſt ſe trahit mala. 1. 139
Non audita cauſat periculum interitus. 1. 140
Vocat ſecundum aptitudinem naturæ. 1. 141
Efficaciter trahit homines. 1. 142
Obedientiam promptam requirit. 1. 143
Mirabiliter vocat ad perfectionem. 1. 144

Vo-





*Voluntas animæ.*

Proclivis ad malum. 5. 59
Ejus affectus habetur pro opere. 5. 60

*Voluntas propria.*

Fons & origo omnis mali. 7. 277
Inimica Deo. 7. 278
Nocentiſſimus hominis hoſtis. 7. 279
Vitiat bona opera. 7. 280
Sibi ipſi contraria. 7. 281
Eſt inſtrumentum dæmonis ad nos decipiendos. 7. 282

*Volucres.*

Miræ magnitudinis. 10. 41
Habent varias proprietates. 10. 42

*Voluptas.*

Vide Tit. *Mundanæ Voluptates.*

*Urbes.*

Magnæ & celebres. 10. 63
Earum excidia pœna peccati. 1. 44
Præmonentur per ſigna prævia. 1. 44

*SS. Vulnera.*

Recipiuntur a Chriſto amore noſtri. 2. 79
Intercedunt apud Deum pro nobis. 2. 80
Sunt refugium in tribulatione. 2. 81
Tam corporis, quam animæ. 2. 81
Sunt fontes gratiarum. 2. 82
Pie adoranda. 2. 83
Sunt medicina curans vitia. 2. 84
Proſunt contra tentationes. 2. 85
Eorum cultus promovet ad ſanctitatem. 2. 86
Et ad æternam ſalutem. 2. 86

*SS. Vulnus lateris.*

Semper apertum peccatori. 2. 87
Demonſtrat Deum reconciliatum. 2. 88
Refugium & ſpes ſalutis. 2. 89
Refugium in omnibus neceſſitatibus. 2. 90

*Uxores.*

Nocent familiæ propter luxum. 5. 364
Inſtillant filiis ſua vitia. 5. 365
Quibus dotibus præditæ ſint. 5. 366
Non ſint litigioſæ, mendaces &c. 5. 367
Sint virtuoſæ, pudicæ. 5. 368

Z

*Zelotypia.*

Fugienda conjugibus. 5. 361

*Zelus animarum.*

Docetur exemplo Sanctorum. 6. 167
Eſt gratiſſimus Deo. 6. 168
Odio habetur a mundo. 6. 169


F I N I S.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

CAPILLA ALFONSINA
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta antes de la última fecha abajo indicada.

BX1757
C5
v.3
1768 45062

AUTOR
CLAUS, Josephi Ignatii

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UAN
IDAD AUTÓNOMA DE NUEV
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC